UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ; Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctiss. Primae Partis Opera Historica, Quotquot hactenus reperiri potuerunt, omnia

Trithemius, Johannes

Francofvrti, 1601

urn:nbn:de:0128-1-17297

Visual Library

N VII. zz Th. 1083a.
Bibl. Theodor. Paderbornens.

Tithemij

Opera
Historica

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

J
TR
SPANH
DEINDE
Herbipol
PR
OPERA
ha
PARTIM
busque editio
P
QVOR
EX BIBL
Typis
Collegi

JOHANNIS TRITHEMII SPANHEIMENSIS PRIMO, DEINDE D. IACOBI MAIORIS APVD Herbipolin Abbatis, viri ſuo æuo doctiſs.

PRIMÆ PARTIS

OPERA HISTORICA, QVOTQVOT hactenus reperiri potuerunt, omnia:

PARTIM E VETVSTIS FVGIENTIbusque editionibus reuocata, & ad fidem Archetyporum caſtigata; partim ex manuſcriptis nunc primùm edita.

QVORVM CATALOGVM AVERſa pagina exhibet.

EX BIBLIOTHECA MARQVARDI FREHERI, Conſiliarii Palatini.

Cum INDICE copioſiſſimo.



FRANCOFVRTI,
Typis Wechelianis apud Claudium Marnium & heredes Ioannis Aubrij.
M. DCI.

Collegii Soctis JESV Paderbornæ 1697
dono P. Klippenburg SJ.

Trithemij
Opera
storica

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

OPVSCVLA HISTORICA,
quæ hoc volumine continentur.

I. CHRONOLOGIA MYSTICA, *de Secundeis siue intelligentiis orbes post Deum mouentibus, liber ad Maximilianum Imp. Rom. scriptus.*

II. COMPENDIVM *siue Breuiarium primi voluminis Chronicorum siue Annalium, de origine gentis & Regum Francorum, per annos* MCLXXXIX. *à Marcomiro vsq; ad Pipinum Regem: ad Laurentium Episcopum Wirtzpurgensem & Orientalis Franciæ Ducem.*

III. DE *Origine gentis Francorum compendium, ex Hunibaldo decerptum: in quo etiam Præsulum Wirtzpurgensium enumeratio.*

IIII. CHRONICON *successionis Ducum Bauariæ & Comitum Palatinorum: ad Philippum Palatinum Comitem, Principem Electorem.*

V. CATALOGVS *illustrium virorum, Germaniam suis ingenii & lucubrationibus omnifariam exornantium, ad Iacobum Wimphelingum Sletstadium Theologum: cum eiusdem Prosthesi siue additamento.*

VI. CATALOGVS *Scriptorum Ecclesiasticorum, ad Iohannem Dalbergium Episcopũ Wormatiensem: cum additionibus nonnullorum.*

Annales eiusdem Auctoris, separato volumine seorsim edentur.

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO PRINCIPI, DN. IVLIO Episcopo Wirceburgensi, Duci Franciæ Orientalis, &c. Dn. Clementiss.

S. P. D.

OPerosas diligentissimi Germanicarum rerum scriptoris lucubrationes, ad obliuionem prope tendentes, posteritatis gratiâ in lucem reuocaturo, illisque patronum & vindicem dignum circumspicienti, non fuit mihi velut in ancipiti electione diu deliberandum; si seruatum à me hactenus studiosè morem in edendis & inscribendis variis vtriusque linguæ monumentis mutare nollem, vt nonnisi quibus conuenire maximè adeoque deberi viderentur, quæque vltrò siue dedicarem siue restituerem. Quot enim nominibus ista Trithemiana, ad Francæ potissimum gentis tuæque Ecclesiæ illustrationem pertinentia, tuo meritissimè nomini debeantur, Præsul illustrissime, vel me tacente ipsa loquuntur: vtpote quæ & in solo tuo nata, & antecessoribus tuis ab auctore primitùs inscripta fuerunt. Sed nec ignotum est, vt Abbatum ille post D. Bernardum omnium facilè doctissimus, & æui sui (quod inolitam ab aliquot sæculis barbariem

Trithemij
Opera
storica

tunc primulùm exuere, diuino beneficio reſtitutis bonis litteris, earumque vtiliſsimo inſtrumento Typographia reperto, cœperat) non poſtremum decus, poſt partam plurimis in omni genere ſcriptis nominis famam, virtutis fato perpetuo fortunæ calumniæq; iniquitatem, & ipſe expertus, inuidiæq; cedens, cum quidem ei ſummorum Principum præſidium nuſquam deeſſet, apud Herbipolin tandē tuam ſenectuti ſtudiisque ſuis optatiſsimum ſeceſſum elegerit: vbi ad vitæ finem propoſiti tenax laboriſque indefeſſus, exarādis libris vere immortuus diem clauſit. Quæ inter immenſarum lucubrationum miracula, & numero & mole ſua poſteris ſtuporem allatura, principem facile (ſi extarent) locum obtinerent fuſiſsimi illi Germaniæ Franciæve Annales in tres Tomos tributi: quos tunc ex omnibus omnium ætatū monumentis Herculeo plane labore concinnatos & abſolutos reliquit; ſed viuus edere non potuit, perbreui tantum primi Voluminis compendio (ex quo ceu vngue leonem æſtimare datur) ad prædeceſſorem tuum Laurentium de Bibra emiſſo. Quod certè opus & auctoris famà, & rerum varietate ſuaque perfectione quantiuis precii habendum, merito Doctorum vota iamdudum ingēti deſiderio requirunt; vt ſi haberent, facile aliorum iacturam ferri poſſe putarent. Habuit enim vir ille præter eas dotes, quibus victuros meditātem libros inſtructum eſſe oportet, iudicii acrimoniam, ſtili facili-

tatem

tatem, variam lectionem, accurationem & laboris tolerantiam, ad institutum illud condendæ omnifariam historiæ illa insuper adminicula, quæ aliorum vix vlli talia suppetebant. Vnũ dico Bibliothecæ Spanhemensis à se potissimum structæ & auctæ, variorum & optimorum codicum thesaurum incomparabilem: quem postea successorum partim incuriâ, partim temporum iniuriâ & bellorum ciuilium turbis, direptum & sublatũ intercidisse, vt vix vilia eius ruta cęsa quædã modo apud Stauronesum asseruata supersint, satis deplorari non potest. Alterũ, noticiam cum Principibus & magnis per Europam viris, (quorum ea tempestate bonam segetem succrescere, magno diuinarum humanarumque litterarum bono Deus voluit) qui illius familiaritatem quasi certatim exambiebãt; & consuetudinem veris Amicitiæ vinculis, concordi virtutis & doctrinæ studio, copulatam: quorum ope nil non rerum grauiorum in patria foriſque gestarum cum causis & circumstantiis suis rescire potuit, & in chartas deinceps coniicere, non paulo meliore fide & autoritate, quam vulgus scriptorũ (cum quidem singula non Cathedralia tantum collegia, sed & cœnobia, aliquẽ annalibus annotandis destinatum haberent) factitaret. Quæ ipsa cogitatio mirificum certe in eorum animis, quotquot meliore & harum litterarum curâ & patriæ amore tanguntur, desiderium videndi eximii illius operis excitat & incendit: vt cum non desperent, illud

ex aliquo Bibliothecarum vrbis ditionisve tuæ angulo erui posse; tam verò existimanti cum primis bonum factum dignumque te tanto præsule & studiorum patrono fore, si tuis auspiciis Reipublicæ thesaurus ille potius quàm liber restituatur. Quam in rem vt aliquid curæ conferre digneris, idemque non obscurâ voce efflagitantes Trithemianos istos libros liberosve, fratrum suorum indigna seruitute oppressorum vindicias inclamantes, à te impetrare patiare, Princeps reuerendissime, si publico nomine te enixe obtestarer, speraui te pro clementia & humanitate summa vtique boni consulturum.

Bene vale. Myrtilleti, Kal. April. Anno Dominicæ natiuitatis
MDCI.

R. Celsit. T.

deditißimus

MARQ. FREHERVS.

AD

AD REV. ET ILLVSTRISS.
PRINCIPEM

JVLIVM, EPISCOPVM WIRZEPVRG. DVCEM FRANCIÆ ORIENT.

CVi Fama clari splendida nominis
Viuo & videnti contigit, hunc adhuc
Post fata centenasque meſses
Clarus honor ſequitur perenni
Cur laude. Magnum dico TRITHEMIVM,
Ripâ in Moſellæ vitiferâ ſatum,
Miraculi inſtar, ob retruſas
Ingenij potioris artes,
Diamque rerum mille peritiam,
Mortalium quas ſcire aliâs dedit
Apollo non vlli peræquê,
Aut Genios penetrare ad altos,
Secretiorum numine conſcio
Fauente. ſed nec tango Poligraphûm
Perplexitates ambitûsque,
Nec Steganographiæ Mæandros,
Vix explicandos Sphingi ſophiſticæ,
Si clauis abſit. Vidimus hanc tamen
Ipſi, characterasque miros
Legimus Hebraicis figuris.
Aſt hæc faceſſant. Hiſtorias probem
Dux FRANCE *planas percelebris viri,*
Quarum recollectis ad vnguem
En hodie noua prodit auras
In luculentas editio libris,
Ductu FREHERI. *Non tibi diſplicet*
JVLI, *quod olim perpolito*
Ingenio placuit BIBRÆI,
Cui dedicauit ipſe TRITHEMIVS
Suos labores, poſtmodo cælitis
Humatus in fano Iacobi.
Atque dehinc vtinam latentes
Chartas in vmbris priſca MAGVNTIA
Alumna Rheni, ſeu VIRIDIS *ſacra*
Verruca PYRGI, *nata Mœni,*
Suppeditent opus illud ingens
De gente Francâ, & Regibus inclitis,
Quos HVNIBALDVS *veridico ſtilo*
Deſcripſit; etſi fabuloſis
Arguitur memoraſſe geſtis

Trithemij
Opera
historica

Nonnulla. verum pol temere est vbi
Quid suspicamur rejicula fide
Debere censeri; frequensque
Lumina cæcat opinionis
Fumus sinistræ. Sit reuocata, sit
Reducta ab Orco casea voluminum
Occlusa moles HVNIBALDI
(Quid magis opto?) TRITHEMII *que*
O quantam inibis postmodo gratiam
A litteratis omnibus, omnibus
Item per Eoi recessus
Limitis Hesperiique Francis,
Rheni sacerdos maxime, nec minor
Mœni sacerdos; si faciles opem
Communicetis mutuatim
Pollice cum graphico FREHERI,
Complura deinceps edere feruidi,
Vt eruditi gloria sæculi
Vigens locupletetur ample, &
Historiæ penus augeatur.
Nam vestra in antro duplice pulpita
Scriptis abundant, sicut & optimis
BAMBERGA *gazis, plurimoque*
Codice per pluteos refertæ est.

PAVLVS MELISSVS Francus,
Comes Palat. & Eques aurat.
ciuis Romanus.

VITA
ET LVCVBRATIONES IOHANNIS TRITHEMII, PRIMO SPONHEIMENSIS, AC POSTEA S. IACOBI apud Herbipolin Abbatis,

Ex Epistola

IOHANNIS DVRACLVSII, DISCIPVLI eiusdem Trithemii, ad Nicolaum Hamerium Emelanum.

IOHANNES TRITHEMIVS Abbas in villa Tritenheim, Treuerēsis diœcesis ad ripas Mosellæ fluminis, nascitur, prima die mensis Februarii, hora vndecima, minuto tricesimo post meridiem, anno Dominicæ natiuitatis M CCCC LXII. indictione Romanorum decima: patre Iohanne de Heidenberg, matre vero dicta Helisabeth de Longovico: eo videlicet anno, quo Moguntia ciuitas in dissensione duorum Pontificum capta, libertatem perdidit, & seruitutē inuenit, multis ciuium in exilium actis; anno Pii Papæ eius nominis secundi, currente quarto, & Friderici tertii Imp. 22. Anno autem Domini 1482. in Monasterio Spanheimensi Moguntinæ diœcesis, prima videlicet die Febr. qua olim fuerat natus, habitum secularem deposuit, & monasticum sub norma D. patris Benedicti de obseruantia nouiter introducta, illic assumpsit. Sequēti anno, qui fuit 83. supra quadringētesimum atque millesimum, Ioanne de Colenhusen abbate ad Selgenstat canonica postulatione translato, Ioannes Trithemius communi fratrum electione, in Abbatem memorati cœnobii Spanheimensis, 4. calen. Iul. promotus & ornatus, præfuit annis 23. mense vno, diebus decem & nouem. Quibus euolutis, non sine laboribus multis, quorundam æmulorum temeritate prouocatus, abbatiam S. Iacobi Herbipolensem, quæ illi offerebatur, assumpsit; & Spanheimensem curis inutilibus plenam, spontanea voluntate resignauit. vtrobiq; plura conscripsit opuscula è quibus mihi sua manu in schedula nuper consignauit subscripta. Quorum tu cum à me titulos, amice, postules; tuis libenter annuo votis, quo communis amici & præceptoris nostri memoriam, ex consideratione tantorum laborum eius habeas strictiorem. Et primo quidem lucubrationum earum titulos consignabo, quas in Spanheim abbas existens laboriosè composuit. Scripsit in primis Constitutiones ordinis sui, quæ factæ fuerunt in capitulis prouincialibus iussione præsidentium, librum vnum. De visitatione monachorum, librum vnum. De modo celebrandi capitulum prouinciale, librum vnum. In regulam sancti Benedicti, libros duos. Homelias & sermones exhortatorios ad monachos suos, libros duos, quos antecessori suo dicauit. De tentationibus claustralium, & remediis earundem, libros duos. Ad Nicolaum presbyterum Mennicensem de vita sacerdotali, librum vnum. Contra peculium monachorum, librum vnum. De vanitate & miseria huius vitæ, librum vnum. Opus Penthicum, id est, lugubre de ruina ordinis sui librum vnum. De illustribus viris sui ordinis, libros quatuor. Laudes ordinis fratrum Carmelitarum, libros duos. Ad Gerlacum abbatem Tuitiensem laudes scriptorum manualium, librum vnum. Ad Ioannem Dalburgium, Wormatiensem Episcopum, de scriptoribus Ecclesiasticis, librum vnum. De laudibus S. Annæ auiæ Domini librum vnum. Ad quæstiones Autgeri Sicambri canonici Dumetis, librum vnum. Chronicon monasterii sui Spanheimensis, non paruum volumen, librum vnum. Chronicon siue annales monasterii Hirsaugiensis, duo volumina magna. Chronicon successionis ducum Bauariæ, & comitum Palatinorum, ad Philippum Palatinum comitem, Principem electorem librum vnicum. Vitam sanctæ Hirminæ monialis, & primæ abbatissæ in horreo Treuirensi, librum vnum. De miseria Prælatorum claustralium, libros duos. Laudes S. Andreæ Apostoli, librum vnum. Laudes S. Ioseph nutritii Domini, librum vnum. Laudes S. Benedicti abbatis librum vnum. Laudes vitæ monasticæ, librum vnum. Laudes

Trithemij
Opera
historica

veræ pœnitentiæ, librum vnum. Laudes ſtudii diuinarum ſcripturarum, librum vnum. Monologion hominis Deo deuoti ad ſeipſum, librū vnum. De miraculis S. matris Annæ, librum vnum. Ad Vdalricum canonicum Colonienſem ſuper quæſtionibus in Euangelium Iohannis, librum vnum. Ad eundem ſuper queſtionibus Pſalmorum, librum vnum. Ad præſidentes Capituli annalis, de obſeruantia Butsfeldenſi, abbreuiauit ſtatuta eiuſdē vnionis, librum vnum. Spirituale monachorum exercitium, librum vnum. Epitoma ſeu breuiarium eiuſdem, librum vnum. De computo Eccleſiaſtico, librum vnum. De illuſtribus Germaniæ ſcriptoribus, ad Iacobum Wimphelingum Rhedapolitanum, Sletſtatinum, librum vnum. Epiſtolarum Spanheimenſium ad diuerſos, libros quatuor. Orationes in capitulis & alibi habitæ, ſunt numero quatuor & viginti, quę faciunt librum vnum. Sermones ad fratres ſuos Spanheimenſis cœnobii ſcripſit quadraginta numero pulcherrimos, librum vnum. Sermones in diebus feſtis ad populum, librum vnum. Orationes ad Deum & Sanctos ſupplicatorias plures, librum vnum. E Græco ſermone traduxit in Latinum, Maximilianum Abbatem de incarnatione Domini: Anathemata quoque ſancti Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini, contra hæreticos in tertia ſynodo Epheſina promulgata: Et eiuſdem ſynodi quaſdam epiſtolas. Scripſit etiam pro ædificatione monachorum notabile opus, quod prænotauit *De triplici regione clauſtralium*, libros tres. Scripſit & alia quædam minora opuſcula, quorum ad me titulos non ſignauit. Hæc ſunt Nicolae frater amantiſſime, Trithemiana opuſcula, quæ per annos tres & viginti abbas exiſtens, lucubrauit in Spanheim, ad Dei honorem, in medio curarum & continua rei familiaris occupatione: legens aut ſcribens die ac nocte, quotiens ſibi otium licuit ſubfurari. Maximum librorum in omni facultate theſaurum Spanheimenſi Bibliothecæ per annos quinque præfuit, importauit, non ſolum arte impreſſoria, ſed etiam manuſcriptorum. Nam cum eſſem apud eum vnius anni ſpatio, pro diſcendis ab eo literis Græcis atq; Hebraicis, duo millia numeraui Bibliothecæ volumina, quorum ad minus octoginta calamo in pergameno & papyro decenter fuerunt conſcripta. Audiui ſæpius ab eius ore, quod plus quam duo millia florenorum pro libris expoſuerit, quos non de monaſterii ſubſtantia (quæ ſemper valde fuit exilis) acceperat, ſed cum multis & notus & charus eſſet Principibus, munera quibus honorabatur ab eis, vt plurimum pro libris expoſuit. Maximus enim librorum amator & cultor eſt ſupra omnes, quos ego hodie noui in carne viuentes. Dicitur autem à multis, quod eius ſucceſſor, qui nunc eſt Abbas in Spanheim volumina plurima alienauit: quod an ſit verum, certe mihi minime conſtat. Anno Domini 1504. cum inter regnum & Philippum comitem Palatinum atrox fuiſſet bellum exortum: Trithemius hoſtium metu, cum ſua Bibliotheca & rebus monaſterii ad Crucinacum proximum ſucceſſit oppidum, & ego ſimiliter ad mea fui reuerſus. Anno autem ſexto ſupra quingenteſimum atq; milleſimum, de menſe Octobri Trithemius ipſe quorundam inuidia ſtimulatus, Abbatiam ſancti Iacobi apud Wirceburgum accepit, & Spanheimenſem reſignauit. Vbi varia ſcribit quietus quorum ad me titulos nuper iſtos tranſmiſit rogatus. Ad Maximilianum Cæſarem opus mirandum edidit, quod Polygraphiam prænotauit, libros ſex. Ad eundem eiuſdem Polygraphiæ clauem, librum vnum. Reſponſiones ad octo quæſtiones eiuſdem Cæſaris, librum vnum. Ad eundem de ſeptem intelligentiis mouentibus orbes, librum vnum. Ad Ioachim Marchionem Brandeburgenſem Principem Electorem, variarum quæſtionum, orationum, & propoſitionum libros viginti. Ad eundem de prænotionibus licitis Chriſtiano, & non licitis, libros duos. Ad eundem ſcripſit mirandum & laborioſum opus illud Steganographiæ libros octo, quod temerarius ille Bouillus non capiens, imperitiſſime & falſiſſime reprehendit. Ad eundem Principem epiſtolarum librum vnum. Ad eundem contra maleficos, & omnes artes & ſuperſtitiones ab Eccleſia prohibitas, libros quinque. Ad eundem de cauſis & cura morbi caduci, ac maleficiorum, libros tres. Ad Iacobum Trithemium fratrem ſuum Itinerarium vitæ ſuæ, libros duos. Ad Burghardum de Horneck medicum de peculio monialium, librum vnum. Hiſtoriam ſiue annales de origine, Regibus, & geſtis populi Francorum & Germanorum ſcripſit tria magna volumina, narrationem incipiens a Marcomero rege, qui populum anno ante incarnationem Domini 433. à Scythiæ finibus in Germaniam eduxit ad oſtia Rheni, vſq; in 29. annum Maximiliani Cæſaris. Ad Laurentium de Bibra Wirceburgenſem Epiſcopum, orientaliſq; Franciæ ducem, epitomen ſiue breuiarium ſcripſit eorundem trium voluminum hiſtoriarum, libros tres. Ad eundem de Ducibus & Epiſcopis Francorum Wirceburgenſium, librum vnum. De miraculis ad memoriam Dominæ noſtræ ſanctæ Mariæ apud Dittelbach oſtenſis, libros duos.

De

De miraculis eiusdem in Vrticeto apud Helprumam ostensis, libros sex. Apologeticum in Carolum Bouillum, ea quæ non intellexit calumniantem, librum vnum. De origine & Regibus Francorum, librum vnum. Chronicon monasteri sui, cui nunc præsidet, diui Iacobi apud Wirciburg, librum vnum. Ad Albertum ex Marchionibus Brandeburgii, Archiepiscopum Moguntinum & Magdeburgensem, vitam diui Rabani archipræsulis, libros tres. De eiusdem à Moguntiaco translatione in Saxoniam, librum vnum. Ad eundē vitam sancti Maximi Episcopi, librū vnum. Ad Iohannem Comitē Palatinum, Bauariæq; Ducem, & Comitem in Spanheim, apud Symeren residentem, de origine, Regibus, ac Ducibus Bauariorum simul & Comitum Palatinorum & Spanheimensium, libros quatuor. De Dæmonibus & artibus profanis, maleficis & superstitiosis, laboriosum opus versat in manibus, quod libros habebit duodecim, in quibus omnia diabolicarum artium vaframenta explodit, confundit & euertit. Epistolarum Herbipolensium, quas in ea scripsit abbatia, libros quatuor. Scripsit etiam alia minora complura, suæ & amicorum deuotioni congrua, vt sunt, Cursus, Rosarium, Missale officium, & variæ orationes, simul & prosæ siue sequentiæ de sancta Anna saluatoris nostri auia. Scripsit & de sancta Maria Magdalena laudes, precationes atq; rosarium. De sancto Ioseph nutritio Domini rosarium. De sancto Petro Apostolo rosarium. De sancto Iohanne Euangelista rosarium. Ad instantiam Ioannis Archiepiscopi Treuerorum sequentiam de Anna, quæ incipit *Iesu cælorum regis*, sub melodia, *Aue præclara*. Aliam in eius festo canendam, quæ incipit: *Exultent in hac die*. Tertiam ad prouincialem Carmelitarum Augustæ, & incipit, *Iubilemus in honore*. Quartam de sancta Hildegarde virgine, quæ sic incipit: *Laus sit tibi Domine rex æternæ gloriæ*. Quintam de sancto Ruperto Bingiorum duce, quæ incipit: *Exultent in hac die*. Sextam de sancto Ioseph nutritio Domini, & sic incipit: *Cantemus incliti*. Septimam de sancto Rabano archiepiscopo. Octauam de vulneribus Christi, quæ sic incipit: *Iesum Christum adoremus crucifixo comploremus*. Nonam de compassione beatæ Mariæ semper virginis, & sic incipit: *Eia ploremus mente pia, beatæ virgini Mariæ compatientes*: Sub melodia scilicet, *Aue præclara*. Decimam de sancto Ioachim genitore nostræ Dominæ, quæ sic incipit: *Trinitatem adoremus, vnitatem collaudemus patris, nati, spiritus*. Vndecimā de bono cuiusque hominis angelo proprio. Duodecimam in propria missa cuiusque sacerdotis. Tredecimam de sancto Maximo, episcopo Moguntino. Quartam decimam de sancta Martha, virgine, Christi hospita. Quintam decimam de sancta Maria Magdalena. Sextam decimam de sancta Maria Ægyptia. Septimam decimam, de sancto Iacobo maiore Apostolo. Nonamdecimam de sancto Benedicto abbate. Vicesimam de omnibus Sanctis. Et de singulis nominatis memoriis & sanctis, officia missæ singula composuit noua diuinis scripturis conformia. Scripsit præterea meditationum & orationum Dominicæ incarnationis, natiuitatis, vitæ, passionis, & mortis opusculum, deuotioni conueniens, libros duos. Speculum cœlestis doctrinæ, compunctioni mentis non parum deseruiens, librum vnum qui sic incipit: *Salutis humanæ principium*. Multas quoque deuotissimas meditationes & orationes de Domino nostro Iesu Christo, de sanctissima eius genitrice virgine Maria, atq; de variis Sanctis pulchra varietate composuit: cum ingentibus aliis, quæ videbit & mirabitur deuota posteritas omnis. Hæc sunt mi Nicolae charissime, Trithemii Abbatis nostri volumina, quę per annos fere triginta duos, continuo lucubrauit studio: præter illa quæ nondum perfecta in manibus versantur sub incude, mihi incognita. Vale ex ædibus meis Duraclusanis: quinta mensis Octobris, Anno salutis nostræ, millesimo, quingentesimo quintodecimo.

Johannes Duraclusius.

Trithemij
Opera
historica

IN CONCLAVI TRITHEMIANO, (QVOD adhuc integrum visitur, in Spanheimensi cœnobio, ad vnum lapidem à Crucenaco oppido) omni ex parte inscripta elegantibus litteris, rubris nigrisque, leguntur plurima diuersorum Auctorum, veterum & recentiorum, carmina & sententiæ tam Græcæ quam Latinæ: præsertim Sedulii, Iuuenci, Fortunati, Hildeberti Episcopi, Petri de Riga, Galteri Insulani. Quibus Conradus Celtis coætaneus & amicus eius ista adscripsit:

CONRADVS CELTIS PROTVCIVS Poëta:

Aspice versiculos hospes venerabilis istos,
Trithemius posuit quos tribus ecce notis:
Ille vetustatis cultor, quantus vel amator
Linguarum, paries scriptus vtrumq; docet.

EIVSDEM CELTIS EFFIGIES AD VIVVM COLORibus expressa in pariete cernitur, his adscriptis: CONRADVS CELTIS PROTVCIVS Poeta Laureatus, hæc cecinit anno Domini 1494. cum esset hic. Ad futurum Abbatem.

Quisque futurus sis Abbas, hæc carmina nostra
Mente rogo memori voluere sæpe velis.
Esto pius, clemens, & relligionis amator;
Trithemiumque meum, consulo, disce sequi.

IOHANNES TRITHEMIVS ABBAS AD SVCCESSOREM.

Aspice, doctorum posui monumenta virorum,
Et quicquid multum vos decorare potest.
Hortor & admoneo, vestigia nostra sequaris,
Post me venturus qui mea tecta regés.

EX

EX PAVLI LANGII CYGNÆI MONACHI BOZAVIENSIS CHRONICO CITICENSI, *sub anno Christi* M. D. XV.

EODEM anno cum essem amore litterarum, Benedicti venerabilis Abbatis nostri cum consensu, dimissorio & licentia, Herbipoli in D. Iacobi Apostoli cœnobio, sub reuerendi & vndecunque doctissimi viri, domini Iohannis Trithemii, memorati monasterii Abbatis, ad tempus doctrina & obedientia; ipso tunc Germanicarum rerum historiis tribus voluminibus describendis operam dante, cupienteq; cura eadem suum de Scriptoribus Ecclesiasticis librum, iam olim in Spanheim, vsque ad annum Domini 1494. productum, vsque in præsens continuare tempus, viros videlicet illustres qui interim scriptitassent suis cum lucubrationibus, scriptoribus Ecclesiasticis iam antea in præfato libro conscriptis & impressis, per quandam additionem nouam connectere: qui quatenus facilius & promptius conatum suum laudabilem perficere posset, me quem ad adminiculandum sibi rebatur idoneum misit, cum literis commendatitiis ad monasteriorum omnium, nostri tamen potissimum ordinis, fundationes, nec non virorum (vt dixi) clarorum monumenta, tota Germania ad Dei omnium scientiarum largitoris laudem, & totius Teutonicæ nationis eo honorem & præconium, vndequaque conquisita, congesta, & descripta ei defertem. Porro prædictarum literarum, nec non commissionum tenor talis fuit & est.

Vniuersis & singulis dominis Abbatibus, Præpositis, Prioribus, cæterisq; Ecclesiarum rectoribus Iohannes Trithemius, Abbas monasterii diui Iacobi Herbipolensis, ordinis sancti Benedicti, cum orationibus promptam obsequendi voluntatem. Harum exhibitori literarum fratri Paulo Langio, monacho atq; presbytero nostri ordinis memorati, dedimus in mandatis, vt omnium monasteriorum, conuentuum, & ecclesiarum, cuiuscunq; sint religionis, quantum fieri potest, totam per Germaniam fundationes, tempora, patronos, & si quos habuerint viros sanctitate vel doctrina insignes, eorum tempora simul & opuscula, diligenter inquirat, conscribat, nobisq; referat pro decore Annalium siue Chronicorum Germaniæ, quibus operam impendimus nostram. Quocirca vos omnes & singulos per mundi Saluatorem rogamus, vt eum ad vestra declinantem benigne admittatis, & charitatiue foueatis, atq; in his quorum inquirendi gratia mittitur a nobis, illi fauorem & adiutorium impendere pro viribus non recusetis, mercedem ab illo recepturi, qui iudex omnium dicturus est, stantibus à dextris: Ite benedicti patris mei: quoniam cum hospes essem, suscepistis me. Scripsimus in præfato cœnobio nostro apud Herbipolim, prima die mensis Aprilis, anno Dominicæ natiuitatis 1515.

Prædictam itaque legationem siue commissionem pro virili meo solicitius exequi semper conatus sum: tametsi in perpaucis locis fuerim, partim viarum difficultate & discrimine, partim latronum prædonumque formidine, per montes & nemora, tandemque inopino ipsius Trithemii mittentis præceptorisque mei occasu, retractus & impeditus. Nihilo tamen minus, ipso adhuc viuente, aliquot vicibus ingruente hyeme collecta & conscripta cum variis diuersorum sapientum virorum epistolis & salutationibus referenda & consignanda Herbipolim redii. Et quanquam memoratum antiquitatum indagationem permulti celebres, & grauissimi etiam, ac integerrimi laudauerint viri; fuerunt tamen è diuerso nonnulli sycophantæ & scioli, & (quod fœdius est) fratrores religiosuli, mordaces & Cynici, qui eam commissionem & inquisitionem satis impudenter taxarunt, me pro tam arduo conamine *gyrouagum & circulatorem* vocitare non erubescentes. At si ego gyrouagus, si circumcellio, quis quæso erat æquiuocus meus Apostolus Paulus, de quo Actuum 19. legitur: *Factum est, quod cum Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum*, quique ab Hierusalem vsque Illyricum discurrendo Christi Euangelium seminaret, licet longe alia beatioreque causa? Quid denique fuit Hieronymus, quid Ruffinus, quid Heraclides, quid Petronius, Paulus, Orosius, Iulius Affricanus, Seuerus Sulpitius, Cassianus, Paschasius, & similes, qui ob propriam deuotionem & aliorum ædificationem maria transierunt, loca terræ sanctæ deuotissime perlustrauerunt? Deinde Ægyptum, Nitriam, Scythiam, Palæstinamque gyrantes exactissime Monachorũ cœnobia, Anachoritarum speluncas & antra scrutantes, vitã & conuersationẽ eorũ ac doctrinã religiosissime & vigilantissime explorauerunt, & plerunq; cum eis per aliquot & dies & annos commanentes, & institutiones eorundem ac mores imitantes & addiscentes, exhortationesque singulorum annotantes, tandem ad propria repedantes; & visa & audita Dei pro honore & legentium profectu ac ædificatione eleganter & vtiliter conscripserunt. Qui nisi supra narrata & circuissent loca, vitas Patrum, institutiones, collationes, exhortationes, conuersationes, & itinerarium, quod Hieronymo adscribitur, denique & quorundam, & præcipue Antonii, Hilarionis, Pachonii, Onophori, Macarii, Romani, Arsenii, Posthumii, Mariæ Ægyptiacæ, Euphrosinæ, Euphrasiæ, & similium vitas & legendas, nec Monachi nec mundus ipse quidem haberet. Felix ergo terque felix illorum peragratio, laudabilis & sancta exploratio, ex quibus tantus fructus, tantaque sequuta est morum & totius sanctitatis ædificatio. Quur ergo in me criminantur æmuli, quod in aliis laudatur, quod etiam ipsa gentilitas in Vlysse multis præconiis extulit, quod Hieronymus glorioſus in Platone & Apollonio philosophis commendauit, quod denique idem in fœminis etiam summis prosequitur laudibus? Nota est illa diuæ Paulæ feruentissima perlustratio, quanedum infinitas monachorum & eremitarum cellas, sed & eorundem strata, vestes, cilicia, & sudariola quondam Romanarum matronarum nobilissima propriis manibus attrectauit, venerata & osculata est. Quantus denique fructus & profectus ex eiusmodi peragrationibus sanctorum patrum accreuerit mundo; nec ipse Tullius, neque Demosthenes sua eloquentia effari & depromere possent. Quandoquidem vt de aliis interim sileam, si nostri ordinis sancti & deuotissimi patres, Columbanus, Gallus, Chilianus, Bonifacius, Wilibrordus, Ludigerus, & pares, suis in monasteriis residissent, quis Austrasiorum, quis Gallorum, quis Francorum, Baioariorum, Vindelicorum, Doringorum, Saxonum, Hessonum, Frisonum gentes ad Christi fidem conuertisset? Si denique nostri ordinis præstantissimi, præsertim Augustinus mellitus & Iustus, Magni Gregorii Papæ discipuli; si Al-

Trithemij Opera historica

cinus, si Beda, Rabanus, Strabo, Marianus, Claudius, Lampertus & similes domi mansissent: quis Angliam, Scotiam, Hyberniam, fidei rudimentis prædicando imbuisset? Quis insuper in Gallia almificam & famatissimam illam Parisiensem Vniuersitatem instituisset? Quis potentissimum nobilemque in Francia Episcopatum illum Herbipolensem fundasset? Quem vtique diuum Burghardum, primum eius ecclesiæ præsulem instituisse, sicuti & Parisiensium Academiam Alquinum, nostri ordinis patres, fundasse certissimum est. Quis alios complures per Europam episcopatus, quorum primi antistites, (vt in præcedentibus sub anno Domini 978. latius probauimus) nostri ordinis fuere & frequenter peregrini, plantasset? At quid multis moror? Quur mihi vendicare conor, quod excellentissimi viri nec virtute neque sanctitate assequi quiuerunt? Qui denique, quando doctiores & sanctimonia clariores, tanto & acriores & plures semper habuere obtrectatores. Nimirum cum (expertus harum rerum inquit Hieronymus) semper in propatulo fortitudo æmulos habeat, feriantq; summos fulgura montes & iuxta Nasonis simile dicterium:

Summa petat linor, persident altissima venti.

Sed nunc de his satis. Sane quatenus & fructus & vtilitas sæpe dictæ commissionis & perlustrationis meæ aliquan- &c. *cætera desunt.*

PVLVIS MEDICINALIS VALDE CELEBRATVS, EIVSDEM TRITHEMII.

PVLVEREM huius Trithemii ad cerebrum, studentibus perutilem plurimi hactenus celebrarunt semper. Nam haud pauci eo vsu eius peruenerunt, vt inspectores illos vrinarum, arteriarum, linguarum, retrimentorum facile negligerent. Multi ad centesimum fere annum ætatem solidam produxerunt, tantum denique adepti sunt memoriæ acumen, vt facile quosuis etiam maximos excellerent. Idque absque catapotiis, clisteriis, pessis, vnctionibus, cataplasmatis, electoriis, masticatoriis, gargarismis, inculis, fumis, conditis, syrupis, aquis, theriacaliis, & similibus.

℞. *Calami aromatici,*
Gentianæ,
Cymini,
Sileris montani,
Anisi,
Carui,
Ameos,
Sem. petroselini,
Spicæ nardi, ana ℥ s.
Coralli rub.
Vnionum siue perlarum non perforatarum ℥ v.
Zingiberis albi,
Amari dulcis (Chamepyt)
Foliorum sennæ,
Tartari adusti, ana ʒ v.
Macis,
Cubebarum, ana ʒ ij.
Gariophyllorum, ʒ vij.
Fiat puluis f. a.

Dosis eius ʒ s. *quæ mane sumatur & sero, in brodio vel vino, per mensem primum; secundo mense mane tantum; tertio mense mane ter in heptomada, & sic deinceps continetur ad vitam. Siquidem contra multas valet ægritudines, & est probatissimus & efficax puluis. Stomachum confortat, cerebrum purgat, oculos & visum serenat, memoriam acuit, humores malos atq; superfluos in toto corpore consumit sine periculo, lenit & aperit, constrictionem in pectore nauseam pellit, nimiam pinguedinem prohibet ab epilepsia & apoplexia conseruat, materiam calculi sine dolore dissoluit, & in lapidem durescere non permittit, chiragram & podagram sciaticamq; præualere non sinit.*

HVNC puluerem cum Paulus Scalichius Duci Borussiæ (cui tunc temporis erat à consiliis) vtendum clarevellet, Medici Principis prohibuerunt, ex quo enata est disputatio inter illos, in qua istius pulueris in partem vtramque scriptis dimicatum fuit, quæ disputatio extat in satyris Philosophicis ipsius Scalichii.

EFFI-

Trithemij

Opera
historica

EFFIGIES
ABBATIS TRITHEMII.



Hvmanos supra captus, sensusque Sophorum,
Et mentes Genium, cui fuit ingenium;
Non quierit dia superare TRITHEMIVS *arte*
Quicquid humo summum, quicquid in axe poli?
Desine mirari. vir tantus ad omnia doctus
Natura instinctu, totus acumen erat.

MELISSVS F.

ELO-

ELOGIVM

IOHANNIS TRITHEMII EX

ANDREÆ THEVETI ENGOLISMENSIS,

COSMOGRAPHI REGII, COMMENTARIORVM

De viris illustribus, lib. III. cap. LXXX.

SI aucun illustre personnage a merité d'estre honoré, & prendre place en cestuy nostre liure, celuy doit principalement estre pour ce regard respecté, lequel nous a baillé & depeint les premiers desseings & modelles de cest ouurage, & nous peut auoir en plusieurs endroitz secouru de ses escrits & memoires. Dont affin de monstrer & par effect exhiber la liberalité, & n'en sembler ingrat, ie n'ay voulu laisser en arriere le pourtraict naturel de Iean Trittheme, personnage autant sçauant, & diligent recercheur de toutes bonnes sciences, qu'aucun autre de son temps: lequel i'ay tiré d'vn liure imprimé en Allemaigne en la mesme façon, que ie le vous represente icy. Il estoit accompagné d'vne pieté de vie, & zele seruent de la Religion Chrestienne: comme celuy, lequel par vn liure de mesme subiect que cestuy, mais non si accomply en toutes ses parties & naifues couleurs, a extraict vn brief recueil des doctes hommes qui ont escrit, & les liures desquels sont paruenus à sa cognoissance. Or d'autant que la vie d'vn homme estant cogneüe peut grandement exciter nostre cœur à luy porter affection, & qu'au simple recit de la vertu sommes esmeuz à aimer ceux, que des yeux n'avons iamais contemplé: nous dirons quel fut cestuy Trittheme, d'ou & en quel temps il viuoit. La ville de Trittenheim, sur la Moselle au dioceſe de Treues, luy a contribué deux graces non à mespriser, c'est à sçauoir la natiuité, & le surnom, qu'il a faict tant celebre, en l'an de la natiuité de nostre Sauueur, mil quatre cens soixante. Encores enfant, bruslant d'vne affection & amour des lettres, se proposa cercher plus loing viãde plus solide, pour appaiser sa faim: dont pour ceſt effect voyagea par diuerses prouinces, & estudia és plus celebres Vniuersitez, qui florissoyent adoncques és sciences tant humaines que sacrées, de maniere qu'en petit espace de temps par continuel labeur, paruint au comble & perfection de sçauoir. Car il estoit subtil Philosophe, ingenieux, Mathematicien, Poëte celebre, Historien accomply, Orateur fort eloquent, & Theologien insigne: doué au demeurãt de plusieurs rares vertuz & graces, tant du corps, que de l'esprit. Mais cõme en ce temps la encores non poly, les Religieux fussent en grande & bõne opinion enuers tout le monde, tant pour leur singuliere deuotion, que erudition, estans les monasteres specialement en l'ordre de Sainct Benoist, comme escholes publiques, ou estoyent enseignez les enfans, & ausquels on faisoit profession de prescher & expliquer les escritures, plus que l'on ne faict pour le present; ce Iean Trittheme desirant trouuer lieu bien commode & pacifique pour vacquer à la contemplation des choses diuines, choisit vne Abbaye & monastere de l'ordre Sainct Benoist, ou il print l'habit de Religieux: & comme il se comportast fort modestement, deux ans apres sa profession fut esleu & constitué Abbé au monastere de Sainct Martin en la ville de Spanheim, dioceſe de Mayence, lequel office il administra auec tresgrande dexterité. Et combien que la charge de gouuerner vn nombre de Religieux differens en mœurs & complexion, soit fort penible, voire autant qu'vn escadron de soldats de diuerses nations à vn bon & vaillant Capitaine, & que telle charge requiert qu'vn hõme ne face presque autre chose que d'y prester l'œil, l'oreille, & tous les sens; attendu mesmement, que combien que toutes les actiõs humaines tant particulieres que publiques, soyent subiectes à la dent des calomniateurs, sur tout la vie d'vn Prælat est ordinairement espluchée & exposée aux langues des mal-disans, ausquels n'est possible de satisfaire: Toutesfois cestuy auec grand soing, trauaillant à l'ordonnance & disposition des negoces exterieures, ne laissoit pour ce à desrober quelques heures, lesquelles il employoit soigneusemẽt tantost à lire & composer, ainsi que nous pouuons aisement recueillir & coniecturer par ses œuures, qu'il a publiées, lesquelles recommandent assez à la posterité sa doctrine & diligence admirable. Entre ses autres liures, celuy lequel à l'exemple de Sainct Hieroſme, Gennadius, & autres, il a intitulé Des escriuains Ecclesiastiques est digne de perpetuelle memoire, & louange, auquel auec vne recerche tres-laboureuse il a noté pour la plus part les autheurs, le temps qu'ils viuoyent, leur profession, les tiltres de chacun liure, & les prefaces ou commencement d'iceux, baillant par ce sien labeur le pinceau à plusieurs, qui depuis l'ont imité. Quant aux liures de la Polygraphie, ceux qui luy sont les moins affectionnez, sont contraincts d'admirer l'ingeniosité du stile duquel il a vsé, ausquels il descrit diuer-

Pourtraict de Iean Trittheme.

Lieu de naissance de Trittheme. A. 1460.

Grand sçauoir de Trittheme.

Trittheme Abbé de Spanheim

Liures de Trittheme.

De scriptoribus Ecclesiast.

Polygraphia.

Trithemij Opera historica

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Clauis eius.

ſes manieres d'eſcrire miſsiues : mais c'eſt auec telle difficulté, que ceux qui ſont les mieux verſez, ont aſſez de peine d'y pouuoir atteindre. Pour ceſte occaſion luy meſmes a forgé vn liure qu'il nomme la clef de la Polygraphie, afin d'y ouurir la porte, & manifeſter les ſecrets, qui ne pouuoyent eſtre communiquez, veus, ni recogneus, qu'auec vne peine ineſtimable. Seroit choſe ſuperflue reciter en ce lieu le catalogue de ſes autres liures: ſeulement ie veux bien dire, qu'il eſt à reprendre en ce, que par trop curieux des ſciences noires & occultes de Magie, il a eſcrit en ſon liure, intitulé la Steganographie, pluſieurs choſes ſuperſtitieuſes & indignes d'vn homme Eccleſiaſtique: & par ce moyen il a appreſté à pluſieurs, qui ne cerchoyent pas meilleur pain, matiere de ſe gaber des Moynes, diſans que l'eſtat d'vn religieux ne conſiſtoit à recenſer telles ſuperſtitions & mouuemens Aſtrologiques: ioinct qu'il eſt eſtimé auoir penetré plus auant, & auoir eu communication d'eſprits familiers, ce que ie ne voudrois approuuer. Il eſt bien vray, qu'il y a eu vne infinité d'eſcoliers de ceſte ſcience, laquelle eſt vſitée en pluſieurs endroicts du monde, entre autres en Cambaluth, Malacha, Goua, & meſmes en la Chine pays des Indes Orientales: non pas que ie vueille approuuer la fable recitée par Regius en ſon liure qu'il a faict de la viciſſitude des choſes, où il dit, n'eſtre loiſible à ceux de ces pays là, de paruenir aux eſtats & honneurs de la Republique, s'ils ne ſont ſçauans en ceſte ſcience de Magie: Choſe mal entendue à luy, d'autant que ceux qui vſent de ſes ſciences ſont ſeulement les ſacrificateurs & preſtres de leurs Idoles, & quelques autres beliſtres, la plus part deſquels ſont eſclaues. Au reſte, ie ne m'amuſeray icy à vous donner à entendre, que noſtre Tritheme diſoit y auoir double Magie, l'vne naturelle, & l'autre ſuperſtitieuſe: ſeulement ie le puis appeller vne Phare eſclairante de ſon aage, auquel les lettres demeuroyent enſeuelies, & eſt vn de ceux qui premier les a reſuſcitées & eſclaircies. Apres auoir en telles occupations, que ie viens de reciter, trauerſé la foreſt de ceſte vie, ſoubs la rigueur & inclemence du temps, auec vne infinité de trauaux, faulſes & dutout iniques calomnies, dont il a eſté aſſailli, il mourut l'an mil quatre cens nonante & neuf, ſoubs le Pape Alexandre ſixieſme, & regnant l'Empereur Maximilian, autres ont eſcrit ſoubs le Pape Leon. De ſon temps floriſſoyent pluſieurs perſonnages rares en ſçauoir, leſquels ſeroit trop ennuyeux d'ici ſpecifier, ie me contenteray entre les autres de choiſir Ioſſe Badius & Iaques Feure, leſquels ont fait de grands fruicts enſemblement par toute l'Europe, & notamment en noſtre France, & qui ont eſté pour la plus-part compagnons en labeurs, affections & entrepriſes.*

Steganographia.

Trittheme trop addonné à la magie.

Erreur de Regius.

Magia duplex.

Contemporanei de Trittheme.

Mort de Trittheme.

* *Errat. ſcribend. A. 1519. Et ex eius Epitaphio conſtat.*

IOHAN-

IOHANNIS TRITHEMII
ABBATIS SPANHEYMENSIS,

DE SEPTEM SECVNDEIS, ID EST, INTELLIGENTIIS sive Spiritibus orbes post Deum mouentibus, libellus siue Chronologia mystica;

Multa scituque digna, mira breuitate in se complectens arcana.

IOHANNIS TRITHEMII ABBATIS SPANHEYmensis Epistola in libellum de intelligentiis cœlestibus, orbes post Deum gubernantibus.

AD DIVVM MAXIMILIANVM I. IMP. CÆS. P.F.

VEterum sententia est plurimorum, sapientißime Cæsar, mundum hunc inferiorem ordinatione primi intellectus, qui Deus est, per secundas intelligentias gubernari. Quorum opinioni Conciliator assentiens Medicorum dicit, septem Planetis, spiritus septem à principio cœli & terræ præfectos: quorum vnusquisq; mundum annis gubernat trecentis quinquaginta quatuor, mensibusq; ex ordinis quaternis. Huic positioni complures viri doctißimi hactenus præbuere consensum: quam ego non asserendo, sed referendo duntaxat facio tua Maiestati Sacratiß. manifestam.

I.

PRIMVS Angelus, siue spiritus Saturni vocatur Orifiel, cui Deus mundum à principio creationis gubernandum commisit, cœpitque regimen illius 15. die mensis Martii, anno mundi primo, & durauit annis 354. mensibus quatuor. Orifiel autem nomen est officii, non naturæ, spiritui ratione actionis attributum, sub cuius regimine homines fuerunt rudes & agresti, more bestiarum in solitudine commorantes. Quod mea non indiget probatione, cum ex textu Geneseos omnibus sit manifestum. *Orifiel.*

II.

SECVNDVS mundi gubernator est Anael, spiritus Veneris, qui post Orifielem regere cœpit sui influxum planetæ anno mundi 354. mense quarto, hoc est 24. die mensis Iunii, & mundum gubernauit annis 354. mensibus quatuor, vsque ad annum orbis conditi 780. vt calculanti patet, ætatem. Sub huius regimine Anaelis homines cœperunt esse cultiores, domusq; constituere & vrbes, artes inuenire manuales, opus textrinum, lanificium, hisq; similia, carnis quoq; voluptatibus peramplius indulgere, vxoresque sibi pulchras assumere, Deum obliuisci, & à naturali simplicitate in multis recedere: ludosque cantilenas inuenire, cithara canere, & quicquid ad Veneris pertinet rationem & cultum excogitare, durauitque ista in hominibus lascitia vitæ ad diluuium, sumens argumentum prauitatis suæ. *Anael.*

III.

TERTIVS Zachariel Angelus Iouis mundum cœpit gubernare, anno creationis cœli & terræ, 780. hoc est, 26. die mensis Octobris, & gubernauit mundum annis 354. mensibus quatuor, vsque ad annos conditi orbis 1063. inclusiue. Sub cuius moderatione homines primum sibi Dominum in alterutrum vsurpare cœperunt, venationes exercere, tentoria facere, & corpora variis indumentis exornare, factaq; est magna inter bo- *Zachariel.*

Trithemij Opera historica

nos malosque diuisio, bonis inuocantibus Deum, sicut Enoch, quem transtulit Dominus, malis autem post carnis illecebras discurrentibus. Cœperunt etiam homines sub huius Zacharielis regimine magis ciuiliter viuere, legesque pati maiorum, mansuescere à feritate priori, sub eius quoque ducatu Adam primus homo fuit mortuus cunctæ posteritati relinquens testamentum necessário moriendi. Variæ denique hoc tempore adinuentiones hominum & artes emerserunt, sicuti historiographi clarius expresserunt.

IIII.

Raphael. QVARTVS mundi rector fuit Raphael, spiritus Mercurii, qui cœpit anno creationis Cœli & terræ 1063. Februarii die 24. & præfuit annis 354. mensibus quatuor, & durauit eius dominium vsque ad annos mundi 1417. & mensem quartum. Hisce temporibus scribaria primo fuit inuenta, & literę primo ad modum seu formam arborum atque plantarum excogitatæ, quæ tamen postea cum tempore & cultiorem sumpsere ornatum, & characterum faciem ad suum gentes arbitrium mutauerunt. Musicalium quoque instrumentorum vsus sub regimen huius Raphaelis multiplicari cœpit & mercantiarū primum fuit commutatio per homines adinuenta. Nauigandi quoque rudis audacia his temporibus primo fuit præsumpta, & alia id genus multa.

V.

Samael. QVINTVS gubernator mundi fuit Samael, angelus Martis, qui cœpit 26. die mēsis Iunii, anno mundi 1417. gubernauit mundum annis 354. mensibus 4. vsque ad annum 1771. mensem 8. Sub cuius regimine Martis naturam homines fuerunt imitati. Item sub moderatione huius Samaelis, diluuium fuit vniuersale, anno mundi 1656. sicuti ex Geneseos clare patescit historia. Et notandum, quod veteres tradiderunt philosophi, quoties Samael spiritus Martis rector est orbis, toties Monarchiæ notabilis alteratio surgit. Religiones variantur & sectæ, mutantur leges, principatusque ad extraneos transferuntur & regna, quod ex historiis per ordinem facile possumus inuenire. Verum non statim à principio regiminis Samael hunc manifestat sui moris affectum, sed postea quam gubernationis suæ medium excesserit quod idem de aliorum planetarum spiritibus est intelligēdum (vt in historiis patet) qui omnes secundum proprietates naturæ astrorum suorum, influūt & operantur ad inferiora mundi huius

VI.

Gabriel. SEXTVS mundi gubernator Gabriel Angelus Lunæ, qui cœpit post Samaelem Martis, 28. die mensis Octobris, anno mundi 1771. mēse 8. & gubernauit orbem, 354. ann. mēses 4. vsq; ad an. mūdi 2126. His tēporibus rursus multiplicati sunt homines, & varias cō diderūt vrbes. Et notandū, quod Hebræi dicunt diluuiū factū, anno mūdi, 1656. sub regimine Martis. Sed septuaginta interpretes Isidorus & Beda confirmant illud factum, anno 2242. sub gubernatione spiritus Lunæ Gabrielis, quod & mihi veritati magis videtur cōsentaneum multiplicatione, quam exprimere non est præsentis temporis.

VII.

Michael. SEPTIMVS mūdi gubernator Michael fuit, Angelus Solis, qui cœpit 24. Februarii, anno mundi secundum communem supputationem 2126. & gubernauit orbem annis 354. menses quatuor, vsque ad annum ætatis mundi, 2480. menses 4. Sub Angeli Solis regimine sicuti historiæ consonant veritati Reges inter mortales primum esse cœperunt,

Regum origo. inter quos Nemroth primus libidine dominandi super socios imperium tyrannidis inuasit. Cultus quoque Deorum stultitia hominum institutus fuit, & tenues suos adorare principes vt Deos cœperunt. Variæ etiam artes hoc tempore per homines fuerunt inuētæ: scilicet Mathematica, Astronomia, Magia, & vnius Dei cultus diuersis cœpit exhiberi creaturis,

Idololatria scaturigo. & veri cognitio Dei per superstitionem hominum in obliuionem paulatim deuenit. His quoque temporib. Architectura inuenta est, & cœperunt homines politiorib. vti & moribus & institutis.

VIII.

OCTAVO dehinc ordine rursus Orifiel Saturni Angelus, mundum gubernare cœpit 26. die mensis Iunii, anno ab origine mundi 2480. menses quatuor, annisque 364. & mensibus quatuor, orbem secunda vice gubernauit, vsque ad annū mundi 2834. mensemque octauum. Sub huius gubernatione Angeli, multiplicatæ sunt gentes, diuisa terra in Regiones, instituta multa regna, Turris Babel constructa, linguarum facta confusio, homines in omnem sunt terram dispersi, cœperuntque homines terram accuratius colere, agros instituere, frumenta serere, vineas plantare, arbores infodere, & quicquid ad victum vestitumque pertinet, diligentius acquirere. Ab isto tempore primum inter homines

mines fieri cœpit nobilitatis discretio, quando viri & moribus & ingenio reliquos excellentes insignia gloriæ à maioribus terræ pro meritis susceperunt. Hinc primum orbis totus in hominum notitiam deuenire cœpit, cum vbique multiplicatis gentibus, & multa oriebantur regna, & variæ sunt liguarum differentiæ subsecutæ.

IX.

NONO autem ordine mundum rursus gubernare inchoauit Anael spiritus Veneris 29. die Octob. anno creationis cœli & terræ 2834. mense 8. & præfuit annis 354. mensibus 4. vsq; ad annum mundi 3189. His temporibus homines Deum verum obliuioni tradentes, mortuos & eorum statuas pro Deo colere & honorare cœperunt, qui error plus quam duobus millibus mundum occupauit annis. Introducentes curiosos corporis ornatus, & varia genera musicalium instrumentorum, homines rursus libidinem & voluptatem carnis nimium prosequuti sunt, statuas quoq; & templa diis suis homines hisce temporibus instituentes & dicantes. Incantationes & maleficia temporibus istis fuerunt excogitata per Soroastem Bactrianorum Regem primum, (& alios diuersos) quem Ninus rex Assyriorum in bello superauit. *Idololatriæ incrementum.*

X.

DECIMO ordine Zachariel Angelus Iouis iterũ gubernare cœpit vltimo die mensis Februarii, anno conditionis cœli & terræ 3189. & gubernauit annis ex more 354. menses 4. vsq; ad annum mundi ipsius 3543. & mensem 4. Hæc læta fuere tempora, quæ vere aurea dici potuerunt, in quibus omnium rerum copia, & generi humano incrementum contulit, & maximum orbi dedit ornatum. Similiter hoc tempore Deus Abrahę legem circumcisionis dedit, & generis humani Redemptionem per vnigeniti sui incarnationem primo pollicitus est. Sub huius regimine Spiritus Patriarchæ infundatores iustitiæ claruerunt, & iusti ab impiis sunt propria voluntate & opere diuisi. Claruit his etiam temporibus apud Archadiam Iupiter, qui & Lisania, cœli & Dei Filius, Rex, qui primus leges Arcadibus, dedit, moribus multum fecit esse ciuiles, Dei cultum docuit, templa construxit, instituit Sacerdotes, & multa generi humano procurauit vtilia, propter quæ & Iupiter ab eis dictus est, & post mortem pro Deo habitus, duxit autẽ originem ex Heber filiis, scilicet Ierari, quemadmodum historię sonant. Prometheus etiam filius Athlantis sub huius Angeli regimine dictus est fecisse homines, propterea quod ex rudibus effecerit doctos, humanos, mansuetos, & moribus scientiaq; politos, imagines arte fecit sese mouere. Vsum annuli primus excogitauit, sceptrum diademaq; & insignia Regalia similiter inuenit. Claruerunt & alii Iouiniani his temporibus homines sapientissimi viri & mulieres qui suo ingenio multa generi humano vtilia inuenta tradiderunt, & propter magnitudinem sapientiæ mortui inter Deos relati putabãtur. Videlicet Phoroneus, qui leges & iudicia primus apud Græcos instituit, Sol, Minerua, Ceres, Serapis apud Ægyptios, & alii complures. *Promissa humanæ Salutis restauratio.* *Iupiter Rex Arcadiæ.* *Prometheus.* *Phoroneus.*

XI.

ORDINE vndecimo Raphael spiritus Mercurii iterum mundi regimen suscepit prima die mensis Iulii anno mundi 3543. mense 4. & præfuit annis 354. mensibus 4. vsque ad annum creationis cœli & terræ 3897. & 8. mensem. His vero temporibus, vt clare patet ex veterum historiis, homines sapientiæ operam magis dederunt, inter quos fuerunt vltimi clarissimi viri Mercurius, Bacchus, Omogyrus, Isis, Inachus, Argus, Apollo, Cecrops, & complures alii, qui suis inuentionibus & mundo tunc profuerunt & posteritati. Varię quoq; his temporibus superstitiones in cultura idolorum per homines fuerunt institutæ, incantationesq; & artes imaginum diabolicarum mirum in modũ auctæ, & quicquid subtilitatis & ingenii Mercurio ex more attribuetur, tunc temporis augebatur. Moses Hebræorum dux sapientissimus, multarum rerum & artium peritus, veri & vnius Dei cultor, Hebræorum populum à seruitute Ægyptiorũ in libertatem vindicauit. Hoc etiam tempore Ianus in Italia primus regnauit, post quem Saturnus, qui stercore agros pinguari docuit, & pro Deo habitus fuit. Circa hoc tempus Cadmus literas Græcas inuenit & Carmentis filia Euandri Latinas. Deus omnipotẽs sub regimine huius Raphaelis angeli Mercurii legem populo suo per Mosen dedit in scriptis, quę Christi futuræ natiuitati in carne testimoniũ reddit manifestum. Mirabilis quoq; in mundo religionum fuit suborta diuersitas. Multa quoq; his temporib. floruerunt Sybillę, prophetæ, Arioli, Aruspices, Magi, Vates, vt Sybilla Erythrea, Delphica, Phrygiaq; cum cęteris. *Moses.* *Ianus.* *Cadmus.* *Legis diuinæ enucleatio.*

XII.

DVODECIMO autẽ ordine mundum denuo regere cœpit Samael Angelus Martis, 2. die mensis Octob. anno mundi 3892. mense 8. durauitq; regimen eius annis 354. mensibus 4. vsq; ac annos 4252. Sub cuius regimine fuit magnum illud ad famosissimum excidium Troianum in Asia minore, factaque est Monarchię multorumq; Regnorum admiranda *Excidium Troianum.*

Parisiut. Moguntia. randa mutatio & multarum de nouo ciuitatum institutio, vt Parisiensiũ, Moguntiæ, Carthagini, Neapolis, & aliarum multarum. Multa etiam regna de nouo fuerunt exorta, vt Lacedæmoniorum, Corinthiorum, Hebræorum & complura alia. Maxima fuerunt his temporibus in toto mundo bella & prælia Regum & gentium, variæque mutationes Imperiorum. Veneti ab hoc tempore ex Troianis computant initium & gentis suæ & vrbis.

Venetorum origo. Et notandum, quod & aliæ nationes plurimæ tam in Europa quam in Asia suam prætendunt originem se sumpsisse à Troianis, quibus tantum accommodare fidei duxi, quantum ipsi veritatis mihi sufficienti testimonio poterunt persuadere. Friuola sunt quæ afferunt de sua nobilitate & antiquitate, volentes palam gloriari: quasi non fuerint in Europa gentes, ante Troianorum excidium, nullusque inter ipsos Troianos ignobilis. Item sub huius

Saul. planetæ imperio Saul primus Iudæorum factus est Rex, postea Daniel, cuius filius Rex Salomon, templum Dei veri toto famosissimum in mundo in Hierusalem cõstruxit, hinc spiritus Dei prophetas suos ampliore lumine gratiæ suæ illustrans, non solum de futura incarnatione Domini Saluatoris, sed & alia multa prædicere fecit, vt sanctæ testantur

Homerus. historię, inter quos fuerunt Nathan propheta Dauid Regis, Gad, Asaph, Achias, Semeias, Asarias, Anan cum pluribus aliis. Homerus Poeta Græcus Troiani scriptor excidii, Dares Phrygius, Dictis Cretensis, qui excidio ipsi interfuerunt, & similiter descripserunt, fuisse leguntur his temporibus in humanis.

XIII.

ORDINE tertio decimo, Gabriel spiritus Lunæ denuo regimen mundi suscepit 30. die Ianuarii, anno ab origine vniuersi 4252. & præfuit imperio suo annis 354. mensibus 4. vsque ad annum mundi 4606. & mensem 4. Isto autem tempore plures apud Hebræos claruerunt prophetæ Helias videlicet, Helisæus, Micheas, Abdias, & alii complures. Erantq; variæ regni Hebræorum mutationes. Lycurgus iura & leges dedit Lacedæmoniis. Capetus Syluius, Lyberius Syluius, Romulus Syluius, Procas Syluius, Numitor, Italiæ Reges sub huius moderamine spiritus floruerunt, plura etiam regna sub eo noua sumpserunt initia, vt Lydorum, Medorum, Macedonum, Spartanorum & aliorum. Monarchia Assyriorum in Sardanapalo defecit. Similiter & regnum Macedoniorum consumitur. Variæ hominibus impositæ sunt leges, & veri Dei cultus negligitur, falsorũ deorum religio nimis propagatur. Vrbs Roma sub imperio huius spiritus constructur anno 1484. qui fuit annus regiminis ipsius Gabrielis in ordine 239. defecitq; regnum Syluiorum Italiæ & Romanorum incepit. His etiam temporib. Thales, Solon, Chilon, Periander, Cleobolus, Bias & Pictacus septẽ sapientes in Græcia claruerunt, & ex hinc philosophi & poetæ in præcio haberi cœperunt. Imperauit autem Romæ primus vrbis conditor Romulus annis 37. fratricida & cultor seditionis. Post quem Numa Pomp. annis 42. qui cultum Deorum ampliauit, tempore Ezechiæ regis Iudæorum magna in pace regnum continuit. Circa finem gubernationis huius spiritus Lunæ Nabuchodonosor Rex Babyloniæ Hierusalem cœpit, & destruxit Sedechiam Regem, & omnem populum abduxit captiuum. Hieremias propheta claruit, qui hoc prædixit excidium. Similiter & ex Babylon futuram liberationem.

Helias. Helisæus. Lycurgus. Occasus. Monarchia Assyriorum. Vrbs Roma constructur. Septem sapientes Græcia. Romulus. Numa. Ezechias. Nabuchodonosor. Sedechias. Hieremias.

XIV.

POST Gabrielem 14. imperium mundi iterum assumpsit Michael spiritus Solis qui cœpit prima die mensis Maii, anno mundi 4606. mense 4. rexitq; mundum in ordine suo annis 354. vsq; ad annum conditi orbis 4960. & menses 8. In tempore huius regiminis Euil Merodach Rex Babylonis libertatem & regem populo restituit Hebræorum, ad directionem Michaelis, qui, vt Daniel scribit, pro populo stetit Iudæorũ, cui à Deo fuerant, commissi. Item hisce temporibus Monarchia regni cœpit Persarum, cuius Rex primus Darius, & secundus Cyrus regnum illud Babyloniæ potentissimum in diebus Balthasar, (vt Daniel & prophetæ prædixerunt) funditus destruxerunt. Claret his temporibus Cumana Sybilla, quæ nouem libros Tarquinio Prisco Regi precio coemendos proposuit, in quibus futurorum series auisamentorum & ratio continebatur totius Reipub. Romanorum. Verum cum Rex denegaret pretium, tres primos libros Sybilla eo vidente exussit, pro reliquis sex idem pretium postulabat. Quod cum ille rursus denegasset, alios quoque tres igni tradidit comburendos, quod & de vltimis feciſſet, nisi Rex suorum consilio persuasus, eas ab interitu dato pretio redemisset, quod pro omnibus fuerat postulatum. Item Romani abrogatis Regibus duos per annũ Consules constituerunt. Phaleris tyrannus Siciliam iis temporibus occupat. Magia quoque temporibus istis apud Reges Persarum magno in pretio fuit. Pythagoras philosophus & multi alii apud Græcos tunc floruerunt. Templum Hierosolymis & ciuitas reædificatur. Esdras propheta libros Mosi combustos

Euil. Persarum Monarchia. Cumana Sybilla Tarquinio Prisco. Romana Reip. mutatio. Pythagoras. Esdras.

à Chal-

à Chaldæis, qui & Babylonii fuerunt dicti, memoria vsus pro Archetypo reparauit. Xerxes Rex Persarum exercitum aduersus Græcos duxit, sed parum profecit. Roma capitur, incenditur, & destruitur à Gallis, capitolio duntaxat excepto, tutato ab ansere, pugiles lassos suscitante. Atheniensium bella famosissima iis quoq; temporibus fuere. Socrates & Plato philosophi tunc temporis vixerunt. Romani iterū abrogatis consulibus, Tribunos & Aediles instituerunt, fueruntq; his temporibus multis calamitatib. inuoluti. Alexander quoque Magnus post regimen Michaelis exactum in Macedonia regnauit. Monarchiam Persarum in Dario destruxit, & suo imperio totam Asiam cum patre Europæ subiugauit: vixit annis 33. imperauit annis 12. mensibus quinque post cuius mortem infinita bella fuerunt subsecuta, & multa mala, & diuisa est Monarchia in quatuor. Apud Hebræos pro sacerdotio summo concertari cœptum est. Regnum Syriæ inchoatur.

Xerxes.
Roma capitur.
Socrates.
Plato.
Tribuni.
Ædiles.
Alexander M. Persarum monarchia destructa.

XV.

Post Michaelem ordine decimo quinto, iam tertio spiritus Saturni Orifiel, regimen orbis assumpsit, vltima die mensis Septembris, anno conditionis vniuersi 4960. mense 8. & præfuit annis 354. mensibus 4. vsque ad annum mundi 5315. Sub cuius regimine bellum cœpit Punicum inter Romanos & Carthaginenses. Vrbs Roma per ignem & aquam penitus quasi consumpta fuit. Colossus imago fusilis ærea pedum 126. terræmotu corruit. Vno hic anno pax fuit Rom. post bellum Punicum, qui in 440. annis nunquam sine bello fuerunt. Hierosolyma cum templo incenditur & destruitur per Antiochum, & Epiphanem. Machabæorum historia & bella geruntur. His temporibus anno ab vrbe condita 606. Carthago destruitur & arsit per dies 17. continuos. In Sicilia 70000. seruorum contra dominos suos conspiratio fuit. Magna iis temporibus portenta videbantur in Europa, animalia domestica fugere ad nemora, sanguis fluxit, igneus è cœlo globus cum fragore micuit. Mithridates Rex Ponti & Armeniæ per annos 40. bellum gessit cum Romanis. Regnum Hebræorum restituitur. quod interruptum fuerat annis 575. à tempore Zedechiæ vsque ad Aristobolum. Item Germani Teutones inuaserunt Romanos, & post multa prælia feruntur victi, ac 160000. interfecti, præter innumerabiles, qui se cum domesticis interfecerunt, sub Caio & Manlio consulibus. Multi nihilominus Romanorum per eos antea fuerunt deleti. Denique bella ciuilia, quæ annis durauerunt 40. Romanos valde attriuerunt. Tres Romæ Soles apparuerunt, nec diu sed mox in vnum redacti sunt. Pauculos post annos Iulius Caius Cæsar Romanorum vsurpauit imperium, quod Octauianus Augustus post eum ampliauit, & Asiam, Africam & Europam in vnam monarchiam adunauit. Imperauit autem annis 36. per quem Deus pacem orbi contulit vniuerso. Anno à condita vrbe 751. Octauiani Cæsaris Augusti 42. Orifielis spiritus Saturni regiminis præscripti anno 245. mense 8. vicesimo quinto die mensis Decembris, Iesvs Christvs Dei filius ex Maria Virgine in Bethlehem Iudæa natus est. Nota quam pulchra diuinæ prouidentiæ ordinatio. Mundus enim sub Orifielis regimine primo creatus est, & sub tertio quoque misericorditer redemptus, instauratus & renouatus, vt huic descriptioni regiminis mundi septem spirituum planetarum fidem non modicam tanta factorum consonantia ministrare videatur. In primo enim regimine Orifielis, vna totius mundi fuit Monarchia, sub secundo (vt supra diximus) in multos fuit diuisa. Iterum sub tertio (vt cernitur) in vnitatem reuocata, licet, si rectè metiamur, manifestum etiam sit in secundo regimine Orifielis vnam totius mundi fuisse Monarchiam, cum turris construeretur Babylon. Ab hinc regnum Iudæorum ablatum est, victimæque & iuge sacrificium cessauerunt, nec restituetur Iudæis libertas, ante tertiam reuolutionem Michaelis spiritus, hæcq; fiet post Christi natiuitatem anno 1880. mense 8. hoc est anno mundi 7170. mense 8. Christianam religionem iis temporibus multi Iudæorum & Gentilium assumpserunt, simplicissimis atque rusticanis prædicantibus, quos non institutio humana, sed Dei spiritus illustrauit. Ad primam simplicitatis innocentiam mundus tum reuocari cœpit, vtrobique spiritu Saturni Orifiele ipsum gubernante. Mixta suut cœlestia terrenis, multi etiam Christianorum, pro fide quam prædicabant, à mundi Rectoribus crudelitet interfecti. Circa finem regiminis Orifielis Hierusalem per Romanos destruitur, & Iudæi in omnem terram disperguntur, interfectis vndecies centum millibus & venditis 80000. reliqui fugerunt, & sic Romani Iudæam penitus destruxerunt.

Bellum punicum.
Roma calamitas.
Colossus destruitur.
Antiochus.
Epiphanes.
Carthago destruitur.
Multa portenta.
Mithridates.
Teutonica clades aduersus Romanos.
Tres Soles Romæ visæ.
C. Iulius Cæsar.
Octauianus Aug.
Emanuel Iesus Christus nascitur.
Iudæorum libertas.
Christianæ religionis incrementum.
Iudæa destruitur.

XVI.

Ordine 16. post Orifielem Anael spiritus Veneris regimen totius mundi tertia vice

vice resumpsit, vltimo die Ianuarii. Anno conditionis cœli & terræ 5315. à Christi vero natiuitate 169. & gubernauit orbem annis 354. mensibus 4. vsque ad annos mundi 5669. menses 4. Dominicæ vero Natiuitatis in carne 463. Et notandum, quod pene toto tempore istius regiminis Angeli Veneris, Christianorum Ecclesia in persecutionibus floruit & prævaluit, infinitis hominum millibus pro fide Christi occisis. Hæreses denique plures his temporibus in Ecclesia pullulare cœperunt, quæ non sine labore & sanguine bonorũ virorum cum tempore fuerunt extinctæ. Multi claruerunt iis temporibus viri in omni genere scientiarum doctissimi & eloquentissimi Theologi, Astronomi, Medici, Oratores, Historiographi & iis consimiles, non solum inter gentes, sed etiam apud Christianos. Cessauit tandem persecutio infidelium aduersus Ecclesiam, posteaquam Constantinus Cæsar Magnus fidem assumpsit, anno mundi 5539. post medium regiminis ipsius Anaelis Angeli Veneris, quamuis etiam postea in parte fuerit aliquoties per impios turbata, mansit tamen multo tempore in toto quietissima. Ex hinc genus humanum, quod à tempore Nini Regis circa idolorum culturas per annos 2300. miserabiliter erraũerat, ad vnius Dei fuit cognitionem misericorditer reuocatum. Artes variæ subtilitatis his temporibus auctæ sunt, & per conuenientia naturæ Veneris ornatum sumpserunt & incrementum. Mutantur enim hominum cum tempore mores, & corpora inferiora secundum influentiam superiorum disponuntur. Mens quidem libera est, & influentiam astrorum non suscipit, nisi præ nimium, quod cum corpore habet, commercium se inclinando affectum commaculet suum. Angeli enim, qui motores sunt Orbium, nihil eorum quæ natura constituit, destruunt vel subuertunt. Cometa insolitæ magnitudinis Constantini mortem præcessit. Arriana hæresis multis in locis turbauit Ecclesiam sanctam in fine huius regiminis, tempore Iuliani Cæsaris cruces apparuerunt, in lineis vestibus hominum. In Asia & Palestina secuta sunt bella, pestilentiæ & fames in istis locis in quibus cruces apparuerunt. His quoq; temporibus circa annos Domini 360. Franci in Germania sumpserunt initium, qui postea Galliam deuastantes suo nomine victam Franciam nuncupauere. Descriptio Franciæ fuit magnitudine longa & lata, cuius Metropolis Moguntia, nunc vero Herbipolis sola. Bauari, Sueui, Rhenenses, Saxones, Thuringi, & circumsiti Pontificatus, magnam hodie partem Franciæ in Germania occupant. Item anno gubernationis huius Anaelis 280. Romanum inclinari cœpit imperium, cum vrbs capta fuit à Gottis & incensa, sede prius imperiali sub Constantino in Græciam translata, quod initium fuit & causa totius inclinationis Monarchiæ. Nam circa finem huius regimenti Anaelis surrexerunt Radagisus, Alaricus, Athaulfusque Reges Gottorum. Item postea Gensericus Vandalorum, Athila quoque Hunorum, qui totam Europam peruagantes, imperium miserabiliter lacerauerunt, vt in his historiis patet.

Persecutiones multæ aduersus Ecclesiam.

Constantinus fit Christianus.

Vnius Dei cultus restauratus.

Notabile.

Cometes.

Arriana hæresis.

Cruces in Vestibus.

Francorũ Germanorum origo.

Inclinatio Romani Imperii. Gotherũ Vandalorum & Hunorum irruptiones.

XVII.

Post Anaelem ordine 17. Zachariel spiritus Iouis regimen vniuersale tertia vice resumpsit prima die Iunii, anno mundi 5669. mense 4. Dominicæ vero Natiuitatis 463. mense 7. & præfuit annis 354 mensibus quatuor, vsq; ad annos mundi 6023. mensemque 8 Domini autem 817. Multi his temporibus amore philosophiæ Christianæ, sese ad Eremum contulerunt, multa etiam apparuere portenta, Cometes, terræmotus, pluuia sanguinis. Merlinus in Tumbæ natus miranda prædixit in principio huius regiminis. Arcturus (quem vulgo Artum appellant) Rex Britanniæ famosissimus barbaros vicit, pacem Ecclesiæ reddidit, multa prælia victor gessit, fidem Christi ampliauit, Galliam totam, Noruegiam, Daciam & multas prouincias suo imperio subiugauit. Erat omnium sui temporis Regum glorioſissimus, qui post multa egregia patrata, nusquam comparuit, multis annis expectatus à Britonibus redire, de quo mirabiles olim Mimi cantilenas ediderunt, quo regnante, Anglia in flore fuit, cui terdena regna seruierunt. Hisce temporibus monachorum in Ecclesia Dei ordines cœperunt multiplicari. Theodoricus Rex Gothorum Arrianus totam Italiam possedit, Boetium consulem occidit. Erant omnia perturbatione plena, imperium simul & Ecclesia. Zenon & Anastasius Imperatores Arriani in Oriente, Theodoricus & sui successores in Italia, Honorius Rex Vandalorum in Africa tyrannidem exercebant non paruam. Clodoueus tandem Rex Francorum in Gallia factus Christianus & Gothos superauit & pacem rebus imposuit, licet non vbiq; terrarum tempore Sanct. Benedicti, anno Christianorum quingentesimo, vel circa in principio regiminis huius Angeli Zacharielis Iouis, cuius est proprium spiritus, imperia mutare & regna, quod in hac reuolutione factum, multipliciter historiæ declarãt, & quod ipse facere nõ potuit Raphaeli Angelo Mercurii successori suo faci-

Cometes, terræmotus, pluuia sanguinis. Merlinus. Arcturus rex Brit.

Monachorum ordines Boetius Perturbatus status Ecclesiæ & imperii. Clodoueus rex Francia bonus.

faciendum in Carolo Francorum ordinauit. Multa enim regna sub his 350. annis defecerunt, Gothorum, Vandalorum, Burgundiorum, Longobardonorum, Thuringonorum, Alemanorum, Bauarorum, & alia complura. Iustinianus Imperator primus Rempub. legibus ornauit pulcherrime. Viri sub Zachariele clarissimi plures floruerunt, Iustinianus templum Sanct. Sophiæ 400. turrim Constantinopoli extruxit. Imperium bipertitum, confusum, & turbationibus plenum crebrius fuit. Signa multa his apparuere temporibus, vt est reperire in historiis. Cosdrai Persarum Rex Hierusalem cepit, quem Eracleus postea occidit, Machomet Arabs Saracenorum sectam introducit hisce temporibus circa Christi annum 600. per quam imperium Romanum in Asia ex toto iam cernitur ablatum. Dagobertus Rex Franciæ Anglos, qui tunc Saxones dicebantur, superans interfecit. Notandum quod fides Christiana paulatim ab hinc in Asia & Africa cœpit deficere subintrante secta Sarracenorum, quæ iam totũ pene mundum fœdauit. Circa annos Domini 774. cruces apparuerunt in vestibus hominum, & non diu postea diuisum est imperium Romanorum, facta translatione Monarchiæ ad Francos in Carolum, qui eripuit de interitu Ecclesiam & imperium, & gessit prælia multa. Nomen sub eo Westgallorum in Saxonia post victoriam cœpit.

Interitus multorum regnorũ.
Iustinianus Imperat.
Templum S. Sophiæ.
Cosdrai.
Machomet.
Dagobertus.
Notabile.
Carolus Imp.

XVIII.

Octavo decimo loco post Zachariclem Iouis Angelum, Raphael spiritus Mercurii mundi gubernationem tertio suscepit, 2. die mensis Nouembris, anno conditionis vniuersi 6023. mense 8. Dominicæ vero natiuitatis 817. & præfuit orbi 454. mensibus 4. vsq; ad annos mundi 6378. Dominicæ vero 1171. In principio huius reuolutionis Monarchia Romani imperii, sicut diximus, in Carolum Magnũ translata est. Post Carolum filius eius Ludouicus imperauit annis 25. Quo mortuo, filii eius inter se dimicantes, Imperii vires rursus extenuarunt. Normanni Galliam deuastarunt. Roma bis fœdatur a Sarracenis. Sub Ludouico secundo sanguis pluit è Cœlo in Italia per triduum. In Saxonia villa quædam cum omnibus ædificiis & hominibus in momento absorbetur hiatu terræ horribili. Circa Domini annos 910. motus in Italia facti sunt magni, defecitq; Italia ab imperio Francorum, propriosque sibi constituit Reges, quorum primus fuit Berengarius Dux Foroliuii, cui septem per ordinem successerunt, annis ferme quinquaginta, vsq; ab imperii translationem in Germanos. Factusq; fuit primus Imperator Otto, & ex hinc Monarchia reformari cœpit, cui filius Otto, & nepos Otto in imperio successerunt, sub quibus cõuertuntur Hungari ad Christianorum fidem. Otto autem tertius sine liberis mortuus, Electores imperii post se instituit, anno Christianorũ 1002. sicuti permanent vsq; in præsentem diẽ. Hierusalem vero capitur à Saracenis. Portenta multa sunt visa in cœlo, aere, terra, mari & aquis. Ottone vero tertio mortuo, Henricus primus principum electione successit, imperauit annis 20. qui Bambergensem Ecclesiam fundauit & moriens virgo vna cum vxore Kunigunda miraculis coruscauit: post quem Conradus eligitur primus Dux Francorum, & imperauit annis 20. Item Gotfridus Comes de Bulion terrã sanctam, & Hierusalem de manibus infidelium recuperauit. Ante finem reuolutionis multa signa & portenta visa sunt, & paruo elapso tempore gens Tartarorum egressa de finibus suis, multa imperio Romano fecit mala, fames, pestilentię & terræ motus imperio fuerunt. Soles tres in Oriente visi sunt totidemq; Lunæ, anno Domini 1153. Fridericus I. Barbarossa dictus imperare cœpit, & imperauit annis 33. Cuius imperii fuit initium anno Raphaelis 336. Multa gessit magnifice, viresq; imperii dilatauit, & multa bella feliciter gessit, cuius tempore nono Egiani & Lituotrii ad fidem Christi conuersi sunt.

Translatio Rom. imperii ad Francos.
Sanguinis pluuia.
Cæsma in Saxonia.
Translatio Rom. imperii in Germanos Ottones.
Hungarorum conuersio ad fidem Christi.
Electorũ Principum origo.
Henricus I. fundator Bambergensis Ecclesiæ.
Tres Soles in Oriente.

XIX.

Nono decimo ordine imperium mundi vniuersale sumpsit tertia vice Samael spiritus Martis, tertio die Martii, anno mundi 6378. & gubernauit annis 354. menses 4. vsque ad annos mundi 6732. mense 4. Domini vero 1525. Sub cuius regimine multa in orbe terrarum bella fuerunt, quibus infinita hominum millia perierunt, & regna quam plura pristinos terminos amiserunt. Inter Fridericum Imperatorem primum, & Romanos proceres discordiæ multę fuerunt & prælia magna, & Romanorum multa millia perierunt. Dictus Fridericus Mediolanum funditus subuertit. Leodium destruitur. Hierusalem à Sarracenis iterum capitur. Imperium Tartarorum omnium hoc tempore in orbe maximum his temporibus initium sumpsit, feceruntq; in mundo plagam maximam, nec cessant. Post Fridericum Henricus filius eius ad Imperatorẽ eligitur. Quo mortuo, schisma confundit imperium sub Philippo & Ottone, & secuta sunt in finib. Germaniæ prælia multa, Argentinę, Coloniæ, Leodii, Wormatiæ, Spirę, & in toto regno. Mendicantium

Mediolani destructio.
Tartarorum irruptiones.
Rumores bellorum.
Fidei defectio.

 secta

secta his temporibus instituitur, anno Samaelis 40. vel circa. Vnde certum est omnia prouidentia fieri. Sarraceni multa prælia aduersus Christianos in Asia & Africa gesserunt. Constantinopolis capitur à Germanis, & Balduinus Flandriæ Comes Imperator

Nota. Stultitia aduersus Clerum. instituitur. Ex Alemania pueri plus quam 20000. à pyratis merguntur in mari, qui vano spiritu seducti se terram sanctam recuperaturos dicebant. Ex Hispania coadunati pastores pecorum mulli Parisius accedentes, bona clericorum rapuerunt, populo congratulante. Sed cum manus in Laicorum extenderunt bona, necati sunt. Anno Christianorum 1212. Fridericus secundus eligitur, imperauit annis 33. qui multa contra Ecclesiam egit.

Eclipsis & terræ motus. Anno 1238. Eclipsis & terræ motus continui multa hominum millia oppresserunt. Frisia quoq; per maritimos fluctus pene tota submersa fuit & perierunt plus quam 100000. hominum. Tartari Hungariam deuastant atq; Poloniam. Armenia maiori prius, & multis superatis regionibus. Anno Christianorum 1244. quidam Iudæus apud Toletum fodiens,

Tartarorum impetus. Inuentio libri per Iudæum. librum inuenit, in quo erat scriptum: *In tertio mundo Christus nascetur de Virgine Maria, & pro salute hominum patietur.* mox credens baptizatus est. Tertius mundus, tertia Saturni spiritus reuolutio fuit, de qua supra dictum est, in cuius principio Christus fuit de Virgine natus. Romani Pontifices Fridericum abrogantes imperio 28. annis vacasse dixerunt, vsq; ad electionem Rodolphi Comitis de Habspurg, inter reges constituentes,

Abrogatio imper. Frider. Rudolphus de Habspurg. Principum electione, primo Henricum Comitem de Schwartzenburg Thuringum, Wilhelmum Comitem Holandiæ, Conradum filium Friderici, Alphonsum Regem Castellæ, & Richardum Comitem Cornubiæ fratrem Regis Angliæ, & multiplicata sunt

Sultensium confœderatio. mala in terra. Hoc tempore circa annos Domini 1260. Suitensium confœderatio primum cœpit gens, parua numero, quæ cum tempore creuit & multos nobilium alios interfecerunt, alios de finibus fugerunt, viri bellicosi, quorum Respubli. nota est omnibus Germaniæ populis. Anno Christianorum 1273. Rudolphus de Habspurg electione Principum Imperator constituitur, & imperauit annis 18. vir per omnia prudens & optimus,

Ducum Austriæ origo. de quo Duces Austriæ omnes postea descenderunt. Tartari terras Christianorum, Constantinopolim & Græciam inuadentes, multa damna Christianis intulerunt. Sarraceni multas in Asia ciuitates occupant, & plusquam 4. centies Christianorum interficiunt. Rudolpho mortuo, Adolphus de Nassau in Regem electus est, & imperauit annis 6. quẽ

Adolphus de Nassau rex. Albertus Imp. Ordo Templariorum destruitur. Albertus filius Rudolphi postea superans in bello iuxta Wormatiam occidit, & Imperator electus fuit anno 1298. imperauitq; annis 10. & à fratris filio interficitur. Ordo Templariorum iussu Clementis Papæ quinti destruitur. Insula Rhodus per Christianos de manibus Sarracenorum capta est, anno 4. obsidionis & belli contra eos continui. Alberto per nepotem occiso, Henricus 8. Imperator constitutus, Comes Lucenburgensis, qui imperauit annis quinque. Quo mortuo Ludouicus quartus Bauariæ imperat annis 32. incipiens anno 1315. cui Romani Pontifices coronam dederunt. Fridericus Dux

Carolus 4. Bohemiæ Rex Imp. Terræ motus. Telonea. Gaueli filius Wenceslaus Imperator. Austriæ se opposuit, sed ab eo superatus est. Post Ludouicum Carolus quartus Bohemiæ Rex, Imperator constituitur, qui Episcopatum Pragensem in Archiepiscopatum erexit, imperauit annis 31. Terræ motus maximi fuerunt. Hic Carolus multa circa Telonea de nouo instituit in fauorem Principum Electorum. Guntherus Comes de Schwartzẽburg, se Regem appellitans, Carolo Imperatori oppositus, sed nihil aduersus eum preualuit. Post Carolum filius eius Wenceslaus imperauit annis 22. post quem Iodocus Marchio Moraui æ succes sit Sigismundo Wenceslai germani. Leupoldus dux Austriæ cum 8. Comitibus & plus 4000. à Suitensibus in bello dimicans occisus est. Sub Wenceslao Bohemo-

Dogma Hussit. rum Rege & Imperatore, dogma Hussitarum initium sumpsit. Wenceslaus fuit depositus: quo depositio, Rupertus Comes Palatinus Rheni Bauariæq; dux fuit electus, & imperauit annis 10. Anno Domini 1369 Sarracenis bellum induxerunt Christiani, sed male succesit propter arrogantiam Gallorum, quia plus quam 100000. nostrorum occu-

Miseranda Christianorum clades. Sigismundus Imp. Anglia & Burgundi. aduersus Franciam. Fridericus 3. Imp. buerunt, præter captiuos, inter quos fuit Iohannes Burgundiorum Dux, multa fuerunt his temporibus bella. Anno 1407. Sigismundus fit Imperator annis 27. Bohemiam vastare conatus est, pro exturbatione hæresium, sed parum profecit. Regum Franciæ per Anglos & Burgundiones atrociter vastatur, affligitur. Sigismundo vita defuncto Albertus dux Austriæ, gener eius succesit, anno Christianorum 1438. regnauitq; annis duntaxat duobus, vir optimus & imperio dignus. Quo mortuo, Fridericus III. dux Austriæ,

Constantinopoli capitur. Ernesti filius, electione Principum Imperator constitutus fuit, & annis 56. imperauit, vir ingenio diuinus, & animo pacificus. Anno domini 1440. cœpit regnare. Anno Christianorum 1453. Constantinopolis traditione cuiusdam Ianuensis à Turcis capitur, & paulatim tota Græcia defecit à fide Christiana. Porro enim tempore multa re-

ta regna & prouinciæ Christinorum à Turcis vastantur & capiuntur. Multa Christiani bella inter sese hoc tempore habuerunt grauissima in Gallia, Anglia, Saxonia, Westphalia, Prussia, Flandria, Sueuia & aliis locis. His temporibus ars impressoria Moguntiæ Metropolis Alemaniæ inuenta est de nouo, mirabili industria, munere diuinitatis. Anno Christianorum 1456. Turci prostrati in Hungaria per fideles multi perierunt. Puerorum peregrinatio ad sanctum Michaelem mirabilis fuit. Terræ motus in regno Neapolitano fuerunt, & perierunt plus quam 4000. hominum. Anno Domini 1462. Moguntia capitur & spoliatur, Metropolis Francorum. Carolus dux Burgundiæ Francos deuicit anno 1465. Postea anno 67. Dinant & Leodion destruxit. Anna 1473. intrauit Geldriam, eamque potenter obtinuit, similiter & Ducatum Lotharingiæ totum. Cometes per mensem Ianuarium, anno Domini 1472. apparuit. Carolus dux Burgundiæ oppidum Nuscium ad anni spatium obsedit, anno 74. qui postea anno 1477. in bello fuit occisus, princeps magnanimus. Turci multas Christianorum ciuitates his temporibus ceperunt, Nigropontum in Euboia, Regnum quoq; Bosneum, Ducatum de Speris, Achaiam Mytsenam, & plura regna in Oriente. Anno 1476. concursus stultorum in Francia Germaniæ factus est Niclaushausen, erroribus plenis. Anno 1480. Turci magno cum exercitu Rhodianos obsederunt, sed non prævalverunt, eodem anno discedentes à Rhodis, Hydruntum ceperunt, interfectis Christianorum plus quam 12000. solum 22. fuga elapsis. Et anno sequenti Imperator Turcarum Machomet mortuus est, cui Bayasetas primogenitus in regno successit, imperans iam in annum 27. anno Christianorum 1486. Maximilianus Friderici filius Rex Romanorum Francofordiæ constituitur, & Cæsar à Iulio Papa anno 1580. salutatus est, qui ordinem militiæ S. Georgii contra hæreticos & Turcas instituit, Suitenses bello domuit, Sycambros rebelles vsque in hunc diem, bello impugnat, fortunabiturque aduersus fœdifragos omnes. Rex Gallorum (suo more) persecutor Imperii, notare insidias compertus est. Omnipotens tueatur Samaelis imperio descriptos anno 1508. Veneti imperio Cæsaris rebelles, & banno & bello notati sunt. Erit pertinaciæ pœna, satisfactionis consultę præmium. Circa finem huius tertiæ reuolutionis Samaelis, alterationis imago transibit ad primam, & erit perditio multorum. Nisi enim Y. reducatur, Deo ministrante, ad Algos, erit alicuius Monarchiæ, vel magni alicuius translatio regni. Secta religionis consurget magna, veterum destructio religionum. Timendum ne caput vnum amittat bestia quarta. In Samaele Mars primo prędixit diluuium, Troianum in secundo excidium, in tertio erit circa finem magnum vnitatis detrimentum. Ex præcedentibus enim iudicentur futura quæ sequuntur. Non cõsummabitur hæc Martis tertia reuolutio sine prophetia, & noue alicuius institutionis religionis. Ab hinc anno Christianorum 1508. restant anni vsque ad finem gubernamenti Samaelis 17. In quibus dabuntur significantes initium malorum figuræ. Anno enim Christianorum 1525. cruces in vestimentis hominum visæ ante decennium, quod præteriit, suum ostendent effectum. Sed 13. ab hinc iure citatus locum dabis nescienti: maior post fata resurges mihi in tertio, nisi licet nebula tegas.

Bellorum tumultus.
Ars impressoria Moguntiæ inuenta.
Terræ motus.
Moguntia capitur.
Bellum Ducis Burgundiæ.
Cometes.
Turcarum successus felix.
Concursus ad Niclaushausen.
Maximilianus Imp.
Initium malorum.

XX.

Ordine vicesimo Gabriel Angelus Lunæ mundi regimen recipiet, anno mundi 6732. mense 4. die mensis Iunii 4. anno Christianorum 1525. & mundum gubernabit annis 354. mensibus 4. vsque ad annos mundi 7086. & mensem 8. Dominicæ vero natiuitatis 1879. menses similiter 11. Huius reuolutionis futura series prophetiam requirit.

Non hæc assertiue scripsi, sacratissime Cæsar, quibus cum iniuria Orthodoxæ fidei nulla est ratione credendum. Sunt vero qui menses in his supputauere Lunares: quibus consentiendum si duxeris, mutanda sunt ea, quæ aliter scripsi. Manu quoque mea propria protestor, & ore confiteor, quod in his omnibus nihil credo, nihil admitto, nisi quod Ecclesia credit catholica: cætera vt vana, conficta, & superstitiosa refuto & contemno.

Laus Deo omnipotenti.

COMPENDIVM SIVE BREVIARIVM PRIMI VOLVMINIS ANnalium siue historiarum, de origine Regum & gentis Francorum, ad Reuerendissimum in Christo patrem & principem, dominum Laurentium Episcopum Wirtzpurgensem, orientalisque Franciæ ducem, Ioannis Trithemii Abbatis.

EPI-

EPISTOLA IOANNIS TRITHEMII ABBATIS S. IACOBI QVONDAM SPANHEMENSIS, AD REVERENDISSIMVM IN CHRISTO PATREM, ET Principem, Dn. LAVRENTIVM, ex nobili vetustissimaq; Biberanorum familia, insignis Ecclesiæ Wirtziburgensis Episcopum, Orientalisq; Franciæ ducem vnicum, super Compendio primi voluminis annalium de origine Francorum.

REuerendißimo in Christo patri, præstantißimoq; Principi & Domino, Dn. Laurentio, nobilis Ecclesiæ Wirtziburgensis Episcopo, & Orientalis Franciæ vnico duci, Ioãnes Trithemius inutilis, & solo nomine Abbas pauperis cœnobioli S. Iacobi Apostoli, in suburbanis memoratæ ciuitatis Wirtziburg. promptum, & non minus voluntarium, quam debitum iure in omnib. famulatum. Reuerendißime pater, illustris Princeps, & Domine gratioße, scripßi (quemadmodum Reuerendißima dominatio nostra nouit) de origine, processu, & peculiaribus gestis, regum, Ducum, principum, & gentis Francorum, non parui laboris tria volumina magna, principium sumens narrationis & succeßionis regũ, ab anno ante Christi natiuitatem quadringenteßimo quadrageßimo, quo tempore Antenore magno gentis rege ab hostibus occiso, Marcomer filius in regno succeßit, & populum suum, maiores videlicet nostros, de Scytiæ finibus in fines Germaniæ Saxoniæq; ad ostia Rheni, (vbi nunc est Gelria) eduxit. Tempus autem in his tribus voluminib. complexus sum annorum Mille nongentorum quinquaginta quatuor, in quibus Reges numerantur Francorum recto sibi ordine succedentes, ab ipso Marcomero iam dicto vsq; in viceßimum nonum annum Imperatoris Romanorum. Cæsaris Maximiliani Augusti, centum tres. Multi fuere collaterales, extra lineam genealogiæ directam reges, qui ab hoc numero regum secluduntur. Per totum vero volumen primum succeßiones regum Francorum, & gestæ continuam, vsq; ad regem Pipinum exclusiue per annos mille centum nonaginta, in quibus reges fuerunt sibi linea recta succedentes, vnus & sexaginta. Pipino succeßit Carolus Magnus cognomento, filius eius. Post quem filius eius, Ludouicus pius. Quo mortuo, filii eius regnum Francorũ in partes diuiſere quam plures. Illis etiam vita defunctis, eorum nepotes denuo regnum Franco-

Trithemij
Opera
historica

rum tali modo in duo principaliter diuiserunt regna; quorum alterum, dicatur, sit & permaneat Germanicum, alterum vero Gallicanum, neutrumq; sit alteri subiectum. Et hæc partitio talis est, vt sequitur.

Regnum Francorum Germaniæ per se perpetuo habeat proprium regem, nulli penitus mortalium, neq; Romano quidem Imperio subiectum, sed pristina Francorum consuetudine liberrimum. Ad hoc regnum subiectæ nationes, ciuitates, populi, & gentes, in diuisione memorata cesserunt; regnum videlicet Germaniæ totum, cum Saxonibus, Doringis, Marcomannis, Danis, Frisonibus, Hassis, Westgallis, Francis Orientalibus, Bauaris, Sueuis, Bohemis, Sorabis, Australibus Theutonibus, cunctisq; nationibus, populis & gentibus, quæ interiacent, prænominatis.

Regnum quoq; Austrasiæ totum cum his ciuitatibus, Metensium, quæ nunc dicitur Lotharingia tota, Treuiris, cum Mosellanis, Eyfaliis, Cinonotisque; Colonia, Aquisgranum, Leodium, Traiectum quoque inferius & superius, cum Holandia, Zelandia, Brabantia, Hannonia, & vniuersa regione à Rheno flumine contra Occidentem, vsq; ad mare; cum Tungris, Flandrensibus, Morinis, & vniuersa terra, quæ vel adiacet, vel interiacet regionibus & ciuitatibus memoratis. Regnum deniq; Arelatense, cum octo comitatibus suis in Gallia, subditione regis Germanorum censetur iure antiquo subiectum. Ratione cuius Treuirensium Archiepiscopus, quisq; pro tempore existens, postea Germanici regni Archicancellarius per Galliam, & regnum Arelatense memoratum, dignoscitur institutus. Regnum quoque Burgondiæ cum omnibus comitatibus suis, in eadem diuisione, Germanorum regno fuit ascriptum. Alemania etiam vniuersa cum vrbibus suis, & populis, in qua ciuitates sunt, Curiensis, Sedunensis, & Valensis, in sortem regno Germanorum; vna cum Heluetiis, Alsacibus, Cauricis, Sabaudiis, Constantiensibus, Basiliensibus, Argentinensibus, Spirensibus, Wormacensibus, Moguntinensibus, & cunctis populis ab ortu Rheni fluminis vsq; ad mare, cui tribus ostiis influit.

Sed & Romanum imperiũ, simul cum Italia, Longobardia, & vniuersis ipsi antiquo iure subiectis (præter Græciã & Imperiũ Orientale) Germanorum regno fuit, & hodie manet annexum, atq; subiectum. Veruntamen plures cum tempore factæ sunt inter Germanorum & Gallorum Reges pro quibusdam regni terminis contentiones, inuasiones & mutationes: de quibus in secundo volumine latius est scriptum.

Regnum quoq; Francorum Gallorum, à nostro iam memorato diuisum, simili modo Regem, vt constitutio sonat, proprium habeat liberum, qui non minus quam rex Germaniæ liber est, & nonnulli omnino subiectus. Manifestum est enim, quod Franci ab origine semper

fuerint

fuerint liberrimi, & neque Romanis nec alteri cuiusuis genti vnquam seruierunt, aut extiterunt subiecti, quin potius ipsi Romanorum destruxerunt imperium, sibiq; fecere subiectum. Et propterea Reges ambo, in diuisione regni pristinam libertatem Francorum vbiq; alteri alter illæsam seruare statuerunt.

Rex vero Gallicanæ Franciæ in diuisione monarchiæ pro sua portione accepit regnum Neustriæ, siue Parisiense, regnum quoq; Aurelianense, regnum Aquitaniæ, regnũ Losanum, regnum Armoricum, siue Britanniæ nouæ, cum vniuersis prouincijs, & populis Galliæ interioris, vsq; in Hispaniam: à Rhodano flumine, vsq; ad mare occidentis.

Post eam regni Francorum diuisionem, contraxi & ego historiam, omissis iam deinceps Francis Gallicanis, in secundo & tertio voluminibus Annalium de solis Francis Germanis narrationem continuaui. Verum in tam longo decursu annorum, primo ab introitu gentis in Germaniam, prolixior euasit historia, operæpretium fore arbitratus sum, si ex tribus ipsis annalium voluminibus, totidem libros extraherem breuiores, qui nomina successiones, & gesta memoratu digniora, regnum Francorum Germaniæ continerent per compendium. Scio enim quod reuerendissima dominatio vestra, & vetustis delectetur in historiis, & ratione administrandi principatus continue occupetur in multis. Cum ergo princeps hodie nullus viuat inter mortales, cum post Deum, ad seruiendum & complacendum pro viribus & amplius, iure sim debitor, & subiectissima voluntate paratior, quam vestræ præstantissimæ reuerendissimæq; dominationi, neminem iudico digniorem, cuius nomini has de Francorum origine lucubrationes meas aut debeam, aut velim dedicare. Suscipiat igitur quæso gratiosa dominatio Vestra, clementer opus compendii, quod offero, & me seruum humilem habeat commendatum. Anno 1515.

Tithemij
Opera
historica

COMP
BREVIAR
CHRONICO
ANNIS TRITHE
RIS APOSTOLI
de origine gentis &
trem & princip

pulus ex Troianis olim pro
ues, nomen Troianum ha
numero cum sedibus mut
ni, postea vero inter Scyth
maniæ, ad tempus vocaba
ci. Veruntamen non subit
Romanis & Gallis, quibus
tur quousque tandem reg
sibi potenter subdiderunt.
starum scriptoribus Germ
voluminis annalium nost
comitro vsque ad regem Pi
Secundum vero vo
ab anno dominicæ natiui
domus, in regem Francorū
annorum abhinc vsque ad
dissensione principum suc
meranti, in quibus regni G
Tertium volumen a
anno Richardi regis, qui
mus sextus. quod continu
gis, dominicæ scilicet natiu
rmens annos ducentos qu
annos facit, mille nongent

COMPENDIVM SIVE BREVIARIVM PRIMI VOLVMINIS CHRONICORVM SIVE ANNALIVM, IOANNIS TRITHEMII ABBATIS SANCTI IACOBI MAIORIS APOSTOLI IN SVBVRBIO CIVITATIS WIRCIPVRG. de origine gentis & Regum Francorum, ad reuerendissimum in Christo patrem & principem, dominum Laurentium Episcopum Wirtzpurgensem orientalisque Franciæ Ducem, incipit.

SCRIPSIMVS adiuuante domino nostro Iesu Christo, non sine maximis laboribus, annalium nostrorum tria haud paruæ quantitatis volumina, in quibus ab origine gentis Francorum, vsque ad octauum supra vicesimum Cæsaris Maximiliani Augusti annum, pleniorem digessimus historiã, tali videlicet serie partitionis distinctam. In primo siquidem volumine gentis memoratæ Francorum & originem descripsimus & reges, incipientes à Marcomiro, qui regnare cœpit anno ante Christi natiuitatem, quadringentesimo tricesimo nono, regnauitque post interitum patris, quem Gothi occiderant in bello, annis octo & viginti, ac primus gentem ab ostiis Danubii eduxit in Germaniam ad ostia Rheni. Qui populus ex Troianis olim profugus captans propaginem, cum adhuc inter suos esset conciues, nomen Troianum habebat, dispersus post hæc inter varias nationes, & vagus, sæpe numero cum sedibus mutauit & nomen. Primo enim cum Troianis dicebantur Troiani: postea vero inter Scythas etiam nominati sunt Scythæ: venientes autem in fines Germaniæ, ad tempus vocabantur Sicambri, nouissime à Franco rege suo appellati sunt Frãci. Veruntamen non subito potuerunt obtinere Sicambri à vicinis gentibus & maxime à Romanis & Gallis, quibus potentia eorum semper fuit suspecta, vt Franci nuncuparentur: quousque tandem regnum dilatantes & nomen, Romanos cum Italia & Gallia tota sibi potenter subdiderunt. Et quia cum Germanis habitauerunt, frequentius à rerum gestarum scriptoribus Germani sunt nominati quam Franci. Omne itaque tempus primi voluminis annalium nostrorum annos continet mille centum octoginta nouem, à Marcomiro vsque ad regem Pippinum.

Trithemius tria volumina scripsit annalium.

Franci, nomen sæpe cum sedibus mutauerunt.

Tempus primi Voluminis.

Secundum vero volumẽ annalium nostrorũ de rebus Germanicis exordiũ sumit, ab anno dominicæ natiuitatis septingentesimo quinquagesimo, quando Pipinus maior domus, in regem Francorũ fuit electus, Hilderico in monachũ detõso. & continet tempus annorum abhinc vsque ad octauum annum Richardi regis Germaniæ, qui Wilhelmo in dissensione principum successit, quingentorum quindecim, vt patet ordinis seriem numeranti, in quibus regni Germanici historia, texitur.

Secundum Volumen annalium.

Tertium volumen annalium nostrorum annotationum sumit initium ab octauo anno Richardi regis, qui fuit dominicæ natiuitatis millesimus ducentesimus sexagesimus sextus. quod continuauimus in octauum atque vigesimum annum Maximiliani regis, dominicæ scilicet natiuitatis, millesimum quingentesimum quartumdecimum, cõtinens annos ducentos quadraginta octo. Et sic omne tempus horum trium voluminũ, annos facit, mille nongentos quinquaginta tres, quorum gesta complexi sumus.

Tertium volumen annalium Trithemij.

Itaq; primi voluminis annalium nostrorum epitomen, compendiũ siue Breuiarium ex certa mentis nostræ consideratione scripturi, monemus lectorem, ne prius carpat opus, quam prudenter examinet. Temerarii hominis indicium est manifestum, iudicare quod nesciat, & scire neminem posse, quod ipse forsitan ignorat. Scio multos de origine Francorum & varie & diuersa scripsisse, quorum nonnulli gentem contendunt indigenam, cæteri vero nescio de qua Sicambrorum vrbe aduentitiam. Quorum diuersas opiniones neminem posse vel discernere vel concordare credimus, quem Hunibaldi compilatio non illustrat. Is etenim solidus Francorum historiographus claruit in humanis Clodouei regis, quem sanctus Remigius præsul Romanorum baptizauit, temporibus, anno dominicæ natiuitatis quingentesimo; & scripsit post Doracum philosophum, Wasthaldum historicum, & alios plures rerum gestarum antiquissimos scriptores insigne opus, quod in libros decem & octo distinxit. In sex primis, gentis Francorum primæuam deducit originem ab excidio Troiano vsque ad mortem Antenoris regis, quem Scanziani, Gothi, Suecique siue Suedi, circa Danubij ostia interfecerunt, anno videlicet ante Christi natiuitatem quadringentesimo quadragesimo. In aliis vero sex libris, tempus complectitur ab interitu regis Antenoris memorati, vsque ad Faramundum regem Francorum, secundi ordinis quadragesimum tertium. A Faramundo reliqui sex libri continuantur vsque ad vltimum annum Clodouei primi ex regibus Francorum christiani, qui obiit anno dominicæ natiuitatis quingentesimo quartodecimo. Et quia de omnibus his in primo volumine annalium nostrorum latius scripsimus, ratio nominis Breuiarij postulat, vt istic breuitati studeamus. Finis adest Procœmij.

Epitome primi voluminis annalium.

Hunibaldus Francorum Historiographus.

Primi sex libri annos continent DCC.L.

Secundi sex libri annos habent DCCC.XL.

Vltimi sex libri annos continent C. quasi.

IOANNIS TRITHEMII ABBATIS DIVI IACOBI VVIRCIPVRGENSIS, ORDINIS SANCTI BENEDICTI, BREVIARIVM PRIMI VOLVMINIS ANNALIVM SVORVM FOELICITER incipit.

ANNO siquidem ante natiuitatem domini, & saluatoris nostri Iesu Christi ex Maria semper intacta virgine quadringentesimo quadragesimo, sedentibus ad Scythiæ fines maritimos, haudprocul ab hostiis Danubij, populis, qui postea Franci sunt dicti, antea vero Scythæ, sed anterius Troiani, dominabatur Antenor rex, contra quem gens ferocissima, & sine numero numerosa, de insulis Scanzianis, quæ nunc Gothicæ nuncupantur, egressa, populum eius crebra incursione contriuit. arma conferens armis, & manibus manus Antenor, & nunc victus, nunc victor, postremo fuit à Gothis in bello cum multis suorum occisus, anno prænotato, ante Christi natiuitatem, vt diximus, CCCC.XL. cui filius eius Marcomir in regno successit.

Bellum Frãcorum Scythicum Gothis.

Gothica insula.

Antenor rex à Gothis perimitur, Anno ante Christi natiuitatẽ. CCCC.XL.

PRIMVS REX.

MARCOMIRVS Antenoris regis perempti maior natu filius, post patrem substitutus, regnauit octo & viginti annis: cœpitque eodem pene anno, quo pater fuit occisus. Vir erat magnanimus, fortis, audax, & bellicosus, qui necem patris in Gothos viciniores crebris incursionibus vindicauit, quanquam Gothis & numero pugnatorum, & viribus, longe videretur inferior. Anno præterea regni sui quarto, cum primoribus regni consilium habuit, quemadmodum aut Gothi arcerentur à regno, aut si hoc fieri non posset, alio modo præuideretur genti, ne periret.

Marcomir primus in Germania regnat annis 28,

Complacuit postremo cunctis, qui recte sapiebant, eo quod tam immensæ multitudini Gothorum nequaquam possent resistere, sedes deorum nutu mutare. Conuocatis igitur deorum suorum ministris, quo versum iuberent eundum, à numinibus scisciterentur, maiores præceperunt. Parantur officia vaticiniis apta, sacrificia offeruntur infernalibꝰ euocandis arte composita, stat in medio furens ante Iouis arã sacerdos, caput distorquet, carmina sub murmure profert, dẽtibus arcte stridet, curuatis præter ordinẽ digitis brachia cũ manibus tortuat, vibrat, ac volitans instar recuruat, sano videnti, stulto & insano similior videndus q̃ homini. Euocatum postremo carmine numẽ, precãti vaticinium Menoporepondit, & sic orsus fulminabat: *Marcomir Iouis princeps, te numen iubet esse tranquillum, nec formidare casus itineris longi, quod tendit in occasum post fratres ad ostia Rheni, quo dorsum tenet Brutus,*

Consilium Francorum de transmigratione in Germaniã. Responsum Iouis petunt per sacerdotes.

Iouis vaticinium sacerdotis in templo.

Brutus, faciem Troes, exul Romphæa quietus. Vterque tibi naturâ frater est & gente fidelis amicus. Ite præparatas celeri cursu percipite sedes, numine patris tertium dilatandas in orbem.

Romphæa, Saxones: Brutus, deo signat Anglos.

Eadem nocte Marcomirus rex incantatione patria numen vocauit, præcinendo murmure, quam vaticinantem à sagacitate nominauerunt Alirunam, comparauit monstrum, ratificauit auctoritate Sybilli vaticinium sacerdotis, & iussit illico traducere gentem, quo soboles multiplicata nimium præsignante visione maneret fortior in æternũ.

Aliruna, id est, saga mulier.

Numen triceps Marcomir astare conspexit, & vniuscuiusque capitis singulare audiuit prognosticon, discretumque vidit diadema, vnicuique super eminere impositum. Primum, caput fuit Bufonis: secundum vero, Leonis: & tertium, Aquilæ in forma quasi expansis alis desuper stantis: & dexterâ, leonem: sinistrâ, bufonem fouendo contingentis: dixitque aquila: *Tua Marcomir progenies, & caput meum subiicit sibi: Leonem conculcabit simul & occidet bufonem.* Et ipse bufo subiecit: *Non me, quod appareo fœdus, rex pulcher aspernandum ducas. est rebus species mea conueniens & forma futuris. Me primum extinguet generatio tua procul: post hæc, leonem seruabit ense capitum: cuius ore quod amplius restat, audire curato.* Leoninum postea caput Marcomiro regi dixit: *Hospes in mea, fortissime rex, cum gente tua venture, cito bufonem vinces labore, cum tempore multo, tunc mea tuis cedent iura passim, & vltro bellis & æstu. Postea me dextrum coronabit Aquila victum, habens à sinistris tuo bufonem semine vinctum. Quod vero postea futurum erit, nostra tibi conuinctio monstrat.* His leoninum phantasma prolatis, tria in vnum subito capita sunt conuersa, stabatque monstrum triceps in hominis imaginem transformatum, nec simplicis à conditione, sed coronati aureo diademate regis, in sinistra sceptrum tenentis, & in dextera gladium, stridulaque voce submurmurans, sermone Scythico dicebat: *Aliruna carminibus edocta suscitare manes, atque summos è cælo deponere deos, & responsa tuis ferant præsantat tonibus, auctiquid genti regis Marcomiri prænunciamus esse futurum: & intellige, ne frustra loquamur. Vt nostram confirmat imaginis transformatio formam, & facit certam hæc ipsa vaticinii vocem, sic genti futurum huic varium & latum promittitur regnum, quod variabit tempus longum, & generis multitudo regnantis, vt neque vnum sit semper, neque permulta diuisum. Nunc vnum, tunc duo, nunc tria, tunc quatuor: & vltra, nunc redit in vnum, post remo stabit in duo diuisum, cum Aquila fuerit amice coniuncta leoni, & bufo sinistram tenuerit insidians aquilæ partem.* His omnibus dictis visio disparuit.

Numen tricipitis fœmine apparuit.

Verba bufonis, id est, Galliæ ad regem.

Gallia designat primo superandã.

Germaniã designat leo vincendã.

Monstri ab Aliruna facti interpretatio.

Regni Fræcorum varia mutatio.

Marcomirus rex, quæ esset vaticinij significatio, ab Aliruna requisiuit. Cui illa dixit: *Deus est patrius, ô rex, qui te comitatur & gentem tuam, cuius informatus prædictionibus, futura populo tuo & regibus qui nascentur ex te: hinc quantocius tibi noueris esse migrandum ad vltimas terras leonis versus occidentem. Leo autem populum designat, qui ab ista parte Rheni fluminis habitat, antiqua Troianorum stirpe procreatus. Ab alia vero parte fluminis gens moratur bufonis, amplâ & fructiferam incolens regionem. Alia gens tertia, quæ per aquilam designatur, sunt Romani, quorum superbia vniuersum mundum suo subiicere dominio laborat. Tu ergo vade cum populo tuo versus occidentem: & habitabitis inter duas illas gentes, leonis & bufonis, inter mare & Rhenum. Futurum est enim, quod inter gentem tuam & gentem bufonis gerentur prælia multa, & plures ab vtraque parte gladio cadent occisi. Post multos vero annos tandem semen tuum & gens tua capient armis omnem terram bufonis, & possidebunt eam pluribus annis bufone occiso. Deinde sibi etiam subiicient terram leonis, flumine occidentali, vsq; ad magnum flumen orientale multarum gentium. Et postremo regnũ aquilæ cum nationibus multis possidebunt, eritque vnus rex plurium regnorum de semine tuo, donec post generationem tertiam, diuisione vnum confundetur.*

Aliruna Gothico mulier est saga.

Per Leonem Saxones, per bufonẽ Galli.

Terra bufonis Gallica, Leo Germanica.

Vaticinium de victoria Francorũ.

Quod Fræci Romanos essent superaturi.

Marcomirus igitur rex, Alirunâ copiosè remunerata, silentium arcana vt seruet præcepit, iussitque abire. Postera die conuocatis iterum ad se proceribus, laudat consilium, & sedes edicto publico monet omnino transferendas. Missâ itaque legatione ad Saxones in Germaniam, qui & ipsi ex Troianis procreati memorantur, eos rogabant vt fratres, quatenus in aliquo terræ suæ angulo sedes manendi Scythis concederent. Quorum petitioni Saxones facilem præbuere consensum, promittentes illis se daturos optimas sedes, nihilominus adiicientes, vt venire quantocius festinarent. Vrgebat Saxones caussa, propter quam Scythis fratribus consentire libenter, vtpote quos inter se & Gallos murum, & propugnaculum ponere peroptabant.

Legatio Francorũ mittitur ad Saxones.

Saxones libenter admittunt Troianos fratres.

DE ADVENTV SCYTHARVM IN FINES GERMANIÆ AD partes cisrhenanas, cum rege suo Marcomiro qui primo fuerunt Troiani: deinde Scythæ, postea Sicambri, & vltima generatione nuncupati sunt Franci.

Francorum ex troia primus in fines Saxoniæ.

Anno igitur ante Christi natiuitatem quadringentesimo tricesimo tertio, qui fuit regis Marcomiri annus intrans septimus, circa medium mensis Hecatõbæonis, quem

nos Aprilem vocamus, rex ipse Marcomir cum Sunnone, Panthenore, & Priamo, fratribus suis, ducibus relictis vltra Danubium & mare, Scythiæ finibus longoque itinere versus Aquilonem gyrantes: ac deinde contra regionem Theutonum viam delectentes, ad occasum transmigrationem suam cum vniuerso populo regni, vxoribus, liberis, omnique suppellectile, magno labore, difficilem & diuturnam inceperunt.

Numerus Francorum venientium 175658. pugnatorum: Duces Francorum sub rege. 33.

Fuerunt autem virorum præter mulieres & paruulos, centum septuaginta quinq; millia, sexcenti quinquaginta octo ad bellum promptissimi: & principum nomina qui cum Marcomiro erant, & de prosapia eius descenderant, Nicanor dux, patruus Marcomiri regis: Sunno, Panthenor, & Priamus, fratres Marcomiri, dicti iam regis: Helenus dux, Antenor dux, Menander dux, Edrasius dux, Gethenus dux, Priamus dux, Marenus dux, Ermon dux, Nicanor dux, Pyndari dux, Helam dux, Marcomir dux, Colam dux, Masan dux, Antenor dux, Ancrasius dux, Bengoth dux, Calomer dux, Rodanus dux, Malda dux, Kylã dux, Solas dux, Colo dux, Bremus dux, Sunno dux, Melanus dux, Nicamor dux, Thaphon dux, Salon dux, & Meodarus dux.

Numerus totius populi Francorũ fuit 4893 60.

Erat autem numerus totius populi, Hunibaldo testante, hominum, virorum, mulierum simul & paruulorum vtriusque sexus, quadringenta octogintanouem millia, trecenti sexaginta, præter seruos & famulantes. Quantas vero difficultates in itinere habuerint, quæ bella cum obsistentibus sibi populis gesserint, quantaque pericula vel inciderint, vel euaserint, si quis ad plenum scire desiderat, memoratum scriptorem legat in libro historiarum gentis Francorum. cuius initia sicuti sunt miranda, sic mihi videntur (salua pace iudicantium melius) in pluribus esse fabulosa.

Venientes in Germaniam Franci susceptiuntur à Saxonibus.

Tandem post multos labores, & difficultates innumerabiles, rex Marcomirus, cum ducibus suis, & vniuerso populo, venit in Germaniam, & à Saxonibus, tanquam fratres amice susceptus est, optatasque inter ipsos & Rhenum sedes acceperunt, eam videlicet prouinciam in qua hodie commorantes nominantur Frisij occidentales, Gelrenses quoque & Hollandi: circa eam videlicet plagam, vbi tribus ostijs Rhenus influit mare: quanquam eos sedes angustiores primo susceperint, quas breui tempore viribus & armis occidentorsum fecere latiores.

Prima Frãcorum sedes in Germania, Hollandiã Francis detinentes capiunt.

Anno siquidem regni sui vicesimo, rex Marcomirus iniuriâ lacessitus à Gallis Trãsrhenanis, contraxit exercitum, & flumine transmisso eam terram quæ insulis Rheni concluſa, mari est proxima, expulsis habitatoribus suo dominio subiecit, eamq; Sunnoni fratri suo tuendam commendauit. & qui illam inhabitarent, & colerent, de sua gente nauigio populos introduxit.

Prima Frãcorum irruptio in Galliam.

Sed Gallis molestè ferentibus irruptionem nouæ gentis aduentitiæ, in fines Hollandinorum, & eam variis temptamentis irritantibus, rex Marcomirus anno regni sui vicesimoquarto, magno contracto exercitu tam suorum quam Saxonum, nauigio Rhenum transiuit, Galliam occidentalem intrauit, & omnia ferro deuastans & igne, vsque ad Mosam peruenit. Multa deinceps cum Gallis prælia gessit, victor vbique triumphans, eratque nomen eius cunctis formidabile Gallicanis, & omnes Marcomirum audientes timebant. Cum Britonibus insulam habitantibus, fœdus contraxit.

Annis 900. Franci cum Gallis pugnant. Hos Franci populos sibi subiugarũt.

Ab illo tempore per annos ferme nongentos, gentis memoratæ Scytharum reges, ab infestandis Romanis & Gallis nunquam cessauerunt, interdum victi, sæpius etiam victores, quousque tandem non solum totam Galliam: sed Alemaniam quoque omnem, Sueuiam, Bauariam, Burgundiam, Longobardiam, Italiam, Sclauoniam, Doringiam, Austriam, Saxoniam, Theutones, Cymbros, Danos, Cisrhenanos, Mosellanos, Treuerenses, Metenses, Austrasiosque, Leodienses, Morinos, Tornacos, Tungros, Mosanos, Atrebates, Colonienses, Moguntinos, Vangiones, Nemetes, Argentoratos, Heluetios, Rauracos, & Boemos, Soraboſque cum Hispanis, & Germanis vniuersis, ac pene totam Europam in suam potestatem armis coëgerunt.

Post hæc Marcomirus rex, anno regni sui vicesimo octauo completo moritur, anno videl. ante Christi natiuitatẽ. cccc. xii. ab introitu gẽtis in Saxoniæ fines ad Rhenũ anno xxi. Reliquit autẽ tres filios duces, Antenorem, Priamũ, Nicanorem, & filias duodecim.

Wasthaldus hic Frãcorum, Scytharum, finit historiã.

Vsque in hunc annum Wasthald Scytha, siue Sicamber, patrio sermone, historiarũ opus gentis suæ deduxit, per annos plus minus d. cc. lviii. ab excidio incipiens Troiano, in quo varias generis sui mansiones describit, & sedes, duces quoque & bella, reges & corũ gesta diuersa per ordinem. Post quem Hunnibald Francus ex carminibus & scriptis Flaminum, gentis Francorũ continuauit historiã per annos. d. cccc. xxvi. vsq; ad vltimũ regis Clodouei annũ, qui primus ex regibus Francorum fidem Christi suscepit, à sancto Remigio baptizatus, anno domini cccc. xcix.

SECVN-

SECVNDVS.

ANTENOR regis Marcomiri senior natu filius, eodem anno sublimatus in regno, post patrem regnauit annis triginta, & maximo in honore apud suos est habitus, qui Saxonum amicitiam firmissimam sibi comparauit, quorum auxilio multa cum Romanis & Gallis prælia triumphator commisit. Adiuuabant eum Priamus & Nicanor fratres eius, cum reliquis ducibus continuatione fideli, qui flumine transmisso, plures sæpe Gallis molestias intulerunt. Sunno quoque, patruus regis, cum filiis suis ipsi Antenori summa cum fidelitate semper adhæsit in omnibus, ipsumque eruditum in regimine proprium vt filium, venerabaturque nihilominus vt dominum.

Antenor Sicamber annis regnauit 30.

Francorum duces cum rege bellicosissimi.

Vxorem habuit rex Antenor nomine Cambram, quæ filia erat Belini regis Britanniæ. Hæc fuit mulier super totius regni filias speciosissima, tantæque prudentiæ, vt eius consilio rex & principes Francorum, non secus ac numinis cuiusdam in cunctis semper consueuerit obtemperare. Mores gentis nimium Scythica feritate rudes adhuc, legibus reddidit cultiores, vrbes & castella proceres ædificare docuit. Iam ibi frontis cultum instituit, linum serere, canapumque terræ committere, atque in vestem vsumque varium texere & aptare mulieribus scientiam dedit, leges composuit, ius dixit, vatem se Dianæque pontificem & Alirunam exhibuit.

Sicambri sunt dicti ab hac regina populi. Cambræ mores gentis suæ composuit.

Cumque mulierem sexu, regem vero ac sacerdotem gereret animo, Saxonibus à risu in prouerbium venit, vt quoties quempiã præter solitum prudentius aliquid gestientẽ aut loquentẽ audirent, quasi volentẽ imitari prudentiam Cãbræ, increpantes dicebant: *Ecce Camber.* Quod eorũ lingua sic dicitur: *Si Camber*, quasi dicerent. Num & tu Cambræ calles prudentiam? Ita cum tẽpore inoleuit prouerbiũ, cp nouissimæ dictiones duæ, hoc est, aduerbium & nomẽ *Si* & *Camber*, vnũ reddidere vocabulum, cp totum, facit Sicambrum.

Causa nominis Sicãbrici vnde deducta sit. Sicamber nomen est compositũ.

Mortuam vero post annos plures reginam, Sicambri retulerunt inter deas, & in memoriam eius regum procerumque decreto, qui prius Noui magi, id est, *Neumage*, quasi noui cognati dicebantur à Saxonibus amicis, deinceps vocabantur Sicambri, per annos ferme quadringentos, donec tandem à Franco rege quodam suo (quemadmodũ dicemus) nuncupati sunt Franci, vsque in præsentem diem, licet cum admixtione gentium.

Sicambri prius dicti fuerunt Neomagi. Francus rex.

Interim vero quod fuerunt cum suis Troianis, etiam dicti sunt Troiani: cum Armenis, Armeni: cum Scythis, Scythæ: cum Germanis, Germani: cum Gallis, Galli: & ab aliis frequenter aliud nomen consecuti, mores, linguam, idioma loquelæ, & vocabulum crebro cum sedibus mutauerunt.

Franci nomen cum sedibus mutauerunt.

Anno Antenoris duodecimo, patruus eius Sunno moritur, duos relinquens filios, Marcomirum & Hectorem, quorum primus postea cum equo super glaciem cursitans, in Rheno fuit submersus: iunior vero, ducatum patris in Hollandia sub regis imperio gubernabat. Reliquit & alios quatuor filios, ex quatuor aliis concubinis procreatos, qui non computantur inter duces, lege Sicambrorum vetante, quæ interdixit liberis de prima vxore superstitibus, filios sequentium principes vel esse vel nominari, quam legem Cambra tulit regina, ne regnum confunderetur.

Sunno dux patruus regis moritur.

Priamus autem frater Antenoris regis, ducatum tenuit apud Grunes, in ea videlicet regione mari finitima, quæ nunc dicitur Frisia, in qua oppidum Priami filius & dux, anno ante Christi natiuitatem trecentesimo septuagesimo septimo condidit nouum, quod ex suo nomine Grüningen nuncupatur vsque in præsentem diem. Erat enim duci nomen Grunus, à quo etiam populi (quamuis origine Franci) ad tempus dicti sunt Grunes.

Groningen Frisiæ oppidum constituitur. Grunus dux Frisiæ frater regis Francorũ.

Antenor autem post multa fortiter gesta, moritur anno regni sui tricesimo: dominicæ vero natiuitatis, CCC.LXXXII. quem Sicambri, more gentilitio, ingenti pompa prosequentes, iussu reginæ in deos retulerunt.

TERTIVS.

PRIAMVS regis Antenoris ex Cambra regina vnicus filius, post patrem regnauit super Sicambros, qui postea Franci sunt dicti, annis sex & viginti, cuius tempore Sicambricus populus sermonis patrii paulatim cœpit obliuisci, & Saxonum vti lingua, in quorum confinibus morabantur. Remanserunt nihilominus ex vsu veteris sermonis plura cum eis vocabula, quæ Græcam resonare originem potius videntur, quam proprietatem linguæ Theutonicæ siue Germanorum, quod facile discernet, qui plenam linguæ vtriusque habet notitiam. Nec subita fuit prisci sermonis in gente mutatio, quæ tempore cœpit, & vsu tandem peruenit in naturam.

Priamus regnauit annis 26. Sicambri lingua Germanorum vti cœperunt.

Anno Priami regis sexto, mortuus est Marcomir dux, qui nepos fuit primi Sunnonis, de quo supra dictum est, quod cum aliis ducibus gentem perduxerit in Germaniam.

Theocalus Sicambrorum pontifex & historiographus. Sacra Græco peragebantur sermone.

Hic inter multos liberos, filium habuit vnum, nomine Theocalum, virum in omni sapientia Græcorum, Scytharum, & Germanorum præstantissimum, quē Sicambri magnum Iouis pontificē constituerunt: & erat illis antistes, parens, augur, & vates. Vtebantur autem sacerdotes Græco sermone in sacris multo tempore, nec alterius linguæ commixtionem admittebant. Templa deorū vsq; ad illud tempus nō habuerunt, sed immolabant numinibus suis sub certis frōdosis arboribꝫ, quas iudicio præcedente sacerdotes cōsecrauerant.

Neopagi & Neomagi prima constructio.

Anno igitur Priami regis Francorum octauo, Cambra eius matre & regina, Theocalo pontifice iubentibus, vrbes duas constructe Sicambri inter ostia Rheni, quarum alteram Neopagum: alteram vero Neomagum, in memoriam aduentitij nominis sui, appellarunt. In his duabus ciuitatibus, & in Neopago præcipue, regis Francorum residentia multo tempore fuit.

Iouis templum Francis construunt Neomagi. Gesta regum Francorum scripsit Vates.

Templum quoque in eadem vrbe Neomago Ioui constituerunt magnum atque fortissimum, in quo Theocalus pontifex cum sacerdotibus habitans, filios principū atq; nobilium in moribus & scientia instituit, vaticinia populo dixit, regum fortiter acta carminibus scripsit, quæ iuuētus memoriter discere compulsa, diebus festis canere in templo consueuit. Certis tamen anni temporibus, non in vrbibus, sed in solitudine, commorabantur sacerdotes, quibus & cibus erat parcus, & ingenij exercitatio ad discendum cursus astrorum, carminaque & veterum historias continua.

Rex autem Priamus, post incursiones multas cum Gallis habitas post prælia & victorias tandem moritur, anno regni sui vicesimo sexto, ante Christi ex virgine Maria natiuitatem ann. CCC. LVI. plures de quatuor vxoribus, quas simul & semel habuerat, relinquens filios & filias.

QVARTVS.

Helenus regnauit annis 19.

HELENVS Priami regis maior natu filius, patri succedens, apud Sicambros regnauit annis decem & nouem, homo seuerus in hostes: quorum infantes quoties capere potuit, Palladi & aliis dæmonibus immolauit. In gentem vero propriam non fuit crudelis, sed mansuetus, & valde humanus, nemini grauis, aut molestus, & propterea gratus omnibus.

Bellum sit inter Francos & Gallicanos. Rex Merinorum à Francis occiditur.

Anno regni sui primo bellum habuit cū Gallis Transmosanis & Tūgris, in quo plusquam sedecim millia hostium prostrauit, & reliquos in fugam conuertit. Primogenitum quoque regis Morinorum, nomine Guedonem, propria manu occidit, & magnam terræ partem vltra Mosam suo dominio subiecit, quam suis ducibus tuendam commendauit. Sæpenumero deinceps cum Gallis vario marte pugnauit, nunc victor, tunc victus: de cuius præliis & gestis, in primo volumine annalium plura scripsimus.

Tandem post multa fortiter gesta cum Gallicanis, aliisque per circuitum hostibus, Helenus Sicambrorum rex moritur, anno regni sui XIX. ante natiuitatem domini & saluatoris nostri Iesu Christi. CCC. XXXVII.

QVINTVS.

Diocles regnauit annis 39. Gothi Saxonum fines deuastant. Germani reges quinque cum 260000. millibus virorum. Gothorum centum millia perimuntur. Saxonum viginti quinque millia perimuntur. Galli Francis bellum mouent, eorum rege procul absente.

DIOCLES Heleni regis natu senior filius, post patrem regnauit annis, XXXIX. homo statura corporis procerus, moribus asper, & nimia maturitate seuerus, audax, fortis, & bellicosissimus, qui multa prælia gessit.

Anno regni eius duodecimo, egressa est multitudo gentis Gothorum de insulis Scāzianis, quæ nunc Gothicæ dicuntur, & Saxonum finibus infusa, grauissimam cœpit exercere deuastationem, ferro & igne consumens quicquid potuit inuenire. Contra hanc sæuissimam gentem, quæ nemini parcere consueuit, processerunt ad bellum quinque reges, videlicet, rex Saxonum, rex Doringorum, rex Theutonum, rex Rugiorum, & Diocles ipse Sicambrorum cum principibus, ducibus, & pugnatoribus multis, quorum numerabatur exercitus ducentorum sexaginta millia virorum.

Bellum agitur, cum hostibus committitur atrox pugna, in quo cæsa ferebantur de Gothorum exercitu, plusquam centum millia pugnatorum. Ex parte vero quinque regū, viginti quinque millia ceciderunt, inter quos Heriman quoque rex Doringorum occubuit. At Saxones victoriā potiti, spolia hostium inter socios æqua lance diuiserunt, fugatisque hostibus procul, reges in sua reuersi sunt.

Interea cum intellexissent Galli trans Mosam habitantes, q̄ rex Diocles cum exercitu exiuisset de patria, congregati sunt in multitudine magna, & contra Sicābros mouere bellū festinabant. Quod Sicambrorū duces, quibus regio commissa fuerat, cum per exploratores didicissent, congregauerunt omnem relictæ militiæ gentis exercitum, quem

ductum

ductum aduersus hostem,in tres partes diuiserunt:quarum duas in acies singulas ordinarunt,tertiam vero ad insidiarum latibula posuerunt. Appropinquantes autem vnamque producentes aciem Galli, cum viderent Sicambros ex aduerso venientes cum duabus, turbati sunt:sed tempus non erat copias aliter ordinandi, festinantibus aduersarijs comminus ad pugnam.

Mox enim vt Galli Sicambris in prospectum venerunt,impatientes moræ Sicambri, aciem vnam aduersus hostium cuneum direxerunt. Incepto iam prælio,aciem secundam Neomagi circumgyrantes in hostes à latere,ordinem eorum confuderunt. Et cum acriter ab vtraque parte certaretur,iamque Gallorum exercitus inclinaretur ad fugam,subito ex insidijs prorumpunt Sicambri,& impetu facto,Gallos inter se habuere cõclusos,vt nullus fugæ locus pateret fugere paratis.In medio itaque Sicambrorum Galli miserabiles cõclusi,vt pecora truci dantur in mortem, tantamque acceperunt stragem, quod de octoginta octo ipsorum millibus,qui ad bellum conuenerant, vix decem millia,noctis beneficio,fuga saluati euaserint. Ex Sicambris Marcomir dux,Helenus dux, Antenor dux, cum quatuor fere millibus occubuerunt. Victoria tamen cum spolijs hostium cessit Sicambris.

Galli superantur à Sicambris astutia & virtute.

Tres Francorum duces fuerunt occisi.

Diocles autem rex cunctis diebus regni sui cum Gallis in contentione fortiter stetit, & vix interim fuit annus,in quo non molestaret eos incursione aliqua vel prælio.

Moritur tandem anno regni sui XXXIX.ante natiuitatem domini, CC. XCVIII. Quatuor ex regina filios,Helenum,Priamum,Nicanorem,& Basanum:de alijs vero vxoribus, plures habuit filios.

SEXTVS.

HELENVS Maior natu Diocles memorati regis filius,patri succedens, regnauit annis quatuordecim:homo iners,lasciuus,& nulli⁹ virtutis operatione memorabilis,cuius tempore Galli pluries irruptione facta, Sicambris non paucas inquietudines suscitarunt. Contra quos fratres ipsius cum proceribus regni sæpius produxerunt exercitum,varioque marte pugnantes,aliquando victi,aliquando victores extiterunt. Rex autem domi sedebat ociosus inter cõcubinarum cœtus,libidine difluens,nec regno vtilis, nec populo gratus,ad pacem stolidus,& ad bellum ineptus.

Helenus regnauit annis 14.

Anno igitur regni eius necdum impleto quartodecimo, conuenientes apud Neopagum proceres regni,cum omni militia exercitus, communi vniuersorum decreto ipsum à regno deposuerunt,tanquam inutilem,& genti nociuum. Anno ante natiuitatem domini.CC.LXXXIIII.

Helenus à regno propter inertiã deponitur. Anno antè Christum. 284.

SEPTIMVS.

BASANVS Iunior Diocles supradicti regis filius, post depositionem fratris sui Heleni à regno,communi ducum,procerum,ac militum electione sublimatus in regnum Sicambrorum,regnauit annis triginta sex.vir in generatione sua prudentissimus, fortis,audax,& nimium bellicosus.

Basanus regnauit annis.36.

Hunc Sicambri mortuo Theocalo summum Iouis constituere pontificem,quem propter magnitudinem prudentiæ,resque magnifice gestas ab eo, magnum dixere Basanum. In tanta eum Sicambri habuerunt reuerentia, vt illi honores exhiberent non modo regios,sed etiam pene diuinos. Eius præceptis impune contradicere nemini licuit vnquã, siue in paruo id fuerit,siue in magno, sub pœna mortis acerbæ indubitata. Appetentissimus enim fuit æstimationis diuinæ,ob id magna & fecit & dixit. Vnde quorsumcunq; pergebat,funem sibi præferri iussit & gladium,in signum iustitiæ manifestum: quam vsq; adeo seruare tenaciter consueuit,vt neque proprio filio,neque fratri, neque principum alicui parceret, qui vel modicum contra legem æquitatis,quã posuerat, sciens deliquisset.

Basanus Francorum rex, philosophus & pontifex summus.

Vanitas maxima.

Basanus,rex iustitiæ ac Deus voluit æstimari.

Filium habebat nomine Sedanum,qui accusatus de adulterio, mox à patre iudicatur ad mortem,secundum legem quam Sicambris statuerat.Proceribus autem pro adolescente rogantibus,pater respondit; *Nolite ô viri nobiles contra iustitiam militare, & leges quas vobis mature consentientibus decreui : quia facilius est ventum in aere flantem constringere manu, quam Basani regis animum deflectere ab æquitatis executione.* His auditis principes tacuerunt, ipse vero pater dixit ad filium: *Non ego te fili occido,sed lex patria,quam sciens præuaricatus es, apprehensumq; capite truncauit propria manu.*

Rex Basanus filium suum propter iustitiam interimit.

Sedanus à patre suo truncatur.

Eo tempore Sicambri regem suum Basanum vsque adeo cœperunt timere, quod nullus inter eos magni aut parui quicquam mali contra legem, vel dicere, vel agere, præsumebat.Vnde sacerdotes deorum,regem Græco vocabulo ἀναξάκαν, id est, iustum Basan vocabant.Vulgus autem *Theobasan* cum nuncupabat,quod lingua Germanica *Basangoth*

Iustũ Basan deinceps nominarunt regem. Βασιλέα, Basangoth.

significat, propterea quod illum venerabantur omnes, vt amicum deorum postea deificandum.

Metus regis Basan perterruit omnes.

Hinc prouerbium exiuit inter Sicambros, vt quoties alter ab altero vidisset seu audisset aliquid legi contrarium, dicebat; *Hort opp lieffman, kent gy nit dy grote kunig Basan.* Quasi dixisset, Cessate ô bone vir à talibus, an nescitis quam iustus sit rex magnus Basanus? qui sic ista vos dicentes, seu facientes perciperet, sine dubio, vt præuaricatores necaret.

Rex Orchadum Sicambris bellum frustra indixit.

Anno Basani regis quinto, rex Orchadum habens insulanos regulos plures in auxiliũ, Sicambris bellum indixit, propter abiectionem filiæ suæ, quam rex Basanus habens vxorem, repudiauerat, patrique remiserat: cuius repudij causam in primo volumine annaliũ descripsimus. Basanus autem rex, cognito aduersariorum suorum aduentu, contra eos in multitudine pugnatorum magna processit ad littus maris, haud longe à loco, vbi postea Franci Mesoburgum construxerunt. Viso de nauibus Sicambrorum tanto exercitu, Orchades progredi non sunt ausi in terram.

Bellũ & victoria Sicambrorum cõtra Gallos.

Irrumpentibus denuo Gallis atque Morinis contra orientem, vbi Sicambri Colonias posuerant in regione Tungrorum, rex Basanus in manu suorum valida illis occurrit, tantaque cæde prostrauit, vt vix pauci de multis euaderent. Victoriam consecutus, plura castella, & munitiones fortissimas ab vtraque parte fluminis Mosæ construxit, in quibus præsidia Sicambrorum collocauit.

Basanburg castellũ construitur.

In superiori vero parte fluminis, castellum fortissimum construxit, quod de suo nomine Basanburg nominauit, in quo reges post eum Sicambrorum & Francorum propter amœnitatem & fortitudinem loci, multo tempore consederunt.

Basan rex & pontifex, idolorum sacra instaurauit.

Anno regni sui vicesimo sexto, Basanus rex post multa prœlia fortiter gesta, cum diuersis per circuitum nationibus, volens se deorum exhibere pontificem, eorum sacra superstitione multa renouauit: Sacerdotes in cultu numinum peritissimos instituit plures, in cursu siderum curiosos, in vaticinijs, in prænotionibus, in exponendis somnijs, in Ethicis, & in Physicis doctrinis more veterum eruditos; in carminibus quoq; & historijs antiquorum regum heroumque, gentis suæ duntaxat, componendis canendisque in vtraque lingua exercitatissimos: inter quos præcelluit ingenio & vsu scribendi cæteros Heligastus Theocali pontificis quondam filius, qui filijs ducum & nobilium instituendis præerat, & heroum gesta carmine descripsit.

Sacerdotes Sicambrorũ quales fuerunt.

Heligastus Sicambrorũ scriptor clarus.

De hoc viro plura scribit miranda Hunibaldus, Francorum historiographus, quæ nisi dæmonijs alicuius patrata concedantur artificio, conficta potius à scriptore aliquo sunt existimanda, quam per hominem idolis deditum factitata. Multa Sicambris prædixit futura: louem sacerdotibus exhibuit visibilem: secreta hominum consilia deduxit in publicum: & hostiũ arcana in causis & negotijs arduis Basano regi denudauit. Nihil eum videbatur latere omnium, quæ hostes etiam secretissimo tractauissent consilio in Sicambros. Quæ res amicis, securitatem: inimicis vero, desperationem incussit.

Heligasti apud Sicambros magna fuit auctoritas.

Heligastus prænotionator.

Consilio enim Heligasti, rex Basan pendebat totus cum vniuersis principibus regni: & quod ille iussit, omnes faciebant: quodcunque vero prohibuit, nemo tentare audebat. Ad eius imperium hostibus occurrebant Sicambri: & si mandauit contrarium, domi pacifice manebant. Quoties victoriam Sicambris prædixit, vincebant: quoties aliud, vincebantur. Eo viuente, in cunctis fortunabantur Sicambri, quorum nomen quoties audiebatur, terruit hostes, omnibusque per gyrum fecit terribiles.

Heligastus in templo disparuit. Sicambri Heligastum Deum habuerunt.

Postea vero quam annos triginta duos in suo peregisset officio, & die Iouis quodam solenni, stans in medio sacerdotum, fulmina iaciens in templo, ætheraque voce conturbans, vaticinantium more furias resonaret, subito disparuit, euanescensque penitus, quo peruenerit, nemo vnquam est inuentus, qui scire potuerit. Quem Sicambri Deũ factum existimantes, in Dianæ coniugium prædicauerunt assumptum, eique sacra quotannis decernunt.

Gens Tegarana superatur à Sicambrorũ rege.

Thaborinus rex Tegaranorum à Sicambris occiditur.

Anno regni sui tricesimo tertio, Basanus mouit exercitum ad partes fluminis Rheni superiores, in gentem, quæ vocatur Tegarana, & commorabatur versus meridiem inter Saxones, & Moguntinenses Cisrhenanos, sub præsidio Treuirorum, regulum habẽs propriũ nomine Thaborinum, quem rex Basanus occidit cum multis alijs, omnemque regionem eius suo dominio subiugat. Facta sunt hæc anno ante Christi natiuitatem CC.LI. Locus in quo rex Thaborinus Tegaranorum memoratus occubuit, ab eius nomine dictus mons Thabor, à Confluente quatuor ferme distat miliaribus, vbi rex Francorũ Basanus fortissimum castellũ condidit, quod in memoriã victoriæ perpetuã, montem Thaborini nuncupauit, sed corrupto vocabulo, hodie *Monthabur* nominatur ab incolis.

Monthabur oppidulum.

Anno

Anno regni sui tricesimo sexto, Basanus Sicambrorum rex maximus, in solennitate sui natalis apud Neomagum conuocauit suos filios, fratres, duces, proceres, & nobiles familiarum, ad cõuiuium: cum quibus septem diebus epulatu opipare, patrijs dijs sacra peregit, Iouem in aere supra templum cunctis visibilem ostendit. Octaua die filium suum Clodomirum, de omnium consensu procerum, Sicambris regem designauit: multa carmine patrio genti futura prædixit, filios & regnum principibus commendauit, iustitiam præcepit, introgressusq; sacellum templi nusquam comparauit. *Rex Basanus natale suum Neomagi celebrauit. Clodomir filius Basani, à patre rex constituitur.*

Nescio quid his cõtribuam fabellis, indignationem an risum: dolo an arte sublatus sit, incertum manet: sed vnum hoc existimo fuisse in causa, hominis vel ingenio, vel dæmonis spontanea indubitanter voluntate subducti, cupidinem æstimationis consequendæ diuinitatis. Nam (vt scribit Amerodacus Sicambrorum philosophus) rex Basan diuinitatis appetentissimus fuit, iustitiam coluit, gentem dilexit, hostem prostrauit, pientissimus bonis, semper crudelis & seuerus iniquis. *Rex Basanus subito in cõcione dispարmit.*

Euanuit autem, siue (vt rectius dicam) subtraxit se, vt Amerodacus est author, de procerum cõsistorio publico, vt diximus, anno regni sui tricesimo sexto: ante vero natiuitatem domini, anno CC. XLVIII. quem Sicambri translatum in deorum consortium æstimantes, sub nomine Basangot coluerunt. *Anno ante Christi natiuitatem 248.*

OCTAVVS.

CLODOMIRVS Basani maior natu filius (sicut pater de consensu principum ordinauerat) in regno succedens, regnauit annis decem & octo. Cuius anno primo statim vt Galli cognouerunt euanuisse Basanum, quem ipsi mortuum non dubitabant, missis ad Clodomirum nuncijs, omnem ab eo terram inter Mosam & Rhenum, per gyrumque in circuitu, quam Sicambri à primo eorum introitu in fines Cisrhenanos, contra iustitiam sibi violenter vsurpassent, repetebant. Quam si redderet cõtemneret, gladio se recuperare omnia paratos fore, comminati sunt, siue responsum per nuncios destinatos negatiuum remittat, siue nihil omnino respondeat. *Clodomirus regnauit ann. 18. Gallorum nuncij ad Sicambros missi.*

Rex autem Clodomir Gallorum nuncios, tanquam consilium super instanti negotio habiturus, cum principibus suis, prudenter & studiose protractos, apud se diutius retinuit, & summa cum diligentia cauens, ne consilij mentis suæ arcanum in eorum deueniret notitiam, suis præcepit ministris, vt eos copiose cibarent, lætosque habere dies disponerent.

Interim rex Clodomirus missis nuncijs ad reges Saxonum, & Doringorum, vt copias in auxilium secretius, & cito mitterent Sicambris amicis cõtra Gallos communes aduersarios, instantissime postulauit. Venerunt Saxones cum Doringis in subsidium, vt rogabãtur, amicis, exercitum producentes centum millium pugnatorum: ordinatis ad nutum secretissime rebus, rex Clodomir nuncios Gallorum donatos muneribus abire permisit, & ne quid in via de præmissis ad eorum posset deuenire notitiã, comites itineris tuti proficiscentibus deputauit, qui comitarentur, & cautius obseruarent euntes cum literis huiusce modi: *Clodomir rex magnus, Satrapis & populis Gallicanis. Miramur de vestra temeritate, quod terram à nobis repetitis, quam progenitores nostri dudum iure belli à vestris, tanquam iniurijs vicinis, & manifestis hostibus suis, iustissima ratione, gladio vindicarunt. Cogitate vires nostras longe vobis superiores, & cessate ab hac temeritate stultitiæ iniqua. Memores estote cladium, quas à duo genitore nostro (inter Deos relato) eiusque parentibus, olim pro merito susceptistis, & quiescite in caueis cum vulpibus latitantes. Nostrum est imperare vobis: vestrum autem, nostris humiliter obedire præceptis. Quod si venire contra nos præsumpserittis, decreuimus vobis potenter occurrere, & quæ nobis maiores nostri tradiderunt, gladio defensare.* *Saxones & Doringi Sicambrorũ socij. Epistola regis Clodomiri, ad principes Gallicanos.*

His literis & nuncijs Galli susceptis, in iram concitati sunt, & se quantotius de Sicambris vindicare statuerunt, ponte super Mosam artificiose fabricato, pugnatorum ingentem traduxerunt exercitum, quibus rex Clodomirus cum ducentis sexaginta quatuor millibus potenter occurrit, diuisoque in partes exercitu, alteram locauit ad insidias: alteram vero, misit è regione procul, vt necatis Gallorum custodibus, pontem præoccuparet: tertiam vero partem, quæ numero militum erat maior, duxit in aduersarios. *Principes Gallicani in Sicambros consiliũ rant.*

Congrediuntur Sicambri cum Gallis in loco nõ procul à Mosa flumine, qui Delon vocatur, & marte ancipiti aliquãdiu pugnatur. Postremo simulantes fugam Sicambri, retrocedere paulatim cœperunt, donec Gallos tandem longius à Mosa flumine protraxerunt ad locum insidiarum. Vbi tunc immobiles stetere Sicambri, & qui prius fugam simulauerant, vt gigantes fortissime repugnabant. Interea milites circumgyrando venerunt ad *Belli Francorum atrox cum Gallis.*

Gallorum multa millia interierunt.

fluminis transitum, occisisque hostium custodijs, aut procul fugatis, pontem præoccuparunt. Reliqui autem de insidijs confestim erumpunt, hostesq; fortiter aggressi, à tergo cædunt, trucidant, & sine commiseratione occidunt. Postremo qui poterant, salutem fugâ quærentes, cum pontem à Sicambris præoccupatum nescirent, ab omni parte conclusi, ab hostibus cæduntur: nec locus erat necem fugiendi præ oculis instantem. Pauci, nocte superueniente, salui euaserunt ex multis, qui fugere in nemora & syluas potuerunt opacas.

Fræci regnũ armis firmarunt.

Requienit deinceps à tumultu bellorum regnum Sicambrorum annis paucis. postea vero pace interrupta, sæpius gens arma resumpsit in gentem. Cætera regis Clodomiri gesta & bella, quæ habuit cum exteris nationibus, post Hunibaldum nos in primo annalium nostrorum volumine conscripsimus.

Moritur autem rex Clodomirus anno regni sui decimo octauo, ante natiuitatem domini cc.xxx. relinquens tres filios ex Ermendrude regina, quæ filia fuerat regis Theutonum, Nicanorem, Helianum, & Helenum.

NONVS.

Nicanor regnauit annis 34. Rex homo fuit seuerus in hostes. Sicambri Gallos donec vincerent, semper impugnarunt.

NICANOR Clodomiri regis maior natu filius, patri succedens, regnauit annis triginta quatuor, homo seuerus, in sua generatione iustus, & bellicosus, qui ad iniurias quaslibet hostium, præcipue tamen Gallorum, impatientissimus fuit: cuius rei causa, vario marte sæpius cum eis atrociter pugnauit.

Ab eo namque tempore, quo gens ista Troianorum stirpe procreata, de Scytharum finibus primo venit in Germaniam ad ostia Rheni, ab infestatione Gallorum nunquam cessauit, quousque tandem non sine multo sanguine suorum, totam sibi Galliam potenter subiugauit. Nemo Francos siue Sicambros vnquam ad plenum superare potuit: nemo ferocitati eorum subiectionis frenum imposuit, sed regnandi cupidinem, quam semel imbiberant, non prius deposuere, quam omnem Galliam, Germaniam, simul & Italiam, annihilato Romanorum imperio, multisque regibus extinctis, in suam potestatem compulerunt.

Franci anno 930. contra Gallos pugnauerũt.

Nam vt in præcedentibus est dictum, & liquet ex supputatione temporum manifeste, anni ab introitu Francorum (sicuti nunc appellantur) in fines Germaniæ Cisrhenanas, vsque ad Clodoueum regem magnum, qui primus victor Almanorum credidit in Christum, fluxerunt nongenti triginta, in quibus cum Gallis dimicauere Sicambri, nunquam eos debellare cessantes, licet sæpius fusi ex parte, donec postremo superauerunt vniuersos.

Troiani, Armeni, Scytha, Neomagi, Sicambri idẽ & Franci. Plures etiam dicti fuerunt Germani. Amerodacus Francorum historiographus.

Sciendum vero, quod nec Franci semper, nec Sicambri fuerunt nominati, sed nomina cum sedibus frequẽter mutauerunt. Enimuero (testante Hunibaldo) cum post excidium Troianum, per multos annos, & varias nationes vagarentur, nec stabiles diu vno in loco sedes haberent, inter Scythas, Scythiæ: & inter Armenos, dicebãtur Armeni. Cum ad ostia residerent Danubij, neq; Franci dicebantur neque Sicambri, sed quia Scythis erant finitimi, & sermonem Scytharum, & nomen obtinuerũt. Postea Romanorum inuidia (vt Amerodacus est author) pulsi per Gothos, in fines Germaniæ descenderunt, locatisque sedibus (vt sæpe dictum est) ad ostia Rheni, Germanorum & Saxonum didicere sermonem: & primo Neomagi, postea etiam Germani dicti sunt: deinde à Cambra nominati Sicambri, etiam id nomen cum tempore mutauerunt, Franci regis amore concitati, à quo Francorum nomen (vt postea dicetur ordine suo) sumpsit initium. Hinc factum est, quod aliarum gentium scriptores, quoties in historiarum suarum descriptionibus gestorum huius gentis introducunt memoriam, crebrius Germanos quam Sicambros nuncupant, aut Francos. Quod veram nescientibus originem Francorum, non paruum consueuit inferre nocumentum erroris, dum Francos aut indigenas credunt, aut conspiratione paucorum cœpisse.

Francũ nomen scriptoribus nationum, semper fuit odiosũ.

Bellũ Francorũ contra Gothos, fines Saxoniæ incursantes.

Rex autem Nicanor Saxonibus coniunctus atque Doringis, anno regni sui quartodecimo, contra Gothos in fines Theutonum & Saxonum denuo irrumpentes, cum multitudine magna processit ad bellum. In primo cõgressu Gothi fuêre superiores, & clade magna contriuere Germanos. Sed mox reparato exercitu, victi sunt Gothi, & multa eorum millia tam in ore gladij, quã in aquis submersi perierunt: cæteri fuga salutem quæsierunt.

Bellũ Francorum cum Orchadibus.

Anno règni sui vicesimo primo, contra regem Orchadum nauale bellum gessit, in fauorem regis Britanniæ, cuius sororem, Constãtiam nomine, habebat vxorem. Verum nõ satis feliciter gessit bellum, eo quod plures suorum propter imperitiam certaminis nauali, in

lis,in mari perierunt.Cum Gallis etiam semper in contentione fuit,& multa cum eis prelia gessit,sepiusq; fortissime pugnans cum suis,glorioſe triumphauit. *Semper Franci Gallos sunt bello persecuti.*

Moritur tandem anno regni sui tricesimo quarto , ante Christi natiuitatem centesimo nonagesimo sexto,quinque relinquens filios:Marcomirum , qui successit in regno: Antenorem,qui maritima rexit:Priamum,qui obijt apud auunculum in Britannia : Helenum,qui ducatum gessit Cisrhenanum,inter Saxoniam & Rhenum, super Tegaranos: & Clodium,ducem Mosanorum.

DECIMVS.

MARCOMIRVS filius Nicanoris regis,natu maior, patri succedens, regnauit annis viginti octo, princeps in sua generatione modestia & prudentia singularis : in subditos pius,clemens,atque beneficus:in hostes autem,omni tempore seuerus. Hic à sacerdotibus deorum in omni sapientia huius mundi sufficienter à iuuentute instructus,astrologus,augur,vates,interpres somniorum,& euentuum doctissimus euasit. Maiorum suorum fortiter gesta,quoties licebat,per ocium corã se tam in palatio , quam in templis decantari præcepit,quo eorum incitaretur exemplo animus , ad gentis suæ defensionem,& regni semper augmentũ. Mos hic erat maioribus nostris Francis atq; Germanis,vt heroũ facta vel dicta memoratu digna,per sacerdotes templorum,patrijs commendarentur carminibus,in quibus discendis,memorandis,& decantandis,iuuenum exercitarentur ingenia.Quæ consuetudo multis durauit annis,donec postremo defecit. *Marcomir regnauit annis 28. Laudabilis in principe consuetudo.* *Memorabile institutum.*

Marcomirus autem rex, populum Sicambrorum omni tempore prudenter & modestissime rexit,cultum deorum tutelarium auxit : cum Romanis,Gallis,& alijs in circuitu gentibus , prælia multa gessit , & regni paterni fines , non parum suo tempore dilatauit. De his Hunibaldus latiorem contexuit historiam , quam istic breuitatis amore transiuimus. *Marcomir regnum duxit Sicambrorum.*

Moritur autẽ rex Marcomirus anno regni sui octauo atq; vicesimo,qui fuit annus ante incarnationem saluatoris nostri Iesu Christi,centesimus sexagesimus octauus.

VNDECIMVS.

CLODIVS primogenitus Marcomiri regis Sicambrorum , post patrem regnauit annis vndecim. Cuius tempore gladius Romanorum directus in Galliam , non parum Sicambris intulit nocumentum.Romani his etenim temporibus auxerũt vires Gallorum,qui facta incursione vltra Mosam, gentẽ aduentitiam grauissime sæpius afflixerũt. Quibus occurrentes animis feroces Sicambri,vim viribus repellebant. *Clodius regnauit annis 11.*

Clodius rex post multa cum Gallis commissa prælia,anno regni sui vltimo, contracto tam suorum quam Saxonum ingenti exercitu,iterum pugnauit cum eisdem non longe à castello Basanburg,in quo certamine minus caute circunspiciens , in agmine fuit ab aduersarijs occisus:Sicambri autem cohortatione ducum animati,non obstante regis interitu,bellum continuarunt,& dimicantes fortiter , Gallos tandem vicerunt , & occisis eorum pluribus,alios verterunt in fugam. Moritur autẽ rex Clodius in bello Gallorum peremptus,sicut dictum est,anno regni sui vndecimo,ante Christi vero natiuitatem,centesimo,quinquagesimo septimo. *Clodius rex in bello perimitur à Gallis.* *Ante natiuitatem domini anno 157.*

DVODECIMVS.

ANTENOR filius Clodij regis maior natu, post patrem regnauit annis XVI. Hic inducias (quas nostri à fide interposita,*Treugas* nuncupant) ad annos decem fecit cum Gallis,quod Romanis etiam placuit,qui semper erant in parte Gallorum,hostes & inimici,vt dicebatur , nati Sicambrorum. *Antenor regnauit annis 16,Treugæ inter Sicambros & Gallos sunt.*

Erat enim rex annorum sex atque triginta , cum regnare cœpisset , plus amator pacis quam belli,& parum fecit memoria dignum,nisi hoc vnum,quod humanior cæteris,prohibuit homines immolari numinibus,quod multis Sicambrorum displicuit proceribus, existimantibus metum sui apud exteras minui nationes. Verum quia sacerdotum consilio & assensu hæc pietas decreta fuit , constitutio ipsa inuiolabilis permansit. Auctoritas enim sacerdotalis apud eos , ducibus cunctis atque principibus maior semper & præstantior fuit.Antenor rex moritur anno regni sui XVI.ante natiuitatem vero domini,centesimo quadragesimo primo. *Sicambrorũ sacerdotes magna fuerunt potestatis.*

DECIMVSTERTIVS.

CLODOMIRVS filius Antenoris,post patrem regnauit annis XX. cuius anno primo Romani per Scipionẽ Numantinos subuertentes,in suã redegere potestatem. Anno eius sexto,Galli finitis iam Treugis,quas cum patre eius fecerant , magno suorum coadunato exercitu,in Sicambros mouere statuunt,transmissoq; Mosa flumine,bellum priores *Clodomir regnauit annis 20.*

Bellum Sicambrorum cum Gallis. Galli superantur à Sicambris.

hostibus indicunt. Clodomir Germanorum septus auxilio, Gallis sine mora confidenter occurrit, pro gente & regno fortissime dimicauit. Bellum in illa die atrocissimum committitur, & multi ab vtraque parte ceciderunt: Galli tandem terga verterunt, quos persecuti Sicambri, vsque ad flumen, maiorem exercitus partem in ore gladij prostrauerunt. Qui si pontem vel deiecissent, vel præoccupassent, sicut olim fecerat Clodomirus rex, magni Basani filius, nec vnus quidem potuisset euasisse Gallorum. Ea clade Galli susceptа, quandiu Clodomir superuixit, Mosam amplius non transierunt cum exercitu, latrocinia tamen suo more plerunq; faciebant.

Rex autem Clodomir post multa prælia cum Romanis, Gallis, & superioribus circa Rhenum & Mosellam gentibus peracta, moritur anno regni sui vicesimo, qui ante Christi natiuitatem, centesimus vigesimus primus fuit.

DECIMVS QVARTVS.

Merodacus regnauit annis 28.

MERODACVS Clodomiri filius, patri succedens, regnauit annis octo atque viginti, princeps magnanimus, strennuus, & audacissimus, qui quã fuerit bellicosus, & Romani sentire potuerunt, & Galli, cum quibus multotiens fortiter etiam manu propria dimicauit. Auxilia nanque ferentibus Saxonibus, Doringis, atque Germanis, exercitum ducentorum vigintique millium pugnatorum contra Romanos produxit in Italiam, deuastansque omnia per circuitum, peruenit cum copijs vsque ad Rauennam, & ditatus spolijs multis victor remeauit. Multas quoque in reditu colonias Romanorum grauiter afflixit, & incommodis grauioribus subiecit, nomenque suum cunctis formidabile fecit.

Francì cum 220000. deuastarunt Italiam.

Romani bellum indixere Sicambris.

His rebus commoti nimium Romani, coniunctis sibi nationibus multis, bellum indixere Sicambris, & paratis ad apparatum necessarijs, conuenerunt ad pugnam. Et ne Saxones vel Doringi Sicambris ferrent auxilium, prius Romani Gothos & Sclauos muneribus & promissis induxerant, vt vno eodemque tempore, & isti Saxones, & ipsi debellarent Sicambros. Rex ergo Merodacus à Saxonibus & Doringis necessario desertus, regem insulæ Aquilonaris (quos Danos hodie nuncupamus) inuocauit, qui veniens cum cētum millibus in auxilium, Sicambris numerum auxit.

Marius Romanus venit contra Francos.

Anno itaque regni sui vicesimo secundo, Romanorum contra se venire sensit ingentem exercitum Marius enim Romanorum princeps, legiones Romanas cum Gallis, duce Theodomeno, vltra Mosam destinauit, aduersum Sicambros, quos ipsi nuncupauere Germanos, & simul acriter pugnauerunt, multaque millia virorum ab vtraque parte ceciderũt, fugeruntque Sicambri, amissis plusquam viginti millibus pugnatorum. Post hæc Merodacus exercitu instaurato, & Gallis & Romanis potentior factus, multa eos clade affecit, quemadmodum post Hunibaldum, latius in primo volumine historiarum nostrorum siue annalium diximus.

Postea vero quam prœlia multa cum Gallis atq; Romanis constituit, & gentis suæ terminos haud mediocriter ampliauit, rex Merodacus moritur anno regni sui XXVIII. ante vero Christi natiuitatem, anno nonagesimo tertio.

DECIMVS QVINTVS.

Cassander regnauit annis 21.

CASSANDER Merodaci regis maior natu filius, patri succedens, regnauit annis viginti & vno, vir bellicosissimus, cuius tempore Galli cum auxilio Romanorum, sæpius Mosa traiecto flumine, Sicambrorum fines hostiliter inuaserunt, quibus Cassander in fortitudine suorum occurrens, deuastationem suæ gentis hostibus interdixit. Cunctis enim diebus, quibus imperauit Sicambris, in dissensione cum Gallis fuit atque Romanis.

Borbista rex Gothorum deuastat Saxones.

His temporibus Borbista rex Gothorum, cum innumera pugnatorum multitudine, Saxoniæ fines intrauit, igne & ferro deuastans regionem. Contra quem tres reges potentissimi, videlicet, Arthari rex Saxonum, Hamer rex Doringorum, & Cassander memoratus rex Sicambrorum, adunatis in vnum exercitibus, processerunt ad prælium: congressione autem facta, diutius fuit acriter pugnatum, & multi ab vtraque parte ceciderunt. Tandem Borbista rex terga vertit, & Germani victoriam obtinuerunt.

Gothi superantur à Germanis. Iterum Gothi Saxoniã intrant.

Alia post hæc vice rex Borbista iterum in multitudine Gothorum maxima, Saxoniam intrauit, igne ferroque regionem vsque ad Istulam fluuium crudeliter deuastauit, raptisq; Germanorum spolijs multis retrocessit, nec progredi vlterius ea die præsumpsit. Nouerat enim vires Germanorum insuperabiles, quanquam Romanorum instantia eas sæpius tentauerit.

Rex autem Cassander post multa cum Gallis & Romanis prælia fortiter gesta, moritur an-

tur anno regni sui vicesimo primo, ante natiuitatem vero Domini, anno LXXII. apud Neopagum cum multis thesauris sepultus.

SEXTVS DECIMVS.

Antharius regnauit annis 35.

ANTHARIVS regis Cassandri filius, post patrem regnauit annis XXXV. de quo scribit Hunibaldus, quod Moguntinos Romanorum colonos, miserabili clade attriuit, vrbem incendit & subuertit, quæ postea in eo loco vbi nunc transripam Cianam & vallem, in decliuo montis ad Rheni littus translata & constructa cernitur. Facta est hæc Moguntinorum miseranda desolatio, anno regis Arthari sextodecimo, qui fuit ante Christi natiuitatem quinquagesimus sextus annus, vt ex serie temporum ostenditur.

Moguntia deleta.

Sicambri denastauerunt Galliam.

Rex Arthari cum auxilio Germanorum intrauit Galliam, vicos incēdit, prædas & spolia infinita sæpius reportauit, magnam per Galliam desolationem fecit, incēdit vrbes, vicos destruxit, castella subuertit, gentis robur contriuit, & regionem diu fructiferam, in solitudinem redegit.

Verum cum senuisset rex Antharius, anno regni sui vltimo, qui fuit ante Christi natiuitatem septimus atque tricesimus, denuo irrumpentibus in regionem Sicambrorum Gallis, & Mosam transeuntibus, occurrit eis cum suorum exercitu ad pugnandum, vbi cum dimicaret incautius, ab hostibus circumseptus, cum viginti millibus Sicambrorum interijt, anno regni sui XXXV. & Galli magnam ea vice Sicambris calamitatem induxerunt.

SEPTIMVS DECIMVS.

Francus, à quo dicti sunt Franci, regnauit annis 28.

FRANCVS Antharij regis maior natu filius, à quo Sicambri deinceps dicti sunt Franci (vt Hunibaldus est auctor) post patrem regnauit annis XXVIII. homo ferox, audax, & bellicosus, gentis suæ defensor acerrimus, qui mortem genitoris dure satis vindicauit in Gallos, & multa cum exteris nationibus bella constituit, semper victor & triumphator glorioſus, quem gens Francorum & nominis & honoris sui principem fuisse, nō immerito gloriatur. Pugnare Francus rex iste cōsueuit non fugere, qui amabilis suis & mitissimus fuit: hostibus autem cunctis nimium semper metuendus.

Francorum fœdus cum Saxonibus Doringisq.

Anno regni sui primo cum Germanis, Saxonibus, atq; Doringis, perpetuū fœdus contraxit, de consensu omnium ducum & procerum Sicambrorum, tabulis argenteis (iuxta morem gentis antiquum) amicitiam confirmans, ita videlicet pactorum conditiones statuentes, vt Sicambri, & Germani, Saxones atque Doringi, sub distinctis regibus atq; principibus, tanquam fratres & germani, vnus deinceps populus cen.serentur, & in æuum permanerent, & bellum quod vni ex his immineret regno, quacunque à gente, omnes concerneret, atq; coniunctis armis, communibusq; propulsaretur impensis.

Romanis & Gallis non placuit hæc confœderatio regum.

Terruit hæc regnum confœderatio plusquam dici potest, senatum, populumque Romanum. & varijs modis, diuersis ingenijs, & multiplici adinuentione contractum Germanorum fœdus dissoluere, quanquam frustra, laborant. Ex eo tempore virtus & potentia Francorum Romanis semper fuerunt suspectæ, metuentibus illis (quod postea contigit) ne Germani totius Europæ monarchia potirentur. Et hæc fuit causa, quod Octauianus Romanorum Cæsar postea sub Christi natiuitate vniuersum orbem Romanis obediētem per capita fecit describi, putans multitudine gentium Francos esse delēdos, quos eo adhuc tempore scriptores historiarum nationum Germanos appellarunt.

Causa propter quam Augustus descripsit vniuersum orbem.

Gothi fines Saxonum occupant decennio.

Anno autem tertio regni Franci, cum viderent Romani, quod fœdus regum Germanorum nullo possent ingenio dissoluere, rursus Gothos in fines Saxonum submiserunt, qui per annos ferme decem in finibus Germaniæ cōsedentes, paulatim & successiue cogitabant se in interiora nationis memoratæ diffundere. Interea rex Francus crebro prælia-

Francus rex expeditionem mouit in Gallos.

batur cū Gallis, & necē patri dura vicissitudine in eos vindicabat, multaq; eorū millia per illud tempus occidebat. Verum cum Gothi quotidie magis ac magis ad interiora Germaniæ irrumperent, Saxones cum Theutonibus tandē necessitate compulsi, bellum in eos mouere statuerūt. Conuocatis in auxiliū, iuxta compacta socijs, Sicambris atq; Doringis, exercitum ducentorū ac triginta millium virorum ad prælium eduxerūt. Scanziani autē, qui & Gothi, cōuocatis & ipsi socijs, innumerabilē pœne multitudinem Germanis veniētibus, opposuerūt. Bellum atrocissimum in eo loco, qui dicebatur Colmasus, inter partes cōmittitur, & cadētibus hinc inde multis, à mane vsque ad noctem marte ancipiti pugnatur. Postera die Germani exercitum diuiserūt in tres partes, singuliſq; duces singulos prę-

Inter Saxones & Gothos atrocissimū bellum committitur.

fecerūt: Sicambri autē sub eorum rege Franco audacissime dimicātes, nomē sti ducis Frāci, quasi numē quoddā crebrius vociferantes, clamabāt: Hie Franck/Hie Franck. Postremo victi sunt Gothi, & plusquā octoginta eorū millia perempti, cæteri fuga lapsi cū libe-

Francorum nomen hic primum cœpit.

ris & coniugibus, in pristina latibula sunt reuersi, & sic fines suos decennio ab alienigenis deuastatos & occupatos, Saxones auxilio Francorum & Doringorum læti receperunt.

Sicambri nomen vetus deponentes. Frãcos se nominant.

Ex eo tempore Sicambri priscum nomen deponentes, regis amore sui Francos sese nũcupare cœperunt. Enimuero, Hunibaldo testante, non solum proceres, sed milites quoq; omnes, & vniuersus totius gentis populus, ipsa nouitate nominis vsque adeo fuerunt delectati, quod regem precibus inducerent, quatenus edicto publico sanciret, eos deinceps perpetuo non Sicambros, sed Francos fore dicendos. Quod rex tanto libentius cõstituit, quo nominis immortalitatem sui cupidius amauit. Dicti sunt igitur Franci, qui prius ab alijs, Sicambri: ab alijs dicebantur, fœderis ratione, Germani. Et mirum quidem in modum gloriabantur nouitate huius vocabuli, quippe qui multis deinceps temporibus, quoties mutuo sibi occurrissent, ita salutabant: *Ein guten tag fryer Franck.* Veruntamen nõ subito, sed cum tempore multo tandem hoc nomen venit in vnum, vt Franci gens ipsa etiam in alijs nationibus dicerentur, Romanis enim & Gallis præcipue, nomen Francorum fuit odiosum. Vnde apud eorum scriptores, crebrius Germani, quam vel Sicambri dicti fuere vel Franci. Nomen vero Sicambrum vnde habuerit originem, vel à quo, Hunibaldus non tacuit.

Vnde Franci dicantur liberi. Διὰ τὸ ἐλευθέρους εἶναι: quia nunquam seruierunt.

Francis prius dictos fuisse Sicambros.

Quod autem Franci prius fuerint dicti Sicambri, non solum testatur Hunibaldus, verum etiam beatus archipræsul Remigius, qui (vt Gregorius antistites meminit Thuronensis) quando Clodoueum regem Francorum, primum ex Francis regibus conuersum ad Christum, sicuti loco suo dicemus, baptizare debuit, coram procerum frequentia deponenti ornamenta regalia, & ad sacrum se lauacrum humilianti, cunctis audientibus dixit; *Mitis depone colla Sicamber: Adora, quod incendisti: Incende, quod adorasti.* De huius rei historia iam dudum post Hunibaldum in primo volumine annalium plenius diximus.

Dictum S. Remigij ad Clodoueũ.

Anno itaque ante natiuitatem domini & saluatoris nostri Iesu Christi vicesimo quarto, qui fuit Franci regis XIII. nomen priscum Sicambri mutauerunt in nouum, quamuis & prius & posterius apud scriptores, Germani sæpius, nuncupati fuerint, siue Sicambri. Nam licet ipsi nomen sibi Francum sub memorato rege desumptum & scripserint, & retinuerint semper, subito tamen in vsum deuenire non potuit apud nationes exteras, maxime inimicas. Hinc factum manifestissime constat, quod historiarum scriptores, qui tempore mutati nominis, & nihilominus etiam post hoc, multis annis apud Romanos, Gallos quoque vel alios nationes claruerunt in humanis, siue ignoratione, siue detestatione vocabuli, hanc gentem Germanam crebrius appellauere quam Francam. Certum est enim, quod nomen Francorum non scriptis, sed armis: non amore, sed timore: non assumptione, sed subiectione cognouere Romani.

Nomen Francum Romanis & Gallis fuit semper odiosum.

Sed iam nunc post nominis Franci rationem, breuiter historiam continuemus. Rexitaque Francus eliminatis de finibus Saxoniæ Gothis, cum rediret ad ostia Rheni spolio ditatus & præda, nuncium medio itinere accepit, quod Galli, iunctis Romanis, flumine transmisso, regionem igne ferroque vastassent, & cum præda multa reuertissent in Galliam. Quo accepto nuncio, nihil cunctatus, nec animo fractus, dixit ad milites: *Si liberi estis, si Franci nominis digni, iam nunc vires resumite, & tantam iniuriam vindicate.* Qui vna cum proceribus voce dixerunt: *Paratissimi sumus, ô rex France liberrime, tecum aut vincere omnem populum nobis aduersum, aut mori pugnantes.*

Rex Francus Gothis superatis reuertitur.

Francis regis admonitio ad Frãcos suos.

Lætatus his vocibus rex, nuncios confestim misit ad Saxones, Germanos simul atque Doringos, auxilium postulans iure fœderis contra insultum Gallorum. Qui omnes magna cum alacritate suffragia militum postulata, miserũt Saxones videlicet LXXXIIII. millia pugnatorum, Germani & Theutones LX. millia: Doringi vero, XLVI. millia. Quibus cõiuncti, magnis viribus Franci, exercitum trecentorum milliũ virorum, contra suos aduersarios festinantissime produxerunt. Cernens autem rex Francus desolationem regionis, quam fecerant Galli, commotus magna indignatione animi, dixit: *Videte commilitones mei fortissimi, qui sanguinem parentum vestrorum fusum iure doletis, quod isti perfidissimi Galli fecerunt. Iuro per caput patris mei Antharij, quem homines isti perditissimi occiderunt, quod non dabo requiem capiti meo, donec me de ipsis insigniter vindicauero.* Et collaudabant omnes propositum eius.

Rex Francus Gallos prælio aggreditur. Francorum & Germanorum trecenta millia contra Gallos.

Fabricato igitur ponte cum nauibus & lignis multis, in biduo traduxit exercitum, & relinquens ad custodiam trãsitus quadraginta virorũ millia, cum reliqua multitudine processit in Galliã: tantamq; fecit stragẽ, quantam Sicambrorum nullus ante eum aut facere potuit, aut mẽte creditur concepisse. Ingressus enim vsq; ad flumen Tabul, & mare tã occidentale

Franciponte fabricato super Mosam, deuastant Gallam.

dentale quam septentrionale, Tungros, Tarubanos, Legiosque, & quicquid his vel interiacet vel adiacet, igne ferroq; , sæuiens deuastauit.

Congredientes sibi Gallos tanta facilitate superauit, fudit, & extinxit, vt non homo, sed numen aliquod è cælo missum putaretur. Vnde nimium omnes per gyrum territæ nationes, Francis vt ferocissimis monstris congredi amplius timuerunt. In eo congressu & desolatione, Gallorum ceciderunt ex ipsis gladio Francorum, plusquam ducenta millia cum liberis, infantibus, & mulieribus. Nam sicuti prius fecerant Galli, cum deuastarent Sicambros, nulli parcentes, ita receperunt ab eisdem. *Metus Frãcorũ omnes nationes inuasit.*

Hinc senatus populusque Romanus indigatione commoti, militum legiones contra Saxones in Germaniam miserunt, Marco Lollio duce. Non enim tutum fore putabant, si Francis (quos ipsi appellauere Germanos) congrederentur, priusquam Saxones perdomuissent, atque Doringos. Ingressi ergo Romani Saxoniam, primo quidem vicerunt, decem & octo millia Germanorum perimentes. *Romanorũ expeditio in Germanos. M. Lolius dux Romanorum.*

Audiens autem Francus interitum sociorum, Clogionem filium suum ducem, cum magno exercitu misit in auxilium confœderatis: qui resumptis viribus, iterumq; congressi Romanis, victoriam sunt consecuti, hostesq; fugarunt, multis eorum gladio peremptis, anno regis Franci quarto atq; vicesimo. *Romani superantur à Francis in bello.*

Postremo rex Francus laboribus & senio grauatus, post prælia multa cum Romanis, Gothis, Gallis, & alijs nationibus victoriosissime habita, regnoque Francorum non mediocriter aucto, & sedibus ampliatis, anno regni sui XXVIII. moritur: ante natiuitatem domini, anno IX. Cuius bella, mores, instituta, leges, & victorias, Clodomirus Francorum pontifex magnus, Germano carmine: & Hunibaldus prosa Latino sermone, scripserunt, quorum ductu nos & istic, & in primo volumine annaliũ rerum Germanicarum & Francarum, quod scripsimus, copiam habemus. *Clodomirus Francorum scriptor.*

DECIMVSOCTAVVS.

CLOGIO Franci regis, mator natu filius, patri succedens, regnauit super Francos annis XXX. vir astutissimus, ingenio versatilis, augur, magus, & astrologus curiosissimus: de quo memoratus Francorũ pontifex, consiliarius, & vates Clodomirus, multa stupenda & miranda carmine digessit, de quibus in primo volumine fecimus mentionem. *Clogio regnauit annis 30.*

Mater eius nomine Lothildis, filia regis Doringorum, summa templi Palladis antistes fuit, siue sacerdos, magicis artibus dedita, quarum exercitatione plura fecit miranda. Nam (vt iam dicti scripserunt auctores) suis carminibus & incantationibus, quos voluit, hostes filij deleuit, infelices reddidit, & quantumlibet procul absentes, dæmonum ministerio peremit, victoriam Francis; metum, terrorem, & fugam hostibus maleficio procurabat: imbres, tonitrua, coruscationes, & tempestates in aere horribiles, quoties, vbi, & super quos voluit, carminibus inducebatur. Anno regni eius quarto, Romani expeditionem denuo mouerunt in Germaniam: quibus confœderati reges non segniter occurrentes, vim armis propulsare fortiter non cessarunt: donec hostes retrocedere & fugere compulerunt. Clogius enim rex Francorum (quem in circuitu adhuc nationes cum eius gente non Francos, sed Germanos appellarunt) cum Tyberio Romano congressus, fortissime pro sua gente pugnauit, & postremo cadentibus ab vtraq; parte multis, Romani sine victoria discesserunt. *Lothildis regina, sacerdos fuit, & pontifex Palladis. Romanorũ expeditio in Germaniã. Clogio rex cum Tyberio Cæsare pugnat.*

Anno regni Clogionis memorati decimo, octauo Kalendas Ianuarij, natus est in Bethleem Iuda, dominus & saluator totius vniuersi, Iesus Christus vnigenitus Dei filius, exintacta semper virgine Maria, quo anno (teste Hunibaldo) edicto Cęsaris Augusti, descriptus per capita Romano subiectus orbis imperio fuit, quod præter mysterij rationem diuina factam prouidentia, sensu non caruit ad literam Francis præbentibus causam. *IESVS CHRISTVS in Iudæa nascitur Dei filius.*

Eodem quoque anno rex Clogio Phrisum suum genitum secundo, ad matris instantiam ducem eius constituit regionis, quæ mari Germanico adiacet versus aquilonem, ab eiusque ducis nomine Phrisia est dicta (sicut vult Hunibaldus) vsque in præsentem diem. Rursus post annos decem de consensu memorati regis Clogionis, & omnium principum gentis Francorum, idem Phrisus fuit sublimatus in regem, ea videlicet conditione, quod reges Phrisij omnes, sicuti & reliqui duces, regi Francorum perpetuo manerent subiecti, singulisque annis tributum CC. LX. boum soluerent, & cum Francis more cæterorum amicorum, contra hostes quoscunq; dimicarent. *Phrisus Clogionis filius dux, à quo Phrisia nominatur. Phrisus dux fit primus rex Phrisiæ.*

Clogio autem Rex Francorũ obijt post multa fortiter gesta, Anno regni sui tricesimo, qui fuit Dominicæ natiuitatis vicesimus annus: de cuius moribus, vaticinijs, oraculis, bellis, plura scribit Hunibaldus.

Trithemij Opera historica

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

DECIMVS NONVS.

Herimerius regnauit annis 12. Vir erat bellicosissimus.

HERIMERVS regis Clogionis maior natu filius, patri succedens, regnauit annis duodecim, vir bellicosus, & nimium audax: cuius regni anno tertio, Galli facta excursione, vsq; ad Mosam peruenerunt, omnia quæ ad ius pertinebant Francorum, exceptis munitionibus, atq; castellis, hostili temeritate vastantes, & post hoc ad sua cum præda & spolijs festine retrocesserunt.

Gallorum incursus in Mosam Sicambrorũ. Lex Sicambrorum iusta.

Verum postea cum ista Gallorum incursio regi Herimero innotuisset, ira commotus est, vocatosque ad se duces Vltramosanos, quorum irruperant negligentia Galli, secũdum leges Francorum in eos statim animaduertit. Sic enim lege continebatur: *Princeps sub rege Francorum in potestate ducali constitutus, diligenter prouinciam tueatur sibi commissam, & si negligentia eius, regionem subintrauerint hostes, si gentem leserint nostram, aut si rebus spoliauerint incolas terræ; medium bonorum suorum regis marsupio pendat, & dux ne sit amplius, sed priuatus vitat honore. Si volens introitum hostibus permisit, sepeliatur viuus, aut capite puniatur: vxores vero eius cum liberis & rebus omnibus regis ministerio cedant.* Quod

Sicambri deuastauerunt totam Galliam.

Deinde conuocatis in auxilium socijs, Germanis, Theutonicis, atque Doringis, rex Herimer in multitudine graui Galliam intrauit, & tanta eos cæde domuit, vt in multis annis pristinam nequiuerint recuperare virtutem. Postremo tamẽ anno regni sui vltimo, cum iterum in Gallias traduxisset exercitum, & nimium audax, ne dicam temerarius aut præsumptuosus, pugnaret incautius, ab eis in bello fuit occisus: Anno domini triceſimo ſecundo.

VICESIMVS.

Marcomer regnauit ann. 18.

MARCOMIRVS frater memorati regis Herimeri, à Gallis perempti, germano succedens in regno Francorum, regnauit annis decem & octo, vir statura procerus, moribus asper, fauorabilis tamen amicis, hostibus autem metuendus, atq; terribilis, qui cum Romanis & Gallis prælia multa constituit, Moguntios, & Treuiros vna cum Agrippinis sæpe grauiter afflixit.

Treuirenſes, Moguntinẽſes, Colonienſes.

Ieſus Chriſtus in Iudæa ſub Põtio patitur.

Anno regni eius secundo, vnigenitus Dei filius, dominus & saluator mundi Iesus Christus, ex Maria semper purissima q; virgine sine cõmixtione virili homo natus, secundũ eãdem humanitatem Hierosolymis vrbe Iudæorũ, sub Pontio Pilato Romanorum præside, crucifixus, passus, & pro nostra salute mortuus & sepultus est: Descendit ad inferos, eripuit inde iustos, tertia die resurrexit à mortuis, ascendensque in cœlum, sedet ad dexteram patris, iudicaturus viuos & mortuos, & viuet in æternum.

Romani legiones mittũt in Britanniam.

Anno Marcomiri regis decimo, Clodius Romanorum Cæsar exercitũ duxit in Britanniã, quam nunc Angliã vsitato vocabulo nũcupamus, eamq; armorũ vi, simul & Orchadũ insulas Romanis tributarias fecit. Inter eundum & redeundum, Francos inter Mosam & Rhenum commorantes, licet non sine suorum sanguine, grauiter afflixit.

Claudius Cæſar Britannia regem interfecit.

Claudius Cæſar dat filiam ſuam Aruiraco regi.

Regnabat eo tempore in Britannia Guiderius, filius quondam regis Kymbelini: quo ab exercitu Claudij perempto in bello, mox pro eo surrexit Aruiracus frater eius, qui regium sibi diadema imponens, multisque Romanorum occisis, Claudium vsque ad naues est persecutus. Videns Cæsar, quod Aruiracum superare non posset, pacem obtulit, filiamque suam illi dedit vxorem, & Romanis tributum negatum recuperauit, auxilio quoque generi ad insulas Orchadum traduxit exercitum.

Marcomer autem rex Francorum supradictus, moritur anno regni sui octauo decimo: Anno dominicæ natiuitatis quinquagesimo, indictione Romanorum octaua.

VICESIMVS PRIMVS.

Clodomer regnauit ann. 12.

CLODOMER Marcomiri supra dicti regis filius, patri succedens, regnauit super Francos annis duodecim, vir inquietus, & multum bellicosus: de quo refert Hunibaldus, quod Romanis & Gallis fuit infestissimus, & nihil magis quam eorum delere memoriam cupiebat: vix erat annus, quo non ad minus semel expeditionem moueret in Galliam.

Tres ſimul apparuere Soles.

Anno regni sui primo, tres soles simul apparuerunt, qui paulatim in vnum redierunt: & secuta est per vniuersam Europam fames magna & ingens: mortalitas non solum hominum, sed etiam iumentorum.

Moguntia reparatur à Romanis deſtructa.

Anno autem nono rex Clodomer cum magno suorum exercitu, Rheno transmisso & Mosa, Gallos expulit, amissa prius omnia recuperauit. Cum Romanis apud Moguntiam Germanorum auxilio, dimicauit, sed eos à reparatione vrbis cohibere non potuit. Moritur anno regni sui duodecimo: Dominicæ autem natiuitatis sexagesimo secundo, indictione Romanorum quinta.

VICE-

VICESIMVS SECVNDVS.

ANTENOR regis Clodomeri filius, post patrem regnauit annis sex, qui toto tempore quo regnauit, bellum gessit cum Gallis atque Romanis, cuius tandem & occasione cum multis regni proceribus, miserabiliter interijt, quando (sicuti dicemus) ponte fracto in Mosa flumine, submersus est. *Antenor rex regnauit annis 6.*

Anno siquidem regni sui vltimo, ponte supra naues veterum more fabricato ex lignis, exercitum trans flumen duxit in Galliam, vastata regione, cum præda & spolijs multis reditum maturauit in Franciam. Cumque iam flumen pars maior transisset exercitus, & rex ipse cum proceribus & reliquis vltimis adhuc resideret ad littus, subito pons, equitum numero grauatus, cecidit, solutæque naues ab inuicem funibus ruptis, miserabile cunctis dedere spectaculum, pluribus in flumine cadentibus. Attonitus rex & animo nimirum turbatus, de ponte reparando cum his qui aderant cœpit habere consiliũ, cum ecce mox Galli nunciantur in magna pugnatorum multitudine, post tergum venire, parati ad pugnam. Quibus auditis consternati sunt omnes qui erant cum rege, quibus fugam tempus negabat & locus: pugnam vero interdixit minor exercitus. Igitur cum euasionis nulla pateſceret nisi natandi via per flumen, arma & quicquid potuit grauare, proiecerunt in aquam, & salutem natando tentabant. Rex etiam proiecta lorica, soloque super tunicam baltheo præcinctus & ense, sese cum equo submisit in vndas. Simili se periculo, necessitate compulsi, omnes reliqui submiserunt. Natare simul cœperunt vniuersi, alij super equos, alij manibus ac pedibus aquarum impetum sulcantes. Ex eis plures natando peruenerunt ad littus, multi etiam qui natandi non habuere peritiam, præfocati ab aquis in medio fluctuum perierunt. Inter quos & rex Antenor fuit submersus, cum nouem principibus, quorum ista sunt nomina: Dux Priamus, dux Clodius, dux Richimer, dux Antenor, dux Marcomerus, dux Walther, dux Clogio, dux Herimer, & dux Rutvvicus, cum alijs sexaginta tribus Francorũ nobilibus. Sicitaq; perijt rex Francorum Antenor, anno regni sui sexto: Dominicæ natiuitatis, sexagesimo octauo, indictione Romanorum vndecima.

Franci deuastant Galliã satis infeliciter.

Pons sub transitu exercitus fractus cecidit.

Galli Francos insecuti, in flumẽ cogunt transilire.

Rex Antenor cum nouem ducibus & sexaginta tribus nobilibus in flumine perijt.

VICESIMVS TERTIVS.

RATHERVS, vel (vt alius scribit) Rhatherius, memorati regis Antenoris maior natu filius, post interitum patris, regnauit annis XXI. super Francos. fuitque vir magnanimus, audax, & fortis, qui gentem Francorum in gladio suo ab omni Gallorum incursione semper fortissime defensabat, neminem timens, neminem expauescens, sed cunctis ipse metuendus. Cuius anno secundo, Nero imperator Romanorum facinorosus, primam in Christianos persecutionem mouit, Petrum & Paulum apostolorum principes, Romæ occidit, & per omne imperium multa credentium millia crudeliter nimis peremit.

Ratherus autem rex Francorũ, Gallos multipliciter attriuit: patris interitum, armis, igne, & ferro vindicauit: fines genti ablatos, restituit: castella, vrbes, & munitiones construxit: fœdus cum Germanis, Saxonibus, atq; Doringis regibus, quod Francus olim rex ante annos centum (vt supra diximus) pepegerat, renouauit, & regni Francorum terminos auxit.

Ratherus rẽgnauit ann. 21.

Nero perditorum perditissimus homo.

Inter Francos & Saxones reformatur fœdus.

Post hæc tandem moritur anno regni sui vicesimo primo, dominicæ natiuitatis LXXXIX. indictione Romanorum secunda, sepultus in vrbe Ratherdama, quam ipse nomini suo dedicatam, à fundamentis nouam construxerat. Cuius magnifice gesta pontifex Francorum Arebaldus & vates, carmine descripsit more priscorum, quæ postea Hunibaldus redegit in prosam.

Ratherdam.

Arebaldus pontifex & historiographus.

VICESIMVS QVARTVS.

RICHIMERVS regis Ratheri filius, patri succedens, regnauit annis XXIIII. princeps per omnia magnificus, audax, & bellicosus, in cultura idolorum gentis suæ nimium superstitiosus, quippe qui Romanos in numero deorum non solum æquare, sed etiam vincere & superare volebat. Quapropter multiplicatis per eum numinibus, mortuo Arebaldo, summus à gente Francorum pontifex & sacerdos constitutus fuit, quod & libenter admisit.

Richimerus regnauit annis 24.

Arebaldus Francorum pontifex obijt.

Anno eius duodecimo, Gothi denuo in fines Saxonum effusi, regionem suo more deuastare cœperunt. Contra quorum incursus, Windekint Saxonum rex, Hermenfridt Doringorum rex, & ipse Richimer Francorum rex, cum Germanis fratribus simul atque Theutonibus, iuxta fœdus antiquum, & annos ante paucos (vt diximus) renouatum, celeriter magnum produxerunt exercitum, & facta congressione, plus quam viginti millia Gothorum peremerunt, cæteros vulneratos & spoliatos verterunt in fugam.

Gothi fines Saxonũ denuo inuaserunt.

Trithemij Opera historica

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consultatio regum, quomodo Gothos arcerent à Germania.

Fugatis denuo de Saxonia Gothis, Franci cum Germanis atque Theutonibus consilium habuerunt, inter se disquirentes, quemadmodum Gothis & Scanzianis populis reditum in fines Saxonum siue Germanorum, deinceps possent interdicere. Placuit postremo regibus & proceribus cunctis, vt ex populo Francorum, Saxonum, Doringorum, Germanorum, & Theutonum, qui circa mare Dacis & Gothis erant viciniores, vnam conducerent gentem, cum liberis, vxoribus, atque iumentis, quæ terram post Saxoniam vltimam & proximam Scanzianis incoleret, hostiumque incursiones prohiberet.

Franci mittuntur in Marchiam Brandenb.

Eo autem tractatu concluso, Richimer rex Francorum, decem & octo millia virorum, cum liberis, & vxoribus, in regionem illam destinauit: quibus Sunnonem filium suum secundo genitum, ducem & principem constituit. Ad quem iuxta condictum, plures deinde conuenerunt ex Germanis, Saxonibus, atque Doringis: & facti sunt ex diuersis populis vnus, breuiq; tempore creuerunt in gētem magnam, & Scanzianos deuastare Saxoniam deinceps non permiserunt. A Romanis tamen sæpius infestabantur.

Sunno dux Francorum Marcomanorum.

Marchionatus Brandenburgensis situs.

Hic Sunno dux, sedem gentis suæ posuit cum potentia in finibus Saxoniæ, ab oriente habens Sarmatas: à meridie, Sclauos Boëmiæ: ab occidente, Saxoniam, & Theutones: ab aquilone vero Cimbros, mare, Dacos, & Scamos, Gothos, hominesque insulanos & loca paludinosa inhabitantes.

Sunnone dux, Clodomer, Sunno dux Frācorum.

Sunnone post hæc mortuo, Clodomer filius in ducatu Cismarino successit, qui terminos acceptæ possessionis non parum adauxit. Post hunc Sunno eius filius principatum gentis accepit, qui anno dominicæ natiuitatis, centesimo quadragesimo sexto, indictione Romanorum quartadecima, in memoriam patriæ suæ ac gentis Francorum, ad ripas fluminis Oderæ ciuitatem nouam construxit, quam progenitorum suorum amore, Francfenfurt nuncupauit. Aliam post hæc quoque vrbem, ad ostium fluminis memorati haud procul à mari condidit, quam suo ex nomine Sundam, siue (vt Hunibaldus testatur) Sunnoniam nuncupauit.

Francfenfurt oppidū ad Oderam fundatur.

A Marcomero dicti sunt Marchionita.

Remansit aliquandiu in his terris nomen Francorum, quousque tandem multiplicatus ducibus, regno in partes fuit diuisa plures, & singulæ diuisiones nomē à singulis vel principibus, vel euentibus acceperunt. A Marcomero etenim duce, quidam postea dicti sunt Marcomeri: à Brandone filio eius, qui vrbem Brandenburg condidit, alij nominati sunt Brandeburgij: atq; alij ab alijs alia nomina susceperunt.

A Brandone dicti sunt Brandenburgenses.

Domicianus Cæsar Christianos persequitur.

Contriuerat antehac anno Richimeri regis quinto, Domicianus Cæsar Sarmatas & Dacos, qui morabantur in finibus Germaniæ versus orientem, & eos valde nimis afflixit. Addensq; sceleri peccatum, secundam in Christianos post impijssimum Neronem, persecutionem suscitauit, seque primus omnium Cæsarum, Deum & Dominum appellari omnibus præcepit.

Bellū Francorum cum Romanis.

Anno regni sui vndecimo, Richimerus rex Francorum, bellum habuit cum Romanis & Gallis, non longe ab vrbe Basana, communi Germanorum suffragijs adiutus, in quo multi ab vtraq; parte ceciderūt. Interea Romanis legionibus ad Coloniā Agrippinam reuersis, Nerua Cæsar nunciatur mortuus: in cuius locum milites Traianum, Hispanicæ nationis virum, in Cæsarem, sublimarunt, qui imperauit annis decem & nouem, mensibus sex, & diebus quindecim.

Traianus fit Cæsar, Coloniā.

Richimer autem rex Francorum, post multa fortiter gesta, postremo tandem moritur, anno regni sui XXIIII. Dominicæ vero natiuitatis c. XIII. indictione Romanorum XI. cuius vitam, mores, sacta, & cultum in deos, Ruthvvicus Francorum vates carmine scripsit.

Ruthvvicus historiographus.

VICESIMVS QVINTVS.

Odemarus regnauit ann. 14.

ODEMARVS Richimeri supradicti regis Francorū natu maior filius, post patrē regnauit annis XIIII. princeps Frācorū valde amabilis populo, qui temperauit à bellis quātum fieri sine Reipublicæ detrimento potuit. Inducias enim, quas ob interpositam fidē, *treugas*, quasi confidentias Franci nuncupant, cum Gallis fecit, atque Romanis, quibus se tam deinceps amicum exhibuit, vt omnes mortem eius deplorare compelleret.

Inter Francos & Gallos treugæ fiunt.

Vnde quamdiu vixit in humanis, pacem seruauit promissam, & omne studium suū pro decore & ornatu gentis suæ impendit: castella, vrbes & munitiones plurimas per regnum condit: leges & ritus sacrificiorum, consilio antistitum, & auxit, & renouauit. Omnes enim Franci, Saxones, & Germani, eo tempore adhuc dolorū vanitati fuerunt subiecti, & procul à Christianæ fidei cognitione alieni. Colebant Martem, vt Deum belli ferocē, de cuius numine victoriā omni tempore postulabāt. Singulis quoq; dijs suis nō solū aras singulas

Franci cum Germanis fuerunt hīs adhuc temporibus gentiles.

gulas & templa,sed vrbes quoque singulas dedicarunt & vicos:nec erat numerus deorum insensibilium.

His temporibus Francorum summus erat sacerdos,pontifex,senior, & vates, nomine Vechtanus,de antiqua regum stirpe procreatus, Græco & Latino sermone facundus: in astronomia,in musica,in medicinis,& in philosophia Græcorum peritissimus, vtpote qui & Romæ & Athenis multo tempore studium impenderat scripturis hominum mũdanorum, cum quibusdam aliis condiscipulis suis. Qui tandem reuersus in patriam, filios regum atque nobilium,veterum consuetudine Francorum,sub quercu docebat. *Vechtanus Francorum summus Pontifex & vates, & historicus.*

Multa scripsit in sacris deorum, carminibus Græcis: veterumque historias regum, numero fecit Germanas,quibus iuuenum exercitauit ingenia, memoriamq; plurimum erigebat. Hic anno regis Odemari quinto, periit paruo in flumine, cui nomen dedit submersus,vt à Vechtano Germanice dicatur, die Vecht vsque in præsentem diem. Super cuius tumulum rex Odemarus nouam condidit vrbem, quam suo nomine Odemarsheim nuncupauit,quæ constat vsque ad præsens,in finibus diœcesis Traiectensis ecclesiæ. *Vechtanus Pontifex Francorum in aqua perit.*

Odemarus autem rex Francorum pacificus, tandem post multarum conditionem vrbium moritur,anno regni sui quartodecimo:Dominicæ natiuitatis CXXVII.indictione Romanorum decima, cuius corpus in Odemarsheim / vt viuus præordinauerat, sub pyramide sepelitur. *Odemarsheim oppidum à Frãcis cõditur.*

VICESIMVS SEXTVS.

MARCOMERVS Odemari regis filius,patri succedens , regnauit annis vno & viginti , qui habuit vxorem nomine Athildem,filiam Marii regis Britanniæ: de qua genuit septem filios,quorum ista fuerunt nomina:Clodomer primogenitus,patri successit in regno:Marcomer,qui ducatum tenuit apud Nitriones, vbi nominis sui condidit vrbem *Marcoburgum* dictam:Clogio,qui periit in Britannia:Franc,qui fuit dux Cisrhenanus apud Hogios,à Confluente vsque ad ostium Mœni fluminis , versus orientem , inter Moguntiacos,& Saxones Germanos,qui veterem vrbem Helenopolim instaurãs Francken-furt nuncupauit.Merodac,in venatione apro percussus,interiit: Nicanor, qui dux fuit insulanus,ad ostia Rheni,& Odemarus,quem pater post mortem Vechtani , pontificem sacrorum constituerat,propterea quod in omni literatura gentili doctissimus euaserat. *Marcomer regnauit annis 21.*

Claruit eo tempore Doracus Francorum consiliarius, parens regum, & vates insignis;Vechtani quondam auditor atque discipulus, de regum nobili prosapia ortus; qui post hæc, Odemaro vitã defuncto,in summo pontificatu procerũ electione successit. Hic tantæ apud Francos auctoritatis obtinuit,& in tanta æstimatione habitus est , vt quasi numen aliquod coleretur ab omnibus,& imperaret non modo plebi,quæ vellet , sed etiam regibus Francorum & proceribus cunctis. Historias gentis carmine scribens continuauit. *Marcoburg vrbs apud Nitriones à duce conditur. Franckenfurt vrbs iuxta Mœnum conditur. Doracus Francorum vates & scriptor. Doracus magna apud Francos auctoritatis.*

Pacem habuerunt Franci cunctis diebus,quibus regnauit Marcomirus,multumque sub eius directione,diuitijs, potentia,& honore creuerunt. Scribit Doracus in annalibus (vt Hunibaldus testatur) quod Romani Francos & pace & bello semper habuere suspectos,tanquam futuros imperii subuersores , Phædri * oraculo dudum præmoniti,ac propterea totis sepe viribus in eorum interitum,licet frustra,conspirarunt. Nam sub Faramũdo rege postea,eiusque successoribus,& Galliam totam suis viribus obtinuerunt, & Romanum superauerunt imperium. ** Phœbi. Franci Romanis & pace & bello semper fuerunt suspecti.*

Marcomir autem rex Francorum præscriptus,moritur anno regni sui vicesimo primo:Dominicæ vero natiuitatis,CXLVIII indictione prima.

VICESIMVS SEPTIMVS.

CLODOMERVS Marcomiri regis Francorum iam dicti maior natu filius, regnauit post patrem decem & septem annis,homo prudentiæ singularis, suis modestus, & humanissimus. Vxorem habuit Hasildem nomine,filiam ducis Rugiorum,de qua genuit tres filios,Farabertum,Nicanorem,& Roricum. Quorum primus (vti dicemus) patri successit in regno: secundus fuit rex Frisiæ : tertius non longe à Nouesio in aqua submersus, nomen suum flumini reliquit defunctus,quod *Rora* nuncupatur vsque in præsentem diẽ. Locus autem submersionis Rorici,fuit inter Neocum castellum cisrhenanum , & vrbem veterem , quam incolæ Moradunum nuncupauerunt. quibus temporibus tam Francia quam Germania tota fuit à cognitione Christianæ fidei aliena. *Clodomer regnauit ann.17. Roricus dux Francorum in Rora submergitur. Vbi nunc est VVerdena oppidum & cœnobium.*

Clodomer autem rex Frãcorum,in pace mortuus est,anno regni sui XVII.Dominicæ natiuitatis,C.LXV.indictione Romanorũ tertia. Cuius tẽpore Galli meditabãtur irru-

ptionem in Francos, Sed rex ipse Clodomerus morum eorum sapienter praeueniens, ne id facerent, cohibuit.

VICESIMVS OCTAVVS.

Farabertus regnauit ann. 20.

FARABERTVS Clodomeri Francorum regis maior natu filius, patri succedens regnauit annis XX. incipiens anno dominicæ natiuitatis prænotato centesimo sexagesimoquinto, indictione Romanorum tertia: qui fœdus & amicitiam dudum per Francum regem (vt supra diximus) contractam, & deinde per alios reges confirmatam, innouatam, & sæpius constitutione noua roboratam, & continuatam, renouauit, & denuo ratificauit cum Germanis, Saxonibus, Doringis, Theutonibus, Marcomanis, & Cimbris, quod Romanis multum displicuit, & in arma concitauit.

Romanorum legiones in Germaniam, metu recesserunt.

Anno siquidem ipsius Faraberti regis sexto, qui fuit dominicæ natiuitatis centesimus septuagesimus primus, temporibus Lucij Aurelij Commodi Cæsaris, non ferentes æquis animis Romani tantam concordiam Francorum cum Theutonicis & Germanis, omni eam studio subuertere conati sunt. Missis itaque per Sarmatiam legionibus in Germaniam contra Dacos, Marcomanos, Theutones, Saxones, Germanos, & Francos, magnum suorum produxerunt exercitum. Contra quorum incursionem reges prædictarum gentium, tantas pugnatorum copias emiserunt, vt dicti Romani, sine victoria recedere cum damno & confusione sint compulsi.

Romanorũ alia in Germanos expeditio, tempore Antonini Pii.

Anno regis Faraberti vndecimo, sub Antonino Pio imperatore, iterum Romani per Sarmatas exercitum reduxerunt in Germaniam, diuque pugnatum est acriter, & multi ab vtraque parte gladio vulnerati ceciderunt. De cuius belli modis, exitu, & miraculis imbrium, quæ tum pro Romanorum ferebantur exercitu, post Hunibaldum, in primo annalium volumine sufficientem digessimus narrationem, quam istic repetere superfluum iudicamus.

Farabertus autem rex Francorum, post multa fortiter gesta, moritur anno regni sui vicesimo: Dominicæ natiuitatis C. LXXXV. indictione octaua.

Britanni, qui nunc dicuntur Angli, fidẽ Christi suscipiunt. Faganus & Diuianus episcopi Britannorum.

Huius regni Faraberti temporibus, anno videlicet dominicæ natiuitatis centesimo octogesimo secundo, Eleutherius papa Romanus, ad petitionem Lucij regis Britanniæ, filii Coilli, misit in ipsam Britanniam (quæ nunc Anglia nominatur) Faganum & Diuianũ episcopos, vt regi memorato, proceribus quoque & genti vniuersæ Britannici regni siue insulæ verbum salutis annunciarent, & eos ad Christi fidem conuersos in nomine patris & filii & spiritus sancti baptizarent. Qui venientes ad locum destinatum, breui tempore non solum regem Lucium, sed & totius insulæ populum ad fidem Christi conuerterunt.

Pontifices idolorum in Britannia plures. Pontifices 28. Archiflamines 3.

Fuerunt eo tempore in Britannia pontifices & sacerdotes idolorum plures, inter quos erant præcipui auctoritate Flamines XXVIII. archi autem flamines tres, Landonienſis, Eboracensis, & in vrbe legionum, quam super Oscam fluuium in Glamorgantia, veteres muri & ædificia sitam fuisse testantur. Cõuersis autem ad Christi fidem memoratis flaminibus, prædicti apostolici prædicatores eorum templa idolorum, in vnius dei patris omnipotentis consecrauerunt honorem, totidem pro flaminibus episcopos: & pro archiflaminibus, archiepiscopos instituentes. Scripsit de his latius Gildas in libro quem *de victoria Aurelii Ambrosii regis Britonum* prænotauit: & post eum Gotfredus Monemutensis Brito, qui ad Rupertum ducem Claudio Cestriæ, historiam Britonum & successiones omnium regum eorundem, ex ordine à primo introitu gentis, cum Bruto ex Troianis, in insulam ipsam, vsque ad annum dominicæ natiuitatis sexcentesimum octogesimum nonum, in libris decem consummauit. Cuius contemporaneus Caradocus Lancarbanensis etiam Francorum regum successiones, annos, tempora, & gesta, luculento sermone descripsit.

Gildas & Gaufredus Monemutẽ. historiographus.

Caradocus scriptor Francorũ.

VICESIMVS NONVS.

Sunno regnauit annis 28.

SVNNO Faraberti regis Francorum maior natu filius, patri succedens, regnauit annis XXVIII. princeps fortis, strenuus, & audax, qui cum Romanis multa gessit prælia simul & Gallis: tempore cuius Lucio rege Britanniæ (quem primum fidem diximus humilime suscepisse Christianam) sine liberis mortuo, Romani Seuerum senatorem miserunt in Britanniam cum duabus legionibus: qui cum Fulgenio prælia multa constituit, à quo tandem in obsidione vrbis Eboracensis, cum Romanis pluribus fuit occisus, cuius filium, Basianum nomine, susceperunt in regem.

Seuerus Romanus, in Britannia occiditur. Franci deuastauerunt Galliã.

Eodem anno quo Seuerus in Britannia fuit à Fulgenio peremptus, Sunno rex Francorum Germanis & Saxonibus auxilia ferentibus, transmisso flumine apud castellum Delonum,

Delonum, Gallias vastauit, depopulataq; regione per gyrum, spoliisque ditatus remeauit victor. Reliqua vero quæ magnifice & pace gessit & bello, Hildegast philosophus Francorum, vatesque insignis, carmine Germanico, & post eum Hunibaldus prosa descripsit sermone Latino, de quibus & nos in primo annalium diximus. *Hildegast historiographus.*

Moritur autem Sunno rex Francorum anno regni sui octauo atque vicesimo : dominicæ vero natiuitatis c c.xiii. indictione Romanorum sexta.

TRICESIMVS.

HILDERICVS Sunnonis regis maior natu filius, post patrem regnauit annis quadraginta: vir magnanimus, prudens, audax, & bellicosus, qui non minus prudentia, quam armis, gentem suam omni tempore fortiter defensauit, & regni terminos longe lateque potenter extendit. Tantæ namque virtutis & potentiæ fuit, vt non modo Gallis, sed etiam Romanis esset haud mediocriter metuendus: quibus Francum nomen vsque adeo inuisum erat & odiosum, vt eam gentem nunquam aliter quam Germanam vel scribere vel nominare consueuerint. *Hildericus regnauit ann. 40.*

Gloriabantur suo nomine Franci: quorum odio laborantes Romani vocabulum inuidebant: nec prius gentium vicinarum (Romanorum maxime & Gallorum) scriptores historiarum, Francum nomen communi voto Sicambriæ populo concesserunt, quã armis & virtutibus Franci totam pene Europam suo dominio subiecerunt. Nam antea (sicut diximus) Romani, Galli, & reliquæ nationes inimicæ, Francos (testante Hunibaldo) liuore commoti, non alio nominauere vocabulo, quam Germanos. Sic etenim dicit auctor iam memoratus: *Maiores nostri non minorem pro nomine gentis suæ, quod olim à Franco rege suo acceperunt, communi decreto curam habuerunt, quam pro regno; quia gloriosum sibi fore arbitrabantur, Francum nomen non amplius in aliud commutare, semel à suis progenitoribus cum summo honore assumptum.* *Francum nomen Romani Sicãbris inuidebant semper.* *Inter Germanos Frãcos computauerunt.*

Claruit his temporibus apud Hildericum regem, proceres quoque, & vniuersam multitudinem Francorum gentis, magno in precio Hildegast, philosophus, consiliarius, vates, & parens regum, senior, omnium doctissimus, qui sua tempestate miranda dixit, fecit, & scripsit. Tantæque apud suos æstimationis & auctoritatis fuit, vt eius imperio cuncti semper obedirent. *Hildegastus Francorum philosophus, vates, & scriptor insignis.*

Hic die natalis Hilderici regis Francorum stans in templo Iouis, apud Neopagum, coram ipsius dei simulacro post preces pro impetratione vaticinii fusas, repente furere cœpit (vt moris est dementatis) carmine alirunarum, agitatoque capite ac manibus recuruatis, ita vaticinabatur, non versibus lege metrorum compositis vtens, sed rithmis absque mensura furore satis confuse prolatis, quorum interpretationem sic fecit Hunibaldus: *Vaticinium Hildegasti in die natalis Hilderici.*

Veniet ab occiduo Francis victoria Deo,
Dardanijque veteres quem coluere maiores.
Quicquid habet Gallus, quicquid Germania tota,
Iuri cedet omne tuo bellicosé Sicamber.
Hunc tibi cum dederit primum de nomine regem,
Quem statuent principes iam sine rege duces,
Tunc illo vincente, Francus sine fine regnabit.

De Romanorum quoque imperio ita subintulit: *Et de imperio Romanorum.*

Magnus ecce Deus dabit Franco lupanaria castra.
Et franget aquilam leo serpente collisam.

Hunc sensum Hunibaldus de Francorum signis, quibus vtebantur in præliis, quæ nos principum insignia vocamus, exponit.

Reges, inquiens, Francorum ex eo tempore, quo bellum habere cum Romanis cœperunt, de consilio pontificum & vatum gentis suæ, arma siue insignia hæc noua sumpserunt, ranis tribus abiectis, quas olim ex Scythia in albo vellere adduxerunt, Leonẽ cum anteriore corporis parte in vellere blauii coloris depinxerunt, pedibus ad capturam extensis, & ore frementis more aperto, cuius inferior pars corporis in caudam serpentis desinebat, cum qua collum aquilæ desubtus in vellere aureo expansisque alis depictæ, fortiter alligatum videbatur comprimere & suffocare. *Insignia Francorum priscorum siue armæ quæ fuerint.* *Aquila nigra in campo coloris glaucei.*

Aquilam Romani habuerunt pro signo dimicantes, quorum superbam & arrogantem potentiam suprimere & annihilare per fortitudinem simul & prudentiam cupientes, pro altera sumpserunt leonem: pro altera vero, serpentem. Per leonem namque fortitudinem suam Franci: per serpentem vero, sapientiam & prudentiam mystice designare *Interpretatio armorũ Frãcorum.*

volebant,quibus indubitanter se Romanos tandem superaturos sperabant. Quibus insignijs,siue armis,(quanquam improprie dicantur) omnes deinceps Francorum reges vsi fuerunt,vsque ad Clodoueum Christianum,qui pro leone,tria legitur lilia demissa cœlitus assumpsisse,quod suo loco dicetur.

Priscæ Francorum insignia, quando & quare defecerint.

Regno tandem Francorum per filios Ludouici primi in duo diuiso, liliorum intersigne cum Francis remansit Gallis,siue occidentalibus:propria vero leonis, atque caudæ serpentis arma regnum Francorũ orientale siue Germanicum retinuit,quod cũ imperiũ sibi Romanum habeat annexum,intersigniis prioribus in obliuionem deductis,aquila imperij nota duntaxat vti consueuit,ab illo tempore diuisionis vsque in presentem diem.

Hildegastus nobilium Francorum doctor in omni scientia.

Hildegast etiam sapiens Francorum memoratus, nobilium filios docuit in citharis, & in diuersis alijs instrumentis musicis,gesta maiorum carminibus lingua decantare materna, moribus gentem viuere ciuilibus, ædificare domos,& habitu incedere cultiores monuit,& ferocitatem deponere iussit.Enimuero Franci parum eatenus cultum siue ornatum curabant,tam in structuris,quam in indumentis. Quæ omnia Hildegast instituit cultiora, & Romanorum superbiam non armis modo, verum etiam rebus & moribus contundere ac domare sapientissime præcepit. Ex eo tempore Franci domos & ampliores & pulchriores ædificare cœperunt,variisque distinctas mansionibus. Quicquid enim prioribus construxere temporibus,nimia simplicitare sui contemptibile fuit & rusticum: quippe cum propter crebras mutationes sedium,habitare in campis assueti magis fuerint, quam in ciuitatibus.Hinc Germani sumentes prouerbium, quoties viderunt aliquid vetusta simplicitate fabrefactum,siue depictum,sic laudantes antiquitatem dicere consueuerunt: Das ist ein gut alt Fränckisch Werck.

Franci moribus ædificijsque cultiores esse cœperunt.

Alexander Cæs. apud Mogũtiam perimitur.

Reliqua Hildegasti mirabiliter dicta,scripta,seu facta, Hunibaldus commemorat. Anno Hilderici regis Francorum vicesimoquarto,Alexander Mammeæ filius,Cæsar Augustus Romanorum, apud Moguntiam Germaniæ vrbem, militari tumultu perimitur, anno regni sui decimotertio.

Hildericus autem rex Francorum,eius nominis primus, post multa fortiter & magnifice gesta,moritur tandem anno regni sui quadragesimo: Dominicæ vero natiuitatis, ducentesimo,quinquagesimo tertio.indictione Romanorum prima.

TRICESIMVS PRIMVS.

Bartherus regnauit ann.18.

BARTHERVS Hilderici regis filius,patri succedens, regnauit annis XVIII. cuius tempore Romani bellum gesserunt cum Gothis, qui Istrum fluuium transmeantes, eorum ciuitates deuastabant & vrbes:quorum triginta millia occiderunt, sub ducatu Decii Cæsaris,& filii eius.De Romanis etiam multi ceciderunt,inter quos & filius ipse Decij Cæsaris occubuit. Decius vero Cæsar, iniquissimus Christianorum persecutor, dum fugeret,in gurgite cuiusdam paludis submersus est, cuius cadauer inueniri à suis nunquam potuit.

Decius Cæs.

Franci expeditionem mouent in Romanos.

Anno Bartheri regis decimo, cum Romani sub Gallieni lasciuientis imperio torperent ocio,tempus rati adesse conueniens Franci, quo suas in eos contumelias vindicarent,auxiliantibus Germanis,Saxonibus,Bauaris,atque Doringis, magnum adunauerũt bellatorum exercitum,& ingressi hostium fines,omniaque igne deuastantes, & ferro, vsque ad Rauennam incursione peruenerunt hostili, prædaque locupletati ad sua reuersi sunt.

Alemani Galliam vastarunt & Italiam.

Anno sequenti,qui fuit regis Bartheri vndecimus, Alemanni contractis copiis, exercitum fortem duxerunt in Galliam,vastaque regione ferro & igne, cum spoliis & præda multa in sua redierunt. Eodemque anno expeditionem contra Romanos mouerunt in Italiam,& multa eis damna intulerunt,vindicantes iniurias,quas multiplices susceperant ab eisdem.

Franci denuo mouerunt in Galliam. Franci vsq; in Hispaniã peruenerũt.

Anno Bartheri regis tertio decimo, qui fuit Dominicæ natiuitatis ducentesimus sexagesimus sextus annus,indictione Romanorum quartadecima, Franci, auxilio Germanorum,& Saxonum, ingentem contraxerunt exercitum, & Rheno, Mosaque transmissis,sub Anthario,Luthero ducibus,intrauerunt Galliam, hostiliter omnia depopulãtes:Antharius dux, filius erat Bartheri regis iam dicti Francorum : & Luther,filius extitit Marbodi regis in Saxonia:à regione Tungrensibus proxima incipientes, & inde per Belgas uacos vltra Sequanam hostiliter procedentes, vsque in Hispaniam peruenerunt, Terraconensem vrbem nobilem obsidione cingentes,funditus eam destruxerunt.

Bartherus autem rex Francorum, tandem anno regni sui octauodecimo moritur, anno

anno videlicet Dominicæ natiuitatis CCLXXI. indictione Romanorum quarta, cuius multiplicia gesta Hunibaldus sufficienter enunciat.

TRICESIMVS SECVNDVS.

CLODIVS Regis Bartheri, maior natu filius, patri succedens, super Francos regnauit annis septem & viginti: cuius anno tertio Romani missis legionibus, Alemaniã, prioris iniuriæ memores, bello petierunt. Contra quorum incursum Alemani processerunt armati, habentes in exercitu suo triginta millia pugnatorum. Bellum haud procul à lacu Benaco durum satis committitur, in quo Alemanorum quindecim fere millia perimuntur.

Clodius regnauit annis 27.

Bellum sit inter Romanos & Alemanos.

Anno Clodii regis duodecimo, Franci sub ducibus inuaserunt Galliam, & ex Romanis custodibus simul & Gallis multa millia peremerunt, & magnam interioris Galliæ partem occupantes, septennio inhabitauerunt.

Franci deuastarunt Galliæ istorum.

Clodius autem rex Francorum post hæc moritur, anno regni sui vicesimo septimo: dominicæ vero natiuitatis CCXCVIII. indictione Romanorum prima.

TRICESIMVS TERTIVS.

VVALTHER Clodij regis filius, post genitorem super Francos regnauit annis octo, princeps magnanimus, fortis, & bellicosus, cuius regni tempore publicata vbique persecutione, Diocletianus in oriente: & Maximianus, in occidente Christi subuertunt ecclesias, libros diuinos ignibus concremant, & Christianos decima post Neronem persecutione miserabiliter affligunt, & Diocletianus primo anno Waltheri regis memorati, se vt Deum adorari præcepit, qui & eodem tempore Alexandriam cum omni Ægypto Romanis subiecit.

Walther regnauit annis 8.

Christianorum persecutio decima fuit.

Anno Waltheri regis Francorum primo, secundo, & tertio, magni fuerunt in Britannia (quæ nunc Anglia nominatur) tumultus. Mortuo namque ante aliquot annos Lucio rege, qui fidem Christi primus cum sua gente suscepit, ab Eleutherio papa (vt supra diximus) anno centesimo octuagesimoquinto, temporibus Faraberti regis Francorum, Romani Seuerum senatorem in Britanniam pro regni susceptione miserunt. Quo etiam apud Eboracum per Fulgenium occiso, Bassianus filius ipsius Seueri, pro rege fuit admissus. Hoc quoque interfecto, Carausus regnum inuasit, qui Romanorum iussa contempsit. Quo etiam anno Waltheri regis Francorum secundo vitâ defuncto, Allectum Romani pro regni susceptione miserunt.

Magni fiunt in Britannia tumultus.

Seuerus.

Regum Britãniæ variæ mutatio.

Contra hunc Asclepiadotus vir bellicosus, fortis, & audax consurgens, ipsum cum duabus Romanorum legionibus interfecit, sibique regni diadema imposuit, & contra voluntatem Cæsarum & senatus, decennio regnauit, iusticiam coluit, prouinciam exclusis Romanis in pace custodiuit.

Asclepiadotus Britannia rex potens.

Waltherus rex Francorum his temporibus quieuit à bellis, & postremo tandem moritur anno regni sui octauo: dominicæ autem natiuitatis, CCCVI. indictione Romanorum IX. quo ante terræmotus fuit.

TRICESIMVS QVARTVS.

DAGOBERTVS Waltheri Francorum regis maior natu filius, patri succedens, regnauit annis XI. vir in subditos pius, mansuetus, perhumanus: quem ipsi amore singulari colebant vt patrem, & non minus vt regem & dominum suum in magna reuerentia habentes metuebant. In administratione iustitiæ secundum leges Francorũ æquissimus fuit, & vnicuiq; ius suũ illæsum seruans, iniuriam nulli fecit, fieri nec ab alio permisit.

Dagobertus regnauit annis 11.

Anno eius quarto Coelus dux Claudio Cestriæ insurgens contra dominum suum Asclepiadotum, Britanniæ regem, ipsum Romanorum consilio interfecit. Quo lætati nuncio Romani, Constantium senatorem in Britanniam miserunt cum legionibus, virũ non minus prudentem quam bellicosum. Quem vt Coelus, qui iam regnum occupauerat, littori comperit applicuisse, non ausus ei congredi, nuncios ad eum misit, pacem petiit, & impetrauit saluo tributo Romanis iuxta consuetudinem antiquam singulis annis firmiter soluendo.

Rex Britanniæ Asclepiadotus, à duce occiditur.

Constantius Romanus in Britanniam venit.

Pace autem confirmata, Coelus rex non diu postea infra diem quadragesimum mortuus est: cuius filiam, nomine Helenam, pulchritudine, sapientia, religione Christiana, & pietate in Deum nulli virginum secundam, Constantius accepit vxorem, de qua genuit Constantinum imperatorem postea magnum, & regnum cum ea Britanniæ, proceribus cunctis consentientibus, obtinuit.

Helena filia Coeli fit vxor Cõstantij & mater Constãtini.

Dagobertus autem rex Francorum supradictus, moritur anno regni sui vndecimo; dominicæ natiuitatis CCCXVII. indictione Romanorum quinta.

TRICESIMVSQVINTVS.

Clogio regnauit annis tantum duobus.

CLOGIO Dagoberti regis filius, patri succedens, regnauit annis duntaxat duobus. Nam secundo anno regni sui, Romani & Galli regnum Francorum in regionibus Cismosanis atrociter inuadentes, omnia igne ferroque deuastare cœperunt.

Bellum Romanorum & Gallorum cum Francis.

Dux Clodomer astu vicit hostes.

At rex Clogio, contractis, vt potuit, copiis, auxilio Germanorum hosti occurrit, qui cum dimicaret incautius, fuit occisus. Verum Franci propterea non destiterunt à conflictu, sed fortiter pugnauerunt. Clodomer enim frater ipsius regis perempti, retracto ex acie corpore, illius se induit armis, vt ipse rex esse putaretur à cunctis, & ne vel amici, cognito regis interitu, deficerent animis, vel inimici de victoria spem certam præsumerent, exultantes. Itaque dux Clodomer regis armis indutus, ad aciemque regressus, cum rex ipse putaretur ab omnibus, & suis constantiam, & hostibus metum iucussit. Tam fortiter pugnando bellum restituit, quod Gallos cum Romanis tandem in fugam conuertit, victoriam obtinuit, spolia hostium collegit, & regnum ab interitu liberauit.

Clogio rex Francorum in bello perimitur.

Clogio itaque rex Francorum, occubuit anno regni sui secundo: natiuitatis autem Dominicæ, CCC.XIX. indictione Romanorum septima. Filios reliquit duos, quorum natu maior Helenus, annum tunc agebat vicesimum: iunior vero Richimer, octauum decimum. Lege autem fuit interdictum Francis, *ne quem promouerent in regem, priusquam quartum atque vicesimum compleuisset annum ætatis.* Hinc factum est, quod neuter filiorum Clogionis peruenit ad regnum, sed patruus eorum Clodomirus in regem fuit electus.

TRICESIMVSSEXTVS.

Clodomir regnauit ann. 18.

CLODOMIRVS frater Clogionis regis perempti, communi Francorum decreto in regem electus, post eum regnauit annis decem & octo, princeps insignis, prudens, & fortis, qui gentem suam custodiuit in pace, & regnum Francorum ampliauit.

Romani Sueues grauiter afflixerunt.

Franci Sueuis subuenerunt.

His namque temporibus, cum Sueui grauiter à Romanis afflictarentur, Francos, Saxones, atque Doringos in auxilium vocare statuerant: quos eo facilius confidebant inuenire voluntarios, quo nouerant eos semper Romanos habuisse exosos. At Franci alioqui Romanorum hostes antiqui, habito inter se consilio, petitioni Sueuorum facilem præbuere consensum, rati salubrius cum hostibus dimicare in terminis procul alienis, quam suis in proprijs.

Genebaldus Francorum dux exercitus.

Rex ergo Francorum Clodomirus, Genebaldum fratrem suum ducem exercitus ituri constituit, cui octoginta pugnatorum millia commisit: fecerunt similiter & alii reges à Sueuis in auxilium vocati, & conuenientes in vnum milites destinati, satis magnum constituerunt exercitum. Congressi autem Romanis, acerrime pugnauerunt, plura eorum millia perimentes, cæteris fugâ salutem quærentibus, sicque Romani à Sueuorum finibus fugati sunt.

Romani à Germanis in fugam conuersi.

Causa dissensionis inter Doringum & Sueuum.

Doringum Sueuus in duello perimit.

Hac Germani victoriâ potiti, cum spolia in castris consueto more diuiderent, orta est inter duos milites periculosa contentio, quorum alter nomine Gunther Doringus: alter vero, Sueuus erat nomine Adelbertus. Caussa turbationis ista fuit, quod Sueuus ille miles, Doringum notauerat de communi præda nescio quid clanculum sustulisse: quo negante, fuit exorta seditio grauis, Doringis, Doringum: & Sueuis defendẽtibus Sueuum. Vterque enim de sua gente plures habuit sibi adhærentes, qui animis erant concitati. Verum cum Doringus furtum constanter negaret, Sueuus duello se probaturum veritatem obtulit: quod vbi permisissent principes, monomachia inter eos die præstitura committitur, in qua Doringus secundo congressu à Sueuo fuit occisus: cuius cadauer, cum vestimentis & armis fuisset nudatum, etiam furtum, super quo fuerat accusatus, penes eum latere compertum est. Qua confusione Doringi accepta, supra modum irati sunt: sed iram dissimulantes, consilium inter se postea habuere secretum, quomodo Guntheri casum de Adelberto vindicarent. Concluso autem tractatu, quod Sueuum eadem nocte interficerent, eorum centum viginti de secretanda re, conspirarunt in vnum. Nocte igitur insequente, super tentorium, in quo suspicabantur esse Adelbertum, silenter irruunt, postulantes dari homicidam sibi ad occidendum. His vocibus excitati, ad arma Sueui concurrunt, suumque militem innocentem, aut defendere ab interitu, aut mori cum eo firmiter constituentes. Facto mox in Doringos impetu, centum illos viginti pene omnes trucidauerunt. Quod cum in castris Doringorum fuisset nunciatum, valde commoti, & quasi in furorem versi, mox arma corripiunt, factoque agmine, in Sueuos nil tale suspicantes prosiliunt, clamores instar furentium in excelsum tollunt. At Sueui non segnes, cum Doringos bonis reuocare verbis non possent à tumultu, & ipsi armis se induunt, ac fortiter obsistere contendunt. Atrox inter amicos pugna committitur, in qua plus quam duo millia

Conspiratio Doringarum in Sueuum.

Doringi cũ Sueuis seditiose confligunt.

partis

partis vtriusquè viri perimuntur. Plures tamen Doringi amiserunt quàm Sueui, & victi retroceſſerunt poſtremo, neceſſitate compulſi.

Latuerat iſta contentio & Francos & Saxones, quouſque certatio finem accepit, qui non in eodem loco, ſed in diuerſis caſtra ſtationibus locauerant. Poſtea verò quam cauſſæ acceperunt cognitionem, pro pace & concordia inter diſſidentes multis egere tractatibus: verum vbi quælibet pars grauiter & iniuria ſe læſam quereretur, plenam inter eos reformare nequiuere concordiam. Inducias tamen, ſiue treugas, inter ipſos conſtituere triennales, in quibus bello partes abſtinere iuſſerunt, donec tempore deferueſceret ira, & ſedaretur commotio. *Franci cum Saxonibus pro pace laborant.*

A eo tempore Sueuos Doringi ſemper de perfidia habuere ſuſpectos, & vſque in præſentem diem (vt Hunibaldus loquitur) occulto & manifeſto in eos odio laborant, cum plures cauſſam mutuæ neſciant inſectationis huius. *Doringi & Sueui naturaliter inimici.*

Triennio autem exacto, cum finis adeſſet induciarum, Sueui bellum indixere Doringis: qui rebus ſuis plurimum diffidentes, legatos notabiles & inſignes ad Clodomirum regem Francorum miſerunt, & proceres regni magna cum inſtantia rogantes, vt ſibi priſtinæ confœderationis intuitu contra Sueuos debitum & amicum ferrent auxilium. Erant eo tempore magni gentium motus in Britannia, & in cunctis adiacentibus inſulis, Francorum regno vicinis, quorum conſideratione rex Clodomirus anguſtiabatur, metuens Romanorum inſidias, ne abſente pugnatorum exercitu, nouam aliquam in regnum molirentur incurſionem. *Sueui bellum indixere Doringis.*

Habito autem cum proceribus regni conſilio, rex Clodomirus Doringorum legatis in concione magnatum publica tale dedit reſponſum. *Duce Henebaldo fratre noſtro chariſſimo referente, dudum intelleximus, quæ fuerit inter vos, amici Doringi, & Sueuos cauſſa diſſidij, & earum quæ hodie foribus inſtant occaſio turbationum. Vobis nos ex multo fatemur tempore confœderatos, & ius contracti violare fœderis nec volumus quidem vllatenus, nec debemus. Sed vos ipſi luce iam clarius, optimi Doringi, cernitis, in quantis regnum Francorum verſetur periculis, quoniam nobis Romani cum Gallis quotidie præ foribus imminent, diligentiſſime obſeruantes introitum noſtrum, ſimul exitum, ſi qualibet occaſione regnum queant ſubuertere noſtrum, quod progenitores noſtri multi ſanguinis effuſione, vix tandem acquiſitum ſtabilire potuerunt. Propterea cautum Francorum nequaquam eſt viſum conſilio, his præſertim periculoſis temporibus, populum diuidere, neglectiſque propriis aliena defenſare, cum ad alterum dis propitiantibus forſan poſſimus ſufficere, vtrumque autem, hoc eſt, noſtrum regnum & veſtrum his diebus ab hoſtium incurſione tueri noſtra non ſit in poteſtate. Nimia denique locorum diſtantia nos plurimum impedit, ne vobis contra Sueuos tam crebro poſſimus conferre ſuffragium, cum illi principium Rheni fluminis teneant & ortum: nos vero, vltima oſtia & occaſum. Veruntamen ne vobis omnino videamur defuiſſe amicis, noſtro conſilio placuit, vt nuncios ad Sueuos dirigamus noſtros atque legatos, per quos triennales rurſum vobis inducias obtineamus & treugas. Interea conſilium habeant Doringi, vt cum Sueuis vel pacem conſequi valeant æternam, vel alio quocunque medio neceſſarium defenſionis murum interponant, hoc eſt, vel ex ſuis vel ex alienis gentibus amicis.* *Oratio regis Clodomeri ad Doringos.* *Francorum interuentu pax reformatur.*

Quibus à rege Francorum prolatis, Doringorum reſpondere legati: *Optima eſt, ô rex & vos principes Franci, conſultatio veſtra, ſi tamen inducias triennales à Sueuis poteritis impetrare pro nobis. Quod verò conſuluiſtis, vt vel ex nobis, vel ex gente qualibet aliena defenſionis inter nos murum ponamus & Sueuos, & regis noſtri ſententia eſt, & procerum omnium gentis Doringorum, ſuper quo noſtram precamur conſultationem audite, ſimul & auxilium tanquam fideles amici præbete. Terra nobis eſt & amplitudine contra meridiem lata, & fructuum vbertate fœcunda, cuius vltimi fines diſterminant inter Sueuos atque Doringos. In quam ſi ex veſtris ponere incolas volueritis & ducem, erunt vobis & regno Francorum proculdubio perpetuum in honorem & commodum: Doringis verò defenſionis in murum: & Sueuis in metum. Nulla difficultas donationis interuenire poterit, qua minus principum & gentis Doringorum oblatione voluntaria in veſtra ſit poteſtate.* *Doringorum legati ſententiam laudant.* *Manſiones Francis Doringi efferunt.* *Doringi Francos inuitant ad Wirciburg.*

Super his conſultatione præhabita, Franci conſenſere libenter, vtpote quibus nihil magis cordi erat, quam nomen Francum dilatare, ſimul & regnum. In primis igitur miſſis epiſtolis ad Sueuos atque legatis, pacem Doringis ad triennium impetrarunt, conſilium de noua poſſeſſione ſuſcipienda ſecretum tenentes. Deinde ſuos cum legatis amicorum prædictis miſerunt in Doringiam, vt propoſitum ſuper donatione promiſſæ regionis negotium de regis & procerum ſententia confirmarent. Quibus omnibus rite peractis, quæ ſcribimus ſequebantur. *Franci eblatam terram ſuſcipiunt.*

QVANDO ET VNDE FRANCI PRIMVM VENERINT AD Menigaudum Neapolitanum, ſequitur.

Hic cœpit ducatus Orientalium Fráncorum. Francorum 32686. venunt Herbipoli.

Anno igitur Clodomiri regis Francorum septimo : Dominicæ autem natiuitatis CCCXXVI. indictione Romanorum XIIII. nona die mensis Aprilis, iussione memorati regis, exiuerunt ab ostijs Rheni, vbi primas in Germania sedes olim habuerunt Sicambri, cum vxoribus, liberis, suppellectili simul atque iumentis viri armati triginta millia, agricultores, & diuersarum artifices distributionum duo millia sexcenti octoginta sex, profecturi ad nouas sedes Francis promissas à Doringis. Exiuerunt autem non simul vna vice omnes, sed successiue per turmas, die præscripta incipientes, donec tandem in mense Septembri numerum compleuere præsignatum, Hunibaldo Francorum testante historico.

Genebaldus. Ducatus Francia Orientalis institutio.

Ducem vero populi Franciæ Orientalis rex Clodomirus, Genebaldum fratrem suum constituit, cui exercitum simul & administrationem totius ducatus sub his conditionibus, Francorum more, commendauit, vt videlicet tam ipse quam eius filij hæredes & successores perpetuo sub ditione regum Francorum permaneant, eorumque mandatis in cunctis fideliter obediant, cum ipsis ad bellum contra quoscunque aduersarios procedant, & reliquorum consuetudine ducum regni Francorum seruitutem ipsis regibus & honorem vbique debitum impendant.

Menigau locus, vbi nunc est Wirtzpurg.

His conditionibus datis & acceptis, Genebaldus dux Franciæ Orientalis cum deputata sibi gente, ad Menigauium proficiscitur, & oblato sibi principatui annis ferme triginta dominatur. Erat enim vir prudens, audax, & bellicosus, qui terram Franciæ ducatus, non solum prudenter rexit atque distribuit, sed etiam terminos possessionis valde augmentauit.

Francorum aduentus in Doringiam non placuit Sueuis.

Audientes Sueui Francorum in Doringiæ fines aduentum, satis ægre tulerunt, metuentes futurum, quod accidit, ne multiplicati numero & viribus, etiam terminos acceptæ possessionis in eorum perniciem dilatarent. Verum vbi se vident cœptis Francorum posse nequaquam resistere, congratulationem aduentus eorum simulant, missisque oratoribus pacem rogant, ex necessitate magis (vt videbatur multis) quam ex intentione. Caussam quoque dissensionum omnem, quam prætendebant, aduersum Doringos, Francorum commiserunt arbitrio componendam. Id ipsum fecere Doringi. Sicque magnum inter eos dissidium Genebaldi ducis prudentia sedauit.

Sueui cum Francis pacem firmãt.

Marcomer dux Francorum Orientalium.

Eodem anno in mense Septembri Marcomirus, ducis Genebaldi filius, cum reliqua Francorum turma, quæ ad transmigrandum regis Clodomiri iam prius mandato fuerat selecta, per familias, domos, atque personas, venit in Doringiæ fines meridionales, & circa Menum fluuium, cum fratribus suis mansiones accipere promissas: ab oriente, Boios habentes atque Boemos: à meridie, Sueuos: ab occidente, Rhenanos, Moguntiacos, & Apodas: ab aquilone vero, Fagophagos atque Doringos.

Francis intrantibus cedunt Doringi omnes.

Ad Francorum introitum Doringi, præcepto Heuroli regis eorum, vltra nemus retrocesserunt, omnes relinquentes cunctam nouis hospitibus annonam in sequentem annum sufficientem. Franci ergo noui aduenæ, in finibus Doringorum primo consederunt, inter Salam (vt nunc appellatur à Salagasto) fluuium, & Neccari partes inferiores, circa Meni fluminis littora: In eo paganio,* qui prius *Meningau*, postea dictus est Francia Orientalis. In qua cum tempore vicos & vrbes non paucas numero construxerunt, & breui rebus & potentia creuerunt.

**f. pago.*

Genealogia ducũ Franciæ Orientalis. Faramundus dux 6. Francorum Orientalis. Marcomer Faramundi filius dux.

Genebaldus autem dux, genuit Marcomirum & Dagobertum, qui annis præfuit Francis Orientalibus vno & viginti : Dagobertus autem genuit Clodium, qui præfuit populo annis decem : Clodius autem genuit Marcomirum, qui præfuit annis sedecim: Marcomirus autem genuit Faramundum & Marcomirum: Faramundus autem, cum patre & solus ducatum administrauit, annis quindecim, & postea electus fuit in regem Francorum, vt ordine suo dicemus. Ducatum vero Franciæ Orientalis, Marcomiro fratri commendauit, quem annis rexit XVIII. Marcomirus autem dux, genuit Priamum, qui præfuit annis duodecim: Priamus autem, genuit Genebaldum secundum, qui præfuit annis XX. Genebaldus autem, genuit Sunnonem, qui præfuit annis XXIII. Post quem Clodius, frater Clodouei regis Francorũ, præfuit annis XVI. Quo in venatione ab apro percusso & interempto, Clodomer filius prædicti ducis Sunnonis successit in ducatu, & præfuit annis XXI. Clodomer autẽ genuit Hugbaldum, qui præfuit annis XXVI. Hugbaldus autẽ genuit Helenũ, qui præfuit annis triginta: Helenus autẽ genuit Gotfridũ, qui præfuit annis XXIV. Godfridus autẽ genuit Genebaldũ tertiũ, qui præfuit annis XX. Genebaldus aũt genuit Clodomirum, qui præfuit annis XXIII. Post quẽ Heribert, nepos eius in ducatu succedens, præfuit annis XXX. Quo etiã mortuo, Clodoueus, fratris eius filius, in ducatu

Orientalis Francia duces Herbipolis.

præfuit

præfuit annis XII. Clodoueus autem genuit Gosvvertum, qui præfuit annis XXVI. Cuius anno VI. Conon papa Romanus, sanctum Kylianum monachum Scotum ordinauit episcopum, & misit eum ad Francos Orientales prædicare fidem Christi: Gosbertus autem, genuit Gosbertum iuniorem, qui præfuit annis XIIII. Gosbertus autem iunior, genuit Hetanum, qui præfuit annis XX. Quo sine virili semine mortuo anno Dominicæ natiuitatis septingentesimo ac quadragesimo, indictione Romanorum octaua, ducatus Franciæ Orientalis sine duce permansit annis duodecim, sub ditione Pippini maioris domus: postea regis Francorum, quem filio suo Magno Carolo commisit.

S. Kylianus fit episcopus.

Ducatus Francie Orientalis vacat ann. 12.

Duces itaque fuerunt in Francia Orientali, sibi per annos quatuordecim supra quadringentos, inuicem succedentes, numero XXI. qui septenarium sacrum constituunt, ordine triplicatum, nec à mysterio alienum. Anno autem Dominicæ natiuitatis septingentesimo quinquagesimo secundo, indictione Romanorum quinta, Pipinus ex maiore domus, iam in regem Francorum (vt supra dictum est) sublimatus, ducatum sæpe dictum Franciæ Orientalis, Sancto Burghardo, ecclesiæ Wirciburgensis primo episcopo, & successoribus * eius, in perpetuam tradidit proprietatem.

Duces fuerunt 21. apud VVirceburg.

** Hos præsules & duces Francorum Orientalium, ordine enumerat ad suam vsque ætatem Trithemius, in Cōpendio de origi. Franco. edito Basileæ, Tom. 1. Histor. Germ. folio 323.*

Ex eo tempore præter episcopos Wirciburgensis ecclesiæ, vsque in præsentem diē, iure nullus ducatum sibi vendicare potuit Franciæ memoratæ, quamuis quorundam regum & imperatorum ecclesiæ Romanæ rebellium & excommunicatorum temeritate non iure, quasi in vindictam sui, aliquando contrarium fuerit attentatum, inter quos Conradus eius nominis tertius, postea imperator, cum Sueuus esset natione, ducatum Franciæ Orientalis permissione regia sibi violenter vsurpauit, quem tamen cum satisfactione multiplici, postea Cæsar factus, ecclesiæ restituit.

Ducatus Orientalis Francie, solius est præsulis ecclesiæ VVirceburgen.

Conradus 3. non dux Francie, sed inuasor.

Hæc per digressum historiæ necessarium de origine, genealogia, & successione ducum gentis Orientalis Franciæ breuiter perstricta sufficiant: ad regum iam nunc Francorum, vnde recessimus, ordinem reuertamur. Clodomirus autem rex Francorum, post multa fortiter gesta, tandem moritur, anno regni sui decimooctauo: Dominicæ autem, CCCXXXVII. indictione Romanorum X.

Richimer regnauit annis 13.

TRICESIMVS SEPTIMVS.

RICHIMERVS Clodomiri regis maior natu filius, patri succedens, regnauit annis XIII. qui cunctis regni sui diebus, cum Romanis & Gallis in contentione semper fuit, auxiliantibusque Genebaldo patruo, duce videlicet Orientalis Franciæ, apud vrbem Peapolitanam residente, cæterisque Francorum principibus, Doringis etiam, Saxonibus, atque ferocibus amicis Germanis, multoties cum eis victor bellauit, magnaque clade affecit.

Inter Francos & Romanos bellum committitur.

Anno regni sui quarto contractis amicorum suffragiis, in multitudine pugnatorū maxima, Galliam ingreditur, & omnia igne, ferroque depopulatur. Contra quem Tiberianus Romanorum præfectus, ad bellum grandem quoque suorum mouit exercitum, qui coniuncti manibus ad certamen diu ancipiti Marte pugnauerunt, & plures ab vtraque parte ceciderunt perempti. Postremo tamen victi sunt Galli, & per fugam salutem quærere compulsi.

Frācie bellum rursus indixere Romani.

Anno Richimeri regis sexto, indictione quarta, coadunati turmatim in vnum Romani cum Gallis, sub Constante, filio Constantini Cæsaris Magni, bellum Francis indixerunt. Rex autem Richimer, cum princeps esset magnanimus, fortis, & audax, nihil territus, in auxilium Theutones, Germanos, Saxones, & Doringos ex more vocauit amicos: quibus adunatis cum Francis, exercitum ducentorum fere millium Romanis obiecit & Gallis, cum quibus animose pugnauit. In prima congressione victores Romani fuerunt, in secunda victi & superati, cum detrimento suorum fugerunt.

Romani superantur à Francis in bello.

Anno regni sui vltimo, Richimerus Francorum rex denuo cum Romanis incaute pugnaturus in bello fuit occisus, anno videlicet regni sui tertiodecimo, dominicæ vero natiuitatis, trecentesimo quinquagesimo: indictione Romanorum octaua.

TRICESIMVS OCTAVVS.

Theodomer regnauit annis 10.

THEODOMIRVS Richimeri præfati regis filius, regnauit post interitum patris sui annis decem, qui cunctis regni sui diebus, cum Romanis in cōtentione vixit, & multa contra eos vario euentu prælia consummauit: mater eius, Hastila nomine, filia regis Saxonum fuit. Habitabant eo tempore Francorum reges in finibus Tungrorum, trans Mosam fluuium, in castro quod antiquitas Dispartum nuncupabat. A termino autem Francorum, vsque ad Ligerim flumen, morabantur Galli, sub ditione Romanorum: post Ligerim vero, Gothi fuerunt, cum diuersarum nationum gentibus permixti.

Regū Francorum sedes apud Dispartes & Tungros fuit.

Francorum regni fines his temporibus vltra Mosam valde ampliati fuerunt, magnamque Galliæ partem occupauerant, Romanis licet inuitis. Nec destiterunt à cœptis, quousque tandem ab hinc in antea computando, intra annos ferme septuaginta, vniuersam Galliam suo dominio subdiderunt.

Franci nũquam quietis donec vicerunt omnes.

Temporibus memorati regis Theodomiri, Dagobertus Genebaldi primi ducis Francorum Orientalium filius, & post patrem in principatu successor, contracta multitudine pugnatorum Rhenum transiuit, Galliam Cisrhenanã, direptis spoliis, igne vastauit, & ferro. Vrbem Treuirorum vetustissimam, temporibus Abrahæ Iudæorum principis constructam, spoliauit & incendit.

Franci Orientales Rhenum transeunt. Vrbs Treuirorum à Francis diripitur.

Rex vero Theodomirus, tandem à Romanis Galliam inhabitantibus, vna cum Hastila matre sua comprehensus, capite truncatus, interijt anno regni sui x. natiuitatis vero dominicæ, CCCLX. indictione Romanorum tertia.

TRICESIMVS NONVS.

Clogio regnauit ann. 18.

CLOGIO regis Theodomiri filius, patri succedens, regnauit super Francos annis decem & octo, princeps animosus, fortis, & prudentiæ singularis: qui multa cum Romanis & Gallis prælia commisit, paternamque simul & maternam necem in sanguine plurimorum hostium dure vindicauit: cuius anno primo, sanctus Antonius abbas heremita, ad dominum migrauit, mensis Ianuarij septimadecima die, anno ætatis suæ. c. v.

S. Antonius moritur.

Eodem quoque tempore Alemani bellum cum Romanis habuerunt, non longe à Rheno, in finibus Argentinensium. In quo quidem prælio, multi ab vtraque parte ceciderunt: plures tamen ex Alemanis fuerunt occisi, quam ex Romanis, quorum dux erat exercitus Iulianus Cæsar, dei contemptor & apostata.

Iulianus apostata pugnat cum Alemanis.

Clogius rex Francorum, necem cupiens vindicare paternam, ingentem contraxit exercitum, & potenter ingressus Galliam, vrbem Cameracensem expugnauit, vbi plures Romanorum inuentos, sine commiseratione peremit.

Franci vrbem Cameracensem obtinuerunt.

Inde progrediens, Galliam suo regno vsque ad Soanam fluuium subiecit, aduersus quem Romani plus insidijs quam viribus certantes, nihil potuerunt.

Franci Galliam vsque ad Saonam obtinuerunt. Romanorũ legiones in Germaniã.

Anno Clogionis regis Francorum decimotertio, interea quod duces cum exercitibus deuastabant Gallias, Valentinianus Romanorum Cæsar, legionibus per Sarmatiam in fines Germanorum latenter celeriterque introductis, bellum cum Saxonibus gessit, in finibus Francorum, cis Oderam, non procul à mari: in quo multi ab vtraque parte gladio ceciderunt occisi. Victoria tamen postremo cessit Romanis, & victi Saxones, fugam inierunt.

Bellum Romanorum cum Saxonibus.

Rex autem Clogio moritur anno regni sui XVIII. (qui fuit dominicæ natiuitatis CCCLXXVIII. indictione Romanorum sexta) relinquens tres filios ex regina: Marcomirum, qui patri successit in regno: Dagobertum, qui post interitum fratris iam dicti, regnũ tenuit, sub nomine ducis, vt suo inferius loco dicemus: & Hectorem, cognomento Degenbart, ex quo Pipinus & Carolus Imperator postea Magnus, suam duxerũt prosapiam: quemadmodum in secundo volumine diximus.

QVADRAGESIMVS.

Marcomer regnauit annis 15.

MARCOMIRVS Clogionis maior natu filius, patri succedens, anno prænotato in regno Francorum, regnauit annis quindecim, princeps magnanimus, fortis, & audax, qui multa cum Romanis prælia commisit.

Bellũ Francorum cum Romanis quatuor annis.

Anno siquidem regni eius primo, bellum contra eum mouerunt Romani, Gallorum copijs adiuti, quibus ille cum Francis & Saxonibus intrepida congressione occurrit, non longe ab vrbe Colonia: pugnauit fortiter, & hostium plura millia prostrauit, spoliaq; diuisit inter auxiliatores & amicos. Annis quatuor durauit hoc bellum.

Franci Romanos in bello vicerunt.

Franci autem ingenita ferocitate animosi, ad pugnam Romanos (non secus quam leo caniculam vnguibus dilacerare consueuit extensis) exceperunt, morti confestim & sine commiseratione destinandos. Quadriennio tandem elapso, considerantes Romani, quod Francos domare sibique subiicere non possent, legionum reliquias, quæ remanserant per edictum reuocantes, ad alia loca destinarunt. Franci tamen ab infestatione Gallorum propterea non cessantes, quæ cœperant, continuabant.

Maximus imperij nomen sibi usurpat. Maximus quomodo venit in Britanniã rex.

Anno Marcomiri regis Francorum nono, indictione Romanorum decimaquinta, Maximus Britanniæ rex, Cæsarum prosapia ortus, nomen & diadema Romani imperij susceptit, à militibus in Anglia constitutus.

Hunc ante paucos annos Britanniæ rex Octauius filio carens, de procerum cõsensu è Roma vocauit in Britanniã: matre namq;, Brito: patre aũt, Romanus erat: & dedit ei filiã suam

suam vxorem, cum qua, Octauio mortuo, totius insulæ regnum obtinuit. Venerat autem vocatus in Britanniam cum exercitu militiæ Romanorum, & maior pars militum cum eo remansit, paucioribus numero in Italiam reuersis. Deinde post mortem Valentiniani & Valentis Cæsarum, anno regni sui Britannici quinto, in superbiam elatus mente, & quietis impatiens, Cæsarem se constitui Romanorum fecit ab his, qui cum eo remanserant militibus, contrà Gratianum, quem sibi Romani præfecerant. Moxitaque vt Cæsar à militibus salutatus est, Britāniæ regnum vicario procurandum commisit, omnemque nobilitatem & iuuentutem militiæ totius insulæ Britanniæ (quæ nunc Anglia dicitur) in vnum conuocans, cum eis in Galliam nauigauit, talem habens intentionem animi, vt deuictis Galliis, Romam proficisceretur, sibique imperium subijceret.

Maximus Romanus vsurpator imperij.

Anno igitur Marcomiri regis Francorum nono, dominicæ vero natiuitatis CCCLXXXVII. indictione Romanorum quintadecima, Maximus Britanniæ rex, cum ingenti multitudine suorum nauigio intrauit Gallias, & omnia per circuitum regionis hostiliter vastauit. Et primo quidem applicuit cum nauibus ad littus terræ Armoricæ, quæ ab illo tempore & deinceps Britannia noua, siue minor dicta est, vsque in præsentem diem, quam tunc inhabitabant Franci, sub moderamine ducis Iubalchi, quem reges Francorum vicarium regni illis in locis constituerant. Dux autem Iubalchus introitu tantæ multitudinis gentium haud mediocriter turbatus, copias vt potuit suorum contraxit, procedensque obuiam venientibus, cum eis bellum commisit, in quo ipse cum quindecim Francorum millibus fuit occisus, cæteris fugâ salutem quærentibus.

Maximus rex Britanniæ, intrauit cum militia Galliam.

Iubalchus dux Francorum in Armorica, cum 15000 occiditur.

Denique vt nominis sui terrorem cunctis per gyrum incuteret, magna crudelitate vsus est: quippe qui mulieres, & virgines, senes & iuuenes, paruulos & infantes, quot-quot reperit, sine misericordia trucidauit. Erant autem Franci reges, duces, nobiles, milites, & populus omnis, idolorum vana superstitione adhuc obcæcati atque polluti. Maximus vero, etsi Tyrannus, tamen cum omni militia, & populo suo fuit Christianus. Hac de Iubalcho & Francis obtenta victoria, Maximus principatum illum Armoricum contulit duci Conano, qui fuit ex fratre nepos Octauii regis Britanniæ supradicti, relictaque cum ea bona parte exercitus Britannorum ad custodiam, ipse cum reliqua multitudine copiarum discedens inde, per vniuersamque Galliam discurrens, contradicentes suo imperio non minus crudeliter quam potenter bello & armis fecit obedientes.

Conanus fit rex in Armorica. Maximus omnem Galliã sibi subiecit.

Interea Gratianus Romæ Cæsar, intelligens Maximum sibi nomen & diadema Romani vsurpasse imperii, egressumque magno cum exercitu de Britannia vastare cœpisse Gallias, contractis & ipse copiis, contra eum mouit in Galliam, & vrbem Parisiensem cum exercitu intrauit. Congressus postea cum Maximo, proditione Merobaldi magistri militum superatus est, & fugâ lapsus, venit Lugdunum: vbi postea fuit occisus.

Gratianus contra Maximum venit in Galliam.

Conanus autem, quem Maximus regem in Armorica regione constituerat, frequentes à Gallis & Romanis, qui erant in Aquitania, incursiones sustinebat, quibus ille fortiter occurrens, viriliter cum eis dimicabat, multisque eorum peremptis, reliquos in fugam conuertit. Consecutus postremo pacem, & quietam Armorici regni possessionem, cum nobilibus suis cœpit habere consilium, quomodo vxores & liberos, quos in Britannia dimiserant, ad se quantotius facerent cum omni suppellectili perduci domestica, ne generis propago deficeret.

Conanus rex Armoricæ plura gessit bella. Consilium de vxoribus adducendis ex Britannia.

Militum vero numerus, qui de Britannia venerant cum Conano in Armoricam, fuit triginta millium pugnatorum: Plebanorum vero & agricolarum (vt Galfredus est auctor) fuerunt centum millia, qui omnes iussione Maximi de Britannia in Armoricam nauigauerant. Ex his multi non habebant vxores: cæteri vero qui habebant, eas in Britannia dimiserant cum paruulis, quando Maximum sequi cogebantur. Conanus autem & omnis populus eius, cum essent Christiani, filias Paganorum idola muta colentium vxores ducere, nulla ratione consenserunt. Quæ, etiam si fuissent Christianæ, cum Gallis tamen commistionis nuptialis nullum eis placuit habere commertium.

Militũ fuerunt 30000 millia: plebanorum 100000. Omnes dimiserant vxores in Britannia. Conanus rex Britanniæ nouæ, id est, Armoricæ.

Fait in diebus illis subregulus quidam in Britannia (quæ nunc Anglia vocatur) nomine Dionotus, qui, mortuo Caradoco fratre suo, Cornubiæ tenebat principatum, cui & Maximus rex profecturus in Galliam, vt viro prudentissimo, commendauerat regnum. Is filiam habebat vnicam nomine Vrsulam, inter omnes Britanniæ virgines cunctorum iudicio speciosissimam, & valde Christo deuotam. Conanus ergo nouus Armoricarum de Britannia rex, filiam memorati principis Cornubiæ Dionati Vrsulam non solum

Dionatus Cornubiæ princeps, pater S. Vrsulæ. Vrsula Virgo prudentissima. S. Vrsula in

optime nouerat, sed etiam valde amabat. Vnde missis ad eum nuncijs & epistolis, petiuit eam sibi in vxorem transinitri. Secundo petijt, quatenus vxores liberosque militum & plebanorum in Britannia, cum exirent mariti Maximi iussu, dimissas nauibus imponerent cum earum suppellectili, & in Armoricum ad se regnum transmitteret. Tertio mandauit, vt secundum numerum, quem expresserat literis, mitterentur virgines, pro militibus de nobili prosapia, nobiles: & pro plebanis, quoque plebanæ, quas sibi vxores ducerent singuli, qui tunc coniuges non habebant.

Conanus petit à Dionoto puellas nobiles. Vxores etiã petit militũ & plebanorum.

Nobilium 11000. Gulgarium vero 60000 virgines & mulieres. Summa fuit puellarum 71000.

Dionotus viso Conani nuncio, & cupiens satisfacere ipsius desiderio, collegit ex diuersis Britanniæ prouinciis filias nobilium vndecim millia: de cæteris vero, ex inferiori genere sexaginta millia, virgines & mulieres, quas omnes ad certum diem intra Londoniæ mœnia conuenire præcepit. Naues quoque ex cunctis Britanniæ littoribus iussit adduci, quæ sufficerent ad tantæ multitudinis euectionem. Quod, licet multis in tanto cœtu placuisset, displicebat nihilominus & multis, quæ maiore parentes & patriam diligebant affectu. Nec defuerunt aliquæ forsan, quæ castitatem nuptiis præferentes, in qualibet terra maluissent vitam amittere quam maritari.

71000 puellæ impositæ nauibus periclitantur in mari.

Paratis tandem ad euectionem necessarijs, mulieres præfecturæ naues ingrediuntur, & per Tamensem fluuium maria penetrant. Postremo cum vela inflecterent versus Armoricanos, hoc est, ab aquilone ad austrum, subito grandis in mari tempestas exoritur, & diuisa classe, naues ab inuicem separantur. Magnum cunctis instabat periculum, & maior pars nauium in profundum maris dissipata, & cum mulieribus submersa est. Quæ vero tantum euasere periculum, appulsæ sunt in Barbaras nationes, & insulas maris, & ab ignota gente siue trucidatæ, siue perpetuam in seruitutem sunt mancipatæ. Inciderant enim in exercitum nefandorum principum, Wanij & Melgæ, qui mercede conducti Cæsaris Gratiani, Britanniam primo, ac deinde maritimas nationes, & insulas circumiacentes, in odium Maximi deuastabant, à quibus crudeliter pro castitatis amore perierunt.

Puellarum pars maior submersa: reliquæ captæ à Barbaris. VVanius & Melga Hunis & Pictis coeperunt eas.

Erat autem Wanius (aut si malueris Gnauius more Gallorum) rex Hunorum: Melga vero Pictorum, quos Gratianus imperator mercede conductos, miserat in fines Germaniæ simul & Galliæ, vt affligerent eos qui partes Maximi sequebantur. Circa maritima ergo pedestri simul & nauali sæuientes incursu, prædictis mulieribus & puellis in eas regiones à vento proiectis occurrunt: quas, cum essent & pulchræ & Christianæ, suam in commistionem sollicitabant. Verum vbi nephandorum turpitudini consentire mulieres in Christo fideles recusarent, ab impijs miserabiliter occisæ sunt.

71000 puellæ omnes fuerunt Christianæ.

Hanc autem lamentabilem sanctarum vnius & septuaginta millium virginum ac mulierum, præter infantes & paruulos, historiam Hunibaldus non refert, sed memoratus auctor Galfredus Monemutensis in fine quarti libri, de origine gentis, & gestis regum Britanniæ insulæ, quæ primo dicebatur insula Gigantum: deinde à Bruto rege primo dicta fuit Britãnia: postea nuncupata est Albion: & postremo nomen Angliæ sortita, retinet in hunc diem.

Galfredus Britanniæ historiæ scriptor. Anglia varie nuncupata.

Marcomirus vero supradictus Francorum rex, quia vir prudens erat, sic principatus sui temperabat habenas, vt nec partes Maximi sequeretur, nec Gratiani, propterea quod ille Francis abstulerat, multis eorum crudeliter & sine ratione peremptis, Armoricam: & iste Romanos regeret, gentem ab origine Francis inimicam. Continuit ergo se prudenter in terminis regni, malens hostem consumi ab altero, quam fauorem patrare inimico.

Marcomer rex Francorum prudẽs, nec Maximo confidebat, nec Romanis.

Post cædem puellarum, prædicti duo reges, Gnauius Hunorum, & Melga Pictorum, ad complacentiam Cæsaris Gratiani, Britanniam omni militia (sicut diximus) per Maximum destitutam, hostiliter inuadentes, igne & ferro stragem fecerunt ingentem, & innumerabilem populi multitudinem crudeliter occiderunt. Quod cum nunciatum fuisset Maximo regi, eo tempore apud Treuiros commoranti, misit Gratianum quendam municipem, cum duabus legionibus in Britanniam, vt hostes inde propelleret. Erãt autem cum Hunis & Pictis, Scoti, Daci, & Norvvegij, quos Gratianus omnes facta congressione fugauit in Hiberniam.

Gnauius & Melga deuastarunt Britanniã. Gratianus comes latrones fugauit de Britannia. Maximus Cæsar sedem regni posuit apud Treuerim. Concilium episcoporum celebratur Treueris.

His temporibus Maximus rex Britonum, & Romani vsurpator imperii, superata iam vniuersa Gallia, peremptoque apud Lugdunum Gratiano Cæsare, sedẽ regni sui collocauit in vrbe Treuirorũ: vbi & synodum cõuocauit episcoporum, in qua sanctus Martinus præsul Turonensis personaliter comparuit, signisque & miraculis pluribus corruscauit. Aderant & Ambrosius episcopus Mediolanus, Ausonius quoque præsul Burdegalensis,

degalensis, qui de laudibus patriæ vrbisque Treuirorum, opus metricum scripsit, quod Mosellam, à præterfluente fluuio, prænotauit. Hieronymus etiam presbyter Bethleemita-nus librum beati Hilarij episcopi Pictauiensis de synodis eodem tempore apud Treuiros rescripsit. *Ambrosius Ausonius et Hieronymus.*

Maximus autem cum maximo exercitu mouens à Treuiris, Victorem filium suum infantulum, regem Galliarum constituit, eique tutores Quintinum & Nanneum principes vrbis Treuirorum deputauit. Ipse deinde cum exercitu profectus in Italiam, à Theodosio peremptus est, anno Marcomiri regis Francorũ tertiodecimo. Nec diu postea etiam filius eius Victor, in gratiam & fauorem Theodosij, gladio perijt. *Maximus in Italiam profectus, occiditur.*

Post Maximi autem interitum, Marcomirus rex Francorum cõtractis copijs, magnum suorum exercitum transmisit in Galliam sub ducibus Sunnone, Genebaldo, Priamo, & Antenore, quatinus non solum recuperarent amissa, sed omnem quoque Galliam Francis redderent subiectam. Et breui quidem tempore multa recuperantes, quæ Maximus abstulerat, etiam Galliæ partem non modicam regno Francorum addiderunt. Veruntamen Armoricarum regnum, quod Britones inhabitabant (vt diximus) sub Conano, illa vice obtinere non poterant, quod tamen postea receperunt. *Franci mouerunt in Galliam. Franci praeter Armoricam omnia recuperarunt.*

Interim vero quod hi duces bello intendunt Gallicano, Romani Francorum regnum, duce Valentiniano Cæsare, qui cum Theodosio imperabat, exercitum grandem miserũt in Germaniam, Francos (vt sperabant) penitus deleturi. Contra quos Marcomir rex Francorum, cum Germanis atque Saxonibus processit ad bellum, & facta congressione ab hostibus peremptus cecidit cum multis, alijs fuga labentibus, anno regni sui xv. Dominicæ vero natiuitatis ccc. xciii. indictione Romanorum sexta. Valentinianus autem vlterius progredi volens, & omne regnum Francorum, quod in partibus erat Cisrhenanis, suo cupiens subiugare imperio, propter Longobardorum incursionem, in Italiam retrocedere compulsus fuit. Sed astu necessitatem occultans retro abeundi, nuncios misit ad eos qui remanserant in regno, Francos, per quos mandauit, vt denuo aut bellum eligerent, aut Romanis penderent tributum. At Franci iam rege destituti, roboreque militiæ cum ducibus in Gallia constituto, cum Imperatoris necessitatem recessus nescirent, atque nihil aliud quam bellum imminere putarent, & viribus impares se viderent esse, Romanis promisere tributum, quod tamen nec promittere sine principum consensu & voluntate, tunc (sicut diximus) procul absentium, potuerunt, nec soluere. His Valentinianus imperator cum Francis, vt voluit peractis, in Lombardos profectus est. *Romani exercitum mittunt in Germaniam. Marcomer rex à Valentiniano perimitur. Romani Francos assultu decepérunt. Franci tributum Romanis promittunt.*

Interea ducibus Francorum, Dagoberto, Sunnoni, Genebaldo, Priamo, Antenori, & cæteris natu maioribus, qui bella gentis tractabãt in regione Gallorũ, nunciantur omnia, quæ Romani, duce Valentiniano, egissent cum Francis, quomodo & regem morti, & gẽtem addixissent tributo, quæ semper fuit libera, & nulli ab origine Troiana fuisset subiecta. Irati sunt, commoti sunt, & turbati sunt valde, multisque deliberauere consultationibus, quemadmodum hanc prudenter vindicarent iniuriam. *Romanorũ incursio ducibus nunciatur. Franci nulla vnquam tributa soluerunt.*

Post multam igitur & diuturnam eorum consultationem, postremo in vnam conuenere sententiam, vt magis patriam in libertate conseruare deberent auita, quam rebus vrgere Gallicanis. Relinquentes ergo in finibus Gallicanis Priamum ducem cum sufficiẽte præsidio militũ, cæteri principes in Franciam Germanicã reuersi sunt cum exercitu. Vacauit autem regnum Frãcorum deinceps, post interitum regis Marcomiri, sine rege, sub ducibus duntaxat duobus, annis fere viginti sex. *Franci semper ab annis iam 2700 liberi sunt. Franci libertatem omnib. praetulerunt. Franci annis 26. sine rege sub ducibus.*

QVADRAGESIMVS PRIMVS.

Dagobertvs frater Marcomiri regis Francorũ à Valentiniano peremptí, & filius regis supradicti Clogionis, post interitum germani consensu Francorũ interrex, siue gubernator fuit regni, annis ferme (vt Hunibaldus insinuat) quinque, vir magnanimus & belicosus, cuius tempore ducatum tenuit apud Francos Orientales Marcomir filius Clodij annis sedecim. Cepit autem gubernacula regni sub ducis nomine Dagobertus, anno dominicæ natiuitatis ccc. xciii. indictione sexta. *Dagobertus interrex siue dux, annis ferme quinque.*

Anno Dagoberti ducis secundo, Valentinianus Cæsar missis nuncijs ad populum Frãcorum in Germaniam, tributum priore anno exegit impositũ. Cui duces populusq; regni per eosdẽ nuncios ita remandarũt; *Francorũ sempiterna libertas tributũ imponere nationibus cæteris consueuit, non soluere. Tu autẽ qui robore Francorum al sente, cum paucitate inermi pugnasti, & dolo non fortitudine victi, si te à Francis exigendi tributũ ius habere confidis, veni cum volueris, & gladio nos liberrimos & esse semper, fuisse, & te seruũ ostẽdemus. His te facimus certiorẽ, ne super hac re quequam ad nos mittas inermem, quippe qui vitã potius dare contendimus, quam perdere libertatem.* *Valentinianus tributũ exigit à Francis. Franci tributum negant Valentiniano.*

Valentinianus imperator Francos nominat feroces.

Hoc nuncio Valentinianus accepto, Francorum mirabatur cōstantiam, & circunstantibus dixit: *Franc Franc, durus es populus, & à ferocitate potius, quam à libertate nominandus.* Et quieuit anno currente negotium, propterea quod à diuersis nationibus Romanorum respublica multas & varias illo in tempore pateretur incursiones hostiles.

Franci missos à Valentiniano pro tributo omnes occidunt.

Anno autem sequente Valentinianus deceptus consilio suorum denuo misit ad Francos Sisinnium comitem aulicum, vt eos bonis induceret persuasionibus ad solutionem tributi, firmissimamque amicitiam Romanorum. Sed Franci non immemores eorum, quæ prius Valentiniano remandauerāt, necemque Marcomiri regis sui amantissimi vindicare cupientes, missum ad se comitem cum tota societate quam adduxerat, gladio peremerunt, in contemptum Valentiniani, & omnium Romanorum.

Franci Galliā in odium Romanorū depopulantur.

Post hæc Franci maximo suorum in vnum adunato exercitu, sub ducibus Sunnone & Genebaldo (quem Galli Gundebaudum nuncuparunt) cum impetu Rheno transmisso in fines Romanorum irrumpentes, & omnia depopulantes, etiam Coloniēsibus metum incusserunt. Omnia enim quæ fuerūt inter Rhenum, Mosam, & Tabulam, fluuios, suo cōtendebāt subiugare dominio. Verum posteaquam excursus Francorum innotuit apud Treuiros, Nannenus & Quintinus principes Treuirorum (qui, sicut & Coloniēses, Romanorum partes sequebantur) collecto exercitu impetum in eos facere constituerūt. Nam interea Franci regione Gallorum vastata, multisque illorum peremptis, ad sedes patrias cum exercitus parte spolia transmiserunt vlterius procedentes.

Nannenus, Quintinus principes Treuirorum.

Franci ceduntur à Treuirorum militibus.

Cum Nannenus & Quintinus Treuirorum principes cum exercitu veniissent, & Franci (vt diximus) in bono numero iam præda onusti Rhenum transissent, intentionem habentes reuertendi ad socios, & quod reliquum erat Gallis intactum pro viribus desolādi, secuta est Francos confusio magna propter inconsultam & minus cautam partitionem exercitus. Erant enim primæ Francorum sedes (quod sæpe diximus) circa fines & ostia Rheni, vbi nunc est Hollandia, Selandia, & populi Traiectēses, Gelrenses, & Frisij, quorum pars nomen postea Westualci, id est, Galli occidentales, comparatione aliorum, qui Ostualci, id est, Galli Orientales in regione Monasterienſi dicebantur, accepit. Habebātque Franci ab oriente Saxones, Theutones, Germanos, & Marcomannos: ad meridiem, Colonienses & Gallos: ad occidentem, Tungros & Morinos, qui maritima incolebāt: ad aquilonem vero, Scotos, Orchadas, Dacos, simul & mare.

Prime Frācorum sedes in Germania.

Franci dispersi ab inuicem, cadūtur ab hostibus.

Nannenus ergo & Quintinus, vbi cum exercitu Treuirorum applicuissent ad loca, in quibus reliquiæ Francorum remanserant, sociorum reditum expectantes, aciem instruxerunt, & persecuti fugientes vsque ad Carbonariam syluam, retrocedere compulerunt, nō paucis eorum trucidatis. Hinc ortum est odium Francorum in Treuiros, propter quod postea Rheno transmisso, in regione Treuirorum hyemare cœperunt, & omnia deuastare.

Odij causa inter Francos & Treuirenses.

Inter Nannenum & Quintinum dissensio.

His autem peractis, Quintino vtile visum est, si exercitum omnem Treuirorum traduceret in Franciam, imparatosque subita irruptione præoccuparent. Sed Nanneno consilium Quintini non placuit, qui Francos in solo proprio ad resistendum esse non dubitabat audentiores. Quapropter Nannenus à Quintino recedens cum suis, ad Moguntiam reuertitur.

Quintinus copias ducit in Francos.

Quintinus autem in suo consistens proposito, circa Musium castellum, Rheno transmisso, produxit exercitum, & Francos primo delere incursu meditabatur, animo excelso & maiore, quam viribus ad vincendum. Sed Franci non segnes, Gallos virili exceperūt occursu, initoque prælio, multa Treuirorum millia interierunt, paucis fuga saluatis. Cecidit in eo congressu Heracleus, legionis Romanæ tribunus, & pene omnes, qui militibus præerant, iaculis & gladio Francorum cum eo perierunt. Paucis namque exceptis, quibus nox atra salutem, & nemora latendi præbuere facultatem, totus Quintini exercitus gladio, arcu, & palude interijt.

Franci contra Romanos obtinent victoriam.

Valentinianus imperator laqueo interit.

Anno dominicæ natiuitatis CCC.XCIIII. indictione septima, Valentinianus imperator apud Viennam Galliæ vrbem dolo, & austeritate Arbogasti magistri militum, laqueo interijt, & Eugenius quidam Romanus, eiusdem Arbogasti machinatione regnum Galliarum arripuit, & triennio regnauit: postea bello cum Theodosio imperatore commisso, ab eo peremptus est.

Eugenius in Gallia vsurpauit imperium.

Arbogastus contra Frācos producit exercitum Colonie.

Franci, morte Valentiniani Cæsaris audita, Rhenum transire, Galliamque inuadere decreuerūt. Quorum cōsilium Arbogastus intelligens, præuenit, qui apud Coloniam Agrippinam, rigente hyeme, ac Rheno congelato, traduxit exercitum, & Francos Rheno proximos, hostili cœpit incursione vastare.

Contra

Contra quem anno dominicæ natiuitatis prænotato CCC.XCIIII. duces Francorum potentem mouerũt exercitum, congressiq; hostibus, plus quam duodecim millia Gallorum occiderunt, & reliquos cum Arbogasto fugarunt. *Franci duodecim millia Gallorũ occidunt.*

Posthæc anno domini CCC. XCVII. Theodosius imperator cum exercitu magno contra Eugenium ab oriente venit in Gallias. Quod cum didicisset Eugenius, timuit, veniensque ad Rhenum, magnis precibus & promissis auxilium Francorum & Saxonum implorauit, quod tamen obtinere non potuit. Veniens itaque in Galliam Theodosius, bellum cum Eugenio commisit, & potitus victoria, cum multis eum interfecit. Arbogastus autẽ inuentor omnium malorum, desperatus proprio se mucrone peremit. Theodosius victor, in reditu Mediolani obijt. cuius cadauer Cõstantinopolim relatum, cum debito fuit honore sepultum: post quem duo filij eius in imperio succedentes, Arcadius, in oriente, & Honorius imperauit apud Romanos. *Theodosius contra Eugenium dimicauit.* *Theodosius Cæsar Mediolani moritur.* *Arcadius & Honorius filij Theodosii.*

Anno sequente, qui fuit dominicæ natiuitatis CCC.LXXXXVIII. indictione Romanorum vndecima, obijt Dagobertus, interrex Francorum, filius quondam regis nobilissimi Clogionis, & frater regis Marcomiri.

QVADRAGESIMVS SECVNDVS.

GENEBALDVS Dagoberti ducis iam memorati maior natu filius, patri succedens in gubernatione regni Francorum, & præfuit genti & ducibus annis vno & viginti: qui tamen nec regem se scripsit, nec ab alijs rex nominabatur, sed ducis nomine contentus, nihil sibi regiæ dignitatis vsurpauit: fratres habuit duos, Marcomirum, & Sunnonem, qui vna cum reliquis Francorum ducibus, rempublicam gentis, & bella communi suffragio & sollicitudine fideliter administrabant. *Genebaldus fit interrex annis 21.* *Francorum duces regnũ administrabant.*

Anno dominicæ natiuitatis CCCC.IIII. indictione Romanorum secũda, obijt Marcomirus dux Francorum Orientaliũ, qui apud Wirciburg inter Doringos commorantur & Sueuos, vir strennuus, sed paganus, in monte, qui dicitur Franckenberg/ patria superstitione sepultus. *Marcomer rex Francia Orientalis obiit.*

Huic in ducatu Francorum Peapolitano, successit filius eius natu maior nomine Faramundus, vir prudens, audax, fortis, & bellicosus, qui populo suo præfuit annis quindecim, & postea (sicut dicemus) in regem Francorum vnanimi consensu ducum & procerum gentis electus est. *Faramundus fit dux apud Wirciburg.*

Anno post hæc dominicæ natiuitatis CCCC.X. indictione Romanorum octaua, Francis odium Romanorum & Gallorum dissimulantibus, Carocus rex Wandalorũ cum innumera populi multitudine de insulis Scanianis, siue (vt nunc vocantur) Gothicis egressus, iter fecit per Germaniã, & Saxoniæ fines, Rhenoq; Francorũ cõsensu transmisso, Galliam intrauit, & vastata per gyrum regione, indigenas terræ grauiter afflixit. *Carocus rex Wandalorum Rhenum venerit.* *Wandali Rhenum transiuerunt.*

Matrem habuit cuius nutu pendebat, quæ dixit ad eum: *Si nomen quæris æternum, audi & sequere consilium meum. Omnia ædificia, quæ cæteri reges, & principes construxerunt, destrue: & homines, quibus illi pepercerunt, occide. Tu enim meliora neque pulchriora poteris ædificia construere, quam dudum illi construxerunt: neque pietate, modestia, siue clementia, illis parcendo quos viceris, nomen tibi facere gloriosum.* Impiæ genitricis malo vsus consilio Carocus, Rheno transmisso, Moguntiam vrbem Cisrhenanam cum habitatoribus cunctis deleuit, incendit, ac funditus destruxit: deinde Wormaciam, postea Spiram simili furore aggressus, interfectis ciuibus cunctis, quos reperit, subuertit. Inde mouens Treuirorum antiquissimam vrbem Cismosellanam, obsedit, cepit, & vix paululum à clade Francorum respirantem destruxit. A Treuiri mouit ad vrbem Metensem, quam muro diuino mirabiliter nutu ruente, cepit, subuertit, cunctis habitatoribus eius necatis. Omnes namque homines vtriusque sexus & ætatis, quos inter eundum reperit, immanissimus naturæ hostis Carocus, sine miseratione crudeliter occidit. Ab vrbe Metensium progressus, interiorem Galliam homo truculentus intrauit: & post multarum desolationes vrbium, Arelatensem postremo ciuitatem obsedit, vbi à milite quodam nomine Mario captus, & vinculis constrictus, per omnes ciuitates, quas deuastauerat, circumductus est cum ludibrio: & vitam nimis impiam digna morte finiuit. *Matris consilio Carocus tetus regitur.* *Moguntia, Wormatia Spiræ quoque destruuntur.* *Vrbs Treuirorum antiquissima destruitur à Wandalis, Metis desolatur, homines trucidantur.* *Carocus capitur.*

Wandali autem, qui remanserant in Gallia cum Alanis, regem post necem Caroci super se constituerunt Godgisith, hominem sceleribus famosum. *Wandali & Alani in Hispania erant.*

Alaricus etiam rex Wisogothorum, cum exercitu magno deuastans Italiam, Honorio Cæsari demandauit, vt vel secum bello congrederetur, vel Gothis in regno suo locum aptum concedat cum pace manendi. Honorius vero non ausus dimicare cum *Alaricus rex Wisogothorum deuastat Italiam,*

Alarico, deliberatione cum suis præhabita, Gallias alioqui furore mu'tarum gentium agitatas, Gothis inhabitandas concessit.

Wandali autem, qui remanserant in Gallijs, audientes Gothorum aduentum, quamuis ex vna essent natione Scanziana procreati, nihilominus timore perterriti, Galliam liquerunt, & cum Alanis, Suetijs, Hispaniarum partem occuparunt, vbi annis ferme triginta commorati, postea in Africam nauigauerunt, & Hipponam vrbem destruxerunt.

VVandali annis 30. in Hispania manserunt.

Alaricus vero, permissione Honorij Cæsaris, Galliam petiturus, cum suis Italia digreditur: super quem comes Stilicon, Romani ductor exercitus, in festo Dominicæ Resurrectionis nihil mali suspicantem non iussus irruit, eumque ad pugnam inuitum prouocauit. Et primo quidem impetu victor extitit, in secundo congressu victus, salutem fuga quærere compulsus fuit. Alaricus rex, qui hoc factum Honorij subornatione credidit, mox fœdus, quod cum eo fecerat, rupit, itinereque mutato, in Italiam reuertitur, & omnia circunquaque Honorij partium depopulatur. Honorius vero Cæsar intelligens comitem Stiliconem tantorum esse causam malorum, cum cepit, & cum Euchario filio capite truncauit.

Inter Alaricum & Stiliconem pugna.

Stilico comes ab Honorio interficitur.

Alaricus autem rex vrbem Romam cepit, ædificia multa subuertit, & ciues in rebus grauiter læsit. A sanguine tamen & hominum cæde temperauit, & fugientibus ad sanctorum Basilicas pepercit. Die tertia discessit sua sponte à Roma, nauigaturusque in Siciliam, naufragium pertulit. & non multo post infirmatus grauiter, subito vitam cum morte commutauit.

Roma capitur, & subuertitur ab Alarico rege Gothorum.

Dum hæc agerentur in Italia per Gothos, Franci tempus adesse rati, quo sibi Galliam subijcerent vniuersam, contractis copijs, magnum adunauerunt exercitum, & sub ducibus Faramundo, Marcomiro, Sunnone, Priamo, & Antenore, fines Gallicanos ingressi, primo cum Wandalis congrediuntur, qui Gallias denuo incursabant, quorum regem Godgisith (quem nonnulli Godogisilum nuncupant) cum viginti millibus occiderunt. Et nisi Respendial rex Alanorũ, Wandalis ex Hispania, vbi tunc regnabat, tempestiue ueniisset in auxilium, omnes fuissent à Francis occisi.

Franci sub ducibus occupauerunt Galliam.

Franci regem VVandalorũ cum 20000. occidunt.

Respendial rex Alanorum in Hispania.

Anno domini CCCC.XIX. obijt Genebaldus, interrex Francorum, filius Dagoberti, & nepos Marcomiri regis, anno principatus sui XXI, post cuius mortem Franci (vt dicemus) denuo reges habuerunt.

Genebaldus dux siue interrex moritur.

Eodem nanque anno, statim post obitum Genebaldi, conuenientes in vnum proceres & maiores natu Francorum, consilium habuerunt inter se maturum, vtile iudicantes, vt more veterum, sibi regem constituerent ex ducibus vnum. Et bonus est visus sermo in oculis omnium, conueneruntque in causa huius negotij ad aliam diætam duces subscripti: Pharamundus videlicet dux Francorum Orientalium: Marcomir dux, & Sunno dux, fratres Pharamundi, Orientalis: Clodius dux, filius Pharamundi: Dagobertus dux, filius Marcomiri: Nicanor dux, Pharabert⁹ dux, Richimer dux, Antenor dux Menipolitarũ, Priamus dux frater eius, Bertheri dux Gallicanus, Heribert dux Insulanus, Sunno dux, & Richer dux, filij Genebaldi ducis & interregis Francorũ defuncti, Diocles dux, & Meroueus dux. Aderant etiam ex sacerdotibus & sapientibus Francorũ: Salegasthald summus pontifex Iouis, Gasthald, Herhald magister epistolarum, Wisogasthald pontifex Dianæ, Rutvvicus, Adelhardus, Richeri, & alij complures tam ex plebeis quam ex proceribus.

Franci pro regis institutione consultant.

Duces Frãcorum 16. ad regis electionem conueniunt.

Hi omnes communicato inter se maturæ deliberationis consilio, tandem de vnanimi consensu Pharamundum ducem Franciæ Orientalis apud Wirciburg, in regem Francorum eligerunt, qui filius fuerat Marcomiri ducis, anno Domini (vt supra diximus) quadringentesimo quarto defuncti: qui Marcomirus fuit Clodij, qui fuit Dagoberti, qui fuit Genebaldi primi ducis Francorum Orientalium, & fratris Marcomiri regis, quorum pater fuit Clogio rex Francorum, qui (vt supra diximus) obijt anno domini, CCC.LXXVIII.

Pharamundus fit rex Francorum 43.

QVADRAGESIMVS TERTIVS.

PHARAMVNDVS igitur Marcomiri magni ducis Francorum Orientalium filius, cõmuni voto procerum electus in regem anno Dominicæ natiuitatis præscripto, CCCC. XIX. indictione Romanorum secunda, die mensis Aprilis vicesimaquarta, ætatis suæ anno quinquagesimo sexto, regnauit super Frãcos annis septem, vir in sua generatione optimus, sed non Christianus.

Pharamundus regnauit ann. 43.

Ducatum vero Franciæ Orientalis eodem moxanno commendauit Marcomiro fratri suo gubernandum, quẽ ille strennue rexit annis decẽ & octo: cuius genus & successores in ducatu secundũ ordinem continuando, vsq; ad vltimũ ducẽ Hetanũ, & Carolũ filium Pippini Magnum, descripsimus supra, quando genealogiam primi ducis prænotauimus.

Marcomer ducatum Orientalis Francia suscepit.

Anno

Anno regni sui tertio, Pharamundus rex Francorum, vt populũm moribus incultum, animisque ferocem, legibus coerceret, conuocatis ad se quibusdam regni proceribus, de nouarum rerum constitutione maturum cœpit habere consilium. Veterum nanque regum constitutiones temporum ratio non admisit per omnia, quæ nihilominus varia inquietudine gentis, ex pluribus iam annis non solum in non vsum, sed penitus quoque in obliuionem deuenerant & contemptum, quas ob id videbatur omnino necessarium, aut correctione mutandas, aut nouitate tollendas. *Pharamundus rex Francorum leges instaurari facit. Leges correxit antiquas.*

Erant autem in eo Francorum cœtu, plures in sua generatione viri prudẽtes, è quorum numero potiores quatuor fuerunt selecti, quibus rex vna cum proceribus condendarum legum omnimodam tradiderat potestatem, quorum ista dicebantur onomata: Salagast, Wesogast, Wyndegast, & Basogast, quorum primus villam construxit iuxta Meni fluminis ripas, quam suo nomine Salagastat nuncupauit: Wyndegast vero, in Francia Orientali nominis sui Wyndesheim vicum constituit. *Quatuor Francorum Legislatores. Salagastus, Wesogastald. Wyndegast. Basogastald.*

Igitur hi quatuor conuenientes in vnum per tres mallos causarum origines diligenter contractarunt, de singulis excudendo sententiam, volumen legalium constitutionum nouum ædiderunt, quod à principaliore quidem authore Salagast, qui summus Iouis põtifex erat, nomen legis Saligæ accepit, cui postea rex Clodoueus intelligentiæ capitula superiecit. *Leges Francorum conditæ, approbantur à Clodio rege. Lex Saliga.*

Eodem anno Wandali, Alani, & Suetij, regionem Hispaniarum ad inhabitandum in ter se trifariam compartiti, & in tribus regnis diuisi sese mutuo & intestino bello collidũt. Sunt autem Wandali, Alani, Suetij siue Suedi, Gothi quoque, Longobardi, & Normanni, origine pares, quantum ad patriam nationis pertinet primitiuam, ex Germaniç finibus & insulis Scanzianis siue Scandianis, quæ nunc Gothia, sub quatuor aut quinq; distinctionibus dicitur, à principio transmigrationis suæ oriundi. *Wandali cum Alanis & Suetis deuastant Hispaniam.*

Anno Pharamundi regis Francorum tertio, beatus Hieronymus presbyter insignis, per annos sex & quinquaginta libris suis æditis & consumatis, asthmatica passione ita pectore deiectus, vt lecto surgere nõ posset, nisi apprehenso manibus sune, qui ad hoc de trabe pendebat, obijt ad Bethleem. Anno ætatis suæ nonagesimo primo, vltima Septembris. *Diuus presbyter Hieronymus.*

Anno Pharamundi sexto, Dominicæ natiuitatis cccc. xxv. indictione Romanorum octaua, sanctus Theonestus episcopus Philippẽsis in Græcia, iectus de sua ecclesia violentia hæreticorũ, cum Albano presbytero, Vrso diacono, & Abraham subdiacono, venit in Italiam: ac deinde in Germaniæ fines. E quibus Albanus apud Moguntiam pro fide Christi patitur. *S. Theonestus. S. Albanus apud Moguntiam martyrizatur.*

Pharamundus Francorum rex moritur anno regni sui septimo, Dominicæ vero natiuitatis, cccc. xxvi. indictione Romanorum nona.

QVADRAGESIMVS QVARTVS.

CLODIVS regis Pharamundi filius, eodem anno patri succedens, regnauit annis viginti: princeps magnanimus, fortis, & bellicosus, qui Gallos & Romanos sua fortitudine potenter contriuit, & Francorum regni terminos longe ac late per Galliam extendit, cunctisque per totam Europam nationibus propter suam potentiam metuendus fuit. *Clodius Crinitus regnauit ann. 20.*

Qui statim in principio regni sui cunctis per edictum Francis mandauit, longas nutrire comas, quatinus à Gallis, quos vel expugnaturi essent, vel iam prius secum habitare permisere deuictos, Franci primo secernerentur contuitu. Quapropter deinceps & ipse rex Clodius *crinitus* seu *capillosus* est dictus, qui comam & barbam nutriuit prolixam. Gallos autem à se deuictos, in signum seruitutis, comam detondere mandauit. Ex quo subinferre licebit, quod Franci Germani, Gallos seruituti subegerunt; non Galli neque alia quæuis natio, vnquam superauere Germanos. Manifestum est enim (Hunibaldo testante) quod Franci ex eo tempore, quo Germaniam sunt primo ingressi, vsque ad mortem regis Clodouei, qui primus fidem Christi susceptit (vti dicemus) per annos non minus nongentos quadraginta sub regibus & regulis quadraginta septem, semper & fuerunt & manserunt liberrimi, nec vlli vnquã vel ad momentum seruierunt. Post vero Clodoueum, quod liberi permãserint vsq; in præsentẽ diem omnes Franci, tam illi qui sunt in Gallia, quã isti qui in Germania remanserunt, cũ notũ sit hi'storiarũ sine liuore peritis, probatione op° est nulla. *Franci vt liberi comã nutriebant. Galli serui comam detondebant. Nõ Franci Galli, sed Gallos Franci sibi subiecerunt. Franci omnes tam Gallicani quam Germanici semper liberrimi.*

Clodius rex Francorum anno regni sui octauo, qui fuit Dominicę natiuitatis quadringentesimus tricesimus quartus, indictione Romanorum secunda, contractis copijs, exercitum mouit in Doringam. Franci, quod longe supra diximus sub Franco rege, anno ante Christi natiuitatẽ tricesimo septimo, cum Doringis, Saxonibus, Theutonibus, atq; Ger- *Clodius rex exercitum mouit Francorum in Doringiam.*

manis perpetuum contraxerant fœdus, quod vsque ad obitum regis Marcomiri per annos ferme cccc.xxx.inuiolabiliter seruatum est ab omnibus. Marcomiro autem rege Francorum à Valentiniano Cæsare (vt prius est dictum) anno domini ccc. xciii. occiso, Doringi, & Saxones, cum Germanis & Theutonibus à societate Francorum recesserunt, rebus non satis prouide sub ducibus actis.

Doringi à Francorum societate recedunt.

Huius occasione dissidij, rex Clodius Doringam potenter intrauit, regem vicit & gentem, eosque tributum Francis dare annuum, & Vincentium deinceps obedire mandatis coartauit, vt qui liberorum sub iure fœderis antiqui socij manere contempserant, eorum serui, subditi & tributarij esse cogerentur. Simile Germanis postea contigit atque Saxonibus, qui rupto societatis fœdere, deinceps Francos non amplius (vt prius) senserunt amicos, sed reges & dominos. Exinde rex Clodius Rheno simul & Mosa transmissis, expeditionem mouit in Galliam, omnemque regionem Tungrorum deuastans, & potenter obtinens, Francorum regno subiugauit, atque pro confirmatione nouæ possessionis olim amissæ tunc vero receptæ, ibidem aliquandiu consedit, inde vsque ad tabulam procedens omnia recepit.

Franci Doringiam suo regno subiiciunt.

Franci Gallos seruituti suæ subiiciunt.

Post hæc anno suo vndecimo, indictione Romanorum quinta, Clodius rex Francorũ considerans Romanorum potestatem haud parum defecisse, misit exploratores in vlteriorem Galliam, vt situm terræ, fortitudinem gentis, vrbiumque, ac munitionum custodiam diligenter explorarent, sibique renunciare studerent quantotius. Eo tempore Burgundiones habitabant in prouincia Lugdunensi, & Gothi in Aquitania, qui cum Hispanis & Gallis terram occupabant.

Franci exploratores mittunt in Galliam.

Burgundiones in prouincia Lugdunensi.

Reuersi exploratores ad Clodium, retulerunt regiones esse optimas, fructiferam penitus terram, situm quoque amœnissimum, gentem inermem, pauidam, inualidamque, & Romanorum in vrbibus paruã esse custodiam. Quibus auditis, rex Clodius, cui nihil plus animo fuit quam nomen, gloriamque Francorum dilatare & regnum, magnum suorum contraxit exercitum, & mouens vltra flumen, quod Tabula nominatur, versus mare, in Galliam, vrbem Cameracensem obsedit, & cepit, Romanis, quos in ea reperit, cunctis militibus occisis.

Franci expeditionem mouerunt in Galliam.

Inde mouens per Carbonarium nemus ad Tornacensem vrbem iter festinans direxit, quæ ciuitas Romanorum fuit præsidio munita. Romani vero milites, qui erant in præsidio, cum audissent Francorum aduentum, contra eos extra vrbem processerunt ad bellũ, in quo vsque ad vnum omnes à Francis fuerunt occisi, vt nec vnus quidem remanserit ex cunctis, qui cæterorum interitus nuncium detulisset Romanis. Vrbem vero Tornacensem cum omni regione sibi subiecerunt.

Franci Romanos milites apud Tornacum occiderunt.

Deinde progressi vlterius Franci, Morinos, Tarauanos, & quicquid reliquũ fuerit Galliarum, vsque ad mare, in suam receperunt omnimodam potestatem, possidentque vniuersa vsque in præsentem diem, quæ Romani deinceps nec recuperauerunt, imo nec recuperare poterunt, in sempiternum. Aruit enim, quæ dudum floruit.

Franci magnam Galliæ partem sibi subiugarunt.

Clodius vero insignis Francorum rex, posteaquam regni terminos magnifice dilatauit, omnemque terram Galliarum, quæ fuit inter Rhenum, ab oriente: & mare Morinũ, ab occidente: Britannicum, ab Aquilone: vsque ad Sequanam, versus meridiem, hoc est, Batauos, Mænapios, Tungros, Tarauanos, Morinos, Ambiones, Cameracenses, Tornacẽses, Atrebatenses, Beluacenses, & quicquid his regionibus interiacet, vltraque Sequanam vsque ad Ligerim, Francorum regno potenter fecisset subiectum. Moritur anno regni sui vicesimo: Dominicæ vero natiuitatis, cccc. xlvi. indictione xiiii.

Clodius crinitus rex Francorum auxit regnũ Galliæ.

QVADRAGESIMVS QVINTVS.

Merouæus regnauit annis 12.

Merovevs Clodij memorati regis maior natu filius, patri succedens, regnauit super Francos annis duodecim: princeps potentia, fortitudine, magnitudineque rerũ gestarum nulli præcedentium regum inferior, qui Romanum contriuit imperium, & patris vestigia gloriosa imitatione secutus, regnum Francorum id paucis, quibus regnauerat annis, non mediocriter augmentauit. Omnes enim Galliarum fines, quos pater Francorum adiunxerat regno, cunctis regni sui diebus non solum sub ditione sua cõtinuit, sed etiam Romanis vbilibet inuentis, vel occisis, vel fugatis, terminos acquisitæ possessionis longe lateq; mirum in modum dilatauit.

Gallias potenter in sua ditione continuit.

Terræmotus & signa multa apparuerunt.

Anno regni sui octauo, terræ motus pene fuerunt assidui, & signa in cœlo plura, & metuenda sunt ostensa. Nam aduesperascente quadam die cœlum rubens vt ignis ab Aquilone apparuit, intermistis per igneum ruborem lineis quibusdam clarioribus, in hastarũ similitudinem deformatis. Eclipsin luna patitur, cometes horrendæ magnitudinis apparuit,

Cometes in

ruit,& alia multa sunt visa prodigia,quæ non fuisse penitus ociosa, declarant mala subsecuta. *cælo apparuit.*

Sequenti etenim anno,qui fuit regis Merouei nonus, & Dominicæ natiuitatis CCCC. LIII.indictione Romanorum sexta,Attila rex Hunorum:Walamirus,rex Ostrogothorũ: Ardaricus rex Gepidarum,& aliæ gentes Aquilonares in vnum conspirantes,à Pannoniæ finibus egrediuntur, & imperium occidentale simul & regnum Francorum in partibus Gallicanis cum quingentis millibus pugnatorum inuadunt,strages ingentes conficiunt, nemini parcunt. *Attila Gothorum, Walamirus, Ardaricus. Huni cum Attila deuastant imperium.*

Et primo quidem per vniuersam Galliam furor eorum in tantum permittente Deo desæuit,vt nulla munitio,firmitas,aut fortitudo, ciuitatem, oppidum,vel castellum ab eorum infestatione posset defendere.Contra quorum insolentiam, Meroueus rex Francorum:Theodoricus quoq; rex Wisogothorũ,& Aetius, Romanorũ patritius, cum aliarum diuersarum gentium copijs militaribus processerũt ad bellum, apparatu communi, cum quibus in campis dimicauere Cathalaunicis,à mane vsq; ad noctẽ, & Franci vicerũt hostem cum adhærentibus socijs,licet Attila non fuit omnino deletus. *Huni peruenerunt ad Galliam. Franci contra Hunos pugnauerunt.*

Cæsa sunt in eo prælio centum octoginta millia pugnatorum,inter quos etiam cecidit Theodoricus rex Wisogothorum,vir bellicosissimus,Retrocedentibus Francis,simul & cæteris qui conuenerant in Hunos,Attila rex sumpta militia in patriam redijt, vt exercitu reparato, furorem continuare posset inceptum, & Galliam cum Italia in desolationem reducere.

Sequenti nanque anno ingressus Italiam rex Attila,omnes pene ciuitates eius,aut diripuit,aut funditus euertit.Ad quẽ Leo papa primus pontificalibus venit indutus, & nõ solum vrbi populoq; salutem impetrauit,sed etiam vt relicta Italia abiret,obtinuit. Interrogatus vero à suis,cur Pontifici tam placidus extiterit,respõdebat se illum nõ fuisse reueritum,sed senem quẽdam venerandũ aspectu,iuxta eum stãtem,qui gladio euaginato mortem regi minabatur,si Pontificem vel cõtristaret,vel negaret omne quod postularet.Nec diu post in nuptijs crapulatus Attila rex,tactu apoplexiæ interijt. *Huni totam deuastauerunt Italiã. Leo Papa primus. Attila rex vidit Angelum Domini iuxta Pontificem.*

Anno regis Merouei Francorum vndecimo,Dominicæ autem natiuitatis CCCC. LVII. indictione Romanorum decima,Franci vrbẽ Treuirorum tali occasione ceperũt, quam & Hunorum rex Attila paucos ante annos bello capiens,graui depopulatione cõtriuerat. Post interitum Valentiniani,quem Aetij patritij eodem anno amici necauerãt,quiq; post Theodosium cum Martiano imperauerat,Auitus à Romanis Imperator constituitur,sub quo ciuitas Treuirorum capta est. Fuit eo tempore in vrbe Treuirorum senator quidam nomine Lucius,qui vxorẽ habebat plurimorũ æstimatione pulcherrimam,in cuius amore turpi languebat Auitus.Simulans ea de causa languorem,strato decubuit, & quasi pro morbi reuelamine consequẽdo,senatrices vrbis omnes ad se visitandum successione venire præcepit.Venit inter alias & Lucij vxor,nihil suspicata mali,quam illico stupratuit Auitus.Scelere commisso,mulier domum silenter mariti repetijt. In crastino cõsurgens de lectulo sanus corpore, sed pollutus scelere conscientia Cæsar Auitus,dixit obuium ad Lucium:*Pulchras quidem thermas Luci habes,sed frigida lauas*,tetrum insinuans præter naturam fluorem vxoris.At Lucius paradigma intelligens,grauiter tulit,missisque nuncijs & literis secretissime ad Francos,vt venirẽt quantotius,vrbẽ se Treuirorum traditurum in eorum potestatem,sine dubio,sine mora vel difficultate promisit. *Auitus Imperator apud Treuires manebat. Lucius senator Treuirorum vrbem Francis tradidit. Auitus Lucij stuprauit vxorem.*

Eatenus nanque Treuerenses à multis retro annis cum Romanis, eorumque regibus pertinaci adhęsione senserũt.Franci autem nõ immemores stragis,& iniuriarum,quas olim à Nanneno & Quintino Treuirorum principibus apud nemus Carbonarium Dagoberti ducis,& interregis temporibus acceperant, contractis mox copijs in interitum Treuerensium hilariter properabant. Vrbe autem capta,Franci omnia diripientes,suo eam regno subiecerunt. *Vrbs Treuerorum à multis annis subiacuit Romanis.*

His temporibus regnum Francorum paulatim magna sumpsit incrementa, terminosque suos multipliciter per Gallias dilatauit.Vnde reges gẽtis,qui à primo introitu in Germaniam sedes circa Rhenum,vbi nunc est Hollandia,cum populis,qui Gelrenses, Westphali,Cliuenses,& Frisij dicuntur,per annos ferme septuaginta supra octingentos tenerãt apud Neopagum, Disburgum, cæteris in locis & castellis Cisrhenanis; habitationis suæ domicilium in Gallias transtulerunt, raro quiescentes à bellis, quousque vniuersam postremo Germaniam, Galliam quoque, simul & Italiam regno Francorum subdiderunt. *Regnum Francorum per annos 900. Saldecreuit.*

Itaque regnum Francorum,quod ex vna gente parua sumpsit initium, multo labore,

Regnum Francorum maius omnibus regnis totius Europæ.

cruētissimis bellis,& plurimo regum,ducum,procerum,militum, & plebeiorum sanguine per annos circiter nongentos tandem creuit in immensum, & supra omnia totius Europæ regna sumpsit incrementum, ita vt dominaretur cum potentia & regnis multis & gentibus.fieretque ex pluribus regnis vnum, quod ense collectum pro vincentis honore diceretur,& esset nomine Francorum.

Regnum Francorum hodie est, & manet bipartitum.

Francicum gentibus interquas erant sapius computantur.

Hinc manifeste constat,quoniam sicut Franci,qui remanserant cum Germanis,& lingua,& moribus vtuntur Germanorum,ita etiam qui Gallias cum regibus intrantes cum Gallis manserunt,& mores,& loquendi vsum cum sedibus mutauerunt : & quos natura Germanos ab exordio natiuitatis constituit, eos locorum mutatio in medio Gallorum loquela & moribus similiter Gallos fecit. Enimuero cum essent in Troia, mores & sermones frequentabant etiam Troianos inter Scythas quoque Scythicos : in Germania, Germanos:& in Gallia didicere actenuere Gallicanos. Sic & Æneas ex Troianis veniens in Italiam cum sua gente, sermonis paulatim oblitus patrij, moribus & lingua vti cœpit Romæ inuentis.

Post hæc Merouæus rex Francorum,ægritudine correptus,in paganismo idolorum,sicut omnes progenitores sui,moritur anno regni sui duodecimo: dominicæ autem natiuitatis,cccc.lviii.indictione Romanorum,vndecima.

QVADRAGESIMVSSEXTVS.

Hildericus regnauit annis 23.

Hildericvs Merouei regis filius,patri succedens in regno Francorum, varia mutatione rerum bis regnauit.Primo enim post patrē regnauit anno duntaxat vno: deinde propter insolētiam suam & luxuriam(sicuti dicemus)regno deiectus,fugit in Doringiam. Post quem Franci regem super se constituerunt Ægidium quendam Romanum, quo post triennium fugato,Hildericus de Doringia reuocatus in Franciam, regnauit annis viginti duobus. Et factum est omne tempus regni eius à prima institutione eius post partem vsque ad mortem annorum sex & viginti,quorum tamen nō regnauit nisi xxiii. regnum Ægidio(sicut diximus)occupante annis tribus, ipso in Doringia exulante apud Basinum regem.

Hildericus rex metu Francorum fugit in Doringiam.

Anno siquidem vno duntaxat in regno exacto,conspirantes in eum proceres regni,volebant eum interficere,propterea quod nimis insolenter & luxuriose viuens, filias & vxores eorum atque nobilium sua turpitudine plures vitiasset. Quod vbi comperit, cum paucis fugit in Doringiam , mansitque apud Basinum regem Doringorum, cognatum suum annis tribus.Recessit autem deiectus à Francis, anno domini cccclix. indictione xii.

Ægidius Romanus rex à Francis constituitur.

Ægidius ni-mium crudelis deponitur.

Post cuius à regno discessum , eodem mox anno Francorum principes regem super se constituerunt Ægidium quendam Romanorum apud Suessionenses præfectum,qui annis tribus,Hilderico exulante,regnum Francorum occupauit, Is continue sequens in principes optimatesque regni eorum, plures trucidauit , præter vanam suspitionem,nullam habens rationabilem causam. Vnde reliqui metuentes sibi quandoque imminere similia, in tyrannum conspirationem vnanimes ordinarunt , tolerabilius fore iudicantes eum regno pati præsidere,qui natis vxoribusq; abuteretur subditorum, quam illum sustinere diutius,qui nihil sitiret amplius quam sanguinem principum.

Hildericus profugus,de Doringia reuocatur in regnum.

Bosina uxor sua delecta, nupsit regi Hilderico.

Anno igitur dominicæ natiuitatis cccc lxii.indictione Romanorum quintadecima, Hildericus industria & fide Wimbaldi amici sui,qui fuit vnus ex potentioribus regni principibus,ex Doringia reuocatus in regnum Francorum,omnium fauore procerum & gentis in regnum paternum restituitur,& Ægidius cunctis odiosus inde fugatur. Et regnauit deinceps Hildericus modestissime adhuc annis viginti duobus. Cumque audisset Basina, vxor Basani regis Doringorum,quod Hildericus esset à Francis restitutus in regnum, dimisso viro suo secuta est eum in Galliam, nimio eius amore concitata,quem ex diuturna familiaritate cohabitandi apud Doringos contraxerat.Hildericus venientem hilari vultu admittēs,sibi vt notam desumpsit vxorem Basani regis à quo triennio benigne fuerat hospitio receptus,male humanitatem hanc remunerans.

Is sinaxeuentibus suscitat monstra futurorum.

Futurorum diuersa visa monstra.

Instante autem prima nuptiarum nocte,Basina monuit Hildericum paulisper differre concubitum,foresq; cubiculi obseruare,& quæ tertio viderit in atrio portenta renunciare vaticinanti sibi per omnia fideliter. Mulieri credulus rex vt mandauit obsequitur, obseruatisq; tertio ædibus,ad eam reuersus est,dicens primo se vidisse in atrio palatij Rhinocerotas,id est,Vnicornes,leones quoq; & leopardos.Secundo lupos & vrsos furentes , seque mutuo insectantes.Tertio vidi,ait,canes plures,sed exiguos,qui sese mutuo dente lacerabant,& mordebant infesto,sed quid significent tu dicito.

Ad

Ad hæc mulier Saga regi sic ait: *Generabimus ecce sobolem, varijs moribus cum tempore diuersam. Prima enim quæ nascetur ex nobis, erit multum generosa, quæ nobilitate sua leonibus sit comparanda, & vnicornibus generosis. Exprima generatione cum tempore surget secunda, quæ more luporum contempta nobilitate, rapinas & oppressiones pauperum exercebit. Generatio post hanc tertia, quæ & vltima erit ex nobis, more canum se mutuo lacerabit, mordebitq;, & colludet, donec postremo in nouissimis diebus regnum deficiet.* Concepit eadem nocte mulier, & peperit filium, nomine Clodoueum, vt dicemus.

Salinæ regi triplicem statum regni prædicit futurum.

Regni Francorum status, Anno domini 515.

Clodoueus ex Basina nascitur, Anno domini 463.

Sequenti anno, qui fuit dominicæ natiuitatis quadringentesimus LXIII. Hilderico natus est filius nomine Clodoueus, qui patri succesſit, postea in regno Francorum, & primus fidē Christi suscepit, vt infra dicemus. Eodē ferme tempore Hildericus Francorū rex, contracto magno pugnatorū exercitu, bellū mouit contra gentē Alemannorū, qui habitabāt inter Italiam & Sueuiā, vbi iam sunt vrbes, Curiensis & Sedunēsis, Valēsisq;. Congressione facta, superati sunt Alemanni, & sub tributo Francorū redacti. His quoq; temporibus mortuo Vtherpendragon rege Britanniæ (quæ nūc Anglia dicitur) sublimatus fuit regno eius filius, nomine Arcturus, de quo non solū historia Britonum, narrante Galfredo Monemutensē, sed etiam voces populorum Angliæ miranda personāt, vsq; in præsentē diem; licet plurā magis sint fabulosa, quā conformia veritati. Qui Arcturus multa probitate morum, prudentia, mansuetudine simul & humanitate pollens, se cunctis amabilem venerādumq; præstare omni studio curabat: quia cum virtute animi, etiā mira liberalitate affluebat in omnes, & maxime in eccleſiasticos, quibus pro Christi amore plura conferebat munuscula, simul & donaria.

Bellū Francorum cum Alemannis.

Vtherpendragonis filius.

Arcturus sit rex Britanniæ.

Arcturus princeps fuit supra modū magnificus.

Saxones & Pictos de Britannia expulit: Scotos Hibernicos & Orchadas, suo regno potenter subiecit. Quod cum reges Daciæ, Norvvegiæque audissent, vltro venientes eius se dominio subdiderunt. Mira de huius Arcturi natiuitate, simul & gestis futura genitori eius Vtherpendragon, prædixit vates Anglorum Merlinus, quorum in primo volumine annalium fecimus mentionem.

Arcturus rex Saxones & Pictos expulit & Britannia.

Merlinus.

His etiā temporibus Odacar natione Rugius, siue Saxo Theutonicus, multitudine armatus Turcilinguorū, Herulorū, Suetiorū quoq;, siue quos nunc Suedos ab insula nūcupamus, ab extremis pœne Saxoniæ finib⁹ egressus, venit in Galliā, vrbemq; Aurelianēsem victor intrauit. Postea etiam Andegauiam ciuium deditione in suam potestatem accepit.

Odoacarus Saxo venit in Galliam,

Contra quem Hildericus Francorum rex sequenti die produxit exercitum, bellum cōmisit, Paulum comitem occidit, vrbem obtinuit, Odoacarum cum exercitu fugauit. Odoacar pacem cum Hilderico rege constituens, Galliam deseruit, & expugnaturus Italiam intrauit. Orestem Romanorum patritium in Liguria sibi congredi non audentē, retrofugere compulit, latentemq; in vrbe Ticinensi (quæ Papia nunc dicitur) obsedit, cepit, & occidit. Omnes post hæc vrbes & munitiones Italiæ, nullo resistente penitus obtinuit, quietissime possedit, impositoq; capiti suo regni diademate, annis quatuordecim in Italia pro suo libito regnauit: postea tamen à rege Gothorum peremptus fuit.

Odoacarus superatus à Francis, pergit in Italiā.

Odoacarus regnat in Italia an. 14.

Hildericus rex Francorum, congregato suorum exercitu maximo, per vniuersam Galliam anno dominicæ natiuitatis CCCC. LXXV. potenti manu discurrit, omnia quæ restabant suo regno subiecit, contrauenire audentes occidit: deditionē vero spontanee facientes cum gratia suscepit. Multos in eo tumultu Romanorum occidit, & ab eorum dominio Galliam liberauit.

Franci occisis Romanis omnem sibi Galliā subiugarunt.

Eodem tempore Franci Coloniam Agrippinam de potestate Romanorum in manu valida eripientes, etiam suo dominio subdiderunt. Deinde Moguntiam, Wormatiā, Spiram, & non diu post Argentinam, cum oppidis & munitionibus vniuersis, per omnem regionem Cisrhenanam, à Constantia ciuitate Alemanniæ, vsque ad marc: ac deinceps per Morinos & omnem Galliam, vsque ad Ligerim, in suam potestatem nullo resistente redegerunt.

Franci Coloniam Romanis auferentes sibi subiecerūt.

In principalioribus autem ciuitatibus ex genere Francorum regio posuerunt duces, qui sub nutu & potestate Hilderici regis & successorum, eius populum regerent, & secundum leges patrias iustitiam singulis administrarent. Ex his apud Coloniam regulum constituerunt nomine Sigebertum: apud Cameracum Riuacharium: apud Morinos, Carocum: apud Treuiros & Mosellanos, Heribertum: apud Metensis vrbis principatum, Godgisilum: apud Moguntiacos, Arbogastum: atq; alios in vrbibus alijs regni vicarios more antiquorum Franciæ regum posuerunt: quos tamen Clodoueus postea rex pœne omnes propter monarchiæ ambitionem fecit interfici.

Hic multiplicati sunt reguli Francorum.

Anno dominicæ natiuitatis CCCC. LXXIX: indictione Romanorum secunda tem-

Longobardi primo Rugies occupauerunt.

poribus Hilderici regis memorati Francorum, post Odoacari à Rugijs discessum, Longobardi Rugium inuadunt: quibus eo tempore quintus rex nomine Gudeoch principabatur, & in eo regno aliquandiu habitarunt.

Hildericus autem rex Francorum, posteaquam plura fortiter gessisset, anno regni sui consumati XXIII. interrupti vero, XXVI. dominicæ autem natiuitatis, CCCC.LXXXIIII. moritur, indictione Romanorum septima.

QVADRAGESIMVS SEPTIMVS.

Clodoueus regnauit annis 30. primus Christianus.

CLODOVEVS Hilderici regis ex Basina filius, cum esset annorum vnius & viginti ætatis, patri successit, & regnauit annis triginta: quorũ quindecim paganus, sicut omnes ante eum reges Francorum, in vanitate consumpsit, & reliquos quindecim in fide Christi renatus fideliter exegit. Erat autem princeps forma egregius, & animi virtute præclarus, qui mox in principio regni sui filium ducis quondam Romani Ægidij, nomine Siagrium, Suessionis principantem, fugauit, & vrbem regno Francorum adiecit.

Clodoueus rex Christianorum incendit ecclesias.

Inde progressus ciuitatem Remorum (cuius ecclesiæ tum præfuit sanctus Remigius præsul doctissimus) cepit, ecclesias tam ibi, quam alibi omnes spoliauit, plurescq; incendit, & prædam iuxta legem militibus diuisit. Quicquid in tota Gallia fuit iuris Romanorum, Clodoueus breui totum dominio Francorum subiecit: sicuti & manet vsque in præsentem diem.

Clotildis regina, vxor Clodouei regis Christiana.

Hic duxit vxorem Clotildem, filiam Hilderici regis Burgundionum, quem Gundebaldus rex eius frater peremerat, vxoremque eius matrem scilicet Clotildis, ligato ad collum eius saxo, præcipitauit in aquam. Erat autem Clotildis Christiana fidelis, quæ regem sedulo monebat in dominum Iesum credere, & vanam idolorum culturam abnegare. Quod etsi contemneret à principio, exactis tamẽ in regno annis quindecim, victoria obtenta de Alemannis (vt dicemus suo loco) postea credidit Christo.

Franci bellum mouerunt in Doringos, & superant.

Anno regni sui nono, Clodoueus rex bellum mouit in Doringiam, propterea quod & tributum olim eis impositum soluere contemnerent, & eius matrem Basinam nõ solum de adulterio, sed etiam de furto calumniarentur manifeste. Veniens itaque in regionem Doringorum, omnia ferro deuastauit & igne, regem vicit, & ad solutionem tributorum coegit.

Franci regem Wesogothorum in bello necant.

Anno regni sui vndecimo, rex Clodoueus contractis copijs, aduersus Alaricum regem Occidentalium Gothorum duxit exercitum, quem decimo lapide ab vrbe Pictauorum sibi congressum, cum pluribus occidit: cuius & thesauros omnes, & ciuitatem ipsam suo regno adiecit.

Franci bellum mouerunt in Alemannos sub Clodoueo.

Anni regni sui quintodecimo, qui fuit dominicæ natiuitatis CCCC. XCIX. indictione Romanorum septima, cum Alemanni rursus in superbiam erecti, Francis nec subiacere vellent, nec amplius dare tributum, Clodoueus ingentem suorum conuocauit exercitum, & mouit contra Alemannos fortem expeditionem ad prælium. Initio certamine acriter ancipitique marte diu fuit pugnatum, & plures vtrobique ceciderunt.

Clodoueus futurum se vouet Christianum si viceris.

Postremo diuina ordinante prouidentia pugnantibus fortiter Alemannis, Franci paulatim cœperunt deficere: cumque iam prope videretur, vt fugerẽt, rex perfusus lachrymis, apud se tacitus orauit, dicens: *Domine Iesu Christe, quem vxor mea filium prædicat esse Dei, & omnia postulata posse dare in te fideliter credentibus, si dederis mihi victoriam de his inimicis meis hodie, credam inte, atq; in nomine tuo baptizari me faciam, & ero nomini tuo fidelis seruus atque deuotus, quam diu vixero.*

Christi auxilio inuocato, Franci superauerunt Alemannos.

Cumque sic orans, manibus & oculis in cœlum eleuatis, subgemisceret, Christi affuit repente auxilium: quo præsente, in fugam conuertuntur Alemanni, & qui prius vt murus pugnabant immobiles, subito nunc fugiunt, quemadmodum solẽt pauentissimæ mulieres. Cecidit in eo prælio rex Alemannorum cum multis. Verum cum Franci Alemannos fugientes instantius persequi non cessarent, ad regem Clodoueum illi clamabant: *Ne persequaris nos amplius, ô rex victoriosissime, quia tui iam sumus, tibi nos perpetuos seruituros nunc deinceps pollicemur.* At ille his motus precibus, interdixit persecutionem, susceptosque in deditionem Alemannos, in Galliam reuersus est.

Fidem Christi Clodoueus à Remigio suscipit.

Clodoueus rex baptizatur à S. Remigio pontifice.

Cumque venisset in palatium, consilio Clotildis reginæ vocauit ad se Remigium, ecclesiæ Remensis sanctissimum episcopum: à quo plenius de fide Christiana instructus, in confessu publico, audientibus Francorum proceribus cunctis, sese cum summa reuerentia & humilitate ad sacri baptismatis mysterium præparauit. Qui cum lauandus iam baptisteriũ intraret, Sanctus ad eum Remigius præsul facũdissimus ait, *Mitis, depone colla Sicãber. Adora q̃ incendisti: Incende q̃ adorasti.* Ex quo manifestũ est, Frãcos aliquãto prius dictos fuisse Sica m-

Sicambros, non apud Scythas, sed inter Germanos. Clodoueus itaque primus omnium regum Francorum fidem Christi susceпit, & per Sanctum Remigium baptizatus est anno ætatis suæ XXXVI. regni autem, XV. dominicæ vero natiuitatis, CCCC. XCIX. indictione Romanorum septima.

Francorum procerum tria millia eodem die baptizantur.

Eodem die post regem fuerunt baptizati ex principibus aulicis, atque nobilibus Francorum tria millia. Et reliquum populum diebus postea sequentibus vniuersum, pontifices & sacerdotes domini cum ingenti lætitia baptizabant, gratias omnipotentis Dei miserationibus agẽtes, qui per suam gratiam, vt pacem daret ecclesiæ, gentem ferocissimam iugo fidei subiecit.

Franci omnes pene fidem suscipiunt.

Magna deinceps pro Christi honore facta sunt non solum per Clodoueum, sed multo magis per successores eius Francorũ reges, ecclesię cõstructæ, fundata seruientiũ Deo plura per Germaniam, Italiã, & Galliã cœnobia, diuiniq; cultus ministeriũ cum tempore multipliciter fuit augmentatum. Clodoueus autem rex, et si homo fuerit in subditos pientissimus, in suos tamen cõsanguineos nimium legitur extitisse crudelis, quippe qui plures nobilissimos de antiqua regum Francorum propagine ortos, reges, duces & principes crudeliter & insidiose fecit occidi, vt regnum solus haberet.

Reges proceres Francorum multas confruunt ecclesias.

Clodoueus multos consanguineos Francorum reges occidit.

Verum vt paucos ex multis posteritati commendemus, amor nos impellit historiæ veritatis. Regnabat eo tempore apud Coloniam Agrippinam homo senex, de regum Francorum semine procreatus, nomine Sigebertus, quem Clodouei pater Hildericus, post acquisitas Colonias, illic vicarium regni posuerat. Is filium habebat nomine Ludouicum, cui rex Clodoueus in astutia & dolo sic scripsit: *Pater tuus iam senex est, & regno inutilis, qui si moreretur, tibi cum amicitia nostra regnum illius proueniret, & non alteri.*

Sigebertus rex Coloniæ, dolo Clodouei interficitur à filio.

Iuuenis regni cupiditate seductus, patrem deliberauit occidere. Cum autem rex Sigebertus die quadam nihil mali suspicatus de Colonia egrederetur, & Rheno transmisso, per Buroniam syluam venationem ageret cum paucis, claro meridie dormientem in tentorio, immissis super eum percussoribus, patrem filius, tanquam eius regnum possessurus iuxta Clodouei promissum, fecit occidi.

Clodoueo credulus iuuenis paternum aspirat ad regnum.

Cæde, imo parricidio, nequissime peracto, Ludouicus regi scripsit Clodoueo: *Pater meus est mortuus, & ego thesauros eius penes me teneo cum regno. Mitte ergo viros, & quicquid tibi ex thesauris patris mei placuerit, bona tibi voluntate transmittam.* Cui rex Clodoueus rescripsit: *Gratias ago boni voluntati tuæ, & rogo vt venientibus nostris patefacias cuncta, tu regnum patris cum amicitia nostra solus de cætero iam possessurus.*

Ludouicus parricida regem imitatur.

Venientibus autem legatis Clodouei regis, Ludouicus patris thesauros ostendit: qui dum varia conspicerent atque diuersa, iuuenis ait, *In hanc pater meus thecam nummos aureos consueuit reponere.* Immitte, vnus astantium inquit, manum tuam vsque ad fundum, vt probes si omnia sint aurum. Quod cum fecisset, & esset valde decliuus, vnus ille qui iusserat, elenata manu securim in eius cerebrum vibrauit, & statim in eodem loco mortuus est.

Parricidã machinatione Clodouei regis perimitur.

His nequiter peractis, rex Clodoueus venit Coloniam, quasi nescius scelerum, & conuocato vniuersõ ciuitatis populo, dixit: *Audite ciues optimi, nefandum quod breui contigit malum, Ludouicus filius parentis mei Sigeberti, patrem suum falsis circumuenit sermonibus: quod ego insidiarer eius vitæ: Cumque ille per Buroniam syluam fugeret, immissis super eum latrunculis, genitorem suum interfecit. Ipse quoque dum thesauris incubaret, à quo nescio percussus interijt. Sed in his ego nequaquam fum conscius. Nec enim possum sanguinem parentum meorum effundere, cum sit nefas. Sed quia sic ista contigerunt, do vobis consilium, si videtur acceptum, conuertimini ad me, vt sub mea sitis defensione.* At illi manibus & vocibus plaudentes, cum more gentis erectum clypeo, regem super se constituerunt. Et sic regnum Sigeberti cum omnibus thesauris eius in suam accepit potestatem. Prosternebat enim Deus quotidie hostes sub manibus ipsius, & augebat regnum illius valde, eo quod ambularet recto corde in via mandatorum Dei.

Rex Clodoueus venit Coloniam & admittitur.

Exurgatia regis Clodouei fictitia.

Cararicus & filius eius reges à Clodoueo fraude necati.

Regem etiam Cararicum, & filium eius dolo cepit: quos primo tondens, alterum presbyterum, alterum vero diaconum ordinari fecit: quorum thesauros cum regno sibi subijciens, ambobus postea fecit amputari capita.

Riuacharius rex Frãcie Cameracensis cum fratre occiditur.

Riuacharium quoq; regem apud Cameracũ Francis imperantem, & nimis petulanter luxurioseq; viuentẽ, vna cum Richario fratre eius proditorie captos, à bello fugientes propria manu fecuri percutiens occidit.

Lingomirus rex Francie Cœnomanica ab eo interficitur.

Lingomirum etiam fratrem eorum apud Cœnomanniam regnantem, simili crudelitate fecit occidi.

Quibus mortuis, regna eorum cum thesauris sibi vsurpauit. Interfecit & alios reges

Iniuria parentum regnare crudelitas est.

Francorum plures, qui omnes de sanguine parentum eius fuerant procreati: maxime de quibus suspicioſe nimis metuebat, ne sibi præriperẽt regnum, nemi ni parcens, coq; modo regnum suum extinctis pœne cognatis omnibus, per totam Galliã dilatauit. Sed Clodoueum laudet Hunibaldus quantũ volet, quasi bene in his fecerit, ego in hac parte laudare nequeo parenticidam, & qui tot innocentes necauit.

Verba regis Clodouei in dolo prolata sunt.

Nam die quadã coram multis aulicis suis dixisse fertur de his parentibus suis atque cognatis, quos ipse perdiderat: *Væ mihi, quia tanquã peregrinus inter extraneos solus remansi, & neminem habeo de parentibus siue cognatis meis hodie amplius viuentem, qui me in aduersitate si superuenerit in aliquo possit adiuuare, vt amicũ solet amicus.* Hoc autem dicebat in dolo, putans aliquem ex circunstantibus pro consolatione responsurũ; *ecce illum vel illum ex tuis adhuc habes viuentem*, vt qui superessent ex cognatis, etiam quantotius occiderentur & ipsi.

Bellũ Francorum contra Burgundiones.

Anno regni sui XVII. rex Clodoueus ad instantiam Clotildis reginæ continuam, mortem parentum suorum crudelem de patruo vindicari cupientis, bellum indixit Gundebaldo regi Burgundionum: quo superato, Burgundiam tributo & subiectioni Francorum ascripsit.

Clodoueus rex Francorum moritur.

Clodoueus autem rex Francorum, regno per vniuersam Galliam, & magnam partem Germaniæ dilatato, multisq; & bello, & pace fortiter gestis, tandem moritur, anno regni sui tricesimo: ætatis autem suæ, quinquagesimo primo: dominicæ vero natiuitatis, CCCCC. XIIII. indictione Romanorum VII. Parisijs in ecclesia sancti Petri sepultus.

Clodoueiregis Francorũ filij quatuor.

Reliquit autem filios quatuor, Lotharium, Theodoricum, Clodomirum, & Hildebertum: qui regnum æqua portione diuisere paternum. Verũ quia plures ex his deinceps nati sunt reges, & aliquando regnum Francorum vni subiacuit monarchæ, aliquando plures diuisum in partes regebatur à multis, operæpræcium fore existimauimus, eorum regum nomina cum minio capitualiter præsignata continuare per ordinem, qui seriem regalis prosapiæ recta linea vsq; ad Hildericum regem vltimum perduxerunt. Lotharius enim nõ fuit inter Clodouei filios primogenitus, sed maior natu erat Theodoricus: secundo vero genitus fuit Clodomirus: & tertio genitus, à quo regum continuatur genealogia, ipse Lotharius. Mortuo rege Clodoueo, Hunibaldus quoq; suam de origine Francorum in decẽ & octo libris distinctam finiuit historiam, tempus complectens annorum non minus nõgentorum quinquaginta, in quibus reges fuerunt à Marcomiro Antenoris filio, qui gentem primus de Scythiæ finibus eduxit ad ostia Rheni fluminis in Germaniam, vsque ad mortem regis Clodouei quadraginta septem. Quæ vero sequuntur in hoc annalium nostrorum secundo volumine, ex authoribus desumpsimus, quorum ista sunt nomina:

Regni Frãcorum aliquando fuit diuisa.

Hic Hunibaldus Frãcorum terminauit historiam.

Historiographi ex quibus, quæ in hoc volumine narrantur, Trithemius desumpsit.

Einhardus abbas sancti Amandi, Flodoardus presbyter Remensis ecclesiæ, Richerus monachus Remensis, Gregorius archiepiscopus Turonensis, Lampertus abbas in Hasungen, Regino abbas Prumiensis, Eghardus primus abbas in Vraugia. Lampertus monachus Hirsfeldensis, Freculfus ex monacho episcopus Lexouiensis, Strabus monachus Fuldensis, Windekindus monachus in Corbeia Saxoniæ, Rupertus monachus sancti Albani prope Moguntiam. Ioannes monachus eiusdem cœnobij. Adelbertus monachus cœnobij sancti Vincentij Metensis. Meginfridus monachus Fuldensis, Golstherus monachus sancti Matthiæ in gestis Treuirorum, Marianus Scotus, monachus Fuldensis. Sigebertus monachus Gemlacensis, Richardus monachus Cluniacensis, Rupertus quoque Gaguinus, minister ordinis sanctæ Trinitatis quondam generalis, Ado episcopus Viennensis, Galfridus Brito, Saxo Dacus, Prolomeus Lucensis, patria Saxo, in rudimento nouitiorum, Wernherus Coloniæ monachus Carthusiensis, Gotfridus Viterbiensis, Rupertus canonicus Præmonstratensis, Hartmannus Schedel ex monte Norico, Iacobus Bergomensis eremita sancti Augustini, Marcus Antonius Sabellicus. Ex præscriptis alijsque diuersis historiarum scriptoribus, duo quæ sequuntur annalium nostrorum volumina scripsi, non sine maximo labore: propterea quod multa sit inter historiographos diuersitas, non solum in annis, sed etiam in gestis atque nominibus personarum, quod mihi non parum auxit laborem, cum sæpius alicui ascribitur, quod alius gessit vel dixit, & quod alio factum est anno, in isto factum esse narretur: & res gesta, quæ ab isto sic, aliter ab alio facta dicatur. Cum ergo mearum non sit virium, tantam historiarum posse concordare dissonantiam, illorum sequor sententiam, quos ab inuicem inuenio minus discrepasse, quod non vniformiter in singulis, sed in quibusdam potuit obseruari.

Trithemius sequutus tamen discordantes.

QVA-

QVADRAGESIMVS OCTAVVS.

LOTHARIVS igitur tertio natus Clodouei regis filius, à quo linea regum Francorum recte descendentium, vsq; ad Hildericum, de Faramundi stirpe vltimum continuatur, post patrem regnauit Suessione ciuitate Francorũ annis quinquaginta: mortuisq; fratribus suis, & eorum filijs cunctis, regnum in quatuor partes diuisum: postremo in vnã monarchiam reuocauit, cuius singuli fratres in suis locis ad tempus regnauerunt.

Lotharius regnat annis 51.

Theodoricus enim regis Clodouei primogenitus, quem non ex Clotilde regina, sed ante matrimonium eius genuerat ex quadam concubina, in diuisione regni Francorum, Austrasiam (in qua ciuitas est Metensis, cum alijs vrbibus ad eam pertinentibus) in possessionem accepit: & dicebatur illo in tempore regnum Austrasiæ seu Austrasiorum, in quo regnauit annis tribus & viginti. Post quem Theodobertus filius eius, regnauit super Austrasios annis XIIII. Quo etiam mortuo, filius eius Theodobaldus regnauit super Metenses annis nouem: & illo vita defuncto, anno dominicæ natiuitatis CCCCCLX. indictione Romanorum VIII. sine liberis, regnum Austrasiorum siue Metensium, Lotharius patruus eius supradictus accepit.

Theoderi-cus regnauit super Austrasios annis 23.

Theodebertus regnat post patrem annis 14.

Theodebaldus regnat annis 9.

Clodomirus autem filius Clodouei tertius, sed ex Clotilde regina primogenitus, regnauit Aurelianis in Gallia annis septem, & anno dominicæ natiuitatis CCCCCXXI. posteaquam Sigismundum regem Burgundionum cum vxore & filiis peremisset, iterumque fratri eius Godemaro fuisset congressus, ab eo fuit occisus. Reliquit autem tres filios adolescentes, Theodobaldum, Guntherum, & Clodoaldum, quos, patre mortuo, Clotildis auia pientissima Thuronis habitans, penes se nutriuit vt mater. Paucos vero post annos, Lotharius & Hildebertus, reges & fratres memorati Clodomiri, vocatos ad se nepotes Theodobaldum & Guntherum, ambitione regnandi cogitantes iniqua, propris manibus occiderunt. Tertius autẽ nomine Clodoaldus, aulicorum surreptus auxilio, fugiẽs euasit, & mundanã nobilitatem in seruitutem cõmutans diuinã, clericus factus est.

Clodamer regnauit Aurelianis annis 7.

Reges impij nepotes suos peremerunt.

Hildebertus verò, quartus Clodouei regis Francorum filius, Neustriæ regnum in diuisione monarchiæ accepit, & apud Parisios annis XLV. regnauit: quo tandem mortuo, anno dominicæ natiuitatis CCCCCLIX. indictione Romanorum septima, frater eius Lotharius regnum Parisiorum in suam accepit potestatem. Tribus itaque iam fratribus eorumque filiis ac nepotibus mortuis, vel crudeliter occisis, Lotharius monarchiam totius regni Francorum solus obtinuit, & deinceps post omnes fratres annis adhuc quinque regnauit.

Hildebertus in Neustria regnauit annis 45.

Anno Lotharii regis secundo, Sigismundus Burgundiæ rex, qui monasterium Auganensium matrum construxerat, filium suum Sigericum peremit, malo nouercæ illius consilio vsus. Qui magna pœnitentia ductus, & sanctis martyribus Auganensibus se totũ deuouens, quod venia dignus fuerit, crebra testantur post mortem eius miracula, in cuius honore febricitantibus sanitas datur.

Sigismundus Burgundionum rex filium occidit.

Sed magnã egit pœnitentiam.

Anno Lotharii regis quarto, Theodoricus rex Austrasiæ, frater eius, ab Ermenfrido rege Doringorum sub promissione medietatis regni sui rogatus, Bertharium & Balderi-cum fratres ipsius dolose occidit in itinere, dum à ciuitate Metensi, quam salutandi cum gratiâ accesserant, versus Doringiam nihil suspicantes mali redirent. Verum perpetrato scelere, cum Theodoricus medietatem regni Doringiæ sibi promissam ab Ermenfrido postularet, ille neque dedit promissum, neque misit conueniens petenti responsum, vxoris consilio deceptus, quæ soror fuit ipsius Theodorici & Lotharij. Quæ res, postea (sicuti diximus in primo annalium volumine) totius Doringiæ finale induxit excidium, regiumque & nomen in ea extinxit & titulum. Eodem anno sancta virgo Brigida, in Scotia moriens, ascendit ad Christum.

Bertharius & Balderi-cus Doringorum reges necantur.

Ermenfridus rex Doringiæ fratri fecerat dolose necari.

S. Brigida obiit in Scotia.

Anno Lotharii regis Francorum septimo, Boetius consul Romanus, longo carcere fatigatus, à Theodorico rege Gothorum, Italiam Odoacaro perempto præoccupante, occiditur, qui multa pro fide Christi scripsit vtilia. Claruit his etiam temporibus pater & legifer noster sanctus Benedictus in Italia, monasterij Cassinensis primus fundator & abbas, qui omnium monachorum occidentalium princeps extitit, quibus viuendi normam omni discretione præcipuam tradidit, luculentamque doctrinam verborum operibus sanctissimis imitabilem, cunctis præmõstrauit. Sub cuius regula plures omnipotenti domino in humilitatis spiritu deinceps seruierunt nominibus ordinum seu congregationũ distinctis. Inter quos omniũ prim⁹ & principalis est ordo ipse noster, qui nomẽ ab instituẽte sortitus honorabile, sancti ipsius Benedicti vocabulo nominatur, Ordo quoque Cisterciensium monachorum eandem profitetur regulam, Ordo item Celestinorum,

Boetius consul & doctissimus, obiit.

S. Benedictus monachorum pater.

Ordo S. Benedicti instituitur.

Ordo sancti Wilhelmi, Ordo montis Oliueti, Ordo Sclauorum, Ordo vallis vmbrosæ, Ordo sancti Pauli eremitæ primi, Ordo humiliatorum, cum quibusdam aliis, quos causſa breuitatis hîc præteriuimus. Vitam huius ſancti diuus papa Gregorius explicuit.

Anno Lotharij regis Francorum decimo, dominicæ natiuitatis CCCCCXXIIII. indictione Romanorum ſeptima: cum rex Metenſium Theodoricus promiſſum ab Ermenfrido rege Doringorum ob fratrum necem (ſicut diximus) expeteret, nec impetraret, in iram concitatus eſt, & vocatis in auxilium filio ſuo Theodoberto, & fratre Lothario regibus, expeditionem mouit in Doringiam, Ermenfridum regem cum vxore ac liberis cepit, peremit, & regnum ſibi totum ſubiecit. Ab eo tempore Doringi regem proprium non habuerunt.

Regni Doringorum vltimum excidium à Francis.

Captiuatam vero inter alios Radegundem filiam Bertharij regis olim, quem Ermenfridus frater (ſicut diximus) per Theodoricum regem Metenſium fecerat occidi, Lotharius rex ſuo matrimonio ſociauit, quæ magna ſanctitate claruit, & poſtea monialis facta ſignis & miraculis coruſcauit plurimis. De hoc Doringorum excidio Fortunatus Archiepiſcopus carmine plenius ſcripſit & proſa.

Radegundis filia regis captiua abducitur.

Fortunatus excidium ſcripſit Doringorum.

Anno regni ſui duodecimo, Lotharius rex Francorum cum fratre Hildeberto Auguſtodunum Burgundiæ vrbem obſedit, & fugato Godemaro rege, ſuo dominio vniuerſam Burgundionum prouinciam potenter ſubiugauit.

Franci Burgundiam obtinuerũt.

Anno regni ſui XVI. Lotharius rex Francorum, de manu Athalarici regis potenter extorſit, quicquid Galliarum auus eius Theodoricus Italiæ rex habuerat.

Franci Gothos expellunt de Gallia.

Claruit his diebus ſanctus Nicerius, ex abbate Lemouicenſis monaſterij, archiepiſcopus Treuirorum, vir multarum in Chriſto virtutum; cuius geſta habentur. Theodoricus rex Auſtraſiæ, qui dominabatur Metenſibus, Treueris, Leodijs, Colonienſibus, Moguntinis, cunctiſque Ciſrhenanis, ex ciuibus Aruernis clericos multos adduxit, quos Treuericæ eccleſiæ ad famulandum domino iuſſit aſcribi.

Nicerius archiepiſcopus Treuirorum.

Inter fratres reges orta contentio eſt.

Anno regis Lotharij XXVI. indictione IX. Hildebertus rex, cum fratruele Theodoberto, contra ipſum Lotharium fratrem ſuum inſurgit: ſed Clotilde matre precibus agẽte coram Deo, ne inter filios bellum fieret, horrenda tempeſtate coerciti (cum ſuper Lotharium, ne ſignum quidem tanti horroris apparuerit) neceſſitate compulſus manifeſtã Hildebertus cum pace receſſit à fratre.

Vrbs Cæſarauguſtana obſidetur à Francis.

Anno XXVIII. Lotharius & Hildebertus, memorati fratres, obſeſſa in Hiſpanijs ciuitate Cæſarauguſtana, ciuibus Deum orantibus, & ſancti martyris Vincentij tunicam circumferentibus, accepta ab eis pro munere ipſius martyris ſtola, reuertuntur cum pace, maxima Hiſpaniarum parte bello acquiſita. Eodem tempore ſanctus Maurus & Fauſtus, diſcipuli diui Benedicti, clarent in Francia Gallicana, moribus, doctrina, vitæ ſanctitate, & miraculis inſignes.

Dalmatica S. Vincentij datur Francis.

S. Maurus abbas claret in Gallia.

Anno Lotharij regis Francorum XL. Dominicæ vero natiuitatis CCCCCLIIII. indictione Romanorum ſecunda, obijt Clotildis regina, vxor quondam regis Franciæ magni Clodouei: cum quo & ſepulta eſt Pariſijs in eccleſia ſancti Petri. Eodem anno Bucellinus, & Amingus Francorum duces, cum Narſete patritio Romanorum bello congreſſi, ambo cum aliis non paucis ab eo fuerunt occiſi. Erant enim hi duo duces Bucellinus & Amingus, qui cum Theodoberto rege Francorum ante ſeptennium manu valida intrauerant Italiam, eamque vario euentu bellico inquietare non ceſſabant. Inde nauigantes in Siciliam, tributo Francorum ſubiecerunt, multiſque ſpoliis conquiſitis occubuerunt.

Clotildis regina Clodouei moritur.

Bucellinus & Amingus duces Francorum.

Franci Siciliam ſibi fecerunt tributariam.

Anno regni ſui XLII. Lotharius rex Francorum, contractis copiis, mouit in Saxoniam. Nam Saxones eatenus tributarij Francis in rebellionem conſurgunt, auxiliumque ferentibus Doringis, qui & ipſi grauiter ferebant iugum Francorum, omne tributum pari conſtantia negabant. Veniens ergo in Saxoniam cum exercitu magno Lotharius, Saxones graui pugna perdomuit.

Saxones à Francis bello ſuperantur

Anno regni ſui XLV. Lotharius rex, mortuo iam Hildeberto fratre, cunctiſque alijs, tam nepotibus quam fratribus ſuis, vel interfectis, vel naturali fine conſumptis, monarchiam totius regni Francorum ſolus obtinuit annis quinque.

Lotharius monarchiã ſolus obtinuit.

Anno regni ſui XLIX. Lotharius rex Francorum, Granum filium diu rebellem, & multa in regno mala facientem, cum in Britanniam nouam (quæ olim Armorica dicebatur) fugiſſet, ad Conobrum Britanniæ ducem, cum exercitu perſecutus eſt: & facta congreſſione, Conobrum ducem interfecit, Britanniam obtinuit, & filium cepit, quem cum vxore & filiabus conſumptum ignibus, in cinerem redegit.

Lotharius rex Granũ filium ignecremauit.

Anno

Anno sequenti, regni videlicet eius quinquagesimo, Dominicæ vero natiuitatis D.LXIIII. indictione Romanorum XII. Lotharius ipse rex Francorum moritur, filios relinquens quatuor, Heribertum, Gunthramum, Sigebertum, & Hilpericum, qui regnum inter se rursum diuisere paternum. Memoratus rex Lotharius abbatiam sancti Medardi Nouionensis & Tornacensis primi episcopi, apud Suessiones construxit: in quam eiusdē sancti corpus à Tornaco translatum, cum summa reuerentia & honore collocauit. Hildebertus autem rex, frater eius, construxit abbatiam sancti Germani de Pratis, in quā stolam sancti Vincentij martyris cum eius dalmatica reposuit, Sed ordo nunc postulat compendij, vt diuisionem regni prosequamur.

Lotharius rex Francorum moritur.

Cœnobium sancti Medardi construitur Suessionis.

Monasterium S. Germani de Pratis fūdatur.

QVADRAGESIMVS NONVS.

HILPERICVS iunior Lotharii Francorum regis filius, idcirco fratribus suis in hoc regum compendio à nobis præponitur, quoniam per ipsum linea regum ordine recto descendentium vsque ad Hildericum continuatur. Qui biennio ante mortem patris regnauit in vrbe Suessionēsi, ac patri succedens, regnauit annis XXI. Et sic factum est omne tempus quod regnauit annorum quatuor & viginti. Nomen vxoris eius primæ fuit Andouera, de qua genuit duos filios, Clodoueum & Meroueum, qui ambo nouercæ dolo in adolescentia necati (quemadmodum in primo volumine diximus) perierunt.

Hilpericus regnauit annis 24.

Biennio prius regnauit Suessionis.

Andouera infantem enixa rege absente, cum nemo qui puerum baptizandum sacro leuaret de fonte, constaret ad manum, regina mater ipsa Fredegundis prauo decepta consilio, commatris impleuit officium, & quem peperierat infantem, de baptismo leuauit. Quod concinnatrix doli Fredegundis regi mox venienti læta denuncians, ait; *Vxorem non habebis, ô rex, Andoueram deinceps, quæ tibi commater esse maluit, quam coniunx, iam tua sum ego.* Huius rei caussa Hilpericus rex Andoueram suam repudiauit vxorem, asserens sibi canonum decreto interdictum, commatrem habere vxorem. Tali seducta vaframento per Fredegundem regina, cenobio detruditur, & eius fraudulenta deceptrix Fredegundis à rege Hilperico in vxorem assumitur, de qua genuit regni sui paterni (vt dicemus postea) successorem.

Andouera Hilpericirege vxor. Fred gundis regina deceptrix.

Hilpericus Andoueram repudiat & cōmatrem.

Heribertus autem, Lotharii maior natu filius, in diuisione monarchiæ regni Francorum Neustriam accepit, sedem regni sui Parisijs tenens, & regnauit annis nouem, nihilque memoria dignum agens, moritur anno domini D. LXXIII. indictione Romanorum vndecima, regnum fratribus dimittens.

Heribertus regnauit annis 9.

Gunthramus, Lotharij regis secundo natu filius, Aurelianis regnauit annis triginta tribus, princeps in sua conditione optimus, sed vxorem nequissimam assecutus nomine Austrigildem, quæ inter plura, quæ patrauit mala, cum infirmaretur ad mortem, à medicis iuuari non posset, callida regem persuasione circumuenit, vt vnius petitionis effectum ei se concessurum indubitanter iuramento firmaret. Prius ergo quam moriar, inquit, medicorum meorum, qui me suis medicamentis inaniter cruciauerunt, amputari facias capita me vidente. Quid plura? Qui medicos introducant illico mittuntur: quibus reginæ thalamum ingressis, lamia dixit: *Ha vos non medici, sed mendaces, qui me vestris medicamentis ante tempus mori compellitis, eam vobis remunerationem parani, vt ante me ad mortem compulsi transeatis.* Mox vt libidinem lictor impiæ mulieris satiaret, duorum medicorum innocentium capita ipsa inspectante ac ridente bestia, iussus amputauit. Rex autem Gunthramus obijt anno domini cccccxcvii indictione Romanorum quintadecima.

Gunthramus regnauit Aurelianis annis 33.

Regina crudelis memoria indigna.

Medici capitibus trūcantur persuasione reginæ.

Gunthramus rex moritur.

Sigebertus autem, tertio natus Lotharij regis filius, regnauit Metis in Austrasia, super Treuiros quoque, Londienses, Colonienses, Moguntinos, & reliquas vrbes, & prouincias Cisrhenanas annis XIIII. Vxorem habuit Hispanam, nomine Bruniam (quam scriptores Brunihildem frequentius appellare consueuerunt) decem regum interfectricem: quæ Francis vsque adeo fuit exosa, vt Sibyllæ in ea vaticinium impletum videretur dicentis *Veniet Brunia de partibus Hispaniæ, ante cuius conspectum gentes & reges peribunt, ipsa vero calcibus equorum peribit.* Genuit autem ex ea Sigebertus filium nomine Theodobertum qui regnauit post eum annis vno viginti, & moritur anno domini D XCIX. Cuius filius, nomine Theodoricus, succedens, regnauit annis XVI qui sanctum Columbanum, instinctu auiæ suæ Brunihildis, expulit de Gallia, anno domini cccccxiiii. & paulo post mortuus est, relinquens tres filios (vt legitur) spurios: quorum maior natu Sigebertus à Lotharrio regis supradicti filio fugatus in bello, nusquam deinceps comparuit. Corbus secundo genitus ab eodem Lothario fuit occisus. Meroueum autem tertio genitum, quem de sacro fonte leuarat, idem Lotharius viuum seruauit. Brunihildem vero decem regum interfectricem peremit.

Sigebertus regnauit in Austrasia.

Brunichildis vxor Sigeberti crudelis.

Vaticinium Sibyllæ de Brunichilde regina.

Theodoricus rex Austrasiæ filius eius.

Tres filij Theoderici spurij.

Huni Doringiam vastantes, cedunt à Francis.

Anno Hilperici regis tertio, Huni cum magno exercitu egressi partes Francorum in Doringia hostiliter vastare cœperunt. Contra quorum insolentiam Sigebertus, rex Francorum Austrasiæ, frater regis Hilperici, sub cuius regno continebantur Doringi, produxit copias, bellum commisit, multa Hunorum millia prostrauit, & cæteros in fugam conuertit. Interea dum Sigebertus occupatur in Doringia cum Hunis, frater eius rex Hilpericus fraternæ charitatis oblitus, terminos regni eius hostili deuastat incursu, atque Remensem obsidet vrbem, eamque in deditionem accepit.

Acies militantium in aere visæ sunt.

Eodem anno hastæ in aëre sunt visæ, ac militum acies, simul & conflictionum strepitus auditi, portendentes irruptionem Longobardorum in Italiam, de quibus Gregorius papa magnus in homilia loquitur.

Saxonum pars, quæ nunc sunt VVestuali, cum VVinulis intrauit Italiam.

Nam anno sequenti, dominicæ videlicet natiuitatis CCCCCLXVIII. indictione Romanorum prima, rex Longobardorum Alboinus, Pannoniam, in qua cum sua gente prius confederat, Hunis Longobardorum commendauit amicis, & assumptis in auxilium Saxonibus, Marcomannis, aliisque gentibus vicinis, cum omni populo suo, eam partem Italiæ occupauit, quæ nomine gentis *Longobardia* vocatur, vsque in præsens.

Saxoniam Sueui à rege Sigeberto accipiunt annis 14.

Eodem anno Sigebertus rex Francorum, qui Metis habitabat in Austrasia, frater Hilperici, terram perlustrans Saxoniæ habitatoribus vacuam, qui cum Longobardis (sicut diximus) abierant in Italiam, ne penitus in solitudinem redigeretur, eam Sueuis tradidit incolendam. Itaque Saxones cum Longobardis in Italia, & Sueui habitauerunt in Saxonia quatuordecim annis: quibus euolutis, cum se viderent Saxones vltimo loco, & in mãcipiorum consuetudinem inter Longobardos, in Saxoniam redire consultant.

Saxones à Longobardis decepti sunt.

Anno igitur dominicæ natiuitatis D.LXXXII. indictione Romanorum quintadecima, Saxones, qui cum Longobardis erant in Italia, non ferentes vltra Winulorum (sic enim prius vocabantur Longobardi) superbiam & dominationem iniquam, cum liberis & vxoribus, conductu Sigeberti regis Francorum, per Galliam & Austrasiam ad Coloniã Agrippinam reuersi sunt, vbi Rheno transmisso, priores repetiuere Saxoniæ sedes, quas dimiserant.

Saxones per Galliam in sua reuertuntur.

Sueui Saxones recusabant admittere.

Sueui autem quibus terram rex donauerat Sigebertus ad inhabitandum, primo Saxonibus negabant introitum, secundo tertiam eis partem restituere consenserunt. Verum Saxonibus non partem, sed totam reposcentibus, mediam Sueui regionem obtulerunt. Saxones in sententia manere constantes, non partem, non medium terræ, sed integrum & totum repetentes. Postremo res ferro committitur, & nimis acriter pro sedium possessione ab vtroque exercitu pugnatur. Tandem victi sunt Sueui, & eorum plusquam viginti millia in eo certamine gladio Saxonum perierunt. Et ita Saxones terram, quam Winulorum persuasione satis inconsulte dimiserant, bello recuperauerunt, anno post exitum quartodecimo, Sueuis alijs occisis, alijs expulsis.

Bellum inter Saxones sit & Sueuos.

Vnde nomẽ Westualen / qui & Longobardi apud Ptolomeum.

Vrbs VVestualorum Mediolanũ, nũc Mõnster.

Ex eo tempore Saxones memorati, de Longobardia in Germaniam reuertentes, dicuntur *Westualen*, id est, occidentales Galli, vsque in præsentem diem, cum tamen veri sint Saxones atque Germani. Vrbem construxerunt in medio regionis suæ nouam, quam *Mediolanum* alterius in Longobardia recordatione nuncuparunt, in qua nunc episcopalis est sedes ecclesiæ Monasterienſis. Vnde scriptores nonnulli hos Saxones siue Westgallos, etiam nominauere Longobardos, propterea quod mores eorum & ritus in Saxoniam euexerunt.

Bellum Sigeberti regis contra Hilpericum fratrem.

Anno Hilperici regis quinto, rex Austrasiæ frater eius, memor iniuriarum, quas ab eo susceperat, cum anno priore absens à regno cum Hunis in Doringia pugnaret, contracto exercitu magno, contrà eum processit ad bellum. Vrbem Suessionis, regni sedem Hilperici fratris occupat. Theodobertum filium eius captum exilio damnat, ipsum Hilpericum victum prælio fugat, & omnia quæ prius abstulerat iterum sibi recuperat, magnamque regni eius partem vsurpat.

Brunia, quæ & Brunihildis, fit vxor regis Sigeberti, Huni deuastauerunt Doringiam.

Eodem anno Sigebertus rex ducit vxorem Bruniam siue Brunihildem, filiam Athanagildi regis Wesogothorum (vt supra dictum est) qui regnabat in Hispania.

Anno Hilperici regis Francorum septimo, iterum Huni deuastant Doringiam, & magicis artibus magna gesserunt. Contra quos rex Francorum Sigebertus processit ad prælium, & eorum incantationibus pene fuisset delusus & victus: sed Christi nomine prudenter inuocato, stetit fortiter, pugnauit viriliter, & vicit finaliter, cum quo Huni contracto fœdere in sua redierunt.

Longobardi qui & VVinuli, Papiã capiunt.

Anno sequenti Winuli, qui & Longobardi, Papia ciuitate, post triennii obsidionem, per deditionẽ capta, præter Romam & Rauennam pene totam in breui obtinuerunt Italiã, & nullo resistente potenter vbiq; dominabantur.

Anno

Anno Hilperici regis nono, indictione Romanorum sexta, moritur frater eius Heribertus, rex Francorum, qui regnabat in Neustria vrbe Parisiorum sine liberis. Anno Hilperici regis Francorum decimo, Alboinus rex Longobardorum, à quodam armigero suo tali occasione fuit peremptus. Anno dominicæ natiuitatis quingentesimo quadragesimo septimo, indictione Romanorum decima, temporibus Lotharij magni regis Francorum, Alboinus ipse rex memoratus, bellum habuit cum rege Gepidarum Chunimundo, in quo ab vtraque parte sexaginta millia hominum ceciderunt. Vbi & Alboinus Chunimundum peremit, & ex testa capitis eius poculum sibi ad bibendum fecit aptari, quo maxime vti consueuit in diebus gaudiorum & natalitiorum. Filiam quoque eius captiuam sibi duxit vxorem. Cumque anno Hilperici prænotato, die quadam solenni hilarior inter pocula factus, vxori patris cerebellum porrigeret, dicens: *bibe cum patre tuo*, illa fœminco accensa furore, regem per armigerum eius proprium nocte dormientem fecit occidi. Post cuius interitum Cleb subrogatus in regno, regnauit annis duobus: qui post biennium defuncto, Longobardi sub ducibus fuerunt annis decem.

Heribertus rex Neustriæ Parisiis obiit.

Alboinus rex Longobardorum occiditur.

Rex Gepidarum Chunimundus occiditur.

Alboinus Rex Longobardorum occiditur.

Hilpericus rex Francorum, anno regni sui tertiodecimo, indictione Romanorum decima, Sigebertum fratrem suum, regem Francorum, in Austrasia, nimis & per se, & per Theodobertum filium suũ vrget, molestat, & inquietat. Vnde sequenti anno Hilperici regis XIIII. dominicæ autem natiuitatis D. LXXVIII. bellum inter eos crudele fuit exortum, in quo Theodobertus Hilperici filius perimitur, & plures ab vtraque parte Francorum occiduntur.

Sigebertus rex Francorum apud Austrasios.

Post hæc Franci, quibus dominabatur Hilpericus, exosum habentes ipsum dominũ suum, communi deliberatione concluserc, Sigebertum fratrem eius, qui mitioris videbatur ingenij, super se regem constituere. Quod cum Fredegundis vxor intellexisset Hilperici, missis duobus pueris Sigebertum regem insidiose fecit occidi, anno dominicæ natiuitatis prænotato.

Conspiratio Francorum contra Hilpericum regem.

Anno sequenti Hilpericus rex Francorum, Brunihildem relictam fratris sui Sigeberti cum filijs in exilium ire compellit, cuius odio fœminæ laborabant Franci pene omnes, quæ licet multa nimis abureretur insolentia, Dei tamen ecclesias honorabat. Plura quoq; monasteria construxit, ædificiaque admirandi operis diuersa in varijs locis à fundamentis noua constituit.

Rex Sigebertus occiditur dolo Fredegundis.

Brunihildis cum filijs in exilium agitur.

Anno Hilperici regis Francorum XVII. duces Longobardorum Galliarum fines deuastare cœperunt, quibus Franci occurentes in multitudine copiarum magna & forti, plura cum eis prælia dubio marte commiserunt, aliquando victi, nonnũquam etiam victores. Postremo tamen Franci triumpharunt.

Bellũ Francorum cum Longobardis.

Hilpericus rex Francorum anno regni sui post patrem vicesimotertio, Fredegunde vxore sua procurante, occiditur, anno Dominicæ natiuitatis quingentesimo octuagesimoseptimo, indictione Romanorum quinta, filium relinquens vnicum, nomine Lotharium iuniorem, infantem quatuor mensium, qui successit in regno.

Hilpericus rex dolo & vxoris propria perimitur.

QVINQVAGESIMVS.

LOTHARIVS ex Fredegunde viricida filius, cum esset infans quatuor mensium, patri substitutus regnauit annis quadraginta quatuor, sub tutela & moderamine genitricis incipiens, cuius regni anno secundo Antharius post exactos duces Longobardorum rex, Theodolindam filiam Garibaldi regis Bauariæ duxit vxorem, cui beatus papa Gregorius postea quatuor libros dialogorum, vt mulieri singularis deuotionis transmisit.

Lotharius adhuc infans regnauit ann. 44.

Theodelinda regina Longobardorum.

Anno Lotharij regis Francorum quinto, indictione Romanorum X. sanctus Gregorius papa primus ex monacho & leuita Romæ ordinatus est, qui multa scripsit, dixit, & fecit pro honore ad ecclesiæ sanctæ vtilitatem.

Gregorius ex monacho papa primus.

Eodem quoque anno, Anthario Longobardorum rege sine liberis mortuo, Longobardi permissa Theodolindæ reginæ optione sibi virum & Italiæ regem eligendi, Agilulfum sibi regem esse voluit, simul atque maritum: qui deinceps annis XXV. super Longobardos strenue regnauit.

Agilulfus fit rex Longobardorũ.

Anno Lotharij regis Francorum octauo, indictione Romanorum XIII. obijt Garibaldus, rex Bauarorum, pater Theodolindæ reginæ Longobardorum memoratæ, post quem Hildebertus rex Francorum, in regem Bauariæ constituit ducem quendam nomine Thassilonem, ex Francorum genere procreatum, qui Sorabos (qui Sclaui, sed postea Boemi sunt dicti) bello superauit.

Garibaldus rex Bauariæ meritur.

Thassilo fit rex Bauariæ sub rege Francorum.

Longobardi fines deuastant Romanorum.

Sequenti anno Agilulfus rex, Romanorum fines depopulaturus ingreditur, sed a-
gente Theodolinda Longobardorum regina, quæ vxor fuit ipsius Agilulfi (vt diximus)
non multo post fœdus cum eis amicitiæ contraxit. Monasterium tamen sancti patris no-
stri Benedicti abbatis in monte Cassino intrantes spoliauerunt, & destruxerunt, eodem
tempore monachis Romam fugientibus.

Monasterium Cassinense à Longobardis destruitur.

Anno Lotharij regis Francorum decimo, indictione Romanorum xv. obijt Gun-
thramus rex Francorum, filius Lotharij magni secundogenitus, & nepos Clodouei regis,
anno regni sui XXXIII. Aurelianis, non sine opinione sanctitatis: cuius regnum cessit eius
fratrueli Hildeberto legatione testantis.

Gunthramus rex Aurelianis moritur.

Franci cum Westgothis fœdus ineunt.

Anno sequenti Richaredus, rex Wisogothorum, cum regibus Francorum fœdus
iniit, & sororem regis Hildeberti iam dicti sibi vxorem copulauit. Eodem anno, vicesima
prima die mensis Nouembris, obiit sanctus Columbanus abbas, presbyter, & doctor Sco-
torum & Pictorum, qui posteris suis plura monumenta sanctitatis reliquit, præterquam
quod rustica simplicitate pascha dominico die deberi celebrare, & nunquam alia die, ne-
que didicit, neque docuit.

S. Columbanus abbas obiit.

Hildebertus rex Aurelianensis moritur.

Anno Lotharii regis Francorum XIII. obijt Hildebertus rex Francorum Aurelianis,
qui filius erat Sigeberti regis, qui fuit Lotharii, qui fuit Clodouei primi regis Christiani.
Reliquit autem filios duos, Theodobertum, & Theodoricum, qui regnum inter se diui-
sere paternum, quorum auia Brunichildis dissensiones multimodas seminauit. Anno
igitur Dominicæ natiuitatis sexcentesimoquinto, indictione Romanorum octaua, qui
fuit annus regni Lotharij octauusdecimus, Theodobertus, & Theodoricus, iam dicti
fratres, Brunichilde auia concitante furorem, quæ Theodorico fauttix, incredibili odio
Theodoberti laborabat, bellum inter se commiserunt atrocissimum, in quo plusquam
triginta millia pugnatorum ceciderunt. Angelus quoque domini euaginatum tenens ac
vibrans manu gladium in aere super populum, visus est à multis qui affuerunt.

Bellum sit inter fratres Francia reges atrocissimum.

Angelus in aere visus cum gladio.

Theodobertus fugit à bello in Coloniam.

Postremo Theodobertus inferior factus, cum aliter non posset, salutem fuga quæsi-
uit: quem Theodoricus frater vsque ad Coloniam Agrippinam persequens, eius milites
pariter fugientes itinere toto indesinenter cædebat. Theodobertus vero Coloniam in-
gressus, portas vrbis mox claudi præcepit. Quem (sicut dictum est) Theodoricus frater in-
secutus, Coloniam per gyrum vallauit. Ciues ad mœnia conuolantes murorum, ea quæ
fuerant pacis, à Theodorico rogabant. Quibus ille respondit: *A me pacem nunquam habe-*
bitis, nisi prius amputatum fratris mei caput ad me foras de muro proyciatis: quod si facere detrectaue-
ritis, hinc non discedam, donec obtenta violenter ciuitate, omnes vos cum domino vestro, paruulis, &
vxoribus perdam.

Theodoricus rex, fratrem vsque ad Coloniã persequitur.

Colonienses proprio regi suo caput amputauerunt.

Quibus auditis, nimium sunt territi ciues, & habito inter se consilio, tandem ne o-
mnes perire contingeret, amputatum Theodoberti regis domini sui caput foras per mu-
rũ Theodorico impio fratri (sicut iusserat) proiecerunt, suis quidem tunc præsentibus, pa-
cem in sanguine proprii regis turpiter comparantes. Factus itaque victor in sanguine fra-
tris truculentus rex Theodoricus, Coloniam intrauit cum pace, ipsamque vrbem & ciues
cum vniuerso fratris Austrasiorum regno in deditionem accepit: qui & ipse tandem vene-
no Brunichildis auiæ (quemadmodum suo loco dicemus) interijt, hæredibus priuatus.

Theodoricus rex Coloniam fratre interfecto ingreditur.

Theodobertus autem rex miserabili sorte peremptus, tres filios, & vnam (vt legitur) spe-
ciosissimam filiam reliquit; Sigebertum videlicet, Gunthramum, & Lotharium. Nomen
filiæ nusquam reperi. Rex vero Theodoricus Coloniam ingressus, præscriptos duos iu-
niores fratris filios Gunthramum Lotharium que, & sororem eorundem ad ciuitatem
Metensem misit captiuos, quibus crudelis auia Brunichildis occurrens, nimioque succen-
sa furore, in odium genitoris occisi, super eos irruit, & nepotes adhuc paruulos manu pro-
pria interfecit: quæ & ipsa paulo post male interiit. Sigebertus autem, natu maior Theo-
doberti filius, quorundam auxilio ciuium submissus per murum secretissime Rheno
transmisso in habitu scholari aufugit, venienque in Franciam orientalem, apud cogna-
tos suos, Godfridum, & eius filium Genebaldum tertium, duces Francorum, circa Menũ
& Wirciburg principantium, aliquot annis latuit incognitus. Qui tandem post obitum
regis Theodorici, principum interuentu, ducatum in Alemania superiore, quæ nunc di-
citur Heluetia, donatione regis Lotharij accepit: sed neque nomen regium, neque diade-
ma portare more parentum suorum permissus est. Et mansit sub ditione regum Franco-
rum. Filium genuit nomine patris sui Theodobertum.

Brunichildis nepotes suos peremit.

Sigebertus filius regis fugit ad orientales.

Sigebertus fit dux Alemannorum Heluetiorum.

Theodoricus rex Austrasiã moritur.

Anno regis Lotharij XXXI. Dominicæ vero natiuitatis CCCCCCXVIII. indictio-
ne Romanorum sexta, Theodoricus rex Austrasiæ veneno Brunichildis auiæ suæ Metis
interijt.

interijt, anno regni sui nonodecimo. Cuius regnum Lotharius, Hilperici filius iam dictus, accepit, & sic iuxta vaticinium, quod ei sanctus Columbanus olim prædixerat, monarcha totius regni Francorum euasit, & solus deinceps annis XIII. regnauit. Contra quē filij regis Theodorici, Brunichildis instinctu, mouentes exercitum, victi sunt, & ipsa malorum incentrix omnium Brunichildis capta, & cum Eudolina Theodorici regis filia Lothario præsentata, procerumque condemnata decreto, mortis accepit horrendæ sententiam. Nam vno pede & brachio altero mulctata, & ad caudam equæ indomitæ colligata, membratim violento extractu discerpta est: quam reges decem extinxisse ferebant.

Lotharius fit monarcha regni totius Francie.

Brunichildis decem regum interfectrix occiditur.

Lotharius igitur super totius regni Francorum, quod prius in quatuor erat diuisum, monarchiam sublimatus, cum tam latum dominium solus vtiliter gubernare non posset, prouincias comitibus de antiqua regum prosapia descendentibus commendauit. Palatij regalis, comitem siue præfectum constituit Guarnerium, nobilem & valde præmienētem virum. Burgundiam vero commisit cuidam Harponi gubernandam, qui & ipse comes erat de Francorum regum vetustissimo genere procreatus.

Lotharius monarcha regnum cōmisit comitibus.

Guarnerius maior domus.

Harpo comes Burgundiæ constituitur.

Radoni quoque nobilissimo comiti Austrasiam commendauit, in qua sunt vrbes nominatissimæ, Treueris, Metis, Leodium, Colonia, & populi Moiellani, Lucenburgij, Austrasij, Euphalij, Namercij, & alij plures.

Rado Comes Austrasiæ constitutus est.

Genebaldo eius nominis tertio duci Francorum in oriente apud Marcopolim, quæ nunc ab adiacente in monte sanctæ Mariæ castello, Wirtzburg nominatur, commisit Moguntiam, Wormatiam, Spiram, & populum earundem regionum: qui Francofurt villam iuxta Mœnum erexit.

Genebaldus dux Megūtinus fuit.

Marcopolis, nunc Wirceburg dicitur.

Pippino autem (qui filius erat Ansegisi ducis, & frater sancti Arnulfi, Metensis episcopi, comes quoque Namurci, & dux Britanniæ, à quo Palatini, comites Rheni, & Bauariæ duces, qui hodie viuunt numero decem & octo, quos ego noui, præter fœmellas, descenderunt omnes ex parte matris, videlicet Gertrudis, filiæ Henrici comitis Palatini, Heidelbergæ commorantis, quæ nupta Othoni Bauariæ duci, dominicæ natiuitatis anno millesimo ducentesimo vicesimo quinto, principatum Bauariæ & Palatinatus coniunxit vtrumque) rex Lotharius commendauit inferiorem siue Aquilonarem Franciam omnem, hoc est, Tornacenses, Atrebatenses, Morinos, Tarauanos, Cameracenses, & quicquid interiacet eis, præter Namurcensem comitatum, & ducatum Brabantiæ, qui iuris erant memorati Ansegisi. Sigeberto duci, filio quondam Theodoberti regis Francorum in Austrasia, cui (vt diximus) Colonienses amputauere caput, rex Lotharius procerum interuentu duci creato, commisit Alemaniæ vrbes, Curiensem, Lusannensem, Sedunensem, Constantiensem, Basiliensem, & populos circumsedentes, Alemanos, Rauricos, Heluetios, & ad Rheni ortum commorantes.

Palatinorū comitum & Bauariæ ducū origo.

Palatinatus & Bauariæ ducatus cōiungitur.

Sigebertus dux Francorum in Alemania fuit.

Lotharius rex Francorum, anno regni sui XXXII. indictione Romanorum septima, Longobardis tributum duodecim millium florenorum auri, quod Francis quotannis tenebantur pendere, confœderatione præmissa relaxat.

Longobardi Francis tributarij fuerunt.

Anno Lotharij regis Francorum tricesimo octauo, indictione Romanorum tertiadecima, obijt Guarnerius, Palatij comes, siue maior domus Francorum: post quem Ansegisus, filius sancti Arnulphi Metensis episcopi, monachi, eremitæ, prius vxorati, maior domus Francorum factus, Pippino filio, simul & ipso sancto Arnulpho, ipsum fideliter adiuuantibus, tenuit principatum. Pippinus maior postea domus, qui & *senior* est dictus, filius memorati fuit Ansegisi, qui fuit sancti Arnulphi. Qui fuit Ansegisi, vel vt alij scribunt, Arnoldi senioris. Qui fuit Amberti, cognomento Nicanoris, ex Blidehilde filia Lotharij, regis primi Clodouei natus. Qui Ambertus fuit Sigeberti ducis. Qui fuit Priami ducis. Qui fuit Heriberti ducis. Qui fuit Leontij ducis. Qui fuit Merouei ducis. Qui fuit Dioclis ducis. Qui fuit Sunnonis ducis. Qui fuit Genebaldi ducis. Qui fuit Dagoberti ducis. Qui fuit Marcomiri regis Francorum. Qui fuit Clogionis regis. Qui fuit Theodomeri regis. Qui fuit Richimeri regis. Qui fuit Clodomeri regis. Qui fuit Dagoberti regis. Qui fuit Waltheri regis. Qui fuit Clodii regis Qui fuit Bartheri regis. Qui fuit Hilderici regis. Qui fuit Sunnonis regis. Qui fuit Pharaberti regis. Qui fuit Clodomeri regis. Qui fuit Marcomeri regis. Qui fuit Oodomari regis. Qui fuit Richemeri regis. Qui fuit Ratheri regis. Qui fuit Anthenoris regis. Qui fuit Clodomeri regis. Qui fuit Marcomeri regis. Qui fuit Clogionis regis. Qui fuit Franci regis, à quo prius Sicambri dicti sunt Franci. Qui fuit Anthatij regis. Qui fuit Cassandri regis. Qui fuit Merodaci regis. Qui fuit Clodomeri regis. Qui

Wernher maior domus meritur.

Pippinus filius Ansegisi postea maior domus.

Lineæ generationis Caroli magni, & ducum Brabantiæ simul atque Bauariæ.

Comitum quoque Palatinorū simul.

Comitum Namurcensium generatio.

Qui omnes de antiqua stirpe regum Francorum descenderũt vsque ad istos.

fuit Anthenoris regis. Qui fuit Clodij regis. Qui fuit Marcomeri regis. Qui fuit Nicanoris regis. Qui fuit Clodomiri regis. Qui fuit Basangot regis. Qui fuit Dioclis regis. Qui fuit Heleni regis. Qui fuit Priami regis. Qui fuit Antenoris regis. Qui fuit Marcomiri regis, qui Francos de Scythia duxit in Germaniam. Pippinus autem senior genuit Carolum Martellum: & ille genuit Pippinum iuniorem, maiorem domus Francorum, & regem post Hildericum. Numerantur itaque à rege Marcomiro primo vsque ad regem Pippinum Caroli Martelli maioris domus & sanctæ Gertrudis patrem, generationes vna & quinquaginta per cursum annorum quinquagintanouem supra mille.

A Marcomiro vsque ad Carolum Magnum, generationes 54.

Lotharius autem rex anno regni sui XLI. qui fuit dominicæ natiuitatis annus sexcentesimus vigesimusoctauus, indictione Romanorum prima, Dagobertum ex Bertrude regina filium suum, regem constituit Austrasiæ, subijciens ei Metim, Treuerim, Coloniam, Leodium, Tornacum, Atrabatum, Tungros, Tarauanos, Morinos, & quicquid inter mare fuit occidentale, Anglicum, Septentrionale quoque & Rhenum. Quem sancto Arnulpho Metensium Episcopo, & Pippino Namurcensium comiti, Brabantinorumque duci nobilissimo instruendum dirigendumque instantius commendauit. Sedem regni more veterum Austrasiæ regum Dagobertus in prædicta Metensium vrbe locauit, regnumque Francorum tam per se, quam per Duces & comites bene disposuit.

Dagobertus filius regis Lotharij fit rex Austrasiæ.

Arnulphus Metensium Episcopus.

Pipinus dux.

Anno sequenti Saxones in rebellionem sublati, consuetum Francis tributum negabant. Quapropter Dagobertus rex, contractis suorum copijs, exercitum mouit in rebelles, & bellum gessit cum Berthulfo Saxonum duce, à quo primo congressu fuit grauiter vulneratus. Quod celeri nuncio referente audiens Lotharius pater, qui tunc erat in Ardemia, confestim, Rheno apud Nouesium transmisso, in auxilium filio properauit. Innouatur prælium, ab vtraque parte, dura sorte pugnatur. Postremo tamen Saxones, eorum duce Berthulfo à Francis perempto, superati sunt, & salutem fugâ quæsierunt.

Expeditio regis Dagoberti contra Saxones.

Berthulfus dux Saxonum occiditur à Francis.

Saxones sub tributum Francorum reuocantur.

At rex Lotharius cum Francis insecutus fugientes, miserabili eos clade prostrauit, nulli parcens, sed omnes qui gladij eius longitudinem excedebant, gladio peremit: gentem vero quæ per Saxoniam remanserat, ad subiectionem Francorum reuocauit, & tributum quingentorum boum eis imposuit.

Lothar. rex Francorum iuniormoritur.

Post hæc anno dominicæ natiuitatis sexcentesimo tricesimo primo, indictione Romanorum quarta, obijt Lotharius iam dictus rex Francorum, anno regni sui quadragesimoquarto, relinquens de vxore prima, quæ Bertrudis dicebatur, filium, nomine Dagobertum, qui successit in regno. Prima vxore mortua duxerat secundam nomine Sighildem, quæ peperit Heribertum.

Lotharius rex Francorum iunior moritur.

Sighildis mater Heribarti.

QVINQVAGESIMVS PRIMVS.

DAGOBERTVS regis Lotharii maior natu filius, patri succedens in regno Francorum, anno Dominicæ natiuitatis prænotato, regnauit annis quatuordecim, & prius in Austrasia (sicut dictum est) annis tribus, patre adhuc viuente: & sic omne tempus quo regnauit anni fuerunt decem & septem.

Dagobertus regnauit annis XV.

Heribertus autem frater Dagoberti ex patre, sed alia matre natus (vt dictum) in diuisione regni Aquitaniam, Tholosam, & alias vrbes, quæ intra Pyrenæos montes & Ligerim continentur, in possessionem hæreditatis accepit, ea videlicet conditione, quod in cæteris regnis Francorum nihiluris sibi debeat vsurpare. Qui sedem regni sui primariam Tholosæ constituit. Quarto post hæc anno belli occasione captata, Vascones in deditionem accepit.

Heribertus frater eius regnat in Aquitania.

Rex Dagobertus monasterium sancti Dionysij martyris à fundamentis nouum construxit, quod multis prædijs, rebus & possessionibus ditauit, licet non sine iniuria quarundam ecclesiarum, quas vi adhibita multis spoliabat ornatibus tanquam diui Dionysij omnia deberentur obsequijs, tam iure quam iniuria conquisita. Templum construxit eiusdem cœnobij omnino pulcherrimum, quod argento solido erat tectum, in quod corpora memorati martyris & sociorum eius de Catulico vico translata in thecam auream collocauit, ipsoque parietes ecclesiæ intrinsecus tapetibus, margaritis, & vnionibus decentissime intextis, pulcherrime decorauit, & locum monachis incolendum dedit nostri ordinis.

Monasterium sancti Dionysij fundatur in Gallia.

Gertrudis regina sterilis repudiatur.

Vxorem primo habuit Dagobertus nomine Gertrudem, quam propter sterilitatem repudiauit, superduxitq; alteram, cui nomen erat Nanthildis. Plurimas denique legitur habuisse

habuisse concubinas,& comitabantur eum quocunque pergebat pellicum cateruæ, præter eas quas compluribus in locis comptas & reginarum instar ornatas alebat. Obnitebatur tamen eius turpibus factis haud mediocriter Pippinus maior domus, siue comes Palatinus,qui & dux Brabantiæ fuerat,simul & Namurci comes, & nepos sancti Arnulfi, ac pater sanctæ Gertrudis virginis & monialis Niuellis in Brabantia:nec vsque quaque sinebat regem per tot vitia pro suo arbitrio tam libere defluere.

Rex Dagobertus nimis luxuriosus.

Pippinus maior domus Francorum.

Anno Dagoberti regis secundo, qui fuit dominicæ natiuitatis sexcentesimus tricesimus tertius,vxor eius Nanthildis peperit ei filium,qui Sigebertus est nominatus. Hic infans x l. dierum, cum à sancto Amando episcopo baptizaretur, tacentibus cunctis ipse *Amen* clara voce respondit.Hunc Sigebertum eius patruus Heribertus, qui Tholosæ regnabat,de sacro baptismatis fonte leuauit.Mortuo autem post aliquot annos rege Heriberto,non diu postea etiam eius filio nomine Hilperico, monarchia totius regni Francorum ad Dagobertum reuersa est,pluribus semper tendentibus in vnum,rursusque pluralitate filiorum confundentibus vnitatem.

Infans 40. dierum cum baptizaretur respondit Amen.

Monarchia regni Francorum ad Dagobertum conuertitur.

Mortuo rege Heriberto, Vascones Francis obtemperare & subesse contemnunt, quos bello petens rex Dagobertus ad subiectionem compulit.

Vascones superantur à Francis.

Eodem tempore Dagoberto regi Francorum & successoribus eius in perpetuum se, omnemque Britanniæ Armoricæ populum subiecit Nidicahil, qui ducarum eiusdem Britanniæ tenebat, imminentis belli comminatione perterritus. Sclauos etiam Sorabos,qui nunc dicuntur Boemi,rex Dagobertus bello aggressus vicit, superauit, & Francis subiectos tributariosque fecit.

Britannia nona subiicitur Francis iterum.

Sorabi Sclaui, nunc dicuntur Boemi.

Si Dagobertus iste, rex Francorum magnus, insigne quondam & exemptum illud regaleque monasterium nostri ordinis in oppido Wysenburg Spirensis diœcesis fundauit (de quo plerosque audiuimus dubitantes) mihi videtur quod hoc factum anno tertio post mortem patris eius historiæ consonet.& non vicesimo tertio, cum annis duntaxat regnauerit quatuordecim,licet quidam auctores incerti aliter sensisse videantur: cui supputationi temporum concordat numerus annorum dominicæ natiuitatis sexcentesimus tricesimusquartus, qui fuit annus tertius Dagoberti regis Francorum memorati: sextus vero regni eius super Austrasiam, & non vicesimusquartus, quemadmodum legimus in rescriptis ipsius Dagoberti,quæ veræ sint an falsæ, quomodo scire poterimus,nisi architypum earum videamus? Huius dubitationis nodum explicare cupientes, exemplar literarum ponamus.

Opinatio de fundatione monasterij Wysenburgensis.

Annorum supputatio non concordat cum historia.

Dagobertus diuina fauente clementia, Francorum rex,omnibus regni suiprimatibus, imo cunctis fidem Christianam profitentibus,tam futuris quam præsentibus. Votum quo Deo vel sanctis eius se quis obligauerit, sine macula reatus irritum fieri non poterit: & quanto maior & dignior est is, cui vouetur,eo ferietur grauiori iudicio,vouentis & non reddentis præsumptio. Debemus igitur & volumus nos quoq; reddere,quod vouimus domino, Deo terribili,& ei qui aufert spiritus principum,terribilis apud omnes reges terræ. Qui qualiter in brachio suæ virtutis & nos terruerit, & qualiter percutiẽs & sanãs rursus nos visitauerit,omnibus ad exemplum correctionis notum fieri duximus, præcipue vt quisq; fidelis audito nostro periculo ab ecclesiarũ Dei vastatione se contineat, & honorẽ congruum reddat Deo dicatis exhibeat. Primum ergo de diuina super nos habita terribiliter examinatione, postea de voto & voti nostri redditione breuiter exponemus. Patre meo Lothario,felicis memoriæ, defuncto, patrii regni curam suscepi,sed viuendi ductus leuitate, dominãdique cupiditate distractus, regalis officii debitum neglexi, nihil exhibens commissis sollicitudinis vel diligentiæ,nihili faciens, vel iudicans mansuetudinis aut zelo iustitiæ.Inter alios excessus meos, ecclesiarum Dei destructor & dissipator esse cœperam,quarum defensor & sublimator esse debueram,nec diuinæ maiestatis oculos, nec hominum veritus acclamationem.Tandem Dei benignitas obstinatæ mentis superbiam conterens, virga correptionis iniquitates meas visitauit,& castigato mihi veniam non negauit. Nam raptus in sublime, diuinæque maiestati inter choros sanctorum in habitu iudicantis sedenti præsentatus, à sanctissimis ecclesiarum patronis, pro rebus ecclesiasticis perrapinam distractis à me & consumptis,grauiter & constanter sum accusatus,maxime à sanctissima Dei genetrice Maria, & beatissimis Petro & Paulo Apostolorum principibus.Cumque conscientiâ grauatus,non auderem delicta defendere, ex arbitrio præsidentis pœnæ sum addictus;diuque cæso & pœnis atrocibus confecto occurrit mihi tandem specialis patronus meus martyr Dionysius, qui precibus suis instantis pœnæ dilationem mihi & pœnitentiæ tempus obtinuit.Idem ipse, quasi modum statuens pœnitentiæ, in hoc mihi spem plenæ posuit indulgentiæ,si ad honorem Dei & sanctorum prædictorum,quos magis offenderam, domum diuinis aptam seruitiis construerem. Qua promissione libens vouí,dimissusque à superis redii. Igitur sub certa spe remissionis & indulgentiæ peccatorum nostrorum, reddentes alacri studio votum quod fecimus, eccle-

Exemplar literarum fundationis dicti monasterij,& exemptionis.

Narrat se Dagobertus raptũ fuisse in cœlum.

Excessus suos rex Dagobertus enumerat.

Se iudicanti Deo præsentatum asserit.

Vouit monasterium construere.

siam in honorem sanctæ trinitatis, & sanctæ Mariæ perpetuæ virginis, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, in loco, qui dicitur Wyssenburg, construximus, quam sublimare, & regali munificentia ditare decreuimus. Donamus ergo ei, & imperpetuum datum esse volumus, de rebus fisci nostri illic adiacentibus, quicquid ad nos spectat, tam in villis, quam mancipiis, syluis, vineis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus; & omnia hæc in vsum fratrum ibidem sub monastica professione Deo seruientium libera traditione redigimus. Et vt huius nostræ donationis auctoritas in omne tempus perseueret stabilis & firma, terminos, & circumiacentium nomina locorum subnotare curauimus. Versus orientalem plagam extenditur marcha, quam tradidimus, vsque ad Marchenhofen, & ad Aldenherden, & inde ad Geboldesvvege, & inde subter vadum Lutræ, & inde Buozdingeshorste, & inde ad limitē, qui stat in summitate vallis Inuenesdal, & inde ducit ad meridianam plagam super Warspach, & inde ad Bodemlose stompha, & inde ad Sebach, & inde ad Kirchdale, & inde ad Ingoldeshare, & inde ad syluosos montes vsq; ad Bedebur. Ad occidentalem vero plagam, vsque ad Lautenbach, & Bernbach, & inde ad Belebach, & inde ad Gruneburnen, & inde ad Otterichescheyt. Ad septentrionalem plagam vsque ad Eichenberg. Locum autem ipsum, quem singulari dilectione amplectimur, nunc & deinceps ab omni seruitutis oppressione liberum sub regali volumus esse tuitione, ita videlicet, quod nullus publicus iudex, nullus ex iudiciaria potestate, quicquam potestatis vel negotij in ipsa marcha sine patris monasterii licentia exercere, vel habere præsumat: nec homines ipsius loci constringere, vel ad causas audiendas, aut freda, aut tributa soluenda; Postremo, nihil penitus ab eis audeat exigere. Illud etiam pari decreuimus auctoritate, vt nullus pontificum Nemetensis ciuitatis, vel reliquorum episcoporum, aliquam dominandi ibidem, vel quaslibet causas agendi habeant facultatem, sed sub nostræ emunitatis defensione omnia illuc pertinentia pater monasterii cum fratribus suis libere & quiete possideat. Adhæc monetam in se habentem imagines & literas, expressamq; similitudinem Nemetensis monetæ, eidem loco concedimus, pariq; nostræ auctoritatis donatione ratum & firmum esse volumus, vt homines eiusdem ecclesiæ, per omnes fines regni nostri libere negotiis suis inseruiant, ita videlicet, vt nulli debitum telonij persoluant. Et nullus iudex, seu quælibet cuiuscunque ordinis persona, in huiusmodi caussa violentiam eis aliquam inferre præsumat. Fratribus autem ibidem Deo seruientibus, vt eo deuotius & tranquillius sanctæ conuersationis ordinem custodiant, liberam inter se eligendi sibi abbatem donamus potestatem. Cui abbati, omnibusq; sibi succedentibus, hoc speciale concedimus priuilegium dignitatis, vt in ordinem & ius possit promouere ministerialium, quemcunq; de familia tali honore dignum iudicauerit. Omnes etiam ministeriales eiusdem ecclesiæ ex dono abbatis * accipiant beneficium, soliq; abbati seruiant: nec aliquam potestatem super eos aduocatus exercere audeat, nisi forte ex aliqua inobedientia, quasi rebelles, illos ministeriales constringendos abbas aduocatum inuitet. Reliqua vero familia, legitimo loco & tempore, ter in anno, pro iustitia facienda ad placitū aduocati debet conuenire, & in seruitium aduocati, si præsens est, singuli singulos denarios soluere, exceptis his qui sunt in emunitate. Quod si in his placitis absens fuerit aduocatus, nihil ei ex his denariis debetur, nisi in seruitio regis esse probetur. Vt autem hæc nostra traditio, & iuris & concessæ dignitatis institutio, stabilis & in conuulsa iugiter permaneat, chartam hanc conscriptam adiectione sigilli nostri roboratam signauimus. Datum quod fecimus in ipso monasterio, mense Maio, die vndecima, anno regni nostri vicesimotertio, in Christi nomine feliciter, Amen.

Donatio regis pro cœnobio Wissenensi.

Situs donationis.

Monasterium vult esse exemptum.

Monetam ad instar Spirensis monasterio concedit.

Cœnobij homines vult esse liberos.

Eligendi sibi abbatem libertas monachorum.

Ministeriales sibi creare potest abbas.

* al. ex domino abbate.

Ministeriales soli obedi nt abbati.

Ius aduocati super familiam exprimit.

Anno Dom. DCXXIIII.

Indictione XII.

Dissentia temporis generat dubitationem.

Lotharius adhuc vixit anno 624.

Optimo Trithemio mo nasterij fundatore.

S. Eligius aurifaber & episcopus.

S. Remaclus ex monacho Episcop. nostri ordinis.

Plures hoc genus fundationes & donationes ab hoc Dagoberto rege factas, inuenies apud Franc. de Rosi. in Stemmat. Lotharing. inter præmissa diplomata Regum & Principum: nec non apud Bruschium in Monasteriis.

Nihil in his literis, qp mihi de fundatione memorata dubiū ingerat, reperio: sed quia tēpus conscriptę huius paginæ cū supputatione annorū domini secundū Sigebertum monachū Gēblacensem, Rupertum quoq; Gaguinū, & plerosq; alios historiarū diligentissimos scriptores nō concordat, vnde id prouenerit, ignoro. Nā si dictis historiographis fides adhibēda est, cōstabit manifeste Lothariū patrē Dagoberti adhuc vixisse in humanis, anno domini sexcētesimo vigesimoquarto, quē filius ipse mortuū fuisse asserit, priusq̄ monasterium Wissenburg fundare inceperit. Obijt enim (sicut dictū est supra) rex Lotharius anno Christi sexcentesimo tricesimoprimo, cui mox eodē successit in anno Dagobertus, & regnauit annis quatuordecim. Ergo qui potest nodum soluere, soluat: mihi hac vice aliud persuadere nequeo, nisi qp rex Dagobertus monasteriū Wissenburgense fundauerit anno regni sui tertio, Dominicæ natiuitatis sexcentesimo tricesimoquarto.

Eodē tempore sanctus Eligius in aula Lotharij & Dagoberti regū Francorū potens, & ex fabro aureo mirabili fundauit impensis tā regijs quam suis abbatiam cœnobij nostri ordinis, qp Solenniacū dicitur, in quo monachus ipse fact°, abbatis innocēter gessit officiū, vbi & sanctus Remaclus ex Britannia veniens, se in Christi tyrocinio, sub eo exercitauit.

Sanctus

Sanctus Dado qui & Audoenus, Rothomagensis antistes, & regis Dagoberti cancellarius, intra Briegensem saltum nostri similiter ordinis monasterium constituit, quod Resbacense nuncupant, cui sanctum Agilum primum abbatem constituit, virum Christo amabilem, & multis virtutibus clarum. *Monasterium Resbacense fundatur.*

Rex Dagobertus anno regni sui nono, Sigebertum filium suum, puerum annorum septem, regem Austrasijs designauit, sub tutela & directione sancti Chuneberti archiepiscopi Colonien sis, & Pippini ducis Brabantiæ, comitisque Namurci. *Sigebertus puer septennis fit rex in Austrasia.*

Eodem anno, qui fuit Dominicæ natiuitatis sexcentesimus quadragesimus, indictione tertiadecima, obijt sanctus Arnulfus, Pippini auus, ex maiore domus Francorum episcopus Metensis, & ex pontifice solitarius & eremita. Clodulfus post patrem episcopus Metensis ordinatus, eius sanctitatem imitatur. *S. Arnulfus episcopus Metensis obiit. Clodulfus successit patri.*

Doda, quondam vxor legitima sancti Arnulphi ante pontificatum eius, & materiam dicti pontificis Clodulfi, apud Treuiros inclusa pro Christi amore, quem sibi spōsum elegerat, à marito separata, carnali sanctitate fulgebat. *S. Doda monialis apud Treuerim.*

Anno regni sui vndecimo, Dagobertus rex Francorum contra Windos exercitum duxit. Cui Saxones cum omni alacritate venerunt in auxilium, & congressione facta, Windi à Francis sunt victi, atque sub tributo in seruitutem Francorum compulsi. At vero Saxones, qui Francis annue pro tributo soluebant quingentos boues, opportunitatem consequuti, regem Dagobertum post victoriam accedentes, rogabant, quatenus tributū eis remitteret. Rex autem volens eorum spontaneæ seruituti gratiam refundere, tributum remisit. *Windi superantur à Francis & Saxonibus.*

Post hæc Dagobertus rex Francorum moritur, prima die mensis Februarij, & in ecclesia sancti Dionysij, quam ipse construxerat, sepelitur, anno regni sui quartodecimo, dominicæ vero natiuitatis sexcentesimo quadragesimoquinto, indictione Romanorum tertia.

QVINQVAGESIMVS SECVNDVS.

CLODOVEVS Regis Dagoberti filius, patri succedens in regno Francorum, regnauit annis decem & septem. Nomen matris eius Nathildis. Cuius maior domus, siue comes, seu princeps palatij, fuit vir strenuus nobilissimusque, nomine Erckenvvaldus, antiquissima regum stirpe procreatus. *Clodoueus regnauit annis 17.*

Regnauit autem Clodoueus super Francos per interiorem Galliam, videlicet in Neustria, hoc est, Parrhisiis, Ambianis, Beluacis, Blesis, Remis, Aurelianis, Thuronis, in Aquitania quoque, & in toto regno, quod patris fuerat. *Clodoueus regnauit in Neustria.*

Sigebertus autem frater eius (sicut diximus) regnauit in Austrasia, super Metenses, Treuirenses, Colonienses, Leodienses, Traiectenses, vbi tunc sanctus Amandus erat Episcopus, super Tungros, quoque Morinos, Hollandinos, Frisones, Saxones, Sorabos, Doringos, Bauaros, Sueuos, Alemanos, Cisrhenanos, Argentinenses, Nemetenses, Wormatienses, Moguntinenses, Cynonotos, & Burgundiones. Cuius maior domus, siue princeps fuit palatij, Pippinus senior, filius Ansegisi, & nepos sancti Arnulfi, Namurci comes, & dux Brabantiæ, pater Grunvvaldi, & sanctæ Gertrudis abbatissæ Niuellensis, in ducatu paterno Brabantiæ. *Sigebertus frater eius regnauit in Austrasia. S. Amandus episcopus Maestricht. Pippinus maior domus in Austrasia.*

Cancellarius autem Sigeberti fuit sanctus Chunibertus, archiepiscopus Colonien sis. Erant in plerisque locis siue prouincijs iam nominatis, sub ditione regis Sigeberti, & maioris domus Pippini, constituti reguli, duces, comites, & præfecti, quorum administratione populus regebatur. *S. Chunibertus cancellarius regni Austrasia.*

Irmina virgo sanctissimæ conuersationis, vna ex filiabus regis Dagoberti fuit, & regum prædictorum soror. Huic pater adhuc viuens in vrbe Treuirorum, in palatio suo antiquissimo, quod *Horreum* vocabatur, monasterium puellarum sub regula sancti Benedicti, & ecclesiam in honorem beatæ Mariæ semper virginis construxit, in quo congregationem monialium posuit, quibus matrem & abbatissam dedit eandem filiam suam: quæ multis in vita & post obitum virtutibus, & miraculis claruit: cuius venerabile caput in abbatia Spanhemensi habetur. Huic Irminæ in regimine sanctimonialium cœnobij memorati successit Modesta, cœnobij Romarici alumna, & filia sororis beati Modoaldi, archiepiscopi Treuirorum: post quam Anastasia, & quarto loco Basilissa: quæ inter sanctos omnes sunt relatæ. *S. Irmina fit prima abbatissa in Horreo Treuerensi ordinis nostri. S. Modesta, S. Anastasia, S. Basilissa ibidem abbatissæ.*

Eodem tempore memoratus pontifex Treuirorum Modoaldus, ad cuius instantiam cœnobiū in Horreo (iam dictum) fuit ædificatum, construxit etiam aliud monasterium in palatio vetusto, quod situm fuit in suburbanis Treuirorum, in quo moniales *S. Modoaldus construit plurimum cœnobiorū.*

sub eadem regula sancti Benedicti constituit, quibus Adelam, regis Dagoberti filiam alteram, præfecit.

Cœnobium S. Symphorianis fundatur.

Tertiam vero puellarum sanctam congregationem idem pontifex Modoaldus ad littus Mosellæ iuxta mœnia vrbis Treuirorum, in honorem diui martyris Symphoriani, sub norma sancti Benedicti construxit, vbi sororem suam nomine Seueram, sanctimonialibus matrem & abbatissam præfecit: quæ viuens in omni puritate mentis & corporis, à sanctitate fratris minime degenerauit. Quæ tandem cursu præsentis stadij sanctissime consummato, migrauit ad dominum, in eodem sepulta monasterio sancti Simphoriani martyris, cui deuotissime seruierat. Fuit autem Modoaldus iste (quem alij Rodoaldum scribunt) frater Irhæ vxoris Pippini senioris, & auunculus beatæ Gertrudis virginis. Quæ Itha fundauit in Brabantia monasterium Niuellense monalium, in quo cum filia, mortuo Pippino, deinceps omnipotenti Deo sanctissime seruiuit.

S. Seuera abbatissa prope Treuerim.

Monasterij eius parvum hodie cernitur vestigiu.

S. Modoaldus auunculus sanctæ Gertrudis.

Modoaldus vero sanctissimus Treuirorum præsul, non diu post obitum sororis, etiam ipse in domino quiescens, iuxta eam in ecclesia sancti Simphoriani sepultus est: cui Numerianus in archiepiscopatum successit.

Numerianus succedit.

Sed neque silentio transeundum fuerat, quod rex Francorum Dagobertus, anno dominicæ natiuitatis sexcentesimo vicesimo septimo, indictione Romanorum quintadecima, fundare cœpit monasterium Dologiense ordinis sancti Benedicti, diœcesis Treuirorum, consilio & auxilio beati Modoaldi archiepiscopi, quod Sigebertus rex Austrasiæ, filius eius, consummauit. Et sanctus Pirminius præsul, & monachus, postea pulchrius decorauit.

Dologiense monasterium nostræ ordinis fundatur.

S. Pirminius episcopus.

His temporibus in diœcesi Treuirorum, magnæ sanctitatis viri claruerunt: quorum è numero Paulus erat vnus, qui super montem Gebennam, in opposito ciuitatis Treuericæ, trans pontem Mosellæ fluminis, vitam duxit eremiticam, deinde veniens ad memoratum Dologiense cœnobium, monachus factus est, & postremo episcopus Virdunensis ordinatus, pristinæ sanctitatis normulam in omnibus fideliter custodiuit. Mons Gebenna dictus antea, nomen ab eo suscipiens, Paulimons (vulgariter Paulsberg) nuncupatur vsque in præsentem diem.

Eremitæ plures in diœcesi Treuirorum.

Paulus Eremita.

Mons Gebenna, nunc Pauli mons dictus.

Wandalinus quoque monachus primum in theologia, & postea eremita in eo loco, vbi nunc oppidum ex eius nomine constat, dictum, Ad sanctum Wandalinum, & distat vno duntaxat miliario ab ipso monasterio: vir sanctissimæ conuersationis, qui viuus & mortuus vsque in præsentem diem infinitis coruscat miraculis. Ad cuius tumulum in prædicto oppidulo frequens fit populorum ex deuotione concursus.

Wandalinus monachus & eremita.

Fuit & alius, quasi eodem tempore Wandalinus, monachus & presbyter, discipulus sancti Columbani, & diui Walarici monachi in peregrinatione socius, vir sanctus, & prædicator egregius, qui multos verbo & exemplo conuertit ad Christum, quem recensui, ne duo putentur vnus.

Wandalinus monachus.

Walaricus monachus.

Ingobertus quoque monachus & presbyter, Carilephus monachus & presbyter, Wolffrichus, Bantus & eius frater Beatus, monachi presbyteri, & Wolfi laicus, viri sanctissimi, cum alijs multis in diœcesi Treuirorum his temporibus, vitam duxerunt in eremo solitariam. Sanctus quoque Disibotus monachus & presbyter, in diœcesi Moguntina, in comitatu Spanhemensi duobus à Cruciniaco, & vno à monasterio quondam meo Spanheim miliaribus, eremiticam ducens vitam, in eo loco prope Sobernheim, vbi Nahus & Glanus confluunt, monasterium construxit monachorum, quod eius nomine hodie constat.

Ingobertus, Carilephus, Wolffrichus, Bantus quoq; Beatus eius frater Wolfi laicus, monachi sancti.

S. Disibotus monachus.

Anno Clodouei regis Francorum primo, sanctus Remaclus ecclesiæ Traiactensis ordinatur episcopus, vir multæ eruditionis, & magnæ sanctitatis.

S. Remaclus fit episcopus in Traiecto superiori.

Anno sequenti, qui fuit dominicæ natiuitatis DC. XLVII. indictione Romanorum quinta, moritur Pippinus senior, comes Namurcensis, dux Brabantiæ, Maior domus & Palatinus comes Sigeberti regis Francorum, Metis in Austrasia regni sedem tenentis, pater sanctæ Gertrudis virginis, relinquens filium Grunvvaldum. Patri Grunvvaldus in principatu dom⁹ regię successit annis vndecim, & postea fuit occisus, vt suo dicemus loco. Is filium habuit nomine Hildebertum, de quo etiam dicemus, quemadmodum regem fecerit eum, domino suo in exilium detruso.

Grunualdus fit maior domus anno 11.

Radulfus dux Doringorum superatur.

Anno prænotato Radulfus Doringorum dux, in superbiam erectus, Francis negat consuetum soluere tributum. Vnde Sigebertus Austrasiæ Francorum rex, contractis copijs exercitum mouit in Doringiam, consertisque manibus ducem vicit, & ad solutionem tributi coartauit.

Eodem

Eodem anno sanctus Furseus abbas, de Hibernia pro Christi amore peregrinus venit in Gallias, & à Clodoueo rege susceptus honorifice: Latiniacum cœnobium, nostri nunc ordinis, fundauit, monachosque instituit, quem non multo post, duo fratres eius Foillanus & Vltanus monachi, pari voto peregrinationis sequuti, verbo & exemplo vitæ Gallias illustrarunt.

S. Furseus abbas peregrinus.

Foillanus & Vltanus monachi sancti.

Ex quibus Foillanus dono sanctæ Gertrudis virginis Fossense monasterium postea fundauit, vbi etiam martyrio coronatus in domino quiescit.

Anno regis Clodouei sexto, Sigebertus rex Francorum in Austrasia, de prolis posteritate desperans, duodecim ordinis sancti Benedicti monasteria in Dei honorem hinc inde construxit, cooperante sibi in his Maiore domus Grunvvaldo, & sancto Remaclo Traiectensium episcopo. In quibus Stabulaus & Malmundarium eminebant, quæ sub vno gubernantur abbate. Qui Remaclus non multo post in eodem Stabulensi cœnobio factus est monachus, pontificatum curis plenum resignans, tandemque feliciter quieuit.

Duodecim ordinis nostri monasteria fundantur.

S. Remaclus episcopus in Mastricht.

His etiam temporibus, in Francia Gallicana sanctus Landelinus confessor Christi, qui & Morosus, quatuor memorati ordinis monasteria construxit, Lobiense, Alneiense, Waslariense & Crispiniense, vbi & corpore in domino quiescit, cum Adoleno & Domitiano discipulis.

S. Landelinus confessor Domini.

Eodem tempore cœnobium Floriacense fundatur à Leodeboldo abbate, ad quod non multo post corpus diui patris nostri Benedicti abbatis per Agilulfum monachum de Mõtecassino fertur translatum, eius cœnobio (vt supra diximus) per Longobardos desolato. His contradicunt Itali.

Monasteriũ Floriacense fundatur.

Anno Clodouei septimo, qui fuit dominicæ natiuitatis sexcentesimus & quinguagesimus secundus, Sigebertus rex Francorum in Austrasia, Hildebertum filium Grunvvaldi maioris domus in filium adoptauit, & regnum.

Hildebertus à Sigeberto adoptatur filius.

Sequenti anno sanctus Iudocus regis Britonum filius, contempto regno & mundo, peregrinus & Eremita in pago Pontino requieuit in Christo.

S. Iudocus moritur anno Domini DCLIIII.

Anno Clodouei regis vndecimo, Sigebertus rex Austrasiæ, frater eius obijt, Dagoberto filio suo admodum paruulo, fidei Grunvvaldi maioris domus commendato, vt eius auxilio promoueretur in regnum, quem anno sequenti attonsum per Didonem episcopum Pictauiensem in Scotiam direxit, & Hildebertum filium suum in regem Austrasiorum contra fidem erexit. Franci autem dolentes super tanta infidelitate Grunvvaldi, captum eum præsentant iudicio regis Clodouei Parrhisijs, quem ille vinculatum amara in carcere fecit morte consumi, deiectoque illius filio, Hildericum filium suum iuniorem Austrasiorum regem constituit, & nepotis iniuriam vindicauit.

Sigebertus rex Austrasiæ moritur relicto filio.

Grunuualdus maior domus Austrasiæ captus necatur.

Clodoueus rex Francorum, propter contactum corporis sancti Dionysij minus reuerentem, biennio demens & amens moritur, anno regni sui septimodecimo, Dominicæ natiuitatis DC.LXII. indictione quinta.

QVINQVAGESIMVS TERTIVS.

LOTHARIVS regis Clodouei senior natu filius, post patrem regnauit super Francos annis quatuor, cuius maior domus fuit Ebervvinus (quem Galli, non intelligentes proprietatem nominis, cum sit teutonicum, male scribunt *Ebroinum*) vir impius & sceleratus, destructor ecclesiæ, persequutor cleri, & pontificum nephandissimus interfector, mente superbus, ingenio subdolus, consilio ad scelera promptus, actione peruersus.

Lotharius regnauit annis 4.

Eberuuin impientissimus tyrannus.

Abhinc reges Francorum, vsque ad Pippinum Caroli Magni patrem, per annos ferme nonaginta à solita fortitudine & scientia degenerantes, solo nomine regnabant, nihil dignum regali officio peragentes: sed omnis potestas gubernandi regnum erat penes aulæ principes, qui Maiores domus fuerant nuncupati. Reges autem domi considebant ociosi, nihil agentes vel disponentes, sed comessationi & potationi vacabant inertes. Semel duntaxat in anno ad Calendas Maij procedebant in publicum, & populis spectandos salutandosque exhibebant, sicque redibant domum.

Abhinc reges Francorum solo nomine regnabant.

Omnis administratio regni erat penes maiores domus.

His temporibus Bechtildis regina, mater Lotharij, & relicta quondam vxor Clodouei regis, duo nostri ordinis insignia monasteria fundauit in Francia Gallicana, quorum alterum Corbeia, alterum vero Cale nominatur, in quibus multi sanctissimi doctissimiq; monachi claruerunt.

Monasteria Corbiense & Calense fundantur.

Eodem quoque tempore constructa sunt & alia plura in regno Gallicano, memorati ordinis diui patris nostri Benedicti cœnobia, in quorum numero ista referũtur: Monaste-

Monasteriũ Cellense.

Aliud Altimontense, Monasteria Sonegense, Malbodiense, Hasbasiense fundantur.

rium Cellense, cui præfuit sanctus Gislenus abbas. Monasterium Altimontense, cui præfuit sanctus Madelgarius, qui & Vincentius, ex duce monachus & abbas. Monasterium Sonogense idem Madelgarius fundauit. Monasterium quoque Melbodiense idem construxit. Monasterium Hasbasiense sanctus Trudo fundauit, vbi & sepultus est.

S. Gertrudis moritur an. DCLXIIII.

Anno regni Lotharij regis Francorum secundo, moritur sancta Gertrudis, abbatissa monasterij Niuellensis in Brabantia ordinis sancti Benedicti, filia senioris Pippini, maioris domus regni Francorum, per Austrasiam.

Lotharius rex Francorum moritur anno DCLXVI.

Lotharius autem rex Francorum præfatus, moritur anno regni sui quarto, qui fuit Dominicæ natiuitatis sexcentesimo sexagesimo sexto, indictione nona.

QVINQVAGESIMVS QVARTVS.

Theodoricus regnauit annis 1.

THEODORICVS Frater Lotharij, & filius quondam regis Clodouei, post mortem Lotharij regnauit super Francos anno vix vno, qui propter insolentiam Ebervvini maioris domus, à regno procerum vnanimi sententia deiectus est, attonsusque & in monasterium sancti Dionysij Parrhisijs missus, inter monachos monachũ viuere compellitur. Ebervvinus autem simili decreto maiorum tonsus, in monasterium Lexouiense detruditur.

Eberuuinus maior domus homo nimiũ peruersus.

Theodoricus à regno deponitur, quia insolentissimus.

Deponitur autem à regno Francorum Theodoricus, anno regni sui primo, qui fuit Dominicæ natiuitatis DCLXVII. indictione Romanorum decima: & Hildericus frater eius qui regnabat in Austrasia, communi voto eligitur.

QVINQVAGESIMVS QVINTVS.

Hilderichus regnauit annis 12.

HILDERICVS duorum præcedentium regum frater, qui regnabat in Austrasia, post depositionem Theodorici communi procerum electione in regem & monarcham totius regni Francorum assumptus, regnauit annis duodecim, cuius maior domus erat

Wolffradus maior domus Francorum.

Wolfradus, vir nobilis, & potens opere, & sermone.

S. Leodegarius episcopus.

Anno regni sui nono Hildericus rex suorum leuitate morum, accendit in se multorum odia procerum. Sanctum Leodegarium ex monacho nostri ordinis Augustodinensem episcopum de sua sede pulsum in Luxouium detrusit.

Hildericus rex cum vxore interficitur.

Anno autem regni eius duodecimo, dominicæ vero natiuitatis sexcentesimo LXXIX. indictione septima, Bodilo quidam Francus, quem ipse rex Hildericus ligatum ad stipitem flagellari præceperat, ipsum in venatione cum Blithilde vxore prægnante, crudeli percussione interfecit.

Theodoricus regnat secundo annis 14.

Post necem Hilderici regis, Theodoricus frater eius de monasterio sancti martyris Dionysij euocatus, in regnum Francorum restituitur, & regnauit deinceps secundario annis quatuordecim: cuius maior domus fuit Leudesius filius Erchenvvaldi, consilio sancti Leodegarij Episcopi, de Luxouiensi monasterio tunc reuocati, aliorumque principum, constituto anno vno.

Leudesius maior domus in Neustria.

Eberuuinus Theodorico bellum indicit.

Ebervvinus etenim sequenti anno de memoratu cœnobio egressus, vires resumpsit, & insidiatores suos hostili persequutione molestauit. Super Theodoricum regem irruit, thesauros eius & ecclesiæ diripuit, Leudesium maiorem domus in bello peremit, ipsumque regem fugauit, & Clodoueum quendam fingens esse Lotharij quondam regis filium, regem sibi fecit, ad cuius obedientiam quoscunque potuit, minis & blandimentis induxit, & multis turbationibus regnum Francorum inquietauit.

Clodoueus ab Eberuuino instituitur rex.

S. Leodegarius capitur.

Anno regni Theodorici tertio sanctus præsul Leodegarius ab Ebervvino capitur, & cum fratre suo Gerino grauiter afflictatur, Gerinus autem non multo post iussu ipsius tyranni lapidibus obrutus perimitur.

Eberuuinus à Theodorico in gratiã recipitur.

Anno regni sui sexto, Theodoricus Ebervvinum in gratiam recipit, eiusque persuasione synodum episcoporũ conuocat, in qua multos eorum ex sententia Ebervvini, pontificatu priuat, alios vero exilio perpetuo damnat. Inter quos sanctus Lambertus Apri comitis filius ab episcopatu suo Traiectensi amotus, in cœnobio stabulans monasticæ quietis portum intrauit, & in eo septennio permansit.

S. Lambertus ab Eberuuino pellitur.

S. Leodegarius episcopus martyrizatur.

Eodem anno sanctus Leodegarius præsul Augustudinensis diu ab Ebervvino tormentatus, post famem & corporis squalorem, post oculorum euulsionem, post plantarum concisionem, post linguæ & labiorum excisionem, iubente tyranno, capitis abscissione martyrium consummauit, cuius innocentiam & meritum multa probauere miracula.

Wolffradus & Pippinus maior domus.

Anno Theodorici octauo, post mortem Wolffradi maioris domus Francorum, Pippinus Ansegisi filius cum duce Martino principatur in Austrasia, cum quibus Ebervvinus congrediens, Martinum occidit.

S. Kilianus

Eodem anno Conon Romæ papa ordinatur, qui sanctum Kilianum natione Scotum,

tum,professione monachum,in episcopum ordinauit:mittens eum cum duobus monachis Colonato presbytero,& Thotnano diacono in Germaniam, prædicare gentibus fidem Christi,& veram animarum in ipso salutem. Qui veniens in Franciam orientalem apud Wircipurg vrbem Francorum, aliquandiu sanctæ prædicationis institit officio, vbi multos verbo & exemplo ad notitiã veritatis reuocauit.Postremo cũ præscriptis discipulis suis martyriũ passus est subornatione secreta Geilanæ vxoris Gosberti,ducis Ostrofrãcorum,propterea quod timebat separari à viro suo,arguente illum sancto Kiliano,quod eam haberet vxorem,quam frater prius vxorem habuerat.

episcopus ordinatur, & in Franciam mittitur orientalem.

S. Kilianus martyrizatur cum sociis.

Anno Theodorici regis nono Ebervvinus maior domus in Neustria, cum Francos sua tyrannide crudeliter opprimere non cessaret,à quodam Ermenfrido nobili viro perimitur,qui Ermenfridus mox fugit ad Pippinum, in Austrasia principatũ maioritatis domus tenentẽ.Impijssimo Ebervvino perempto, quidam Waratho maior domus constituitur.

Ebervvinus maior domus Neustriæ occiditur.

Waratho maior domus.

Anno sequenti bellum inter Pippinum & Giselmarum Warathonis filium apud Nauinucum committitur.Nec multo post,Giselmaro diuinitus punito, Warathone quoq; mortuo,gener eius Bertharius fuit maior domus. Sed Franci Bertharij laborantes auersione, Pippini amicitiam per obsides petunt , promittentes auxilium & fidem,si bello principatum illi eripiat.

Bellum inter Pippinũ & Giselmarum.

Bertharius fit maior domus Neustriæ.

Anno regni tui duodecimo rex Theodoricus,& Bertharius maior domus eius, bellum indixerunt Pippino , qui se maiorem domus gessit in Austrasia contra voluntatem eorum.Sed vicit in eo prælio Pippinus,captumque regem Theodoricum,vt voluit, suis cõditionibus obligauit.Bertharius vero in fauorem Pippini à suis interemptus est. Pippinus itaque Neustriam cum Austrasia sibi subiugat , & sub Theodorico solus totum regnum Francorum regit & moderatur , annis tribus & viginti: qui sanctum Lampertum de monasterio stabulans eductum , pontificatui Traiectensis ecclesiæ super Mosam restituit,& multa in regno Francorum vtiliter peregit.

Bellum regis Theodorici cũ Pippino maiore domus.

Pippinus maior domus. an.23.

Eo tempore sanctus Willebrordus monachus , cum duodecim eiusdẽ professionis sociis de Anglia venit in Franciam Gallicanam,& sanctissime vixit.

S. Lambertus ecclesia restituitur.

S. Willebrordus abbas.

His etiam temporibus sanctus Wandregisilus,qui & Wando, Ansegisi quondam maioris domus regni Francorum ex Walgiso fratre nepos,duo monachorum sub norma diui Benedicti cœnobia in Gallicana Francia construxit,Fiscannum scilicet,& Fontanellã, quod nunc est in finibus Normanniæ : in quibus multi viri sanctissimi atque doctissimi per successum temporis postea claruerunt.

S.Wandregisilus claruit, & monasteria cõstruxit.

Theodoricus rex Francorum obijt anno regni sui quartodecimo,Dominicæ vero natiuitatis DC.XCIII. indictione Romanorum sexta,duos relinquens filios,Clodoueum, & Hildebertum,qui sibi mutuo successerunt.

QVINQVAGESIMVSSEXTVS.

Clodoueus regnauit annis 4.

CLODOVEVS Theodorici regis memorati senior natu filius patri succedens, regnauit super Francos annis quatuor,Pippino maiore domus existente: quo anno Euualdi , albus & niger monachi , & presbyteri , venientes de Anglia pro Christi amore in Saxoniam,martyrizantur,& apud Coloniam sepulti sunt iussu Pippini principis.

Duo Euualdi monachi in Saxonia passi.

Anno regis Clodouei primo,Pippinus maior domus Francorum, penes quem omnis potestas totius regni fuit collocata,bellum in Frisones mouit , & ducem eorum Radbodum superauit.Sanctum quoq; Willebrordum natione Anglicum,de quo diximus, genti Frisonicæ doctorem & Apostolum ordinauit.

Pippinus Frisones bello superauit.

S. Willebrordus prædicat in Frisia.

Claruerunt his diebus in Francia Gallicana ex discipulis beati Kiliani episcopi apud Wircipurg antea martyrizati,Arnualdus & Adananus Abbates, Adelmus , & Wilfridus, ex monachis Episcopi,qui multorum animas saluti dederunt.

Arnvualdus , Adananus, Adelmus, Wilfridus monachi.S.Kiliani martyris.

Clodoueus rex Francorum moritur anno regni sui quarto,qui fuit dominicæ natiuitatis annus DC.XCVII. indictione Romanorum decima.

Clodoueus rex Franc. moritur.

QVINQVAGESIMVSSEPTIMVS.

Hildebertus regnauit annis 18.

HILDEBERTVS frater memorati regis Clodouei & filius quondã regis Theodorici, post fratrem solus regnauit annis decem & octo , cuius maior domus fuit Pippinus Ansegisi iunioris filius:comes in Namur, & dux in Brabantia,vir nobilissimus & strenuus, de antiqua regum Francorum prosapia ortus.

Pippinus alterius Ansegisi filius.

Eodem anno sanctus Willebrordus monachus Romam à Pippino maiore domus cum literis dirigitur, & à Sergio Papa in festo sancti Clementis, Frisonum episcopus ordinatur, qui ex dono Pippini principis memorati sedem episcopalem constituit

S. Willebrodus fit primus episcopus Traiecti inferioris. D C. XCVII.

in loco Vultaburg dicto: qui nunc Vultraiectum nominatur, à nomine gentis Vultarum & traiecto compositum, quasi Vultarum oppidum, quia (vt vult Sigebertus) traiectum lingua Gallica oppidum dicitur. Nostris autem diebus traiectum inferius nuncupatur, ad differētiam superioris, quod situm ad littus Mosæ fluminis, Mastricht vulgariter est appellatum, vbi sancti patres Seruatius, Amandus, Remaclus, & Lambertus martyr sedem episcopalem, quæ nunc apud Leodienses est, quondam habuerunt.

Traiectum aliud superius, aliud inferius.

Anno dominicæ natiuitatis DC. XCVIII. indictione Romanorum vndecima, sanctus Lambertus episcopus traiecti superioris, Pippinum principem increpare ausus, quod pellicem nomine Alpiadem legitimæ vxori suæ Plectrudi superduxerit, à Dodone fratre ipsius Alpiadis Leodij occisus martyrizatur, & in Ecclesia sancti Seruatij apud traiectum superius tumulatur multis coruscans miraculis. Post quem sanctus Hugbertus traiecti superioris ordinatur episcopus.

S. Lambertus Pippinū increpat.

Choret Offaque reges Angliæ mona hi facti sunt Romæ.

Anno Hildeberti regis Francorum decimo, dominicæ natiuitatis septingentesimo septimo, indictione Romanorum quinta, Choret & Ophо reges Angliæ contempto regno mundi pro amore omnipotentis Dei Romam veniunt, & monachi facti reliquum huius vitæ tempus sub regula diui Benedicti transegerunt.

Episcopatus Traiecti superioris trāsfertur Leodium.

Anno regis Hildeberti XIII. sanctus Hugbertus episcopus diuina reuelatione admonitus, corpus diui Lamberti martyris, à traiecto superiori Leodium cum magna miraculorum gloria refert, anno martyrij suscepti pro veritate XII. Sedē quoq; episcopalem idem Hugbertus de traiecto transfert Leodium.

Grunvvald maior domus Francorum, Leodij perimitur.

Anno Hildeberti regis Francorum XVI. Grunvvaldus, quem Pippinus sibi maiorem domus iam senio grauatus substituerat, Leodij ante altare sancti Lamberti orās, à Ranegario satellite Radbodi ducis Frisonum perimitur.

Theodoricus fit maior domus Fracorum.

Post cuius miserabilem interitum Theodobaldus filius Drogonis ab auo suo Pippino maior domus Francorum, & aulæ princeps constitutus est, in quo principatu, vix biennio dominari potuit, sed à Francis deiectus fuit.

Carolus Martellus.

Anno sequenti, qui fuit dominicæ natiuitatis DCC. XIII. Pippinus Ansegisi filius & maior domus regni Francorum obijt, & filium suum nomine Carolum cognomento Tutidem siue Martellum ex Alpiade concubina natum, principatus sui hæredem designauit.

Carolus à nouercæ custodia mancipatur.

Sed Plectrudis legitima vxor Pippini relicta, ipsum Carolum priuignum suum cepit, & in Colonia Agrippina custodiæ arctissime deputauit, & cum nepote suo Theodobaldo principatum inuadit.

Interea Hildebertus rex Francorum moritur anno regni sui octauodecimo, qui fuit dominicæ natiuitatis DCC. XV. indictione XIII.

QVINQVAGESIMVS OCTAVVS.

Clodoueus qui & Dagobertus regnauit ann. quatuor.

CLODOVEVS Hildeberti regis filius, patri succedens in regno Francorum, regnauit annis quatuor vel (vt alij volunt) quinque. Hunc plærique historiarum scriptores nō Clodoueum nominatum fuisse, sed Dagobertum confirmant, quæ diuersitas an scriptorum acciderit vitio, seu qualibet occasione alia, incertum habemus. Maior tamen pars Dagobertum appellat, pauciores vero cum Sigeberto monacho Gemlacense diligentissimo scriptore sentientes Clodoueum nuncuparunt. Vtrum binomius fuerit nescio.

Regenfredus fit maior domus Neustriæ.

Franci Theodobaldi odio laborantes in vnum conspirant, & contractis hinc inde copijs, bellum illi mouent satis periculosum, in quo pluribus ab vtraque parte occisis, Theodobaldus tandem vincitur & fugatur, principatuque deijcitur. Post quem Franci Regenfredum maiorem domus constituunt.

Carolus custodia liberatus principatum resumpsit patrū.

Interea Carolus Pippini filius de custodia nouercæ diuino nutu liberatus, mox principatum auitum de manu Regenfredi eripere nititur, primoq; Radbodum Frisiæ ducē hosti auxiliantem aggressus, damnum sensit exercitus.

Bellum inter Carolum & Danielē Helpericū.

Anno Clodouei siue Dagoberti Francorum tertio, Carolus in pago Cameracensi apud Vinciacum dominica in palmis, quæ fuit tertio Calendas aprilis, Hilperico & Regenfredo congrediens ambos vertit in fugam: & eos vsque parrhisios persequitur. Fuit autem Helpericus ordine presbyter, & nomine Daniel, quem Franci regem sibi constituerant in Neustria.

Daniel presbyter fit rex Helpericus.

Post hæc Dagobertus, siue Clodoueus rex Francorum moritur, anno regni sui quarto, dominicæ vero natiuitatis DCC. XIX. indictione secunda.

De fundatione monasterij S. Petri in Erpf. cōfutatio.

Libet hic inserere falsam de fundatione monasterij sancti Petri Apostoli in Erpfurdia quorundam opinionem, qui Dagoberto regi magno huius fundationis honorem concedunt, quod nec tempus permittit, nec ratio. Libens præteriissem hanc battologiam imperitorum,

peritorum, nisi me scriptorum meorum defensio compelleret in medium proferre nugaces. Scripsimus enim iamdudum, ad instantiam Blasij & Ioannis abbatum, duo nō parua quantitatis volumina Chronicorum siue annalium insignis monasterij Hirsaugiensis nostri ordinis, quod situm est in diœcesi Nemetensi, siue Spirēsi, in quorum primo, multis rationibus probauimus * sufficienter memoratum cœnobium sancti Petri in Erfurdia non à Dagoberto rege Francorum, sed per diuum Wilhelmum Hirsaugiensem abbatem duodecimum, primitus esse fundatum. Et quia nunc assertionē hanc nostram magis cognouimus esse veram, ex confictis & ineptissimis literis quas in prædicto Monasterio Erpfurdiano vidimus nullo munitas sigillo cuiusque, & legimus sub nomine Dagoberti, & descripsimus, ne quis falsitatis nos argueret, operæpræcium fore duximus, si earundem literarum exemplar cum alijs rationibus nostræ assertioni coniungamus.

* Edit. Basil fol. 82. Per fratres de Hirsaugia facta demonstratur.

EXEMPLAR Literarum fundationis quæ ascribuntur Dagoberto. Anno non fuit, sed rex quartusdecimus qui ipsum.

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDVÆ TRINITATIS. EGO DAGOBERtus Francorum rex, notum facio tam clero quam populo, tam Christianis quam paganis, quod vrbem nostram nomine Merouegesburg, quæ nobis hæreditario iure ab ipso auo nostro Merouco fundatore videlicet eiusdem vrbis in Thuringia, obuenerat: sanctō Petro & suis monachis Deo mihi seruientibus, à quo & ipse meus post fundationem monasterij, quod in honorem præfati apostoli construxi, vocabulum sumpsit, deleto paganico prius nomine aut mei Petrimons vocitatus: cum omnibus seruitijs suis post finem meum possidendam regali potentia dedimus. Quali autem id Dei ordinatione factum sit, indicabimus. Fuit in præfata vrbe iuxta ecclesiam sancti Blasij martyris homo Dei nomine Adeodatus: rogatu meo à Moguntino episcopo Rigiberto inclusus: Qui inclusus ob periculum animæ nolens vti communione clericorum, vxoribus & armis vtentium, sæpe me rogauit, vt de aliquo claustro meo, monachum, a quo diuinum officium & verbum veræ fidei audiret, & communionem sacri mysterij perciperet, sibi euocarem. Huius ego ob mutuam familiaritatē petitioni annuens: misi ad monasteriū monachorum: quod simili modo construxi in Selsenburg: & venerabilem seniorem monachum nomine Truckindū inde euocans, præfato Adeodato incluso doctorē & rectorem direxi. Qui eo perueniens cœpit paulatim ex eius doctrina & suasione inclusi, numerus credentiū multiplicari: tum conuersione paganorū ad baptismū, tum clericorum & laicorū ad monachicum habitū: Hoc ego cernēs & diuinū in hoc fauorē intelligens: tradidi sæpe dictā vrbem meam cum omnibus sibi pertinentibus sanctō Petrō & suis monachis, ibidem monachicā religionem statuendam, & abbatiam meo auxilio faciendam. Dedi præterea sanctō Petro & suis monachis ad vsus diuersos, syluā, quæ ob numerositatem ceruorū, Hirsbrulis vocatur, à meridiana plaga vrbis versus orientē, vsq; ad terminos regionis Orlauu, quā regionem Pippino palatino comiti in beneficiū tradidi. Dedi nihilominus ad supra dictum cœnobium villas à Selauis tm eadem syluā factas, s. Tuneckdorff, Tugebrachteslet, Tuttelstet, Neukenrodt, Hochdorff, & alias plures, & aquam Geram ad captū piscium monachis à meridiana parte vrbis vsq; ad terminum curiæ ministerialis mei Gisboti. Dedi etiā de curia mea ad vsus fratrum quinquaginta modios tritici, centū ordei, & totidē auenæ, & cætera omnia mea in Thuringia. Ad hunc mihi dilectū locum continendū dedi ministeriales meos cū omni eorū sobole & possessione, quorū hæc sunt nomina: Gisbotus, Gilbert⁹ Eckhardus, Vvolfoldus, Hysen Egenhen, Vvolfgerus, Omarus, Sigebertus, Theodobertus: Theodoricus, Adelbot⁹, Adelger⁹, Gelferatus, Hingfridus, Huntzelin⁹, Gunthernus, & cæteros omnes famulos meos & famulas in Thuringia. Vt hæc traditio domino meo Iesu Christo firma æternaliter maneat, literis nostris stabiliri fecimus, & Bāno Rigberti episcopi Moguntini cōfirmari rogauimus, & annulo nostro colligauimus, & sigillo nostro adhibito cōpleuimus Karta, Moguntiæ, Calendas Martij, in præsentia Rigeberti episcopi. Signū inuictissimi regis Francorum Dagoberti. Testes omniū harum causarum hi: Pippinus maior domus, & filius eius Carolus: Moguntinus episcopus Rigebertus, Gunthernus paganus comes, Eckebi comes, & omnis ecclesia in Thuringia & circa Rhenum in Moguntia. Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis septingentesimo sexto, indictione IX.

Erpfurt eo tempore Villa erat parvula, non vrbs. Certum est regis Francorū eo tēpore nihil potuisse. Omnia potestas erat penes maiorem domus. Nec fecit hoc nec potuit, quia maior domus, dominus fuit. Pippinus maior domus erat totius regni dominus. Nemus & villas dare non potuit. Cum omnia sub potestate essent maioris domus. Rex Francorum eo tēpore nullam habuit potestatem.

Abstr à me (Trithemius infert) vt contra veritatem huius tam vetustæ assertæ fundationis pugnem si subsistat, quomodo autem veritas in ea possit subsistere non satis video, & ideo quę mihi rationes dubitando occurrant, etiam hic breuiter notabo, post illas videlicet quas pro Hirsaugia scripsi.

Si tertius Doringiæ dominus extitit, ergo Doringes omnes cœnobio dedit.

Literas quidem sine sigillo fratres ostendunt. Quomodo omnia ecclesia in Doringia & Moguntia fuit professa. Indictio ponitur falsa sicut in originali. Non fuit indictione nona, sed quarta,

Consideratio prima, quę facit ne Dagobertū sæpe dicti monasterij Erpfurdiani fundatorem fuisse concedam, est quod annorum supputatio non cōcordat, quia si hæc ipsa fundatio magno adscribatur Dagoberto, repugnat instrumento literatū non minus quā veritati temporis computati. Ille namq; obijt anno dominicæ natiuitatis (vt supra diximus) sexcentesimo quadragesimo quinto, indictione Romanorū tertia, annis ante huius pagi-nædonationē nō minus sexaginta. Quod si nouissimo isti Dagoberto, qui & Clodoueus, tribuatur, nihilominus annorū sequitur discordia, eo quod cœperit regnare anno domini DCC.XV. & obierit anno DCC.XIX. Quomodo ergo potuit literas fundationis huiusce-modi tradidisse anno domini DCCVI.

Anno Domini DCCVI fuit indictio Romanorū quarta, non nona.

Consideratio secunda, quæ me dubitantem effecit ista est, quod in præscripto literarū instrumento ponitur nona Romanorum indictio, cum fuerit quarta, & nequaquam nona, quod scitus computista ecclesiasticus manifeste inueniet.

Litera fundationis quas habet, nunquam fuerunt sigillatæ.

Consideratio tertia fictionis mihi suspitionem generat vehementem, pro eo quod literæ fundationis memoratæ, quas fratres vt originales apud sanctum Petrum ostendunt in Erpfurdia, nullius sigillo muniuntur, licet foramen appareat in charta, quasi præ antiquitate nimia sigillum decidisset.

Manifestū Hirsaugienses fundasse locum.

Consideratio quarta præscriptis est nequaquam inferior, quia manifeste scriptum inueniretur in vita & gestis beati Guilhelmi abbatis Hirsaugiensis, quod septem ordinis nostri monasteria noua construxit, inter quæ sæpe dictum sancti Petri cœnobium in Erpfurt numeratur in ordine quartum. Transeo plures considerationes alias cōsulto, ne tędium lectori generaret prolixitas.

Quemadmodum ergo & scripsi & multis rationibus ostendi dudum in ipso primo volumine meo Chronicorum Hirsaugiensium, ita me sentire necesse fuerit, fictioni que præponere, quam existimo me reperisse, veritatem.

QVINQVAGESIMVS NONVS.

Lotharius regnauit annis 7.

LOTHARIVS frater supradicti regis Clodouei, siue Dagoberti, post mortem fratris, anno domini (sicut diximus) DCCXIX. indictione II. promotione Caroli Martelli maioris domus Francorum, in regem sublimatus, regnauit annis septem, cum quem presbyter Daniel, quem sibi regem cōstituerant in Neustria Franci, vna cum Regenfrido suo maiore domus in dissentione certabat. Mutauerat autem Daniel nomen, se nuncupans Helpericum.

Daniel qui & Hilpericus, superatur à Carolo.

Anno domini DCC.XX. Hilpericus antirex, & Regenfridus maior domus, Eudoneum Aquitaniæ ducem, in auxilium habentes, copias contrahunt, & bellum cōtra Lotharium regem, & eius maiorem domus Carolum procedunt. Sed victi à copijs Caroli, magna cum difficultate fugerunt. Eudo rediens confusus in Aquitaniam, Helpericum, qui & Daniel, secum abduxit.

Regenfridus à Carolo in vrbe Aurelianis obsidetur.

Anno Lotharij regis tertio, Carolus Martellus maior domus, Regēfridum persequens Andegauis obsedit, captaque vrbe ipsum in deditionem accepit, & firmara inter eos pace, cōcessit illi ciuitatem ad habitandum, & iam ipse deinceps totius regni Francorum principatum vbique potenter obtinuit.

Carolus expeditionem mouit in Saxoniam.

Anno sequenti Carolus maior domus, cognomento Martellus, expeditionem mouit in Saxoniam, & cōgressione peracta, multis vtrinq; occisis, ad subiectionem compulit, rebelles tributum Francis soluere quoque coegit.

Anno Lotharij regis Francorum memorati quinto, qui fuit dominicæ natiuitatis septingentesimus vicesimus quartus, indictione Romanorum septima, Bauari Francis tributum soluere contemnentes in rebellionem se præparauerunt apertam. Quæ res vbi Carolo Maiori domus innotuisset, magnum Francorum contraxit exercitum, & profectus in Bauariam bello petijt inobedientes, quos potenter ad subiectionem omnimodam reuocauit.

Bauari ad subiectionē Francorum compelluntur.

Lanfridus Alemannorum dux interficitur à Francis.

Anno sequenti, Carolus maior domus Francorum expeditionem mouit in Alemaniam, & bello congressus cum Alemanis rebellibus victor extitit. Lanfridum ducem eorum superauit, & terram eorum in subiectionem coegit.

Lotharius rex Francorum, solo nomine regnans, moritur anno regni sui septimo, dominicæ natiuitatis DCC.XXVI. indictione septima.

SEXAGESIMVS.

Theodoricus regnauit annis 15. Maior domus regem sustinuit quē voluit.

THEODORICVS Lotharij ex fratre nepos, filius scilicet regis Clodouei supradicti, quem alij Dagobertum nuncuparunt, patruo mortuo simul & Helperico Daniele presbytero vita defuncto, qui se Lothario viuente, atque post eius mortem gessit pro rege annis octo per maiorem domus Carolum Martellum in regem Francorum sublimatus, regnauit annis quindecim.

S. Pirminius ex monacho episcopus Meldensis, plurima constituit monasteria. Monasteriū Dolungense

His temporibus claruit in Gallicana Francia sanctus Pirminius, ex monacho cœnobij diui Mauri abbatis, episcopus Meldensis in prouincia Senonensi, vir doctrina & sanctitate admirabilis, qui pro Christi amore fidem rectam prædicaturus populis, in partes venit Germaniæ, vbi multos verbo & exemplo ad cultum veritatis conuertit, & plura monasteria fundauit.

Inter quæ præcipua & nobis cognita numerantur ista. Monasterium sancti Mauritij martyris in Dolegia Treuerensis diœcesis, quod magnus rex Francorum Dagobertus (vt

supra

supra dictum est) olim construxit, personaliter sæpius visitauit aliquandiu inter fratres ibidem conuersatus est ad intentionem regulæ sancti Benedicti mores fratrum instituit, locum decorauit. *in diœcesi Trenirensi.*

Monasterium quoque Schutterense, quod tribus supra Argentinam Alsatiæ vrbem constat miliaribus, idem sanctus Pirminius fundauit, quemadmodum in originali volumine vitæ ipsius, quod penes nos habemus, clare scriptum inuenitur. Nec obstat quod eiusdem cœnobij fratres nulla documenta veritatis ostendentes, dicunt Offonem Angliæ regem, dum Romam deuotionis causa peteret, sancti Gregorij Papæ primi temporibus, loci amœnitate prouocatum in eo constituisse monasterium, quum rex Offo & eius frater (sicut supra diximus in rege Hildeberto) Romam petierint & monachi facti fuerint, anno domini DCC. VII. indictione Romanorum quinta. Sanctus autem Papa Gregorius sub quo isti dicunt regem Angliæ Offonem venisse Romam prius obierat, anno domini DCV. indictione Romanorum octaua. Pro assertione nostra Sigebertus testatur in Chronicis. *Monasterium Schutterense.* *Falsa Schutterensium fratrum assertio refutatur.*

Monasterium denique Suartzach, in diœcesi Argentinensi constitutum, similiter idem sanctus fundauit, quod scriptor vitæ ipsius in originali testatur. *Monasterium Suartzach.*

Monasterium Gengenbach Argentinensis diœcesis, quod vno miliario distat à Schuttera, idem vitæ scriptor sancti Pirminij ab eo testatur fundatum. *Monasterium Gengēbach. Cœnobium Morsmünster.*

Monasterium, quod Latini Mauri monasterium, vulgariter autem *Morsmunster*, in diœcesi Argentinensi nuncupatur, idem sanctus fudauit.

Monasterium item Neuvvilerense in eadem diœcesi Argentina, idem sanctus construxit, cuius monachi cum abbate nostris temporibus ab ordine recesserunt. *Monasterium Neuvvilerense.*

Sunt duo nostri ordinis monasteria vnius nominis in Bauaria, quorum alterum vocatur Altah superius, alterum vero similiter Altah, sed inferius. In gestis ducum Bauariæ legimus, quod Odilo dux pater Tassilonis ducis, fundauit inferius Altah. In gestis autem sancti Pirminij dicitur, quod in Bauaria construxerit monasterium Altah, sed neq; superius ibi exprimitur, neque inferius, ergo liquet quod superius fuerit. *Duo monasteria in Bauaria, Altah superius & inferius.*

Aliud in Alsatiæ finibus monasterium (si recte memini Basiliensis diœcesis) beatus cõstruxit Pirminius eiusdem ordinis Benedicti, quod Murbach nominatur, quemadmodum in eius vita continetur. *Murbach monasterium.*

Monasterium quoque aliud in Insula Rheni fluminis, haud procul à Constantia fundauit, quod nunc in Augia nuncupatur maiori, in quo successu temporis multi viri claustrales eruditione & sanctitate vixerunt insignes. Verum his nostris diebus in magna paupertate fluctuat, quod olim præ nimijs diuitijs & opulentia rerum diues Augia nominabatur. *Monasterium in Augia maiore.*

Monasterium etiam in oppido Amerbach diœcesis Herbipolensis memorati ordinis nostri, in quo sanctum Amorem discipulum constituit abbatem, nouum à fundamentis construxit. Et alia plura quæ nescimus. *Monasterium in Amerbach.*

Anno Theodorici regis Francorum quinto mortuus est Beda venerabilis presbyter, & monachus in Anglia, vir doctus & sanctus, qui multa scripsit volumina pro vtilitate legentium, ad honorem summæ & indiuiduæ deitatis. Theodoricus rex Francorum obijt anno regni sui quintodecimo, Dominicæ vero natiuitatis DCC. XLI. indictione Romanorum nona. *Beda presbyter & monachus in Anglia obiit.*

SEXAGESIMVS PRIMVS.

Hildericus rex Francorum vltimus, regnauit annis 9.

HILDERICVS Theodorici regis filius, genitori succedens, solo nomine regnauit annis nouem. Omnis enim potentia & opes regni penes maiorem domus Carolum cognomento Martellum, id est malleum, ad quem summa rerum pertinebat, tenebatur. Necaliud quicquam regi permittebatur, quam vt regio nomine contentus crine profuso, barbaque submissa in solio resideret, ac speciem dominantis effingeret, legatos vndecunque venientes audiret, eisq; abituris responsa, quæ doctus erat vel iussus, quasi ex sua potestate redderet, cum præter inutile regis nomen, & precarium vitæ stipendium, quod ei maior domus pro suo arbitrio exhibebat, nihil aliud possideret. *Francorum reges præterinane nomẽ nihil faciebant, nec scldã habuerunt potestatẽ aliquã. Sic otiũ virtuti semper inimicum.*

Eodem anno mortuus est Carolus Martellus, maior domus Francorum, dux Brabantiæ, comesque Namurcensis, qui cum esset bellicosissimus & fortunatus in omnibus, regni terminos valde ampliauit, Saxones, Bauaros, Alemanos, Burgundiones, Sorabos, Baugarenses vltra Danubium habitantes, Wascones quoque, Wandalos, Gothos & Sarracenos in Hispania, Frisones, & multas per circuitum alias nationes bello vicit: & gladio superauit. De cuius bene vel male gestis & quomodo militibus suis Ecclesiasticas contu- *Carolus qui Martellus, maior domus Franc. obijt.*

lerit dignitates, Ecclesiasque spoliauerit, & ob ea visus sit scelera post mortem in inferno sepultus, in primo annalium nostrorum volumine (cuius est istud compendium) plenius enarrauimus.

Carloman. factus est monachus. Pippinus principabatur annis vndecim.

Filios reliquit tres, Pippinum, Carlomannum, & Grifonem. E quibus Pippinus & Carlomannus paternum principatum inter se diuiserunt excluso Grifone, annisque sic quatuor sunt dominati super Francos. Post annos vero quatuor Carlomannus diuino spiritu compunctus, principatum omnem Pippino fratri dimisit, & Romam profectus in monte Cassino monachus factus est. Pippinus autem principatum solus postea rexit annis sex, & Hilderico rege deposito communi voto rex factus est.

Grifo capitur & custodiæ mancipatur.

Grifo dolens se contemptum à fratribus consilio matris suæ Laudunum vrbẽ præoccupat, & bellum fratribus indicit. Erat mater eius nouerca Pippini & Carlomanni. Qui celeriter adunato suorum exercitu Laudunum obsidione cingunt, vrbem capiunt, & fratrem annis quatuor tenent captiuum.

S. Winfridus, qui & Bonifacius, archiepiscopus Moguntinus.

Claruit his temporibus in regno Francorum sanctus Bonifacius, natione Anglicus, professione monachus, dignitate archiepiscopus Ecclesiæ Moguntinæ, vir Apostolicus, qui Doringos & multos alios sua prædicatione conuertit ad Christum, pro quo & postea in Frisia prædicans martyrium sustinuit.

Hirsfeldia, Fuldaque monasteria fundantur.

Hic in Buchouia sylua duo insignia ordinis nostri fundauit cœnobia: quorum alterum vocatur Hirsfeldia in diœcesi Moguntina, alterum à præterfluente flumine Fulda, in quo & sepultus fuit, in Wirtziburgensi diœcesi.

Cœnobium monialium in Kitzingen & Bischoffsheim.

Construxit etiam plura monialium cœnobia: inter quæ adhuc eminet monasterium in oppido Kitzingen iuxta Mogonum, Wirciburgen. diœcesis: cui præfecit sanctam virginem nomine Hadelogam: quam Teclam nominauit ex Anglia oriundam. Aliud vero prope oppidum Bischoffsheim, iuxta Thuberam Moguntinæ diœcesis: cui præfecit sanctam Liobam virginem Deo dilectam, patria similiter Anglicanam, cuius cœnobij hodie nihil superest.

Odilo Bauariæ dux Pippini soror em rapuit vxorem.

Anno Hilderici regis Francorum secundo, indictione Romanorum vndecima, Odilo dux Bauariæ rapta sorore Pippini contra eum rebellat, quem Pippinus bello, quanquam non sine detrimento suorum, vicit & superauit.

Ade ungus presbyter cæcus illuminatur. Episcopatus Wirtziburg instituitur.

Anno dominicæ natiuitatis DCCXLVI. qui fuit regis Hilderici annus quintus, indictione Romanorum quartadecima. Adelungus presbyter apud Wirtziburg cæcus, per somniũ admonitus quærere corpora sancti Kiliani episcopi, & sociorum eius martyrum, inuentis ossibus sacris, visum recepit. Quo miraculo sanctus Bonifacius archiepiscopus Moguntinus cognito auxilio Pippini aulæ Francorum principis à Zacharia papa obtinuit: vt sedem in Wirtziburg nouam constitueret episcopalem ad honorem omnipotentis Dei, & sancti Kyliani episcopi, & sociorum eius martyrum.

S. Burghardus primus episcopus Wirtzibur.

Anno igitur Hilderici regis Francorũ septimo: dominicæ vero natiuitatis DCC.XLVIII. indictione prima, sanctus Burghardus natione Anglicus, professione monachus, per sanctum Bonifacium archiepiscopum Moguntinum ordinatus est Ecclesiæ Wirtziburgen. primus episcopus: & præfuit annis XL. Et eodem anno cruciculæ quasi oleo designatæ in lineis hominum vestibus apparent.

Hildericus rex Francorum inutilis regno accipitur.

Anno dominicæ natiuitatis DCC.XLIX. indictione secunda, Hildericus rex Francorum, tanquam inutilis regno, de vnanimi omnium procerum consensu, Zacharia quoque papa Romano præstante consilium, à regno deijcitur, & in monachum tonsuratur, anno regni sui nono. Voluntate igitur omnium communi, Pippinus maior domus in regem electus fuit, à quo secundum volumen annalium nostrorum sumit exordium, qui & ipse de antiqua regum Francorum prosapia descendit: vt in eodem volumine diximus. Hic ergo primi voluminis annalium nostrorum epitomen siue breuiarium, in nomine Iesu Christi terminamus, in quo per decursum annorum mille centum nonaginta, reges Francorum à primo introitu gentis in Germaniam ad ostia Rheni, vnus & sexaginta continentur.

Pippinus maior domus in regem eligitur.

Primi voluminis annalium Ioannis Trithemij abbatis, compẽdium finitur.

Τέλος.

Annis complectitur in summa 1189. Natus anno 1462. primo Februarij.

COMPENDII SIVE BREVIARII VOLVMINIS CHRONICORVM, SIue annalium Ioannis Trithemij abbatis sancti Iacobi Vvirciburgensis, quondam vero Spanhemensis, de origine regibusq; Francorum finis. Completum vicesima die mensis Nouembris: Anno domini millesimo quingentesimo quartodecimo, Ætatis suæ quinquagesimo secundo.

Et

ET hoc quidem tantum ex luculentissimis & elaboratissimis illis Germanicarum rerum annalibus Trithemianis nobis reliquum est, conseruatum opera Christiani Wecheli optime de literis meriti Typographi, cuius typis ante sexaginta annos prodijt Lutetiæ Parisiorum. Quia tamen speramus (optamus certe) opera illa integra, aut eorum saltem bonam partem, alicubi extare & latere: possessores aut custodes illorum enixe rogamus, & publico nomine obtestamur, vt Reipublicæ & posteritati eadem benignitate, qua nos facere vident, ea communicare velint: nostram interea operam ad emendate & eleganter edendum (quantum in nobis erit) prolixe offerentes.

DE ORIGINE GENTIS FRANCORVM COMPENDIVM IOANNIS TRITTENHEMII ABBATIS, EX DVODECIM VLTIMIS HVNIBALDI LIBRIS, QVORVM SEX PRIMOS WASTHALDVS CONSCRIPSIT, abintroitu Sicambrorum, ad partes Rheni in Germaniam. In quo etiam Præsulum Wircepurgensium enumeratio.

ANNO ante natiuitatem Domini, CCCC XXXIX. temporibus Cyri Persarum regis, Esdræ quoque, & Nehemiæ principum Hebræorum, post excidium Troianorum anno DCCL. Egressa gens Gothorum de insula Scandiæ, quæ nunc dicitur Gothia septentrionalis, Sicambros qui ex Troianis reliquiæ, iuxta Danubij ostia sedebant, adorsi bello regem eorum Anthenorem, cum multis Sicambris occiderunt, & spolijs captis recesserunt. Reliquit duos filios Anthenor, Marcomirum & Suimonem. Erat autem cõsuetudo Sicambris, vt ex omnibus filijs regis pro tempore, si plures haberet, vnum duntaxat eligerent, quem regno crederent vtiliorẽ profuturum. Quod si nullum habuisset, filium de propinquis eius idoneum magis eligebant.

Gothi regẽ Sicambrũ Anthenorẽ in bello perimunt, iuxta Danubii ostia.

Marcomirus igitur Anthenoris filius maior natu, patri successit anno ante Domini natiuitatem CCCCXL. & regnauit super Sicambros annis XXVIII.

Marcomirus fit rex Sicambrorum annis plene 28.

Anno regni sui IIII. cum Gothorum, & aliarum gentium vicinarũ incursione nimiũ vexarentur Sicambri, sedes mutare statuerunt. Igitur missa legatione, ad Saxones in Germaniam, qui & ipsi ex Troianis aduenerunt, eos, vt fratres orabant, quatenus se in aliquo terræ suæ angulo permitterent habitare, sine detrimento gentis suæ. Consenserunt Saxones promittentes se eis optimas sedes daturos, sicut & fecerunt. Anno autẽ Marcomiri regis septimo Sicambri venerunt in Germaniã, inmense Aprili, viri ad bella promptissimi CLXXV. millia, DCLVIII. Adducentes secũ vxores, liberos, & quicquid substantiæ habebant.

Sicambri venerunt ad Rheni fluenta.

Anno ante Christi natiuitatẽ CCCCXXXIII. Marcomirus rex, & Suimo frater eius, dux cum Sicambris, in Germaniã à Saxonibus, vt fratres amice susceptisunt, & sedes optatas, inter Rhenũ, & Saxoniã fertiles acceperunt. Ab oriente habentes, Vesarã fluuiũ, & Saxones. A meridie Moguntiã & Rhenũ, Ab occidẽte Rhenũ similiter recuruatũ, & Galliæ extremitatem. Ab Aquilone vero mare Germanicum, & Scotiã cum Orchadarum insulis.

Anno regni sui XX. Marcomirus Rhenum transgressus, cum Gallis Cisrhenanis bellũ habuit, plures occidit, terrã occupauit, quã fratri tuẽdam, vt duci, vel sub Regulo cõmendauit. Ab illo tempore, per annos DCCCCXX. Sicambri qui postea Franci sunt dicti, ab infestatione Galliæ, nunquã cessauerunt, quousq; eam postremo totã multo suorum sanguine obtinuerunt. Nec solã Galliam tandem, sed & Alemaniã, Sueuiam, Bauariam, Alasaciam, Heluetios, Thuringiã, Saxoniam, Burgundiam, eamq; terrã, quæ inter Thuringos, & Sueuos sita, hodie antiqua Francia siue orientalis dicitur, & vetustum nomen Francorum sola retinet. Austriam, Rhenum totum, ab ortu vsq; in mare, Menappos, Batauos, & Moselanos, Treuiros, Metim, imo totam Germaniam cum vniuersa tripliciGallia, & Hispania suo dominio subiugarunt.

Marcomirus rex trãsacto Rheno partes Galliæ occupat.

Certum est, q̃ primas Sicambri receperunt sedes, vbi nunc sunt Geldrenses, Westphali, Monasterienses, Cliuenses. Deinde Rheno transmisso subiugarunt sibi terrã Tungrorum, Leodiũ, Traiectũ, Hollandiã, & reliquas. Multo tempore Sicambrũ illis nomẽ permansit,

Hi homines primo Sicambri, postea dicti sunt Franci.

Trithemij Opera Historica

donec tandē sub rege Franco, quē hostes appellauere ferocem, nomē paulatim cœpit mutari. Marcomirus autem rex, post multa fortiter gesta moritur anno ante natiuitatem cccex. Tres filios reliquit, Antenorem, Priamum & Nicanorem.

Chronicon Wasthaldi huc terminatur.

Ad hunc annum Wasthaldus duodecim libros suos, de origine Sicambrorum, ab excidio Troiano perduxit, atq; compleuit per annos continuando, DCCLXVIII. Ab hinc Hunibald, in sex libris historiam, de regibus & gestis Sicambrorum continuat per annos, DCCCCXXX. vsque ad obitum Clodouei regis magni.

Anthenor regnat Sicambris annis triginta.

Anthenor, in regno patri succedens, regnauit annis triginta. Hic magno in honore fuit apud Sicambros suos, & Saxonum amicitiā obtinuit fortissimam, quorum auxiliaria ope, multa contra Gallos, & Romanos bella cōstituit. Adiuuabant enim fratres eius Priamus, & Nicanor fideliter, & plures incursiones fortiter peregerunt, in Gallos Rheno transmisso. Sed & Suimo patruus eius in parte eius semper auxiliator ei fidelissimus fuit.

Sicambri Frisiam sibi subiugarūt.

Anno regni sui VIII. conquerulantibus Sicambris, de angustia sedium, & maxime quod pecoribus deficerent pascua, iussit eos paululum exspectare donec tempus esset rei conueniens. Instante hyeme frigidissima, cum omnia flumina essent congelata, cōtractis Sicambris armatis octoginta millibus vicinam gentē, quæ fuit inter mare septentrionale, & terrā eorum inuasit, & masculis omnibus trucidatis, etiam infantibus mulieribus tantum pepercit. Regionem suis distribuit, quæ optimis pascuis abundauit. Hæc terra postea dicta est Phrisia à quodam principe Sicambro qui Phriso dicebatur.

Suimo dux frater Marcomiri.

Anno Anthenoris XII. Suimo patruus eius obijt, qui reliquit duos filios Marcomirum, & Hectorē, quorum primus in Rheno perijt, secundus loco patris sub rege Anthenore comitatum administrauit trans flumen Rheni. Priamus à fratre Anthenore rege constitutus est princeps terræ Septentrionalis, quam nouiter acquisierant, id est, circa mare Germanicum. Ex his multi principes sunt nati, per successum temporis, quorum Hunibald plures commemorat, alij duces, alij comites, sed omnes sub nutu permanebant vnius regis. Anthenor autem rex obijt anno regni sui XXVIII. completo, qui fuit ante Domini natiuitatem CCCLXXX. vnicum relinquens filium nomine Priamum.

Priamus regnauit super Sicambros annis 24.

Priamus Anthenoris filius patri in regno succedens, regnauit annis XXIIII. cuius tempore Sicambri, iam cōsuetudinem habentes, cum Saxonibus magnā linguam suā vetustam, patriamq; cœperunt obliuiſci, paulatim & Germanicam vsitare, quousq; tandem omnes aliam nō nouerunt linguam, nisi solam Theutonicā. Remanserunt plura apud eos vocabula, quæ magis Græcam originem videntur habere, quam Germanicam sicut bene nouit, qui Græce intelligit simul, & Theutonice ita manet, & nunc.

Theocalus Sicambrorū Pontifex, & sacerdos Iouis.

Anno Priami VI. moritur Marcomir⁹ dux Priami regis, ex Suimone consanguineus, qui reliquit filium nomine Theocalū quem Sicambri summum sacerdotem Iouis constituerunt, & erat eis antistes, vates, & parens regum. Vsq; ad illud tempus Sicambri non habuerunt templa Deorum, sed sub quercubus litabant, & consultabant.

Neopagi cōstructio.

Anno Priami VIII. Sicambri inter multas ædificationes cōstruxerunt vnā ciuitatē fortissimam, quā Neopagum nuncupauerūt, prope Rhenum, vbi reges multo tempore consederunt. Fecerunt & templum Ioui, quem præ cæteris coluerunt. Huius fani antistes Theocalus fuit.

Priamus post inuasiones contra vltra Rhenanos, & Gallos optime factas moritur, anno regni sui XXIIII. Ante natiuitatem Christi CCCLVI.

Helenus regnauit annis 19.

Helenus filius Priami patri succedens, regauit annis XIX. Hic Palladem venerabatur, cui & sacrarium constituit, pueros captiuorum immolauit. Cruentum in regione Tungrorum bellum, cum Gallis habuit, in quo plusquam XVI. millia eorum occidit, reliquos in fugā conuertit. Occupata regione Sicambros, qui colerēt eam posuit, & principes cum multis pugnatoribus per gyrum, vt populum defenderent ordinauit, Helenus rex moritur, anno regni sui XIX. ante natiuitatem Domini CCCXXXVII.

Diocles rex annis regnauit 39.

Diocles Heleni regis primogenitus patri succedens regnauit annis XXXIX. homo statura procerus, seuerus, & bellicosissimus, qui multa prælia fortiter gessit, nō solum cum vicinis Gallis, sed etiam cum alijs gentibus longe constitutis.

Sicambri, Saxones, & Thuringi contra incursiones Gothorum.

Anno regni sui decimo egressa est multitudo gentiū, de insulis Scādianis, quæ nūc Gothicę nuncupātur, & finibus Saxonię infusa omnia diripuit, gladio, & ferro deuastās regionē. Cōtra hāc gētem processerūt, ad bellū, rex Saxonū, rex Thuringiæ, & Diocles ipse rex Sicamber, habētes in exercitu CCLX. millia virorū fortium. Bellū atrox cōmittitur, in quo ceciderūt ex parte Gothorū, plus q̄ centū millia pugnatorū. Ex parte Saxonum, in primis cecidit Heriman rex Thuringiæ cum viginti millibus, atque sexcentis. Saxones omnem

prædam

prædam recuperantes suis spoliatis redierunt. Spolia vero hostium, quæ multa erant diuiserunt inter auxiliarios amicos.

Galli Sicambros regem eorum absente Gaffare tentant.

Interea cum audissent Galli qui morabantur vltra Rhenũ vsque ad mare Britannicũ, Morini, Ambiani, Tungri, & qui erant in illis regionibus eorum amici, quod Diocles de regno exisset, cum magno suorum exercitu, cõgregati in multitudine magna Sicambros, qui erant ab illa parte inter Mosam, & Rhenum omnino delere statuerunt. Quod vbi per exploratores didicissent duces Sicambrorum, exercitum in tres partes diuiserunt, duas ordinantes in singulas acies, contra hostes, tertiam vero in insidijs locauerunt. Appropinquantes Galli, cum vna tantum acie, vbi duas acies habere Sicambros vidissent, tu. bati sunt, sed tempus non erat acies ordinandi aliter, quoniam Sicambri mox primam aciem suã aduerso direxerunt in Gallos. Secunda vero acies à latere irrumpens, in Gallos ordinẽ corũ confregit. Cumq; acriter pugnaretur, & virtus Gallorũ, ad fugam retrocederet, occurrunt eis de insidijs Sicambri. Concluſi à Sicambris Galli trucidãtur, vt pecora, sic quod de LXXXVIII. millib⁹ vix X. remanserũt. Plures enim in flumẽ dum fugerẽt submersi sunt.

Sicambri Ioui & Veneri sacrificabant.

Hac Sicambri victoria elati, Dijs suis Ioui & Veneri non solum pecora, sed infantes etiam Gallorum hostium quotquot abduxerant captiuos mactauerunt, Ioui masculos, & Veneri fœmellas offerentes. Ex eotempore Sicambri, & spolijs inimicorum diuites, & gestis rebus iunctis gentibus, per circuitum metuendi facti sunt. Diocles cunctis diebus regni sui bellum habuit cum Gallis, & vix fuit annus in quo non semel ad minus, contra eos suum moueret exercitum.

Moritur anno regni sui XXXIX. ante Christi natiuitatem CCXCVIII. Reliquit autem quatuor filios, quorum ista fuerunt nomina: Helenus, Priamus, Nicanor, & Basanus, qui & ipsi multos filios post se reliquerunt.

Helenus regnauit post patrem annu 14.

Helenus filius Dioclis natu maior post patrem regnauit annis XIIII. homo lasciuus, & iners, cuius tempore Galli sæpius excursione facta Sicambris plura intulerunt damna. Cõtra quos fratres eius, cum principibus regni frequenter duxerunt exercitum, & vario Marte pugnarunt, interdum victi, nonnunquam etiam victores. Rex autem domi residebat ociosus, libidini vacans.

Helenus rex deponitur.

Anno eius in regno XIIII. congregati apud Neopagum Sicambri Helenum regem inertem, & inutilem communi omnium sententia deposuerunt à regno & ad priuatam redire vitam compulerunt. Anno ante Christi saluatoris nostri natiuitatem CCLXXXIIII. in cuius locum elegerunt fratrem eius minorem.

Basanus rex magnus, & Pontifex, regnat annu 36.

Basanus iunior Dioclis quondam filius Heleno fratre abrogato, communi Sicambrorum voluntate simul & electione rex constitutus, regnauit annis, non minus XXXVI. vir in sua generatione sapiens, magnanimus, bellicosus, & fortuna patri non inferior. Hunc Sicambri, & regem, & sacrorum Pontificem statuerunt, quem propter sapientiã eius, & mirifice gesta magnum Basan, vulgariter, *die groten Basan*, nuncuparũt. In tanta enim Sicambri habuerunt reuerentia, & honore, vt eum non secus venerarentur, quam Deum verũ. Eius imperio nemini contradicere etiã in minimo licebat sub pœna mortis indubitata. Restẽ seu funẽ vbicunq; pergebat sibi ante ferri iussit, & gladiũ in signũ iustitiæ, q̃ adeo tenaciter seruabat, vt nec filio nec fratri, nec principib⁹, nec ducibus, imo nulli parceret, qui vel modicũ cõtra legẽ commisisset. Rapinam, furtũ, adulterium, dolũ, fraudem, & omnẽ iniuriã, siue contumeliam inter Sicambros fieri sub pœna mortis lege notauit, omnesq;, vel parum in his contra legales sanctiones peccantes, sine aliqua misericordia puniuit.

Rex legis amore filium proprium adulterum capite truncat.

Filium habuit iuuenẽ nomine Sedanũ. Hic iuuenili concupiscentia abstractus, cum vxoris cuiusdã viri humilis conditionis perpetrasset, quod lege patris nouit prohibitum, accusatus à marito fœminæ iudicatur ad mortẽ. Et cum proceres rogarẽt, pro filio, pater respondit: *Nolite viri contra iustitiam militare, facilius est vẽtum retinere in aere flantem, quam Basani mentẽ, à lege quã tulit reuocare, siue deflectere.* Hæc audientes Sicambri principes tacuerũt. Rex ad filium inquit: *Non ego te fili occido, sed lex quam sciens præuaricatus es.* apprehensumque filiũ propria manu truncauit. Accurrens mater truncati adolescentis lachrymans, & furẽs contra regẽ intemperantia muliebri exagitata clamauit: *O crudelis tyranne non rex, qui crudelitatẽ sub legis titulo exerces, quomodo parces aliis, qui propriũ filium interemisti.* Cui rex corã omni populo dixit: *Mulier tuũ est obedire marito, regi non exprobrare. Iuro tibi per Deũ meum Saturniũ Iouẽ, quoniam nisi essem ira cõmotus, & te hac ipsa interficerẽ hora quæ mihi semper fuisti charissima.* Post dies octo Rex iudicio principũ, & procerum regni mulierẽ quãuis pulcherrimã & sibi supra cæteras singulariter dilectam repudiauit, & ad patrẽ regem Orchadarum remisit.

Rex Basan vxore irascentem ob necem filij sui, repudiauit.

Exillo tempore Sicambri Basanũ regem suũ, in tantum timere cœperũt, vt nemo inter

cos magni, aut parui quicquam mali dicere, aut facere præsumeret. Vnde sacerdotes qui nobilium filios erudiebant, in templis regem *dickeobasan*, in est iustum Basan, nominauerunt. Hinc prouerbium est ortum inter Sicambros, quotiens alter vidit, vel audiuit, alterum malefacientem, aut dicentem, *Kennent gy die groten Basannitt*. Hoc est: *Non nouistis vos magnum Basanũ*. Quasi diceret, nõ nouisti, quam sit iustus Bansaus Rex, qui si te ista facientem seu dicentem perceperit, sine dubio te capite truncabit.

Rex Basanus reges Orchadarũ & Britanniæ fugauit.

Anno regni sui quinto rex Orchadarũ habens adiutorẽ regem Britannorũ, cum multis nauibus, & armatis venit contra Sicambros, & indixit eis bellũ. Rex vero Basanus occurrit eis, circa littus maris, circa insulã, vbi ciuitas post fuit constructa, per Francos, cui nomẽ est Mesoburgus. Sed viso ex nauibus tanto Sicambrorũ exercitu Orchades, & Britanni de nauibus egredi non audebant, sed retro sine effectu abierunt. Causa fuit repudiatio vxoris Basani quam patri Orchadarum regi (vt dixi) remiserat.

Vrbs Basanum construitur ab eo.

Irrumpentibus denuo Gallis versus Rhenum, vbi Sicambrorum erãt coloniæ, Basanus venit cõtra eos in virtute suorum magna, vbi iterũ fusi sunt Galli & vltra Mosam fluuium eliminati. Victoriã consecutus rex memoratus Basan, plura castella & munitiones fortissimas ab illa parte fluminis Mosæ construxit, versus Rhenum quæ vergit ad Orientem, in quib. præsidia militaria posuit, fortissima contra incursiones Gallorũ. In superiori regione inter Agrippinam & Mosam castellum nominis sui construxit munitum, quod Basan nuncupauit, in quo multi reges, Sicambrorum & Francorum per annos plures postea regni palatium, & sedem tenuerunt.

Basani regis in Deos vanos religio.

Anno regni sui xxvi. Basanus post multa bella & fortissima prælia quæ gessit cũ diuersis gentib. & nationibus, sacra renouauit, sacerdotes in templo Iouis cõstituit, viros Græce & Germanice doctissimos, in vaticinio, in somnijs, in iudicio stellarũ, in ethicis, in physicis, & in methaphysicis, qui consiliũ sanũ & rectũ dijs inferentibus, dare possent cunctis interrogantib⁹ eos in quacunq; necessitate. Rege, qui summus erat Pontifex absente, penes sacerdotes summa decretorum erat potestas, persona regis excepta in quam non iudicabant.

Veneris sacerdotes.

Ad templũ autẽ Palladis, Venerisq; Tritoniæ deæ solas virgines cõstituit sacerdotes, ad quas certis temporib. ingredi viris passim cunctis licebat, vxorib⁹ nõ copulatis, & agere in templo Veneris, q̃ ipsum nomẽ eius sonat. Quæcunq; sacerdos tali concubitu cõcepisset, fœtũ Palladi offerebat nõ occidendum, sed perpetuo ad seruiendũ. Qui ex his talibus Tritonicæ sacerdotibus consecutus fuisset vxorẽ, post puerperiũ sanctus & dijs proximus laudabatur. Post primum partum vnaquæque templum deserere cogebatur, quia iam Veneri suam pudicitiam sacerdos mater obtulit, & cui voluisset nubere potuit. De his plura dicit Hunibaldus, quæ non minus pudoris quam breuitatis causa prætereo.

Sicambri obtinent Wederanum, & eo mota inter Saxones.

Rex Basanus postremo duxit exercitũ versum supra de aquilone ad meridiẽ, in gentem quæ vocatur Tegarana, & est inter Moguntiacũ & Saxoniã vsq; ad flumẽ Mœnum. Omnẽ hanc terrã à mari septentrionali vsq; Mœnũ inter Saxones & Rhenũ, hoc est, ab ostijs Rheni vsq; ad Moguntiã rex Basan obtinuit, & cõstructis vrbibus fortissimis multisq; præsidio muniuit non de facili superandã. Congaudebant Saxones & Thoringi Romanorũ hostes, quod iam Sicambros ab Occidenti simul & meridie haberent, quasi pro muro contra Romanos & Gallos ferocissimos, imo potentissimos defensores.

Basanus rex facit de natali celebratio nusquem comparuit.

Post hãc victoriã Basanus rex magnus ad diẽ natalẽ suã apud Neopagum inter paludes Rheni & maris, fratres suos & filios cũ proceribus regni multis vocauit ad solennitatẽ, per septẽ dies dijs gentilitijs sacra peregit, Iouẽ cunctis visibilẽ supra templũ nubilatũ ostendit. Octauo die filiũ suum primogenitũ Clodomirũ Sicambris de consensu omniũ procerũ, regẽ designauit. Postea miranda genti carmine patrio futura prædixit, filios cõmendauit, iustitiã præcepit, & subito nusquã cõparauit. Nescio quid inferã Diuinitatis, vt Amerodacus dicit, appetentissimus fuit, iustitiã coluit, subditos dilexit, pientissimus bonis, crudelissimus fuit iniquis. Vsq; in hunc diẽ nescitur quo pervenerit. Sed Sicambri Francis inter Deos eũ relatũ, plurib. annis carminib. celebrauerunt sacris. Euanuit in consilio publico, auctor Ameradat est, anno regni sui xxxvi. Anno ante Christi natiuitatem ccxl. quem sui *Basangot* nominauerunt. Clodomer filius Basangot regis Magni primogenitus, sicut pater de cõsensu principũ ordinauerat, succedẽs in regno, annis xviii. regnauit. Cuius anno primo Galli mox vt Basanũ audiuerunt euanuisse, mortuũ non dubitabãt, & ergo missis ad Clodomerum filiũ eius nuntijs repetierunt ab eo terrã omnẽ inter Mosam & Rhenũ q̃ eorũ progenitores contra iustitiã violente Sicambris fecerunt subiectam. Quod si facere contemneret, se omnia gladio recuperaturos comminati sunt. Rex autem Clodomer nuncios Gallorum, quasi consilium habitaturus cum proceribus suis, super instanti nego-

Sicambri eũ vt Deũ venerantur.

Clodomerus regnat annis 18.

ti negotio, bonis verbis protractos apud se diutius retinuit, & prudenter cauens ne rumoreorum quæ ipse mente conceperat, in illorum noticiam deueniret, iussit suis vt eos in omnibus copiose prouiderent, & lætos cum illis peragerent dies. Interim Clodomer missis occulte ad reges Thoringiæ, & Saxoniæ nuntiis, eos vocauit in auxilium, & cum suis ad unato magno pugnatorum exercitu bellum in Gallos mente concepit. Ordinatis rebus nuntios honorifice dimisit, & ne in via quicquam de præmissis exercitibus ad notitiam eorum venire posset de suis, comites illis quasi pro conductu tuti itineris vsque in Galliam cum literis adiunxit.

Galli Monapiam repetunt à Sicambris.

Tenor literarum hæc continebat: *Clodomer Rex Magnus. Miramur de vobis Galli, quod terram à nobis quæritis recipere, quam progenitores nostri olim à vestris iure belli, sicut ab inimicis suis, à quibus multas acceperant iniurias, iusta vicissitudine obtinuerunt. Cogitate vires vestras nostris impares, & cessate ab hac temeritate vestra. Quod si cõtra vos venire vultis, statuimus vobis nõ fracti animis occurrere, & defensare gladio, quod gladio maiores nostri acquisiuerunt.* His Galli recognitis magnum contraxerunt exercitum, vt ponte super Mosæ flumen fabricato exercitum contra Sicambros traduxerunt, custodiam relinquentes circa pontem ne ab aduersarijs occuparetur.

Clodomer Gallis in hunc modum ad postulata rescripsit.

Dissimulauit hæc omnia rex Clodomerus quasi nesciret, ordinatisque militibus, exercitum in quatuor partes diuisit, habens in vna qualibet plusquam triginta sex millia pugnatorum. Duas partes in totidem acies ordinauit. Tertiam locauit in insidijs. Quartam dimisit à latere per gyrum vt pontem occisis custodibus præoccuparent. Venientes igitur Galli habentes & ipsi acies duas, cum Sicambris habuere congressum, non longe à Mosæ flumine prope castellum Delon. At vero Sicambri fugientibus similes paulatim retrocesserunt, donec Gallos longius à flumine protraxerunt vsque ad locum insidiarum, vbi sane bellum atrox com missum est. Steterunt enim fortiter Sicambri cum Gallis dimicantes. Interim quartus Clodomeri exercitus circumgyrando pontem occupauit, cuius rei accepto signo, hi qui latebant de insidijs prorumpunt, Gallos inuadunt atrociter cõpugnantes. Postremo Galli fugam ineuntes cum pontem nescirent præoccupatum à Sicambris retrocedere festinarunt. Cũ ecce subitọ se vident in medio hostiũ esse conclusos, cęsi sunt pene omnes & miserabiliter trucidati paucis equorũ velocitate ad nemora lapsis.

Sicambri Gallos superant, vincunt, occidunt, & fugant.

Reliqua fortiter à Clodomiro rege facta Hunibald satis diffuse conscripsit. Moritur autem Rex Clodomer anno regni sui XVIII. Ante Christi natiuitatem anno CCXXII. filios relinquens tres, Nicanorem, Helianum & Helenum.

Nicanor primogenitus regis Clodomiri succedens patri, regnauit annis XXVI. Eius tẽpore iterum Gothi & Sclaui fines Saxonũ inuaserunt, cõtra quos rogatus à rege Saxonię processit ad bellũ, & rediit victor multis ditatus spolijs. Cũ rege Archadum præliũ gessit in fauorẽ regis Britannię soceri sui, cuius filiã habuit vxorẽ nomine Constantiã, de qua suscepit quinq; filios, Marcomerũ, Anthenorẽ, Priamũ, Helenũ & Clodiũ. Primogenitus patri succesſit in regno, Secũdus maritima rexit, Tertius obijt in Anglia, Quartꝰ ducatũ gessit in Germania Cisrhenana, inter Saxoniã, Rhenũ & Moguntiacũ. Quintꝰ dux fuit inter Mosã & Rhenũ fluuios. Nicanor Rex obiit anno regni sui XXVI. Ante Christi natiuitatẽ CXCVI.

Nicanor fit rex & regnat annis 26.

Marcomer filius Nicanoris maior natu patri succedens regnauit annis XXVIII. princeps singularis prudentiæ ac modestiæ, in subditos pius & in hostes seuerus. Hic enim à sacerdotibus sacrorum Iouis in omni sapientia veterum excellenter edoctus in vaticinijs, & prædictionibus, in somnijs, & augurijs, similem apud Germanos non habuit. Maiorum suorũ fortia gesta corã se in templo & in palatio frequenter fecit recitari, & in carminibus patrijs decantari. Multa prælia gessit, victor cum Romanis, Gallis, Gotthis, & diuersis gentibus, quorum seriem Hunibald historiographus Francorum diligenter conscripsit. Moritur anno regni sui XXVIII. ante Christi natiuitatem CLVIII.

Marcomer regnauit post patrem annis 28.

Clodius primogenitus regis Marcomeri filius patri succedens regnauit annis XI. Huius tempore Galli cum auxilio Romanorum excursum facientes vltra Mosam Sicambros valde contriuerunt. Anno regni sui vltimo contracto tam suorum quam Saxonum exercitu maximo iterum pugnauit cũ Gallis, à quibus non satis caute se habens in agmine fuit occisus. Sicambri autem nõ obstante Regis morte bellum prosequuntur & Gallos vicerunt. Occisus fuit Clodius rex anno ante Christi natiuitatem CLVII. regni vero sui XI.

Clodius Sicamber regnauit annis 11.

Anthenor filius Clodij maior natu post patrẽ regnauit annis XVI. Hic inducias fecit cũ Gallis ad decẽ annos & placuit Romanis. Erat autem Anthenor rex plus amator pacis q̃ belli. Patris necẽ libenter vindicasset, sed illo tẽpore nõ potuit. Iste rex prohibuit filios hostium dijs immolari. Moritur anno ante Christi natiuitatẽ CXLI. Regni vero sui anno XVI.

Anthenor Sicamber regnauit annis 16.

Clodomerus rex regnauit annis 20.

Clodomer filius Anthenoris post patrem regnauit annis xx. Anno eius primo Romani Numantinos per Scipionem subuerterunt, & in suam potestatem compulerunt. Anno eius sexto Galli finitis inducijs quas cum patre eius rege Anthenore fecerunt ante decem annos, exercitu magno collecto Mosam transeunt, quibus Clodomero occurrente, bellum grauissimum commissum est, & multi ab vtraque parte ceciderunt, Galli autē qui remanserant retrocesserunt, & quam diu rex Clodomer vixit, amplius Mosam non transierunt. Moritur autem rex Clodomerus anno ante natiuitatem Domini cxxi. Regni autem accepti Sicambrorum anno xx.

Merodacus rex regnauit ann. 28. Rex Merodach copias duxit in Italiam. Romani in bello superant Sicambros.

Merodach primogenitus filius Clodomeri post patrē regnauit annis xxviii. princeps strenuus, audacissimus, & nimium bellicosus, qui multa bella contra Romanos, Gallos, Moguntinos, Treuirenses, & Colonienses gessit. Nam auxiliarijs Saxonibus atque Germanis exercitum ccxx. milliū pugnatorū cōtra Romanos produxit in Italiā, & deuastans regionem, cum copijs ad Rauennam vsque peruenit, ditatusque spoliis multis, victor ad propria remeauit. Multas tamen in reditu Romanorum Colonias grauiter afflixit, & magna eis damna intulit. Vnde post multas tam victorias quam prælia, Romani tandem coniunctis sibi Gallis contra eum processerunt ad bellum in finibus Sicambrorum, inter Mosam & Rhenum. Et ne Saxones more suo Sicambris fierent auxilio, Romani prius subduxerunt Sclauos & Gothos, qui fines Saxoniæ orientalis incursarent. Rex ergo Merodacus Cimbrorum regem aquilonarem cum centum millibus pugnatorum & ex insulanis habuit adiutorem. De suis vero ducenta habuit millia.

Anno itaque regni sui xxii. Marius Romanorum princeps, legiones Romanas cum Gallis duce Theodomeno vltra Mosam destinauit contra Sicambros, & simul acriter pugnauerunt, & multa millia ex vtraque parte ceciderunt mortui & fugerunt Sicambri. Nā ex eorum parte occisi sunt xx. millia & plures capti.

Post hæc Merodachus instaurato exercitu Gallos iterum & inuasit & superauit. Moritur ante Christi natiuitatem anno xciii. Regni sui anno xxviii.

Cassander regnauit post patrem super Sicambros annis 21.

Cassander patri succedens in regno annis xxi. regnauit, cuius tempore Galli auxiliario Romanorum milite fines Sicambrorum Mosano flumine traiecto sæpius infestarunt, quibus fortiter contra pugnauit Borbista Gothorum rex cum maxima pugnatorū exercitu Saxonum fines ingressus, prædas & incendia fecit. Contra quem rex Cassander cum rege Saxonum venit, bellum atrox committitur. Borbista rex Gothorum fugit multis suorum amissis. Iterum postea Borbista reuersus regionem deuastauit, spoliauit Saxones vsque ad Vistulam fluuium, & retrofugit. Contra Gallos sæpe pugnauit, sæpe victor, nec minus aliquando spretus fortuna. Moritur anno ante natiuitatem Christi lxxii. Regni sui anno xxi.

Antharius regnauit annis 31.

Antharius filius Gassandri regis primogenitus regnauit annis xxxv. De quo scribit Hunibaldus quod Moguntinos Romanorum colonos miserabili clade attriuit. Cum innumerabili exercitu Galliam intrauit, vicos incendit, prædam & spolia infinita reportauit. Verum cum senuisset anno regni sui vltimo, irrumpentibus iterum in Batauiam Gallis cum exercitu, occurrit & cum viginti millibus suorum occiditur. Galli magnam contra Sicambros stragem fecerunt. Occisus est anno ante Christi natiuitatem xxxviii. Anno regnantis xxxv.

Francus regnauit annis 28. à quo Sicambri dicti Franci.

Franck Antharij regis maior natu filius patri succedens regnauit xxviii. annis, à quo Sicambri deinceps nomen Francorum assecuti vsque in præsentem retinent diem. Fuit enim homo ferox, bellicosus, & gentis suæ defensor acerrimus: multa gessit cum exteris nationibus bella, semper victor, & glorioſus triumphator. Cuius anno tertio iterum Gothi cum Scandianis populis Saxoniæ fines depopulati sunt, & per decem annos ibidē consederunt. Sed cum successiue semper plus & magis irrumperent in Saxoniam, compulsi metu eorum Saxones Francum regem Sicambrorum cum Thoringis in auxilium vocauerunt, & in multitudine ccxxx. milliū pugnatorū contra Gothos processerunt in bellum, Sicambri autem cęteris audacius, dimicantes & quasi numen quoddam interpellantes frequenter regis sui inter pugnandum nomen inclamabant vociferantes: *Hic Franck/hic Franck.* Ab eo tempore gens illa nomen mutauit, & paulatim non solum apud se, sed etiam ab aliis nationibus crebrius Franci sunt dicti quam Sicambri, quousque tandem in toto nomen illud obtinuit, Franci dicerentur & non amplius vel raro Sicambri, vt Salagastald testatur. Nam & gens ipsa nominis nouitate vsque adeo delectabatur, vt regem postularent, & principes quatenus perpetuo sancirent edicto, se non amplius Sicābros vocari, sed Francos. Placuit hæc postulatio Regi, vtpote qui nominis sui cuperet immortali-

Sicambri à nomen sui regis Francos se vocari statuerunt.

mortalitatem consequi,& suo gentem vocabulo insigniri. Statuit eos iam deinceps non Sicambros vocari debere,sed Francos,id est, nobiles,liberos,vel bellicosos, & cæteris nationibus metuendos. Nec tamen subito sed cum tempore multo & successiue nomen Sicambrum in obliuionem deductum est, sicut apud scriptores inuenitur illorum temporum,quod aliquando Sicambros nominarunt eos,aliquando Francos.

Remigius etiam Episcopus Remorum, quando Clodoueum regem Frãcorum, qui primus ex regibus Francis Christianus est factus,post superatos Alemannos baptizare iam debuit coram multitudine procerum, deponenti ornamenta regalia & humilianti se ad lauacrũ dixit omnibus nobis audientibus,alta & intelligibili voce: *Mitis depone colla Sicamber,adora quod incendisti:incende quod adorasti*,hoc est,Christum adora,cuius Ecclesias incendisti paganus,incende idola quæ tunc adorasti.

Rex iste Francus fugatis à finibus Saxonum Gothis, in reditu suo cũ exercitu obuiũ habuit nuncium q̃ Galli Mosam transissent,& vastata regione cum magna spoliorũ præda retrocessissent. Confestim rex Francus acceptis in auxilium octoginta Saxonum millibus,adunauit cum suis exercitum ccc. millium pugnatorum & Rheno transmisso venit vsque ad Mosam. Videns autem desolationem regionis quam fecerant Galli, commotus animo iurauit dicens. Videte commilitones mei quid fecerunt fœdifragi Galli isti. Iuro per caput patris mei Antharij quod non dabo requiem capiti meo donec me vindicauero de illis. Et laudauerunt omnes propositum eius. *Galli Mosa transita deuastant Franciam.*

Mosa itaq; transmissa quadraginta millia posuit ad custodiam pontis, cum reliquo exercitu processit in Galliam,& tantam stragem fecit quantam nullus ante eum Sicambrorum aut potuit aut cogitauit. Nam vsq; ad flumen Tabul procedens & mare, ab aquilone Tarubanos, Tongros, Legios & quicquid his interiacet vel adiacet igne & ferro tam crudeliter consumpsit, vt nec infantibus nec mulieribus parceret. Congredientes sibi Gallos tanta ferocitate fudit,vt numen aliquod esse videretur non homo. Vnde nimium territæ nationes in circuitu omnes Francos,id est,feroces eos nominarunt. Ceciderunt exgladio Francorum plus quam ducenta millia Gallorum cum viris, mulieribus & pueris,infantibusq;. *Franci rẽ Mosa transmissa, plus quam ducenta millia Gallorum occidit.*

Hinc moti Senatus Populusq; Romanus legiones miserunt militum in Germanos duce Marco Lolio,non enim tuto poterant inuadere Francos, nisi Saxones primo superassent. Vicerunt primo Romani,& Germanorum XVIII. millia perimerunt. Audiens autem rex Francus stragem quam fecerunt Romani, misit Chlogionem filium suum ducẽ cum magno pugnatorum exercitu contra Romanos & multis eorum peremptis reliquos fugere compulerunt,anno Franci regis XXIV. *Romani exercitum mittunt in Germaniam.*

Francus rex Francorum post multa fortiter gesta,moritur anno regni sui XXVIII. Ante natiuitatem vero Christi anno IX. cuius bella,mores, instituta & leges Clodomer Pontifex summus carmine,& Hunibaldus prosa scripserunt.

Clogio Franci regis maior natu filius patri successit & annis XXX. regnauit, vir astutissimus,augur,vates,& magus admirabilis,cuius mater Lothildis filia regis Thoringiorũ summa sacerdos templi Palladis extitit,& suis artibus omnes quos voluit inimicos filio & Francis dementauit. Scribit de his Clodomer Francorum consiliarius grandia in Hunibaldo quæ opinionem excedunt. *Clogio regnauit annis 30.*

Anno regni sui X. Clogio rex filium suum secundo genitum,nomine Phrisum ad instantiam matris & principum,ducem constituit illius regionis,quę postea ex nomine eius dicta est Phrisia vsque in præsentem diem contra Cimbrorum & Orchadum incursiones. Post annos X. permittente Clogione rege cunctisque Francorum proceribus, Phrisus in regem fuit sublimatus,ea tamen conditione vt tributum Francis penderet annis singulis boues CCLX. butyri puri talenta XX. & caseorum regalium tria millia. Et sic Phrisia regnum factum est potentissimum. *Regnũ Frisia fit Francis tributarium.*

Anno Clogionis Francorum regis prædicti X. natus est Dominus Saluator noster Iesus Christus Dei filius in Bethleem tribus Iudæ ciuitate apud Iudæos in Palestina prouincia. Ante hac anno Clogij quarto Romani hostiliter vastarunt Germaniam,aliquando victi nonnunquam etiam victores. De cæteris Clogionis rebus gestis,bellis, vaticinijs, oraculis,& inducijs cum Romanis factis vide Hunibaldum. Moritur anno Domini XX. regni autem sui XXX multis magnifice gestis. *I N A N N O CHRISTVS nascitur.*

Herimerus secundo genitus filius Clogionis regis post patrem regnauit annis XII. vir bellicosus & nimium audax. Anno regni sui tertio Galli vsque ad Mosam ducentes exercitum inopinata cuncta quę Francorũ esse videbãtur,vel eis cõsentire hostili excursione *Herimer regnauit super Francos annis 10.*

Pithœnij
Opera
Historica

vastarunt,& collectis spolijs retrocesserunt. Quod vbi Herimero innotuisset, vocatos ad se duces vltra Mosanos,deposuit & mulctatos iuxta reges Francorum suppellectili, ad vitam priuatam redegit. Hæc enim præceperat: *In potestate constitutus sub rege Francorum princeps,cuius negligentia hostes terram nostræ gentis inuaserint & læserint, marsupio regis communi dimidium pendat bonorum suorum, & amplius ne sit princeps. Si volens hoc permisit, capite plectatur, & uxores cum liberis & bonis sint regis.*

Francorum lex.

Post hæc Mosam & ipse transgressus multa cum Gallis bella commisit, & aliquando victor,aliquando etiam victus retrocessit & fugit. Postremo tamen Romanis auxilia Gallis ferentibus in bello fuit occisus anno regni sui XII. Dominicæ autem natiuitatis XXXII. Christo ipso in Iudæa prædicante salutem generi humano.

Marcomerus regnauit annis 18.

Marcomerus frater Herimeri succedens in regno Francorum regnauit annis XVIII. cuius anno secundo Iesus Christus Dei filius in Iudæa secundum carnem passus & mortuus,tertiaque die resurgens à morte viuit in æternum. Anno eius XIIII. Claudius Romanorum Cæsar Britanniam Orcadasque insulas Romanis fecit tributarias. Francos inter Mosam & Rhenum transeundo grauiter afflixit & Gallorum auxilio vsque ad Rheni insulas eos retrocedere compulit. Moritur autem rex Marcomerus, Anno Domini L. regni vero sui XVIII.

Clodomerus regnauit an. 12.

Clodomerus Marcomeri filius in regno patri succedens regnauit annis XII. Hic Rheno transmisso cum exercitu suorum & Saxonum Gallos vltra Mosam retrocedere compulit,& amissa omnia recuperauit. Bellum gessit Germanorum auxilio cum Romanis non longe à Moguntia & agros Treuirorum vastauit. Moritur anno regni sui XII. Anno autem Christi LXII.

Anthenor regnauit annis 6. Franci malo suo deuastant Gallam.

Anthenor filius Clodomeri patri succedens regnauit annis VI. qui cum Gallis omni tempore quo regnauit bellum gessit,cuius & caussa miserabiliter interijt. Nam anno regni sui vltimo exercitum duxit ponte fabricato vltra Mosam fluuium,& præda multa onustus redijt Gallis non exspectatis. Cumque pars exercitus Francorum flumen transisset ac rex cum alijs in littore vltimus resederet, subito pons equitum multitudine oneratus cecidit confractus & multi fuerunt extincti. Atonitus rex & animo consternatus dum cõsilium tractat cum his qui secum remanserant de ponte recuperando, nunciatur ei adesse Gallos cum exercitu magno & paratos ad pugnandum. Sed cum pauci essent non videbatur ei securum Gallorum exspectare præsentiam,& tamen aliter fugere non potuit nisi per flumen. Abiectis igitur armis & quicquid grauare potuit retento baltheo super tunica & gladio equum ascendit & fluuium transire tentauit. Similiter fecerunt & alij pedites nõ habentes quo fugerent,aquis se commiserunt. Ex his aliqui natando peruenerunt ad littus,cæteri autem fluctuum impetu fuerunt, inter quos & rex Anthenor,submersi. Cum quo interierunt nouem Francorum nobilissimi duces,omnes de regia stirpe procreati,videlicet: Dux Priamus,Dux Clodius,Dux Richimer,Dux Anthenor, Dux Marcomer, Dux Walther,Dux Clogio,Dux Herimer,& Dux Luthvvic,cum LXIII. alijs nobilibus. Anthenor itaque perijt anno regni sui VI. Dominicæ natiuitatis sexagesimo octauo anno.

Ratherius regnauit annis 21.

Ratherius post interitum patris regnauit annis XXI. cuius anno secundo Nero Cæsar Romanorum primam persecutionem mouit in Christianos anno imperij sui XIIII. & alia commisit horrenda scelera. Rex autem Ratherius cunctis regni sui diebus cum Gallis & Romanis in contentione fuit & plura cum eis prælia gessit. Moritur anno regni sui XXI. Dominicæ natiuitatis anno LXXXIX.

Richimerus rex regnauit an. 24.

Richimer patri succedens regnauit annis XXIIII. qui cum Gothis bellum gessit & victor euasit. Nam anno regni sui XII. Gothi fines Saxonum & Germanorum hostili denuo incursione vastabant. Rex itaque Saxonum Windekind,Rex Francorum Richimerus, & Rex Thoringorum Hermenfrid cũ maximo suorum exercitu Gothis congressi XX. millia eorũ occiderunt & reliquos cõuerterunt in fugam. Est oppidum iuxta flumen Oderam nomine Francfenfurt/quod eo tempore Franci habita de Gothis victoria consedisse memoratur,vbi Richimerus rex filium suum secundo genitum ducem constituit, & magnam exercitus cum eo partem dimisit. Vxores,liberos & cunctam eorum suppellectilem reuersus in Franciam Cisrhenanam rex ad eos destinat.

Oppidum Francfenfurt in Marchia conditur.

Suimo dux in Marchia primus filius Richimeri regis.

Erat nomen duci regis filio Suimo, cui successit in ducatu filius eius Clodomer, & illius successor fuit ac filius Suimo secundus,qui anno Domini CXLVI. ciuitatem ad Spreui fluminis exitum non longe à mari Germanico fundauit,quam ex suo nomine Suimoniam vocauit. Manserunt in terra illa multo tempore Francũ nomen retinentes, donec postremo Marcomeri dicti sunt,à duce quodam Marcomero, cuius filius Brand ciuitatẽ Brandenburg construxit. Anno

Anno Richimeri regis quinto Domicianus Cæsar Romanorum Titi frater iunior post Neronem secundam persecutionē mouit, in Christianos, se quoq; primus omnium Cæsarum, anno suo sexto, Dominum & Deum appellari præcepit. *Domicianus Imperator.*

Rex autem Richimer anno regni sui XI. bellum habuit cum Romanis & Gallis, non longe à ciuitate Basana, quæ nunc ad Thermas Grani nuncupatur. Eodem tempore militum legiones Romanorum apud Agrippinam Coloniam post bellum cum Francis non satis fœliciter commissum, accepto nuncio de morte Cæsaris Coccei Neruæ, Vlpium Traianum Crinitum natione Hispanum Imperatorem fecerunt, qui tertiam persecutionem mouit in Christianos: Postea informatus præcepit Christianos non inquiri, sed sponte se ingerentes tantum debere occidi. Postremo tamen iterum mutatus, quartam eis persecutionem suscitauit. Richimerus autem rex Francorum obijt, Anno Domini CXIII. Regni sui XXIIII. *Traianus apud Coloniam fit Imperator.*

Odemarus Richimeri regis Francorum primogenitus filius post patrem regnauit annis XIII. princeps populo Francorum valde amabilis, qui temperauit à bellis quo ad fieri potuit. Inducias, id est, treugas siue confidentias fecit cum Gallis atque Romanis, & se tam vtriusque exhibuit amicum, vt omnes mortem eius deplorarent. Vnde pacem habentis cum omnibus, totum suum studium impendit pro decore & ornatu gentis, renouando leges, & constituendo nouas ciuitates & munitiones. Inter multas autem ciuitates vnam suo nomine fundauit, in terra quæ Tuendia nominabatur, quæ est inter Saxones & Francos, conterminans iuxta alueolum Vechtanum, quam nominari præcepit Odemarsheim / anno regni sui quarto, Dominicæ autem natiuitatis centesimo septimodecimo. Moritur autem rex Odemar anno regni sui XIIII. Domini autem CXXVII. *Odemar Francorum rex annis 14. pacifice regnauit.* *Oppidum Odemarsheim.*

Marcomer Filius Odemari post patrem regnauit annis XXI. qui vxorem habuit filiā regio Britanniæ nomine Athildem, de qua genuit septem filios, quorum ista sunt nomina: Clodomer qui patri successit in regno, Marcomer qui fuit dux apud Nitriones, & cōdidit vrbem sui nominis Marcoburgū appellatā. Clogio qui perijt in Britānia. Franc qui fuit dux apud Hogios populos à Confluente vsq; ad Mœnum, versus Orientem inter Moguntiacos & Saxones, qui veterem vrbem Helenopolim iuxta Mœni littus instaurans, Francofurt nominari præcepit. Merodac in venatione apro percussus interijt. Nicanor qui dux fuit Insulanus Hollandiæ. Et Odemarus quem pater sacrorum constituit pontificem. Eo tempore claruit Doracus Francorum consiliarius atque Philosophus, homo in omnibus mundi scientijs eminenter doctus, qui carminibus & annalibus præfuit. Pacem habuerunt Franci cunctis diebus quibus Marcomerus regnauit, & multum sub eo diuitijs & potentia creuerunt, aucti numero & dignitate. Doracus in annalibus scribit, vt refert Hunibald, quod Romani Francos & bello & pace semper habuerunt suspectos, quasi futuros imperij eorum destructores, quod metuebant ex oraculo Phedri, sicut & postea magna ex parte contigit sub Faramundo, & eius sequacibus. Obijt autem rex Marcomerus, anno regni sui XXI. Domini CXLVIII. *Marcomerus Francorum regnauit annis 21.* *Francofurt iuxta Moganum.* *Francorum potentia Romanis semper suspecta.*

Clodomerus primogenitus Marcomeri regis filius regnauit post patrem annis XVII. qui fuit homo prudens, modestus, & agilis, vxorem habuit filiam ducis Rugiorum nomine Hasildam, de qua genuit tres filios, Farabertum, Nicanorem. Quorum natu maior patri successit. Secundus fuit rex Phrisiæ, Tertius Rorich in flumine submersus est, à quo nomen fluuio mansit Rora vsque in præsentem diem inter Neocum castellum Cisrhenanum & ciuitatem Morandum. Clodomer autem obijt anno regni sui XVII. Domini vero CLXV. *Clodomerus regnauit annis 17.*

Farabertus filius Clodomeri natu maior post patrem annis XX. regnauit. Cuius anno septimo prælium atrox Germanorum cum Romanis factum est, in quo Germani cladem non modicam susceperunt. Anno eius decimo Germani memores iniuriarum quas à Romanis acceperant, fortissimum conuocantes exercitum, fines eorum intrauerunt, & omnia præda, igne & ferro vastarunt. Moritur autem Farabertus rex anno regni sui XX. Domini vero anno CLXXXV. *Farabertus regnauit annis 20.*

Suimo Faraberti regis filius post patrem regnauit annis XXVIII. & multa prælia gessit cum Gallis atque Romanis. Nam eius tempore Seuerus Cæsar Romanorum Britanniam, quæ nunc Anglia est, denuo Romanis reddidit subiectam, quod Suimoni & principibus suis non placuit. Vnde mortuo in Britannia Seuero, Suimo Galliam vastauit, anno regni sui penultimo & victor remeauit. Moritur autem anno regni sui XXVIII. Dominicæ autem natiuitatis CCXXIII. anno. *Suimo regnauit annis 28.*

Hildericus regnauit annis 40.

Hildericus Suimonis maior natu filius patri succedens regnauit annis XL. vir potens in armis, & prudentiæ magnæ. Hic in Insula Rheni fortissimum condidit castellum, non longe à Neoco quod nomine suo Hildeburgum nuncupauit. Claruit eius tempore Hildegast Francorum sapientissimus Philosophus, consiliarius & vates, siue Propheta, de semine regio natus, qui Odemaro in summo pontificatu successit. Hic tantæ apud Francos opinionis & reputationis fuit per XLVI. annos, vt ab omnibus tamquam numen aliquod diuinum audiretur, imperaretque & regibus ducibusque & vniuerso populo Francorum sicut Deus & Dominus.

Vaticinium Hildegasti de armis Frãcorum, id est, luene & serpente.

Hic die natalis Hilderici regis stans in templo Iouis apud Neopagum, ante ipsius Dei simulachrum, post preces pro vaticinio fusas, furere cœpit, vt moris est prophetantibus, agitato que capite, ac manibus recuruatis, ita vaticinabatur: *Vent ab occiduo Francis victoria Deo, Dardani veteres quem coluere patres. Quicquid habet Gallus, quicquid Germania tota, Iuri cedet omne tuo bellicose Sicamber. Hunc tibi cum dederit primum de nomine regem. Quem statuent principes & sine rege duces, Illo iã regnante Francus sine fine regnabit.* De Romanis quoq; hęc intulit: *Magnus ecce Deus dabit Franco lupanaria castra, Et franget aquilam leo serpente collisam.*

Multa prædixit, & alia Francis futura, quæ nescio si quis intelligere possit, antequam fiant. Scripta sunt autem per eum, partim Germanica lingua, partim vero Græca, & Romana, non obseruata lege metri, sed provt spiritus in eo furens verba exspumauit. Vnde & ego vt sensum non confunderem verba eius eodem ordine numero latina feci, non mensura carminis, sed tantum imitatione dictionis. dem etiam Hildegast Francos nobiles, & filios eorum docuit gesta maiorum carminibus lingua decantare materna, id est, Germanica, in cytharis & alijs instrumentis multis, vt canerent docuit.

Erant Franci eo tempore adhuc moribus rudes & feri, nec habitu culti, nec mansionibus curiosi, aut ciuiles, vtpote qui habitare in campis magis fuerunt assueti, quam in vrbibus, aut habitaculis pulchris, vel curiosis. Sæpe namque regum suorum imperio sedes, & domicilia mutare coacti fuerunt, & ideo pulchra ædificia non curabant. Sed Hildegast eos, & mores docuit cultiores, & domos ædificare diuersis receptaculis distinctas. Quicquid enim prius construxerant nimia simplicitate fuit contemtibile. Vnde Germani sumentes prouerbium cum viderint quippiam antiqua simplicitate fabrefactum, vel depictum, vsq; in hunc diem dicere solent: Hoc opus Francorum antiquum. Das ist ein alt Frãckisch Werck. Reliqua Hilderici apud Hunibaldum sunt. Moritur anno regni sui XL. Dominicæ vero natiuitatis CCLIII.

Francorum simplicitas prisca.

Bertherus regnauit annis 18.

Bertherus filius Hilderici regis post patrem regnauit annis XVIII. cuius tempore Romani, qui morabantur per legiones in Gallia Cisrhenana bellum gesserunt, cum Alemãnis Sueui, ducentes exercitum suum ad Augustam ciuitatem Rethorum, quæ nunc in Sueuia est, anno Bertheri regis Francorum septimo, vbi Valerianus à militibus, in exercitu Augustus creatus fuit, & Gallienus Romæ à Senatu Cæsar appellatus, Gallo & Volusiano ab Æmiliano necatis.

Franci deuastauerunt Italiã, Galliam & Hispaniam.

Anno Bertheri X. Germani Francorum, & Saxonum auxilio fines Romanorum hostiliter ingressi sunt, & omnia deuastantes vsq; ad Rauennam peruenerunt.

Anno Bertheri XI. Alemanni Rheno transmisso, cum magno exercitu Galliam intrauerunt, & vsq; ad Treuerim peruenientes, omnia igne & ferro crudeliter deuastarunt. Inde procedentes in Italiam vsque peruenerunt, & multa Romanis damna intulerunt. Anno sequente Franci auxilio habentes Germanos, Saxones iussu Bertheri regis sub ducibus Antheri filio eius, & Lutheri filio regis Saxonum, Galliam cum exercitu magno peruagantes deuastauerunt, incipientes à Tungrẽsium regione per Beluacos vsque ad Sequanam, & vlterius vsq; in Hispaniam omnia vastando peruenerunt, vrbem Terraconã subuerterunt. Bertherus rex obijt anno regni sui XVIII. Domini CCLXI.

Clodius regnauit annis 27.

Clodius Bertheri filius regnauit post patrem annis XXVIII. cuius anno octauo Romani Francos de Hispaniæ interioris q; Galliæ finibus expulerunt, multis ab vtraq; parte cæsis. Retrocesserunt enim Franci vsq; ad sedes Mosanas veteres.

Franci iterum mouerunt in Galliam.

Anno dehinc regni sui XII. Clodius rex cupiens se vindicare de Romanis, iterum per duces inuasit Galliam, & multa Romanorum millia fuerunt peremptа à Francis. Itaq; Franci magnam Galliæ interioris partem septennio tenuerunt.

Anno regis Clodij XIX. venerunt iterum Romani sub duce Probo, iterumque Francos de Gallia expulerunt non paucis bello ab vtraque parte fusis atque peremptis.

Huius quoq; Clodii temporibus Romanum varie gubernabatur imperium, quod non

non paruam à Francis, Germanis, Sueuis, id est, Alemannis, Saxonibusque iacturam sustinuit. Anno vero Clodij regis XI. Claudius Cæsar militiam Romanam duxit contra Sueuos, cui non longe à lacu Banaco Sueui, cum triginta millibus occurrētes atrociter dimicarunt: Cessit tandem Romanis victoria, & plusquam duodecim millia Sueuorum ceciderunt, cæteris fuga salutem quærentibus. *Alemanni, id est, Sueui cæduntur à Romanis.*

Clodius rex moritur anno regni sui XXVII. Dominicæ autem natiuitatis anno CCLXXXVIII.

Waltherus filius regis Clodij post patrem regnauit annis octo, cuius anno primo Diocletianus Romæ cœpit, & imperauit annis ferme viginti, qui tantæ arrogantiæ, & superbiæ fuit, vt se adorari publice pro Deo mandarit. *Waltherus regnat annis 8.*

Anno Waltheri regis primo, secundo, tertio, & quarto, magni fuerunt in Britannia, quæ nunc est Anglia, tumultus. Mortuo enim ante aliquot annos rege Britannorum Lucio qui primus fidem Christianam, ab Eleutherio Papa susceperat tempore Suimonis filij Pharaberti, regis Francorum anno Christi CLXXXVIII. substituerunt ei Romani Seuerum Senatorem, quem cum duabus legionibus in Britanniam miserunt, quem applicantem, adlittus Britanni bello exceperunt. *Romani occupant Britanniam Angliam.*

Quo tandem apud Eboracum perempto, Cerausus infimo genere in Britannia natus, Romanorum consensu rex declaratus multam exercebat tyrannidem. Quo tandem interfecto, Waltheri regis Franci temporibus, Romani Alexium in eius locum, cum tribus legionibus militum destinauerunt. Verum Britones imperium Romanorum diutius ferre non valentes, Asclepiadotum sibi regem ipsi constituunt, Alexium vero cum duabus legionibus Romanorum occidunt. Gallum vero præfectum cum tertia legione, apud Londonias obsident, qui vbi vidit se non posse resistere, accepta licentia abeundi, vrbem resignauit. Cœpit autem Asclepiadotus anno Waltheri VIII. & regnauit annis decem. *Britones iugum Romanorum excutiunt.*

Erant Romani his temporibus potentes, & multis nationibus imperabant. Franci autem extremo Romanorum odio laborabant, quiescebant tamen, vaticinium suorum prophetarum, quod nec dum aderat, tacite præstolantes. Waltherus rex moritur anno regni sui octaui, Domini CCXCVI. *Francorum & Romanorum ad inuicem odia.*

Dagobertus regis Waltheri filius post patrem regnauit annis XI. qui fuit mansuetissimus in subditos, quo factum est, vt magni, & parui eum colerent, vt patrem, magna tamen, & singuli reuerentia, & honore eum prosequentes. *Dagobertus regnauit annis 11.*

Anno Dagoberti regis Francorum quarto Coelus dux Claudiocestriæ insurgens contra Dominum suum Asclepiadotum regem Britannorum, inductus promissionibus Romanorum bello eum occidit. Quo nuntio lætati Romani miserunt Constantium senatorem, qui prius Hispaniam eis subiecerat, virum non minus prudentem quam audacem. Quem vt Coelus audiuit littori applicuisse, nuncios misit, pacem petijt, Romanis tributum promisit, tantum vt regnum habeat. Assensit Constantius. His compactatis Coelus intra dies XL. moritur, cuius mox filiam in nomine Helenam, cui pulchritudine, scientia liberalium artium peritia instrumentorum musicalium, puella similis non fuit in Britannia, Constantius duxit vxorem, de qua genuit filium nomine Constantinum, qui patri postea successit in regno, non solum Britonum, sed etiam contra Maxentium præualuit ad imperium Romanorum. *Asclepiadotus rex Britanniæ occiditur.* *Constantius Romanus fit rex Britanniæ, & postea Cæsar.*

Nam Constantius pater factus Imperator, Constantinum Cæsarem fecit, & ei Galliam commisit. Eo tempore Alemāni Galliam in magna occupauerunt potentia, cum quibus Cæsar Constantinus, anno Dagoberti regis Francorum prædicti quarto bellum gessit apud Lingonas vrbem Galliarum, & eorum sexaginta millia interfecit. Dagobertus Francorum rex moritur anno regni sui XI. Domini CCCVII.

Clogio Dagoberti filius mortuo patri succedens, regnauit annis duntaxat duobus. Nam secundo regni sui anno Romani Francorum regnum circa Mosam & Rhenum atrociter inuaserunt, eo videlicet anno quo Constantius Choraci, in Britannia moriens, & regnum & imperium Constantino filio cum matre commendauit. *Clogio regnauit annis 2.*

Cum itaque rex Francorum Clogio incautius dimicaret, à Romanis interceptus, & occisus est, duos relinquens filios, quorum natu maior Heleuus annum tunc agebat XX. minor vero natu Richimer XVIII. Lege autem Francorum erat interdictum, *ne quis promoueretur in regem nisi* XXIIII. *ætatis annum complesset.* Hinc factum est quod neuter filiorum Clogionis ad regnum potuit peruenire, sed patruus eorum Clodomer electione principum fuit in regem coronatus. Clogio rex peremptus anno regni sui. II. Christi autem CCCIX. *A Romanis occisus.* *Lex Francorum.*

Clodomerus regnat annis 18.

Clodomerus frater Clogionis post eum regnauit annis XVIII. cuius anno secundo Alemanni, qui & Sueui, grauiter à Romanis afflicti, Francos, Thuringos, & Saxones in

Genebaldus dux Francorum contra Romanos dimicat.

auxilium vocauerunt, monentes & orantes, ne tardarent eis citius in adiutorium subuenire, attento, quoniam si Romani, vt animis conceperant, superassent, iam Franci, Saxones, & Thuringi ab eis sine dubio peterentur. Quibus recognitis Rex Clodomer Genebaldum fratrem suum exercitus constituit, cui octoginta virorum millia subiecit. Similiter fecerunt & cæteri Reges, in auxilium vocati, coniuncti Alemannis subsidiarii milites magnum statuerunt exercitum, congressique Romanis acriter pugnauerunt, & plus quã quadraginta sex millia eorum perimerunt, cæteri salutem fuga quæsiuerunt.

Inter Alemannos, & Thuringos dissensio grauis & pugnacitur.

Hac Germani victoria potiti cum spolia in castris consueto more diuiderent, orta est inter duos milites, quorum alter Sueuus, alter vero Thuringus erat, quædam turbatio, quæ in tantum creuit, quod periculosa seditio fuit subsecuta. Vterq; enim de sua gente plures habuit sibi adhærentes. Ducum tamen & principum auctoritate interueniẽte cessauerunt illa vice à tumultuatione. Causa turbationis fuit, quod miles ille Sueuus nomine Adelbert dixerat: Thuringum nominẽ Gunther nescio quid furtiue de prẽda communi omnium subtraxisse. Verum vbi Thoringus furtum negaret, obtulit se Sueuus ad probandum dictum suum duello, ꝙ cum admitterent principes, monomachiæ bellum cõmittitur, & Thoringus ab Alemanno, in secundo congressu peremptus est. Cuius cadauer, cum armis & vestimentis fuisset nudatum, etiam furtum de quo fuerat accusatus penes cum inuentum est. Qua confusione accepta Thuringi vltra modum animis sęuierũt, tamen dissimulantes iram, consilium postea seorsum habuerunt viri centum viginti quomodo Guntherum de Adelberto Sueuo vindicarent occisum, omnia secretissime manere iubent. Nocte igitur insequente super tẽtorium, in quo suspicabantur esse Adelbertum Sueuum irruunt, & clamantes trade nobis homicidam vt moriatur. Quid plura? Ad arma concurrunt. Sueui suũ defendere, militẽ innocentem, vel cum eo mori statuunt, irruentesq; in illos centum viginti Thoringos omnes pene trucidantur. Quod cum nunciatum fuisset in castris Thoringorum, mox in furorem cõcitatũ, mane diluculo, in Sueuos prosiliunt, cum insania vociferantes, *O gy verrederß boeßvvicht.* At Sueui non segnes arma corripientes fortiter se defendunt. Atrox inter amicos pugna committitur, in qua plus quam duodecim millia Thoringorum à Sueuis perempta sunt, cæteri fuga lapsi, ad castra Francorum, qui ad duarum fere leucarum distantiam, ab his aberant, peruenerunt. Nec enim Francis, nec Saxonibus innotuerat res, donec perpetrata fuerat, quia non in eodem loco, sed procul ab inuicem castra posuerant.

Inducia trium annorum inter Sueuos & Thuringos.

Post hæc principes, & duces Francorum, Saxonumque pro pace, & concordia inter Alemannos, & Thoringos magnis laborauere conatibus, sed cum ambæ partes grauiter se læsas quererentur, plenam reformare pacem non potuerunt. Inducias tamen impetrauerunt ad tres annos, in quibus à bello partes deberent abstinere, donec medio tempore deferuescente commotionis turbatio sedaretur. Ab illo tempore vsque ad nostram ætatẽ perpetua manet inter Sueuos, & Thuringos occulta dissentio, cum plures causam ignorent, & se mutuo insequuntur.

Francorum auxilium Thuringi contra Sueuos petunt.

Anno Clodomeri Francorum regis sexto treugis, siue inducijs inter præscriptas gẽtes finitis, Alemanni bellum Thuringis indixerunt. Sed Thuringi rebus suis diffidentes, nuncios miserunt nobiles, & insignes ad Clodomerum regem, & Francorum proceres, magna cum instantia rogantes vt eis in auxilium copias mittere contra Alemanos, vt amici dignarentur. Erant eo tempore magni gentium motus, in Britannia, & in cũctis Insulis circumiacentibus. Rex autem Francorum quia nõ longe distabant sedes suæ gentis à Britannia in magna sollicitudine fuit, metuens Romanorum insidias ne forte per terram excurrerent, & fines Francorum infestarent, sicut & antea sæpius fecerunt.

Magni regis Francorum Clodomeri ad legatos Thuringorum oratio.

Vnde cũ suis habito cõsilio Thuringorum legatis respondit, in concione magnatorum publica dicens: *Duce Genebaldo fratre meo charissimo dudũ intellexi quæ fuerit inter vos amici Thoringi, & Alemanos causa dissidij & earũ quæ hodie sunt in foribus turbationũ. Sed vos ipsi optime scitis ꝙ Romani cum Gallis quotidie nobis imminẽt, ac diligentissime obseruant, si qualibet occasione regnum nostrũ possent destruere. Vnde cautũ nobis non iudico his periculosis tẽporibus populũ diuidere, & neglectis propriis aliena tutari. Quod si possemus sine periculo nostro, sicut ante hæc sæpius fecimus, & nunc amica seruitute faceremus. Est enim locorum nimis à nobis distantia pugnare contra Alemanos, cum illi principium Rheni & ortum, nos vero extrema eius ostia teneamus.*

Francũ Thuringi aides offe-

Quibus auditis à Rege Francorum, legati Regis Thuringiæ responderunt: *Domine Rex & vos Franci optimates audite: Est nobis terra lata, fertilis, & amœna, vnde si vobis placet, promptus est*

ptus est Rex noster cum vniuersa gente Thuringorum dare populo vestro terram optimam, quæ est ad Mani ripis, & inter Alemanos, vt nobis in murum, & Alemanis sitis in exterminium. Ad petitionem Thuringorum Franci dederunt consensum, & oblata susceperunt. *runt, vbi nunc est Francia Orientalis.*

Anno igitur Dominicæ natiuitatis CCCXVI. qui fuit septimus annus Clodomeri regis Francorum, in mense Aprili nonodecimo die mensis exiuerunt viri armati, triginta millia, agricultores, & variarum rerum artifices, duo millia sexcenta octoginta sex, cum vxoribus, liberis, & rebus suis de Francis Cismarina, vbi nunc est, Traiectum, Hollandia, Geldria, Selandia, pars Phrisiæ, & Westphaliæ, simul & Brabantia cum adiacentibus terris multis selecti, & iussi à rege ascendere in terram, quam promiserant se Thoringi Francis daturos, quam etiam cum magna lætitia susceperunt. *Francorum triginta millia armatores, & duo millia sexcenta agricultores, & cæteri, de Hollandia ad Wirtzburgum ascendunt.*

Ducem Rex super populum missum, & exercitum omnem constituit fratrem suum Genebaldum, qui annis prioribus cum Alemanis contra Romanos dimicauerat, fuitque vir magnæ prudentiæ, audax & bellicosus, qui terminos sibi & populo suo donatos non solum bene rexit, sed etiam in breui multum ampliauit. Cumque exiuissent patrios lares Franci, dux Genebaldus cum viginti millibus pugnatorum processit, ad locum sibi à Thuringis destinatum, reliqua vero decem vtilia pro tutela populi subsequentis cum filio suo Marcomero in itinere post se dimisit. *Genebaldus dux primus Francorum orientalium fit.*

Cum autem percepissent Alemani quod Franci nouas à Thuringis sedes accepissent iuxta Mœni littora inter medium eorum, valde timuerunt: & missis ad Genebaldum ducem legatis pacem orant, & omnem caussam litis Thuringorum, in eius arbitrium cõmittunt. Similiter etiam Thuringi fecerunt. Et sic magnum inter illos dissidium Genebaldi prudentia fuit extinctum. *Anno Christi 317.*

Eodem anno in mense Septembri Marcomer dux Genebaldi filius cum reliquo Francorum populo venit in meridionalem Thuringiam, & sedes promissas acceperunt circa Mœnum fluuium, ab oriente habentes Bohemiam, à meridie Alemaniam, ab occidente Rhenum & Moguntiam, ab aquilone vero Thuringiã & Saxoniam. In eorum autem introitu omnes Thuringi regis sui Heroli mandato retrocesserunt in Thuringiã, & dispositas sibi mansiones receperunt, alimenta Francis ad integrum annum sufficientia iussu regis dimittẽtes. Franci aũt noui aduenæ, in terra iam sua consederunt, primo in eo loco qui olim dictus est, Lunaw, vbi nunc est vrbs Francorum nomine Wirtzburg. Exinde omnem inter se regionem diuiserunt, per familias singulas distributionum gradus sortes, mittentes vnicuiq; per ordinem gentis suæ.

Genebaldus vero dux Francorum in orientali Francia, primus ab illo tempore genti præfuit, sub nutu & imperio regum inferioris Franciæ annis triginta, & breui tempore nomen eius innotuit multis, ita vt etiam Romanis iam esset formidabile, quibus valde displicuit quod Franci terram illam inhabitare cœpissent, scientes illos esse feroces, quietis impatientes & ad bella promptissimos. Nec tamẽ poterãt eos prohibere propter multa prælia quibus eo tempore in alijs mundi prouincijs plus consueto fuerunt nimium occupati. *Genebaldus Francorum orientalium dux annis triginta.*

Dux Genebaldus consentiente Clodomero rege Francorum, qui regnauit in Francia occidentali circa mare, Mosam & Rhenum fœdus inijt, cum Alemanis & Thuringis, quo fortior esset, ad impugnandum Romanos, & Gallos, qui finibus Franciæ, ab alia Rheni parte imminebant apud Moguntiam, & Argentinam, contra quos Rheno transmisso sæpius dimicauit, & plures eorum occidit. *Franci orientales cum Alemannis & Thuringis fœdus contrahunt.*

Genebaldus autẽ Dux genuit Dagobertum, qui præfuit genti annis XXI. Dagobertus autem genuit Clodium, qui præfuit annis XXIII. Clodius aũt genuit Marcomerum, qui præfuit annis 20. Marcomerus aũt genuit Faramundum, qui anno ducatus sui secũdo, in regem Francorum fuit electus, vt ordine suo inferius est scriptum. Prædicti quatuor duces Frãcorum orientalium per annos 94. populo præsidentes terminos acceptæ possessionis, vsque ad Rheni flumen dilatarunt, & magnum Gallis atque Romanis damnum fecerunt. Sed iam nunc quæ restant de regum Francorum successione continuanda sunt. Rex autem Clodomer obijt anno regni sui XVIII. Domini CCCXXVIII. *Genealogia ducũ Francorum orientalium, sub regibus dominantium.*

Richimerus Clodomeri filius post patrem regnauit annis XIII. & cunctis regni sui diebus cũ Romanis, & Gallis in contẽtione fuit, & multa cũ eis prælia cõmisit. Hic etiam tẽpore patris sui cum Cæsare Cõstantio patre Constantini dimicauerat, anno videl. Domini CCCVIII. Constantius enim Britanniam Romanorum iussu ingressurus, Francorum gentẽ in finibus Rheni ad Mare & Mosam commorantem hostiliter inuasit, & retrocedere compulit, multis eorum in bello peremptis. Quo tandem in Britannia mortuo *Richimer Clodomeri filius regnauit super Francos annis 13.*

Franci pristinos confestim terminos receperunt,& Romanorum præsidium fugere compulerunt Postremo tamen Constantinus Imperator Constantij, & Helenæ filius Richimerum in bello peremit. Anno regni eius XIII. Domini autem CCCXL.

Theodomerus regnauit annis 10.

Theodomerus filius Richimeri post patrem regnauit annis X. qui & ipse cum Romanis multa prælia gessit. Eo tempore Francorum habitatio regum fuit in regione Tungrorum, non longe à Mosa flumine in castro, quod Dispartum nuncupabatur. A termino autem Francorum vsque ad Ligerim fluuium Galli morabantur, & vltra Ligerim Gothi. Eodem tempore dux Francorum orientalium Dagobertus Rheno transmisso Galliam vastauit,& Treuirorum vrbem spoliatam incendio cremauit. Rex autem Theodomerus vna cum Astila matre à Romanis Galliam occupantibus captus est, & gladio peremptus. Anno regni sui X. Dominicæ autem natiuitatis CCCL.

Clogio regnauit super Francos annis 18.

Clogio Theodomeri filius patri succedens, in regno Francorum, regnauit annis XVIII. cuius tempore Constans filius Magni Constantini Cæsar multa cum Francis prælia commisit, pluries victus quam victor. Nam Clogio rex Magno Francorum adunato exercitu, anno regni sui primo Cameracensem vrbem expugnauit, & plures Romanorum in vindictam paternæ necis crudeliter occidit, inde progressus Galliam vsque ad Sunnam fluuium regno Francorum subiecit. Contra quem Constans, qui cum Constantino, & Constantio fratribus imperauit Romanorum legiones duxit, sæpiusque atrociter pugnauit, sed Francos superare non potuit.

Franci orientales Rheno transmisso, Gallorum fines deuastant.

Interim vero dū hæc agerentur in Gallia, Dagobertus dux in Francia orientali Rhenum transiens ponte fabricato, apud vicum Altripensem inter Spiram, & Wormaciam, Gallos & Romanos hostiliter deuastat. Gothi etiam Hispaniam eodem tempore incursantes lacerabant. Videns ergo Constans quod in medio periculo constitutus omnibus resistere non posset, cum Francis pacem fecit. Nec moratus Constans in Hispaniam ducit exercitum contra Gothos quos retrocedere compulit, & non multo postea Clogionis anno tertio peremptus est, anno ætatis suæ XXX. imperii autem XIII. Republica Romanorum in turbatione relicta. Clogio rex Francorum moritur anno regni sui XVIII. Dominicæ autem natiuitatis CCCLXVII.

Marcomerus regnauit annis 4.

Marcomerus filius Clogionis post patrem regnauit annis IIII. Contra quem Romani bellum in primo eius anno mouerunt, quod annis quatuor durauit. Valde enim molestè ferebant Francos inhabitare Galliam. Franci autem fortiter steterunt. Postremo tamen Marcomerus rex anno regni sui quarto, à Romanis in bello fuit occisus. Anno Dominicæ natiuitatis CCCLXXII.

Franci pacem sub dura conditione à Romanis accipiunt.

Franci autem Rege suo perempto considerantes, quod Romanis illa vice non possent resistere, pacem ab eis postularunt, quam illi sub tali conditione dederunt, quod Frāci deinceps Regem non haberent, sed regno in prouinciam redacto, ducibus regerētur, & quotannis tributum Romanis soluerent, & fidem seruarent. Et licet nimis graue Francis dare tributum videretur, qui semper eatenus liberi fuerant, malitia tamen compulsi temporum aliter, quam maluissent fecerunt.

Reges Francis deficiunt annis 32.

Anno igitur DCCCXI. à primo Francorum aduentu in Germaniam gens ipsa eatenus semper inuicta, & cunctis nationibus metuenda, Regibus amissis, & Ducibus commissa tributum Romanis pendere compellitur, annis XX.

Dagobertus dux seu Vicerex Francorum annis 13.

Dagobertus dux primus, frater erat Marcomeri Francorum regis, & filius Clogionis, permissione Romanorum primus super Francos occidentales ducatum accepit, quem annis XIII. tenuit. Eo tempore apud Francos orientales ducatum tenuit Clodius annis XX. vir strenuus, quem Romani nunquam sibi potuerunt subiugare, sed ipsi potius, ab eo victi, sæpius fugati sunt multis eorum occisis.

Valentinianus Imperator.

Anno eiusdem ducis Dagoberti quinto, Valentinianus suscepit Imperium, & imperauit annis XIII. quo tempore fuerunt horrendi terræ motus per totum mundum, Eodē anno Burgundionum octoginta millia, à meridie versus Aquilonem descenderunt ad Rhenum, & ibi sedes nouas in finibus Alsatiorum receperunt, vbi & manent.

Alemannorum triginta millia cæsa per Romanos.

Anno ducis Francorum Dagoberti octauo Romani duce Gratiano, non lōge ab Argentoraco bellum cum Alemānis committentes, eorum triginta millia peremerunt. Dux autem Dagobertus tres filios habuit. Genebaldum, Marcomerum, & Suimonem, quibus cum adhuc sanus viueret, fauente omni populo principatum diuisit.

Anno ducis Dagoberti vndecimo, mortuus est Clodius dux Francorum orientaliū, cui Marcomer filius ei succedens, Frācos superiores, annis XX. gubernat.

Dagobertus vero Frācorum occidētalium præfatus moritur, anno ducatus sui XII. Anno autē Dominicæ natiuitatis CCCLXXXV.

Gene-

Genebaldus dux secundus, primogenitus Dagoberti ducis primi, principatum à patre sibi deputatum tenuit annis XIX. Porro duo fratres eius Marcomerus, & Suimo, duces erant in locis sibi à genitore præsignatis, alter videlicet, ab ea parte Rheni quæ Saxones respicit, alter vero ab alia quæ Mare & Galliam diuidit, & Hollandiam. Genebaldus autem Tungros, & magnam Galliæ partem, cum Brabantia tenuit.

Genebaldus interrex siue dux Francorum annis 19.

Marcomerus dux Francorum orientalis.

Non placuit proceribus Francorum ista principatus diuisio, per quam se quotidie infirmiores, non dubitabant esse futuros, Romanis tamen satis complacuit. Dominabatur eo tempore Francis orientalibus Marcomerus Clodij filius quartus in ordine ducum à tempore quo Franci sedes à Thoringis in eo acceperant loco, & extendebatur eius dominium, à finibus Bauariæ, & Bohemiæ, ab oriente, vsque ad Rhenum, habens sub se Hogios, Meneganios, Caraganios, vsque ad thermas Alsacianas. Hunc ducem Romani subijcere nunquam potuerunt, licet sæpius tentarunt.

Anno Genebaldi ducis secundo, qui fuit Dominicæ natiuitatis CCCLXXXVII. Maximus de genere Imperatorum, qui originem ex Britannia traxerat, quem Octauius tunc rex de Roma vocauerat in Angliam, feceratq; generum suum, & regni successorem, per seditionem militum Imperator factus est, contra Gratianum. Nam postquam in Britannia quinq; annis, in bona pace regnasset, in superbiam elatus, à militibus Romanis quos secũ adduxerat, Imperatorem se fieri mandauit, & mox nauigauit cum omni militia sua, in Galliam contra Gratianum, vt eam suo imperio subiugaret.

Maximus rex usurpato imperio Galliam deuastat.

In primis itaq; regnum Marcomirum, quod nunc Britannia noua seu minor dicitur inuasit, & cum Francis, qui illud inhabitabant subiam dicto Genebaldo duce bellum commisit. Dux belli Francorum à Genebaldo fuerat constitutus Iubalchus, qui obuiam factus Maximo cum toto exercitu Francorum quem habuit, cum eo pugnauit, & victoria maximo contigit. Ceciderunt in eo prælio Francorum quindecim millia, sed & dux ipse Iubalchus interijt. Cæteri fugerunt. Deinde mulieres, cum paruulis cunctas, senes quoq;, & iuuenes omnes, quotquot per totam Marmoricam reperit crudeliter occidit. Regnum vero illud nouæ Britanniæ dedit Iunano qui nepos fuerat Octauij regis Anglorum, relicta cum eo militia magna, postquam videlicet sibi totam Galliam fecit subiectam.

Iubalchus dux Francorum.

Postquam enim Maximus omnem Galliam sibi subiugauit, & Gratianus, ex Parisio fugiens apud Lugdunum captus fuerat, & occisus, imperij sedem posuit in ciuitatẽ Treuirorum, vbi & Victorem filium Imperij consortem fecit adhuc puerum, quem deinde profecturus in Italiam Nanneno, & Quintino commendauit.

Interea Conamus Marmoricorum, Britonum Rex volens militibus suis dare coniuges qui non habebant, & qui suas in Anglia reliquerant, cum liberis adducere, vt nullam commixtionis causſam haberent cum Gallicanis, nuncios misit in Angliam ad Dionotum Regem Cornubiæ, qui fratri suo Coradoco succesſerat in regno, & petijt ab eo filiam eius Vrsulam nomine speciosam virginem sibi dari, & transmitti vxorem. Item petijt secundo, & nauibus impositas vxores tum liberis militum, & nobilium, qui tunc erant in Marmorica, similiter ad se transmitteret. Tertio petijt, vt pro militibus, qui necdum habebant vxores mitteret virgines.

Conamus Brito fit rex Marmoricorum, donatione Maximi.

Rex autem Dionotus satisfacere cupiens precibus Conami, ex tota insula collegit filias nobilium, vndecim millia, de inferioris autem generis prosapia sexaginta millia, hoc est, in summa LXXI. millia, inter quas, & nobilium, & militum vxores fuerunt similiter cũ liberis imputatæ. Naues quoq; ex diuersis littoribus iussit adduci, in quibus omnia pro nauigantibus necessaria imposuit. Et licet nauigatio multis in illo mulierum cœtu placeret, multis tamen displicebat, quæ parentes, & patriam maiori affectione intentius amabant. Sed regis imperium præualuit.

Dionotus rex Cornubiæ, pater S. Vrsulæ in Britannia.

Paratis nauibus, mulieres cum virginibus ingrediuntur, circa Tamensem fluuium, & dum classem versus Marmoricam dirigunt, grandis in mari tempestas oritur, & naues ab inuicem separantur. Maior totius congregatæ illius multitudinis nubibus in mari perijt, & collisis nauibus descendit in profundum.

Vndecim millium virginum historia.

Reliquæ autem mulieres & virgines, quæ tantum periculum euadere potuerunt, in Barbaras nationes appulsæ, ab ignota gente, vel trucidatæ sunt, vel in seruitutem perpetuam mancipatæ. Magna earum pars incidit in exercitum Gnanij regis Hunorũ, & Melge regis Pictorum, qui mercede conducti partesque Gratiani tuentes contra Maximum, maritimas regiones ab Hispania, vsque ad Angliam miserabili clade terra marique vastabant. Quorum libidinem recusantes omnes iuxta littus, & in nauibus occisæ sunt, & vsq; ad vnã deletæ. Fuerunt enim omnes Christianæ.

Anno Genebaldi ducis Francorum v i. Maximus tyrannus tertio, ab Aquilegia lapsi de spoliatus indumentis regijs à Valentiniano, & Theodosio Imperatoribus, capite truncatus interijt, cuius filius nomine Victor, non diu post, ab Arbogasto perimitur.

Maximus tyrannus perimitur.

Eodem anno postquam Francis innotuit Maximi interitus, mox adunati fortem instituerunt exercitum, & Genebaldo Marcomero, atque Sunnone ducibus omnem terrā, quam illo sæuiente amiserant, siue in Germania, siue in Gallia recuperauerunt, multis Gallorum, Romanorum, ac Britonum millibus hostiliter peremptis. Britones namque post egressum totius nobilitatis, cum Maximo penitus fuerunt infirmati, & ideo Francis, iam non metuendi. Galli atque Romani mutuis collidebantur seditionibus, quæ res Frācis summam dedit spem vendicandæ patriæ libertatem.

Franci duces per Maximum tyrannum ablata recuperant.

Franci tributum dare Valentiniano & Romanis contemnunt.

Anno igitur Dominicæ natiuitatis CCCXCII. Franci conspirantes in vnū, tributis Romanorum subiacere amplius contemserunt. Romanorum eo tempore Imperium tenuit Valentinianus iunior, quem à Maximo expulsum de Italia Theodosius restituerat, qui nuncios mittens ad Francos, tributum exigebat promissum. Franci autem venientes ad se Valentiniani legatos, pro tributo cum ignominia expulerunt, dicentes se liberos natos, etiā pro defensione libertatis mori esse paratos. Moxque arma corripientes, in Romanos, & Gallos mouent, & sicut dictum est, multis crudeliter occisis de aduersarijs, omnia quæ amiserant recuperauerunt, & anno vicesimo postq̄ Romanis tributum persoluerant libertatem pristinam armis vendicantes fortiter dimicando receperunt.

Franci Rheno transito, fines Colonienſium, & Gallia deuastauerunt.

Ducibus enim Genebaldo Marcomero, & Sunnone, cum ingenti exercitu, de inferiori Francia, quæ circa Rheni ostia est, & mare procedentes, mox omnia quæ sunt inter Mosam, & Rhenum Gallis habitatoribus, aut occisis, aut fuga pulsis occupant, spolijs ad sedes partias transmissis. Inde ascendentes fines Colonienſium deuastare cœperunt, magnum vrbanis metum incutientes, qui adhuc erant cum Romanis.

Nannenus & Quintinus Traiectenſes mouent exercitum in Frācos.

Vt autem Francorum excursus apud Treuiros fuit auditus, qui & ipsi cum Victore Maximi filio senserant, & quod Colonienſem deuastarent agrum, Nannenus, & Quintinus magistri militum quibus Maximus in Italiā profecturus Victorem filium suum, & Galliæ defensionem cōmiserat, contractis copijs descendunt in auxilium Colonienſibus aduersum Francos, si daretur occasio, pugnaturi. Sed priusquam illi venirent ad Coloniā, Franci iam præda onusti Rheno transmisso in sua redierant. Dimiserant tamen, non pau-

Francorum prima sedes in Hollandia & finibus Geldria.

cos, ab alia parte fluminis eo quod redire, & ipsi ad eos animo conceperant, & vlterius in Galliā procedere. Erant autem primæ Francorum sedes, vt dictum est, prius intra Rheni ostia tria, vbi nunc est Hollandia, & ab eo orientali parte Rheni versus Saxoniā Phrisiam, & vbi nunc est Westphaliæ pars interior simul & Phrisia. Ad occidentem quoque vltra Rhenum vsque ad Mosam similiter habitabant aliquando vbi nunc sunt Geldrenses & Iuliacenses, aliquando etiam vlterius, ad Morinos, & regiones maritimas procedentes.

Frāci apud Carbonariā syluam vincuntur.

Nannenus & Quintinus cum exercitu venientes reliquias Francorum, quæ in Gallia remanserant adoriuntur, & pugnam committunt atrocissimam, in qua sæpius victi, aliquando etiam victores extiterunt. Postremo tamen Franci superantur apud syluam carbonariam, quorum alij perempti, alij fuga saluati fuerunt.

Frāci Quintinum vincunt, & Romanorum plura millia occidunt.

His peractis Quintino visum est vtile, vt exercitum omnem traduceret in Franciā & imparatos irruptione præoccuparent. Sed Nanneno huiusmodi consilium nō placuit, qui Francos in solo proprio non dubitabat esse fortiores.

Nannen o itaq; ad Moguntiam reuerso, Quintinus circa Musium castellum Rheno transmisso traducit exercitum, & Francis bellum inferre contendit. At Franci non segnes Gallos viriliter exceperunt. in quo prælio multa Gallorū & Romanorū millia per Frācos perempta sunt paucissimis fuga saluatis. Cecidit in eo prælio Heraclius legionis Romanæ Tribunus, & cū eo pene omnes qui militibus præerant, gladio & iaculis Francorū gentis interierunt. Namq; paucis exceptis, quibus nox alta nemorumque latibulum condensa prębuerunt, Quintini exercitus fuit extinctus, vel Francorum gladio vel paludibus.

Valentinianus Imperator Arbogasti dolo necatur. Eugenius fit rex.

Anno Genebaldi ducis Francorum x ii. Valentinianus Imperator apud Viennam vrbem Galliæ dolo & austeritate Arbogasti magistri militum laqueo interijt, & Eugenius machinatione Arbogasti rex Galliarum declaratus triennio regnauit. Morte Valentiniani Cæsaris Franci audita Rhenum transire Galliamque inuadere statuunt, quod priusquā ad effectum perducerent, cōsilium eorum Arbogastus præuenit, & apud Coloniā Agrippinā vltra Rhenū traducto exercitu hyeme rigēte, Bacteros Rheno proximos Chamānos & alios subiectos Frācis deuastauit. Contra quē Genebaldus, Marcomerus & duces Francorum

corum procedentes prælium commiserunt, in quo duodecim millia Gallorum sunt occisa, & reliqui in fugam conuersi. Facta sunt hæc anno dominicæ natiuitatis CCCXIV.

Eugenius Francorum implorat auxilium.

Sequenti anno Eugenius rex Galliæ, qui Romanum ambibat imperium, cum didicisset Theodosium Imperatorem Orientis de Constantinopoli contra se venturum in Galliam timuit, veniensque ad Rhenum Francorum tam orientalium quam occidentalium simul & Alemannorum contra Cæsarem auxilium inuocauit. Eodem anno fuit occisus à Theodosio, quia Francorum auxilium non metuit. Arbogastus princeps malorum propria se gladio interemit. Theodosius obijt Mediolani, cuius cadauer Constantinopolim relatum sepelitur, & duo filij eius in imperio succedunt, Archadius in Oriente, & Honorius apud Romanos in Occidente.

Marcomero succedit Pharamundus.

Anno Genebaldi Magni ducis Francorum occidentalium XVIII. qui fuit dominicæ natiuitatis CCCCIII. obijt Marcomerus dux Francorum orientalium in monte, qui dicitur Franckenberg more gentilicio sepultus. Post quem filius eius Faramundus in ducatu successit annis duobus in regem omnium Francorum electus est.

Eodēanno Marcomerus & Sunno duces & fratres Genebaldi Franciæ inferioris mortui sunt sine liberis masculini sexus & apud Neopagum sunt sepulti.

Anno sequenti, qui fuit dominicæ natiuitatis CCCCIV. obijt Genebaldus dux magnus Francorum occidentalium, anno principatus sui nonodecimo duos relinquens filios Sunnonem & Richerum, quorum maior natu pedibus erat claudus, minor vero ad regnum non satis idoneus.

Eo tempore Franci multum dilatauerunt terminos suos, & multis ducibus subiacebāt, qui tamen omnes maiori vni vt regi obtemperabant. Visum est autem eis quod ea principatus diuisio non esset bona pro gente Frācorum, sed melius fore iudicantes, vt contemptis Romanis regem sibi proprium instituerēt sicuti ante annos triginta habuerant, consiliati sunt.

Francorum procerum conuentus pro noui regis institutione.

Anno igitur dominicæ natiuitatis CCCCV. indictione Romanorum tertia, omnes duces, proceres & nobiles Francorum in mense Martio conuenerunt apud Neopagum pro noui regis electione facienda, inter quos isti fuerunt cæteris præstantiores. Dux Faramundus Francorum orientalium & duo fratres eius Marcomer & Sunno cum filijs eorum, Clodio, Dagaberto, Nicanore. Faraberto & Richimero. Dux Anthenor princeps Francorum apud Hogios & Frācken furt Mœnipolitas cum fratribus suis Priamo & Dagaberto. Dux Bertherus Gallicanus. Dux Heribertus insulanus. Dux Sunno & Richer fratres filijque ducis Genebaldi. Inter proceres multos fuerunt, Salagast Philippus, à secretis Gasthald, Herhald, Wisogasthald, Rutvvich, Adelhardet, Richerus. Hi omnes cum cæteris vno consensu Pharamundum de regio genere ortum ac ducē apud Marcopolim Francorum orientalium vnanimiter in regem elegerunt.

Pharamundus rex Francorum electus.

Pharamundus rex filius Marcomeri ducis, qui fuit Clodij, qui fuit Dagoberti, qui fuit Genebaldi, qui fuit Dagoberti Francorum regis, qui (vt supra dictum est,) obijt anno Domini CCCVII. Pharamundus igitur ex duce in regem electus, regnauit annis XXVII. vir fortis, magnanimus, & pugnator audacissimus, qui Romanas legiones bellando contriuit.

Marcomerus dux Franciæ orientalis.

6 Ducatum vero Franciæ orientalis Marcomero fratri suo commendauit, anno Domini supra scripto CCCCV. & ipse cum Francis Occidentalibus Galliam vastauit. Marcomerus autem postquam annis XVIII. Francis præfuisset moritur anno dominicæ natiuitatis CCCCXXIII. in monte Franckenberg sepultus.

Priamus dux.

7 Priamus patri succesſit in ducatu Francorum orientalium annis XII. & moritur anno dominicæ natiuitatis CCCCXXXV.

Genebaldus.

8 Genebaldus patri succesſit annis XX. qui Alemannos bello superauit & Rhenum transiit, moritur autem anno Domini CCCCLV.

Sunno dux,

9 Sunno patri succesſit annis XXIII. qui castrum in Sunenberg constituxit, & aliud quod Suntheim appellauit iuxta Mœnum, obijt autē anno dominicæ natiuitatis CCCCLXXVIV.

Clodius.

10 Clodius frater Clodouei regis Francorum succesſit annis XVI. qui cum Bauaris bellum gessit victor, in venatione apro percussus interijt, anno Domini CCCCXCIV.

Clodomer dux.

11 Clodomer filius ducis Sunnonis ducatus apicem tenuit annis XXI. cuius frater Dietlibus castrum suo nomine Dietlebach constituxit, obijt autem anno Domini DXV.

Hugbald dux.

12 Hugbaldus patri succesſit annis XXVI. Hic Moguntiam & Wormaciam regno Francorum subiecit. Vrbem suo nomine ad Mœni flumen haud procul à Frankenfurt, ædificauit. Moritur anno Domini DXLI.

Helenus dux,

13 Helenus patri succesſit annis XXX. qui Rheno transmisso terras Gallorum, qui re-

licti fuerant in Westrasia obtinuit,& Gallos in deditionem accepit. Hic & pater eius primi ex ducibus fuerunt Christiani. Obijt anno Dominicæ natiuitatis DLXXI.

Gotfridus dux. 14 Gotfridus patri succeſſit annis XXIIII. Hic fuit pius princeps, ſed tamē ad fidem Chriſti non omnes ſubditos ſuos conuertere potuit. Erant enim duræ ceruicis eo tempore Franci ad fidem ſuſcipiendam, maiorque pars eorum adhuc fuit gentilis in ducatu. Obijt autem dux Gotfridus anno Domini DXCV.

Genebaldus dux. 15 Genebaldus patri ſucceſſit annis XX. cuius tempore ſanctus Papa Gregorius prædicatores miſit in Angliam. Obijt iſte dux anno Dominicæ natiuitatis DCXV.

Clodomirus dux. 16 Clodomirus in ducatu Francorum orientalium patri ſucceſſit annis XXIII. cuius anno primo Anaſtaſius Perſa monachus martyrizatus eſt. Obijt anno Domini DCXXXVIII.

Heribertus dux. 17 Heribertus Clodomiri nepos in ducatu ſucceſſit annis XXX. cuius temporibus ſanctus Furſeus abbas in Hibernia claruit. Moritur dux iſte anno Dominicæ natiuitatis DCLXVIII.

Clodoueus dux. 18 Clodoueus Heriberto patruo ſucceſſit annis XII. cuius tempore Clodoueus rex erat Francorum in Gallia. Moritur dux Clodoueus anno Dominicæ natiuitatis DCLXXX.

Gosbertus dux. S. Kylianus cum ſocijs patitur. 19 Gosbertus patri ſucceſſit annis XXVI. cuius anno VI. Canon Papa ſanctum Kilianum natione Scotum profeſſione monachum epiſcopum ordinauit, & miſit eum in Frāciam orientalem ad Euangelizandum fidem Chriſti. Biennio apud Herbipolim in prædicatione peracto vna cum Colonato presbytero & Tothnano diacono miniſtris ſuis iuſſu Geilanæ vxoris ducis martyrizatus eſt, anno Domini DCLXXXVIII. Dux autem Gosbertus obijt anno Domini DCCVI.

Gosbertus dux. 20 Gosbertus iunior patri ſucceſſit in ducatu annis XIIII. cuius tempore ſanctus Ægidius abbas in Gallia claruit. Dux iſte moritur anno Dominicæ natiuitatis DCCXX.

Hetanus dux. 21 Hetanus patri ſucceſſit in ducatu annis XX. qui ſine filijs moritur. Anno Domini DCCCXL. vnicam relinquens filiam nomine Imminam, quæ monialis erat & ſanctæ conuerſationis. Itaque Pippinus maior domus poſtea rex Francorum ducatum vacantem ad ſe recepit, & filio ſuo Carolo procurandum decennio commiſit. Deinde anno Domini DCCLII. cum iam rex eſſet Pippinus ducatum ſanctæ Burghardo Epiſcopo Wirtzpurgenſium primo & eius ſucceſſoribus de conſenſu Caroli filij ſui & omnium procerum totius regni Francorum donauit in proprium ſempiternum.

Ducatus Francorum datur Eccleſiæ Wirtzburgenſium.

Burghardus præſul, primus dux Francorum. 22 Burghardus igitur dux & Epiſcopus Francorum orientalium inſtitutus à Pippino præfuit annis quadraginta, moribus integer, conuerſatione ſanctiſſimus ex monacho ſancti Benedicti epiſcopus ordinatus à Bonifacio Mogūtio archiepiſcopo. Burghardus reſignauit epiſcopatum cum ducatu Francorum Eccleſiæ & ſucceſſori ſuo. Anno principatus ſui XL. Domini autem DCCXCI. & eodem anno idem ſanctus Burghardus moritur.

Mengaldus. 23 Megengaldus præſul & dux Francorum præfuit annis quatuor, qui & ipſe monachus, fuit, quem alij Hollandinorum more, l vertētium in u, Megingaudum vocant, vir ſanctus. Moritur anno Domini DCCXCV. principatus ſui quarto incompleto.

Bernvvolfus. 24 Bernvvolffus præſul & dux Frācorum præfuit annis VI. & moritur III. Calendas octobris anno Domini DCCC. ſub Carolo rege Francorum Magno Pippini filio.

Ludericus. 25 Ludericus præſul & dux Francorum, præfuit annis tribus, menſibus quinq;. Et moritur anno Domini DCCIIII. tertio Calendas Martij ſub Carolo imperatore Magno.

Agilvvardus. 26 Agilvvardus præſul & dux Francorum præfuit annis VI. menſe vno, diebus XXII. & mo-rit VIII. Calendas Maij, anno Domini DCCCX. ſub Carolo Imperatore.

Wolfgerus. 27 Wolffgerus præſul & dux Francorum præfuit annis XXII. mēſibus VI. diebus XXI. & moritur pridie nonarum Nouembris, anno Domini DCCCXXII. ſub Ludouico.

Hunibertus. 28 Hunibertus præſul & dux Francorum præfuit annis X. menſibus tribus, diebus VIII. & obijt VII. idus Martij, anno Domini DCCCXIII. ſub Lothario Imperatore.

Goſſvvaldus. 29 Goſſvvaldus præſul & dux Francorum præfuit annis XIII. menſibus V. diebus XVIII. & obijt XII. Calendas octobris. Anno Domini D CCCL VI. ſub Ludouico Imperatore ſecundo.

Arno. 30 Arno præſul & dux, Francorum præfuit annis XXXVI. menſibus VI. diebus XII. Moritur autem miraculis clarus, tertio idus Iulij. Anno Domini DCCCXII. ſub Arnulpho rege apud Saxones, tempore belli inter miſſarum ſolennia occiſus.

Rodulphus. 31 Rodulphus præſul & dux Francorum præfuit annis XVII. duobusque diebus, & moritur tertio nonarum Auguſti, anno Domini DCCCVIII. ſub Ludouico tertio.

Dracolfus. 32 Dracolfus præſul & dux Francorum, præfuit annis V. menſibus IIII. Hic miſſus à Conrado Imperatore primo in Græciam, obijt in itinere. Anno Domini DCCCCXIII.

Theodo. 33 Theodo præſul & dux Francorum, præfuit annis XIX. menſibus duobus, & diebus XIV.

Obijt

Obijt XVII. Calendas Decembris. Anno Domini DCCCCXXXII. sub Henrico primo.

34 Burghardus secundus præsul & dux, Francorum, præfuit annis IX. mensibus tribus, diebus XXIII. & obijt VIII. Calendas Aprilis. Anno Domini DCCCCXLI. sub Ottone Imperatore primo. *Burghardus secundus.*

35 Poppo Francorum præsul & dux, præfuit annis XXI. mensibus X. diebus XIV. & moritur 15. calendas Martij. Anno Domini DCCCCLX. sub Ottone Imperatore primo. *Poppo.*

36 Poppo secundus, præsul & dux Francorũ præfuit annis XXIII. mensibus IV. diebus XXI. Moritur X. calendas Augusti. Anno Domini DCCCCLXXXIII. sub Ottone secundo. *Poppo secundus.*

37 Hugo præsul & dux præfuit annis VI. mensibus VIII. qui monachos posuit ad sanctum Burghardum. Obijt III. calendas Septembris. Anno Domini DCCCCLXXXIX. sub Ottone tertio. *Hugo.*

38 Berinvvardus præsul & dux præfuit annis V. mensibus VIII. diebus XIX. & moritur anno Domini DCCCCXCIII. sub Ottone tertio XII. calendas Octobris. *Bernvvardus.*

39 Henricus præsul & dux, qui Ecclesiã sancti Stephani fundauit, præfuit annis XXII. mensibus V. diebus XXII. Obijt X. calendas Decembris. Anno Domini millesimo XVI. sub Henrico rege secundo. *Henricus.*

40 Meginhardus præsul & dux, præfuit annis XVII. diebus XXI. & moritur XI. calendas Octobris. Anno millesimo XXXIII. sub Conrado secundo. *Menginardus.*

41 Meselinus præsul & dux Francorum, præfuit anno vno tantum, & moritur anno dominicæ natiuitatis, Millesimo XXXIV. sub Conrado Imperatore secundo. *Meselinus.*

42 Bruno præsul & dux Francorum, præfuit annis XI. mẽse vno, diebus XIV. qui maiorem Ecclesiam construxit. Obijt III. calendas Iunij MXLV. sub Henrico tertio. *Bruno.*

43 Adelbero præsul & dux, præfuit annis XL. & in ea dissensione quæ fuit inter Henricum tertium & quartum filium eius, per seniorem Imperatorem de sede sua fugatus est, anno Domini millesimo LXXXV. & Megenhardus ei substitutus ab ipso Cæsare. Obijt autẽ Adelbero pulsus in Bauaria pridie nonarũ Octobris anno exilij sui quinto, Domini autẽ MXC. in monasterio Lambach quod pater eius construxerat, ibidem sepultus. *Adelbero.*

44 Megenhardus secundus præsul & dux Adelberone viuẽte præfuit annis tribus, diebus XXV. & obijt XII. calendas Iulij anno MLXXXVIII. sub Henrico quarto. *Megenhardus.*

45 Emehardus præsul & dux Francorum ordinatus Adelberone in exilia, apud Lambach Bauariæ adhuc viuente, præfuit annis XV. mensibus VIII. & tribus diebus. Moritur autem IV. calendas Martij. Anno Domini MCIII. sub Henrico quarto. *Emehardus.*

46 Erlungus præsul & dux Francorum ab Imperatore institutus præfuit annis II. quem anno Domini MCV. filius Imperator Henricus quintus, propterea quod eius patri Henrico quarto adhærebat, iterum deposuit, & Rupertum in eius loco ordinari fecit. Quem pater mox subsequens Erlungum Wirtziburgensibus restituit, & Rupertum fugauit. Verum nõ diu postea Erlungius à filio Cæsaris deponitur, & Rupertus ad episcopatum restitutus est. Anno Domini MCV. *Erlungus.*

47 Rupertus præsul & dux Francorum præfuit annis nõ plene duobus, qui dum ad generale concilium in Lombardiam tẽderet in mense septembri, obijt VIII. calendas Octobris, anno Domini MCVI. sub Henrico quarto & V. *Rupertus.*

48 Erlungus iterũ præsul & dux omnium cõsensu assumptus, præfuit deinceps annis XVI. diebus XI. Qui annis quatuor ante mortem suam continuis elephantino morbo vexatus, tandem obijt II. calendas Ianuarij. Anno Domini MCXXII. sub Henrico V. & schismate vetante, non in vrbe, sed in monasterio Svvartzach sepelitur.

45 Gebehardus pro episcopo & duce Francorum contra voluntatem omnium institutus est, per Imperatorẽ cum adhuc laicus esset, & minus idoneus, quia iuuenis. Clerus autem & proceres populi Rugerum diaconum sibi Pontificem elegerunt, quem Gebehardus de ciuitate fugauit, anno Domini MCXXII. *Gebehardus intrusus.*

50 Ruger electus præsul & dux Francorum contra intrusum Gebehardum iure præualuit & in monasterio Svvartzach per manus archiepiscopi Moguntini consecratus fuit in pręsentia legatorum sedis Apostolicæ, & quorundam principum. Hic eam partem episcopatus, quæ Neccarò fluuio circumiacet in proprios vsus tenuit, Gebehardus vero ciuitatem Wirtzburg & quæ illi contigua fuerant, secure possedit. Rugerus autem pręfuit annis quatuor, mensibus tribus, obijtq; anno Domini MCXXVI. *Ruger.*

51 Hetzelinus præsul & dux Francorum præfuit annis XI. mensibus quatuor, obijtq; Bambergæ sepultus, anno Domini MCXXVIII. sub Lothario secundo. *Hetzelinus.*

52 Embricho præsul & dux pręfuit annis XII. Hic monasterium sancti Iacobi in suburbanis *Embricho.*

Herbipolensibus trans pontem fundauit, moritur autem v. Idus Nouembris, anno dominicæ natiuitatis MCXLIX. sub Cæsare tertio.

Sigefridus. 53 Sigefridus præsul & dux præfuit annis v. mensibus VI. & moritur anno Domini MCLIV. sub Friderico Imperatore primo indictione secunda.

Gebehardus. 54 Gebehardus secundus præsul & dux præfuit annis VI. mensibus v. diebus XXIIII. & obijt anno Domini MCLXI. sub Friderico imperatore primo.

Henricus secundus. 55 Henricus secundus præsul & dux Francorum præfuit annis VI. mensibus IV. & obijt anno Domini MCLXVII. sub Friderico Imperatore primo.

Heroldus. 56 Heroldus præsul & dux præfuit annis VII. mensibus v. diebus XI. & moritur anno Domini millesimo CLXXIV. sub Friderico Imperatore primo.

Reinhardus. 57 Reinhardus præsul & dux Francorum præfuit annis IV. mensibus x. diebus XV. & obijt anno Domini MCLXXXIX. sub Friderico Imperatore primo.

Gotfridus. 58 Gotfridus de Pistenberg præsul & dux Francorum, præfuit annis v. mensibus VIII. diebus XXIV. qui Hierosolymam profectus in exercitu Christianorum obijt, in Antiochia sepultus, anno Domini millesimo CLXXXVI. sub Friderico Imperatore primo.

Henricus. 59 Henricus de Biebelrith eius nominis tertius, præsul & dux Francorum præfuit annis VI. mensibus VIII. diebus totidem. Moritur indictione Romanorum x. Anno Domini MCLXII. sub Henrico sexto.

Gotfridus. 60 Gotfridus de Hoenlo præsul & dux, amator cleri, præfuit annis 6. mensibus 4. diebus XI. Obijt anno Domini 1198. sub anno Henrici regis vltimo.

Conradus. 61 Conradus præsul & dux cancellarius regis Philippi præfuit annis v. mensibus tribus, diebus 12. & fuit occisus in strata publica Herbipoli per Bodonerem & Heinricum milites de Rabenspurg, Heroldumq; & Conradum seruitores eorum, tertio iduum Decembris. Anno Domini millesimo 203. sub Philippo imperatore.

Henricus. 62 Henricus quartus doctor Parisiensis dictus de Taseo, præsul & dux Francorum, præfuit annis quatuor, mensibus 7. diebus 7. Et moritur anno dominicę natiuitatis 1210. indictione 13. sub Ottone imperatore quarto.

Otto. 63 Otto de Lodenburg præsul & dux præfuit annis 13. mensibus 5. & obijt quinta die mensis Decembris. Anno Domini millesimo 223. sub Friderico Imperatore secundo.

Theodoricus. 64 Theodoricus præsul & dux Francorum præfuit anno vno, mensibus duobus, diebus 16. & obijt anno Domini 1124. sub Friderico Imperatore secundo.

Hermannus. 65 Hermannus de Lodenburg præsul & dux præfuit annis 16. & mortuus est anno Domini 1240. sub Friderico secundo, indictione Romanorum tertia decima.

Eringus. 66 Eringus de Reinstein præsul & dux præfuit annis 36. & moritur anno Domini 1276. sub Rudulfo Imperatore, indictione quarta.

Bertholdus. 67 Bertholdus de Sternberg præsul & dux præfuit annis 13. mortuus est anno Domini 1288. sub Imperatore Rudolfo, indictione prima.

Manegoldus. 68 Manegoldus præsul & dux præfuit annis 15. & obijt anno dominicæ natiuitatis 1303. sub Alberto rege primo, indictione prima.

Andreas. 69 Andreas de Gundelfingen præsul & dux Francorum, præfuit annis 15. & obijt anno Domini 1322. sub Ludouico Imperatore quarto.

Gotfridus. 70 Gotfridus tertius de Hoenlo præsul & dux præfuit annis quatuor, & moritur anno Domini 1322. sub Ludouico quarto, indictione septima.

Wolfframus. 71 Wolframus de Grunbach præsul & dux præfuit annis II. & obijt anno Domini 1333. in octaua Apostolorum sub Ludouico quarto.

Otto. 72 Otto Wolffskell præsul & dux Francorum præfuit annis duodecim, mense vno, & tribus diebus. Contra quem Hermannus de Lichtenberg canonicus Spirēsis ab Imperatore promotus, episcopatum primis quatuor annis violenter occupauit. Otto moritur 10. Calendas Septembris, anno Domini 1345. sub Ludouico Imperatore quarto.

Albertus. 73 Albertus de Homburg præsul & dux præfuit annis 4. non electus, sed per Papam Clementem sextum, contra Albertum de Hoenlo canonice electum, institutus. Verum postea informatus Papa melius de causa, Albertum suum ad Ecclesiam Frisingensem, anno Domini 1349. transtulit, & Albertum de Hoenlo præpositum canonice prius electum ad Ecclesiam suam confirmauit.

Albertus. 74 Albertus de Hoenlo præsul & dux præfuit annis 23. & moritur dominica post natiuitatē sancti Ioannis Baptistæ, anno domini 1372. sub Carolo Imperatore quarto, indictione 10. post quem vnanimiter electus fuit à capitulo Albertus de Hesberg canonicus, sed electionē Gregor. Papa 11. ad instantiam Imperatoris cassauit, & Gerhardum de Svvartzenburg instituit.

75 Ger-

75 Gerhardus de Svvartzburg præsul & dux præsuit annis 31. & moritur in mẽse Nouembri circa festum sancti Martini, anno dominicæ natiuitatis 1303. sub Ruperto rege Germanorum, indictione vndecima. *Gerhardus.*

76 Iohannes de Eglofstein præsul & dux Francorum prẽfuit annis 9. & veneno apud Forcheim interijt. anno 1412. sub Sigismundo rege. *Iohannes.*

77 Iohannes de Brunn præsul & dux præfuit annis 28. & moritur anno Domini 1440. sub Friderico tunc rege tertio, indictione Romanorum tertia. *Iohannes.*

78 Sigismundus ex ducibus Saxoniæ præsul & dux Francorum præfuit annis tribus & regnauit, anno Domini millesimo 443. sub Friderico tertio. *Sigismundus.*

77 Gotfridus quartus de Limpurg præsul & dux præfuit annis 13. & obijt feria tertia post palmas. anno 1455. sub Friderico Imperatore tertio. *Gotfridus.*

80 Ioannes de Grunbach præsul & dux præfuit annis 11. & moritur anno Domini 1466. sub Friderico Imperatore tertio, indictione decimaquarta. *Ioannes.*

91 Rudolfus secundus de Stherenberg præsul & dux Francorum præfuit annis 29. minus vno die: qui Ecclesiam ære grauatam alieno releuauit. Moritur in sua genealogia vltimus, quarto calendas Maij anno dominicæ natiuitatis, millesimo 495. sub Maximiliano rege Germaniæ. *Rudolfus.*

82 Laurentius de Bibera electus quarto idus Maij, anno prænotato præsul & dux Francorum pacificus, hodie principatur in annum nonum decimum. *Laurentius.*

Sed iam nunc post hanc necessariam digressionem ad regem Francorum supra dictum Pharamundum reuertamur, pro continuatione historiæ quam incepimus. *Continuatio historia regum Francorum.*

Anno Pharamundi regis quarto vltima die mensis Decembris, Wandali & Alani sub duce Modigisco Rhenum transeuntes congelatum in Galliam duxerunt exercitum cum liberis & vxoribus, vlteriusq; in Hispaniam transierunt. *Wandale & Alani Hispaniam occupant.*

Anno Pharamundi VIII. Gothi sub Alarico rege Romam capiunt & subuertunt. Eodem anno Pharamundus rex sub ducatu Clodij filij sui magnum exercitũ Frãcorum misit in Galliam contra Romanos. Francis intrantibus Galliam, Romanorum alij salutem fuga quæsierunt, alij à Francis sunt interempti. Et sic Franci magnam Galliæ partem obtinuerunt, Romanis omnino extinctis. *Roma capitur & subuertitur à Gothis.*

Hoc audiens Godgisith rex Wandalorum & metuens se aliquando pellendum de Gallia per Francos, bellum contra eos instituit. Vnde prælium atrox commissum est, in quo Franci victores plus quam viginti millia Wandalorum peremerunt. Et nisi rex Alanorum Respendial, qui iam tunc regnabat in Hispania se tempestiue interposuisset, omnes Wandali à Francis fuissent occisi. *Franci Wandalorum viginti millia peremerũt.*

Sunt autem Wandali ex insula Scãdia orti, sicut & Gothi, manseruntq; post acceptam à Francis cladem in Hispania annis 22. & post hoc nauigauerunt in Aphricã. Franci autem numero & potentia valde creuerunt. Et rex Pharamundus obijt anno regni sui 26. Domini autem 431.

Clodius Crinitus Pharamundi filius eodem anno patri succedens, regnauit annis 20. Cuius anno primo Ecius morte Pharamundi regis audita, exercitum Romanum duxit in Galliam, & multis Francorum occisis amissa recepit. *Clodius Crinitus regnat annis viginti.*

His temporibus claruit Salagastus, sapiens & Philosophus Francorum, & de antiqua regum progenie, ducens originem, qui iussu Clodij regis cum esset in omni literatura doctissimus, Francorum leges conscripsit, quas suo nomine Saligas nuncupauit. Has leges Clodoueus postea rex conuersus ad fidem ampliari fecit. *Salagastes Legislator Francorum Philosophus.*

Idem Salagastus permissione Clodij regis, vrbem ad littus Mœni haud longe à Franckenfurt nouam constituit, quam suo nomine Salagast nominauit, quam hodie corrupto vocabulo ignari auctores Selgenstat appellitant. In hac ipsa vrbe sua Salagastus moritur & combustus vrnæ imponitur, anno Clodij 16. *Salegastes iuxta Mœnum construitur.*

Anno Clodij regis primo qui fuit dominicæ natiuitatis 432. Wandali nauigantes in Aphricam, Hipponẽsem ciuitatem obsederunt & ceperunt. In qua obsidione secundus Augustinus eiusdem vrbis episcopus v. calendas Septembris obijt. *Wandali nauigant in Aphricam.*

Anno regi sui XI. Clodius rex Francorum cernens Romanam potestatem valde deficere, misit exploratores in Galliam, qui situm terræ, fortitudinem gentis, & vrbium custodiam, secrete ac diligenter explorarent. Eo tempore Burgundi habitauerunt in regione Lugdunensi, & Gothi in Aquitania.

Reuersi exploratores nunciauerunt regionẽ esse optimam, gentem inualidam, & Romanorum paruam esse custodiam. Rex igitur Clodius magnum Francorum congrega- *Franci Galliã sub Clo-*

Trithemij Opera Historica

dio rege suo sibi potenter subiecunt.

uit exercitum,& mouens in Galliam,Cameracum obsedit & cepit.Inde mouens per Carbonariam syluam ad Tornacum festinus iter direxit:quæ vrbs Romanorum fuit præsidio munita.Audientes ergo milites Romani,regis Clodij aduentum,contra eum processerũt ad bellum & omnes ab eo fuerunt occisi,nec vnus remansit.Clodius autem iam secundo magnam Galliæ partem Francis subiecit,quam Romani deinceps recuperare nunquam potuerunt,vsque in præsentem diem.

Clodius autem rex Francorum posteaquam terminos regni sui magnifice dilatauit omnemq; terram Gallorum,quæ est inter Rhenum ab Oriente,& mare ab Occidente,itẽque à mari ab aquilone vsque ad Sequanam versus meridiem,hoc est,Batauos,Menapios, Tungros,Tarauanos,Morinos,Ambianos,Cameracos,Atrabates,Beluacos,Crusiosque qui nunc sunt Hollandini,Geldrenses,Brabantini,Selandini,Flandres, Picardi,Louanij, Traiectenses,Leodienses,Namurci,Beluacenses, Nouiomenses, & quicquid his adiacet Francorum subiecisset imperio.Moritur anno regni sui 20. dominicæ autem natiuitatis 451.indictione Romanorum quarta.

Meroueus regnauit annis 10.

Meroueus Clodij filius in regno Francorum patri succedens regnauit annis decem.Hic Heleni ducis Francorũ orientalium adiutus suffragijs anno regni sui tertio in mense Iunio ciuitatem Treuirorum Romanis adhuc illo tempore subiectam obsedit,cepit, diripuit,& suæ ditioni subiugauit.Ducem Mosellanum nomine Sabinum occidit, & omnem regionem Cismosellanam à Mediomatrico , quæ nunc est Metis, vsque ad Rhenum potenter obtinuit.Et ne populus terræ,in rebellionem consurgere posset,duodecim millia Mosellanorum transtulit cum liberis,vxoribus & rebus eorum in Franciam orientalem,sub duce Heleno,in quorum locum duodecim millia Francorum orientalium reposuit, ad littora Mosellæ tam in vrbes,quam in castella & villas.Et ex illo tempore vini vsus,quod nũcupatur Francorum,apud Mosellanos primum haberi cœpit. Franci nanque vini cultores,ad Mosellam translati,id genus vitium secum de orientali Francia primi attulerunt.

Franci 180000. Hunorum peremerunt.

Anno regis Merouei 8.Huni deuastabant Galliam,contra quorum insolentiam rex ipse Merouęus grandem Francorum duxit exercitum,& commisso in campis Cathalaunicis bello,Franci Hunorum centum octoginta millia peremerunt.

Franci Germanis & Gallis commisti eorum lingua vtuntur.

Eius tempore Franci pene totam Galliam suo regno adiecerunt,Romanorum iam viribus imminutis , ac deficientibus, præsertim post Ecij mortem, quem Valentinianus ex inuidia occiderat. Franci ergo Gallis commixti de ipsorum filiabus sibi acceperunt vxores,genuerunt filios & filias,qui omnes didicerunt linguam eorum , simul & mores,cum quibus sunt deinceps conuersati vsque in præsentem diem.At vero qui manserunt in Frãcia orientali,Mosellani quoque & Cisrhenani Wirtziburgenses , Moguntinenses, Wangiones,Neometes,Argentoraces,Heluetij,Alsatij,Westerasij,Treueri,Agrippinates, Hogij,Batauí, Menapij , Hollandij,& Brabantini , solis idiomatibus differentes,Germanica lingua omnes vtuntur.

Rex autem Merouęus regno Francorum valde ampliato gentilis moritur. Anno regni sui 10.Domini autem 461.indictione 14.

Hildericus ii rex.

Hildericus Merouei filius patri succedẽs regnauit annis 6. Deinde regno pulsus,& fugatus in Thuringia exulauit annis 8. Ægidio quodã Romano interim regnum Francorum occupante.Annis octo reuolutis Ægidius à Francis, de regno eijcitur , & Hildericus reuocatur,& regnauit deinceps alijs annis 9. Et facti sunt omnes anni quibus regnauit,15.

Francorum proceres cõspirant in regem.

Nam anno regni sui sexto cõspirantes contra eũ principes,& proceres Francorum,propterea quod insolẽter,& nimis luxuriose viuens , vxores & filias nobilium plures viciasset, voluerũt eum occidere,quod cum ei innotuisset , cum paucis occulte fugit in Thuringiã ad Basinum regem,& ibi mansit annis octo.Fugit autem anno Domini 467. indictione Romanorum quinta.

Ægidius Romanus, fit rex Frãcorum annis 8. post Hildericus reuocatur.

Hilderico fugato,& apud Basinum Thuringiæ regem,qui ei sanguine iunctus est exulãte,Franci Romanorum quẽdam nomine Ægidium,qui Suessionibus dominabatur, sibi cõstituerunt in regem,qui regnauit annis octo,quem Franci demum nimis tyrannizantem , & proceres quosque crudeliter occidẽtem , tolerare diutius non valentes ciecerũt, satiis filiarum,& vxorem turpitudinem esse tollerandam,vel dissimulandam iudicantes, quam à tyranno tam crudeliter necari.

Anno igitur dominicæ natiuitatis 475.indictione Romanorũ 13. Hildericus fidelitate, & industria Wimbaldi,in Galliam ex Thuringia reuertitur,& Ægidio fugato,in regnum Francorum cõsensu omnium restituitur,regnauitq; deinceps annis nouem pristinosque mores iuuentutis,in melius commutauit.

Audiens

Audiens Basina vxor Basini regis Thuringorum prosperos Hilderici successus, relicto vitro suo venit, ad eum in Galliam, quam ille susscepit vxorem, Basini regis hospitalitatem & oblitus, & mala vicissitudine recompensans.

Basina relicto marito venit ad Hilderici: eique visionem de futura sobole ostendit, & exponit.

Prima nuptiarum instante iam nocte Basina monet Hildericum abstinere à concubitu, foresque obseruare, & quæ tertio viderit in atrio ad eam referre. Credidit rex mulieri, & obseruatis tertio ædibus ad eam reuersus est dicens: se primo vidisse in atrio Palatij renocerontas, id est, vnicornes, leonesque & leopardos. Secundo vrsos, ac lupos furentes, & se mutuo commordentes. Tertio exiguos canes, alternis se morsibus impetentes, & inuicem lacerantes.

Franci Alemannos subiiciunt.

Ad hæc mulier vates regi prædixit, proditurum ex eorum concubitu sobolem varijs moribus, cum tempore diuersam.

Primam, quæ natura foret generosa, renocerontas ac leones, nobilitate imitaturam.

Alteram, quæ vrsorum atque luporum consuetudine, rapinis intendat animum.

Tertiam vero quæ funesto sedente commordens, canes rabidos imitatura sit, & à pristina nobilitate defectura.

Anno post hæc altero Hildericus exercitum duxit in Alemannos, qui nunc sunt Sueui eosque suo regno subiecit, & Francis tributarios constituit, in ea videlicet regione, quæ proxima Italiæ, quam prius inuaserant Alemanni seu Sueui.

Odoacar totam Italiam sibi & regi subiicit ann. 140

Anno regni eius resumpti tertio, Odoacar genere Rugus Turcilingorum, Scyrorum ac Herulorum turbis fretus, ab extremis Saxoniæ finibus egressus, in manu valida suorum intrauit Galliam, & vrbem Andegauensem occupauit, contra quem Hildericus sequenti die aduenies, Paulum comitem peremit, Odoacarum fugauit cum Saxonibus, & ciuitatem sibi subiugauit. Inde mouens Odoacar, fœdere cum Hilderico prius acto, exercitum versus Italiam duxit, Orestem patricium Romanorum, in Liguria bello congressum occidit, Papiam & omnes in circuitu munitiones Romanorum obtinuit, & breui, nullo resistente totam Italiam suo dominio subiecit. Impositio capiti suo diademate, regnauit in Italia annis XIIII. nullo eum inquietante.

Hildericus autem rex Francorum post multa fortiter gesta in paganismo sicuti, & patres eius mortuus est. Anno Domini CCCCLXXXIIII. indictione Romanorum septima.

Clodoueus (qui & Lodoueus) regnauit annis 30.

Clodoueus Hilderici filius post patrem regnauit annis XXX. qui primus ex regibus Francorum postea factus est Christianus, vt dicemus: Erat autem Clodoueus & forma egregius, & animi magnitudine præclarus, qui statim in principio regni sui Siagrium Ægidij quondam regis filium, quem pater Suessionis principem reliquerat, fugauit & ciuitatem obtinuit, ac vlterius procedens, ciuitatem quoque Remensem, & plures alias, sibi subiecit Christianorum ecclesias, vtpote gentilis, & necdum initiatus Christo, vbique spolians.

Clodoueus spoliauit Christianorum Ecclesias.

Crothildis vxor fuit Clodouei, filia regis Burgundiæ.

Vxorem habuit rex Clodoueus, nomine Crothildem filiam Hilderici, cuius pater fuit Gundericus rex Burgundiæ, & hæc erat fidelis Christiana, quæ maritum sedulo monebat Christi fidem assumere, & idolorum superstitiosum, & vanum cultum abnegare. Prius vero quam Crothildis illi vxor esset, filium de concubina habuit nomine Theodoricum. Porro Gundericus rex Burgundionum, quatuor habuit filios, Gundebaldum, Godegisilum, Hildericum patrem Crothildis, & Bodemarum. Igitur Gundebaldus Hildericum fratrem suum interfecit gladio, vxorem vero eius matrem Crothildis ligato ad collum lapide, præcipitatam in aquam demersit. cuius duas filias Mucurinam, & Clothildam exilio condemnauit. Sed Crothildis petente Clodoueo, ab auunculo in Galliam mittitur.

Hildericus à fratre interficitur, & Crothildis submergitur.

Clodoueus Thuringiã subiugauit.

Anno regni sui decimo rex Clodoueus exercitum mouit in Thuringiam, cui venit in auxilium Clodomerus dux Francorum orientalium cum XII. millib⁹ pugnatorum. Causa bellifuit, quod Basina quondam vxor Basini vadens in Galliam ad Hildericum, vt paulo prius dictum est, plura clenodia in auro, argento, & margaritis, secum abstulerat, quæ repetens regis Basini filius, cum non impetrasset, bellum Clodoueo denunciauit.

At ille non segnis Thuringum regem in suo regno præueniens vicit, & Francis tributarium fecit.

Theodericus rex Gothorum in Italia.

Anno Clodouei XI. Theodoricus rex Gothorum orientalium à Zenone Imperatore orientis missus in Italiam, Odoacarum de Saxonia tyrannum interfecit, & ipse imperium deinceps Romanum per annos vnum, & triginta occupat.

Clodoueus Alaricum regem occidit.

Clodoueus rex Francorum Alaricum regem Gothorum occidētalium, Arrianum decimo lapide ab vrbe Pictauorum, cum multis in bello peremit, ciuitatem Pictauiensem cum omni terra, & thesauris eius, in suam potestatem accepit.

Alemanni superantur à Francis per Clodoueum.

Cum Alemannis rex bellum habuit. Factum est autem, vt confligente vtroque exercitu Franci vehementer cæsi, valde inciperent deficere. Quod vbi rex Clodoueus animaduertit, eleuatis oculis in cœlum, cum lachrymis orauit dicens: *Domine Iesu Christe, quem vxor mea prædicat esse filium Dei, si dederis mihi victoriam de his hostibus meis, in te credam, & Baptisma in nomine tuo suscipiam.* Cumque hæc orans diceret, Alemanni mox conuertuntur in fugam, qui vbi regem suum viderunt occisum à Francis, Clodoueo se subijciunt dicentes: *Ne amplius persequaris populum oramus, iam tui sumus, & tibi fideliter perpetuo seruiemus.* At ille prohibito bello Alemannos in deditionem accepit, & tributum eisdem imposuit.

Clodoueus rex Francorum primus fit Christianus.

Reuersus in Galliam ad se vocauit sanctum Remigium episcopum Remensem, à quo plene instructus, de fide Christiana, cum magna se humilitate, ad suscipiendum baptismatis sacramentum præparauit. Cui ingresso, ad baptismum sanctus Remigius inquit ore facundo: *Mitis depone colla Sicamber, adora quod incendisti, incende quod adorasti.* Baptisati fuerunt illo die Francorum tria millia, & sequentibus diebus etiam reliquorum, de populo complures.

Sigebertus rex à filio Ludouico perimitur.

Regnabat eo tempore in finibus Galliæ apud Agrippinam Coloniam Sigebertus homo senex & diues. Hic habuit filium vnicum nomine Ludouicum, qui regnandi cupiditate seductus, patrem in quodam nemore fecit occidi, propter quod scelus & ipse paulo post à quodam Franco sub ordinatione Clodouei occulta peremptus est. Quo interfecto rex Clodoueus, de omnium consensu Colonia, & toto regno Sigeberti potitus est.

Reges duo capitibus truncati sunt.

Riuacharium quoque apud Cameracum regnantem, Caracum quoque alium regem, cum fratribus & filijs, qui omnes erant de genere Francorum, aut bello, aut dolo, deceptos fecit occidi, & regnum Francorum totum sibi subiugauit.

Clodouei regis in suos crudelitas.

Omnes per Galliam regnantes, siue Franci essent, & de eius prosapia, siue alienigenæ, habuit suspectos, ne forte ab eis interficeretur. Vnde multis regibus interfectis etiam consanguineis suis, de quibus timuit ne ei regnum auferrent, per omnem Galliam triplicem, Celticam, Aquitanicam, & Belgicam, regnum suum dilatauit. Residens die quodam inter aulicos suos dixit. *Væ mihi qui tanquam peregrinus inter extraneos solus remansi, & nemo viuit de parentela mea, qui me iuuare possit in necessitate.* Hoc non dixit ea intentione, quod vel pœniteret de sua crudelitate, quam commiserat, in consanguineos, vel condoleret interfectis, sed in dolo si forte adhuc aliquis de sua lateret prosapia, incauta alicuius audientium reuelatione traderetur.

Clodoueus multorum cum iniuria regnat.

Multa Clodoueus bella commisit, quæ istic breuitatis causa non scripsimus, quoniam latius in Hunibaldo continentur libro XVIII. Multas quoque gentes regno Francorum subiecit, regnumque cum iniuria plurimorum valde ampliauit. Ætatis annorum XV. fuit cum regnare cœpisset, regnauit annis XXX. bona fecit plura, similiter & mala, nomen matris eius Basina, vxor legitima Basini regis Thoringorum, ipse in adulterio natus.

Clodoueus in adulterio natus.

Hildericus enim rex Francorum, in Thuringiam fugiens, & apud Basinum regem consanguineum suum hospitatus annis octo, cum vxore eius Basina secretos habuit concubitus, quæ ab eo concepit, & peperit filium prædictum Clodoueum, anno fugæ eius secundo, qui fuit Dominicæ natiuitatis CCCCLXIX. indictione Romanorum septima. Postea vero anno fugæ suę octauo in Galliam reuersus est, quem Basina, cum filio secuta, ad eum venit, anno Domini CCCCLXXVI. cum puero iam septenni, superuixit Hildericus rex annis octo, & mortuus est.

Regnare cœpit cum esset annorū 15. & 30. annis regnat.

Successit patri Clodoueus cum esset annorum XV. regnauit annis XXX. obijt autem anno ætatis suæ XLV. regni XXX. Dominicæ vero natiuitatis anno DXIIII. indictione Romanorum septima, Parisij sepultus in Ecclesia sanctorum Petri & Pauli Apostolorum, quam ipse cum Crothilde coniuge nouam construxerat.

Reliquit autē filios quatuor, Lotharium, Theodoricum, Clodomerū & Hildebertū, qui

qui regnum inter se paternum amica portione diuiserunt. Et qui plures deinceps ex his processerunt reges, ne ordinem confundamus prosapiæ principalis inceptum Principalis intentio nostra erit in recta linea permanere, continuando seriem generis ad Hildericum vltimum cum minio.

Huc vsque Hunibaldus continuauit historiam Francorum, ab excidio Troianorum per annos mille septingentos. Quæ sequuntur de gestis Francorum, ex Hoduardo, Richero & Hermanfredo alijsq; auctoribus sumpta sunt. *Hic Hunibaldus terminauit historiam.*

Lotharius Clodouei filius, per quem recta continuatur linea, post patrem Suessionis regnauit annis vno, & quinquaginta. Cuius fratres singuli suis in locis regnauerũt. Theodericus enim Clodouei, ex concubina filius regnauit apud Metenses annis XXIII. post quem filius eius Theodebertus regnauit apud Austrasios, id est, Metim, quæ Campaniæ superioris partem continet, per Alsatiam quoque, & Alemannos Rheno conterminos annis XIIII. cui Theodebaldus filius succedens regnauit annis nouem, quo anno Domini DLX. sine liberis mortuo regnum Austrasiæ Lotharia accepit. *Lotharius regnauit annis 51. Theodoricus regnauit in Austrasia.*

Clodomirus tertius Clodouei filius regnauit Aurelianis, qui fuit in bello peremptus, à Gundoualdo rege Burgundiæ, relinquens tres filios, Theodobaldum, Guntherum & Clodoaldum, quos patre mortuo Crothildis auia penes se habuit educandos. *Clodomirus regnauit Aurelianis.*

Nec multo post Hildebertus & Lotharius patrui puerorum duos occiderunt proprijs manibus, tertius autem Cloaldus auxilio procerum fuga lapsus euasit, & clericus factus, bene vixit.

Hildebertus iam dictus quartus Clodouei filius Parisijs regnauit annis XLV. Moritur autem anno Domini DLIX. Parisijs in ecclesia S. Vincentij sepultus, cuius regnum vna cum Thesauris eius omnibus Lotharius frater eius accepit. Eodem tempore mortuus est etiam Theodobaldus nepos qui regnum Austrasiæ aui sui Theodorici habuerat, quod ad Lotharium est deuolutum. Et sic Lotharius solus totum regnum Francorum obtinuit. *Hildebertus Parisijs regnat an. 45.*

Anno Lotharij regis Francorum X. Ermenfridus Thuringorum rex ad instantiam Amalbergæ vxoris suæ, Bertharium, & Baldericum fratres suos, quasi regnum eius affectarent, dolose occidit, qui erãt sicut & ipse de nobili sanguine regum Francorum. Quod vbi Theodorico regi innotuit valde commotus est, & statuit in animo suo necem cõsanguineorum vlcisci. Morabatur enim Theodoricus apud Austrasios in vrbe Metensi, vbi sedẽ regni posuerat, & dominabatur Austrasijs, hoc est, Metensibus, Leodijs, Agrippinis, Treueris, Westrasijs, Alsatibus, Cisrhenisq; Alemannis. *Ermenfridus rex Thuringiæ.*

Aliam belli causam Fortunatus assignat, quam breuiter dicemus. Amelberga Ermenfridi regis Thoringiæ vxor filia fuit Clodouei & Crothildis, quæ nimis ægre tulit maritum suum sub tributo constitutum, regis Theoderici quem regno censebat indignum, propterea quod concubinæ Clodouei patris, & non reginę esset filius. Vnde causata quod regnum Austrasiæ sibi potius iure deberetur, quæ esset legitima regis ac reginæ filia, quam Theoderico illegitime nato. His & multis alijs verbis, mulier cõtinue molestauit Ermenfridum, & importunitate nimia tandem impulit, quod missis literis, & nuncijs ad Theodericum, Austrasiæ ab eo regnum tanquam sibi cum vxore debitum, iniurioſis & contumelioſis improperationibus requisiuit. Hinc motus rex Theodericus cum se venturum in Austrasiã, cum exercitu pugnatorũ Ermenfridus minaretur, statuit illũ præuenire, vocatis igitur in auxilio filio suo Theodeberto, & fratre suo Lothario regibus cum magno Francorum exercitu intrauit Thuringiam, regem Ermenfridum cum vxore filijsq; cepit, & occidit, omnem regionem Thuringorum sibi subiecit. Ab illo tempore Thuringi reges defecerunt vsq; in præsens. *Alia belli causa inter Theodoricum & Ermenfridum reges.* *Frãci Thuringiam Ermẽfrido rege perempto subiiciunt.*

Cum prædam inter se reges diuiderent, Radegundis virgo speciosissima quę filia fuerat Bertharij regis ab Ermenfrido fratre occisi, Lothario regi sorte obtinuit, quam ille secum in Galliam abduxit captiuam, & in vxorem accepit, quæ magna sanctitate claruit, & post obitum Lotharij regis monialis facta est. *Radegundis captiua virgo abducitur.*

Lotharius rex Francorum prælia multa cõstituit. Cum Saxonibus bis pugnauit, primo victor, secundo victus, multis Francorum occisis. Ipse autem fuga lapsus cum paucis ad Suessionas regressus est. Causa belli fuit negatio tributi.

Filios habuit septẽ, quorum vnus nomine Granus, à quo thermæ sunt dictæ ad Aquas Grani, Colonienſis diœcesis, patri fuit rebellis, quem postremo captum, cum vxore duobusq; liberis cremari iussit, multis Francorum peremptis. *Granus Lotharij filius à patre occiditur. Vnde Aquisgrani.*

Heribertus regnat Parisius.

Tandem Lotharius obijt, anno regni sui quinquagesimo primo. Dominicæ vero natiuitatis 564. indictione Romanorum 12. filios relinquens quatuor: Heribertum, qui natu maior apud Parisios regnauit post obitum patris annis paucis, nihil aliud memoratu relinquens, non aio dignum, nisi quod libidini deditus, turpitudinis extitit seruus, & breui fine liberis obijt.

Guntramus Aurelianis & in Alsatia, Heluetiaque regnat.

Secundo genitus Lotharij fuit, Guntramus, qui Aurelianis, & in Burgundia regnauit annis 33. & obijt anno Domini 597. duos relinquens filios, Theodobertum, & Theodoricum. Vxor eius fuit nomine Austrigildis dicta, mulier iniquissima, quæ ad mortem infirma, cum se non posse conualescere aspiceret, medicos duos innocentes iussit interfici.

Comitum de Habspurg genealogia ex rege Gunthramne.

Theodobertus maior natu genuit Sigebertum, Sigebertus autem genuit Odobertum, Odobertus autem genuit Odobertum, Gunthramum & Adelbertum fratres. Odobertus autem iunior genuit Lutfridum & Vdalricum comites, quorum in Habspurg alter, in Hohenburg residebat alter, iam regno in quatuor comitatus Heluetiorum, Alsatiorum & Alemannorum Cisrheni ortum diuiso.

De isto Lutfrido genealogia comitum de Habspurg, vsque ad Rudolphum regem Germanorum, & vlterius in Maximilianum continuatur à Gunthrano Francorum per annos 917. vsque ad vicesimum octauum annum regni Maximiliani. Sed lineam eius genealogiæ rectam in præsenti loco non potui continuare.

Sigebertus regnat in Austrasia annis 14.

Sigebertus Lotharij tertio genitus filius regnauit in Austrasia, hoc est, Metis, Treueris, Leodij, Coloniæ, Moguntiæ, super Thuringos, & Saxones annis XIIII. quē Hilpericus frater persecutus, anno Domini DLXXVIII. occidit. Vxorem habuit nomine Brunihildem, quæ peperit ei filium nomine Theodobertum, qui post mortem patris regnauit annis XXI. & moritur anno Domini DXCIX. Post quem regnauit filius eius Theodoricus annis XVI. qui sanctum Columbanum instinctu Brunihildis auiæ suæ, de regno expulit, anno Christi DCXIIII. & paulo post mortuus est, relictis filijs tribus spurijs, Sigeberto, Corbo, & Meroueo, Sigebertus à Lothario filio Hilperici sequentis, in bello fugatus nusquam comparuit. Corbus ab eodem Lothario fuit occisus. Meroueum, quem de sacro fonte leuauerat, in vita seruauit. Brunihildem vero decem regum interfectricem occidit.

Hilpericus regnat Suessionis post patrem annis 24.

Hilpericus iunior Lotharij filius à quo regum Francorum recte descendentium linea continuatur mortuo patri succedēs, apud Suessionas regnauit annis XXIIII. Cœpit autem regnare anno Domini DLXII. Biennio prius quam pater moreretur. Vxorem habuit nomine Andoueram, quam dolo Fredegundis commatrem sibi factam abiecit, & ipsam Fredegundem deceptricem reginæ superinduxit. De Andouara prima vxore duos habuit filios, Clodoueum & Meroneum, qui dolo nouercæ ambo interierunt. Fredegundis autem peperit Lotharium, qui patri suo successit in regno.

Sigebertus rex à fratre suo perimitur.

Anno regni sui XVI. qui fuit Dominicæ natiuitatis DLXXVIII. Hilpericus rex fratrē suum Sigebertum, post multas persecutiones tandem interfecit, cuius vxorē Brunihildem Meroneus Hilperici filius duxit infaustam vxorem. Porro Sigeberto nequiter perempto, Theodebertus filius successit annis XXI.

Hilpericus autē rex tandem Fredegunde vxore sua procurante occiditur, anno regni sui XXIIII. Domini vero DLXXXVI, indictione Romanorum IIII.

Lotharius regnauit annis 44.

Lotharius ex Fredegunde regis Hilperici filius regnauit post patrem annis 44. qui plures habuit vxores, & genuit Dagobertū ex Berchtrude, qui ei successit in regno, & Heribertū qui Tholosæ regnauit in Aquitania. Paulo ante hæc tempora, cum Sigebertus rex frater Hilperici adhuc viueret, anno videlicet Domini 576. cum Saxones ad preces Winulorum, qui nunc sunt Longobardi, de finibus Scandianis exeuntium, cum eis intrassent Italiā, & post aliquot annos ibidē exactis, viderent se contemptos à Longobardis cum liberis & vxoribus, per Galliā conductu Sigeberti regis in Saxoniam sunt reuersi. Alemanni autē Saxoniam inhabitabant, quam incolis recedentibus mox occupauerāt. Venientibus Saxonibus Alemanni tertiam eis partē regionis dare fuerant parati. Sed recusantibus accipere partē Saxonibus qui totā repetebant, Alemanni mediā obtulerunt. Verū Saxones paternum solum repetentes totum, vbi contradixissent Alemanni, res ferro cōmittitur, & pugnantibus agnoscuntur Saxonum vires, qui Alemannorum 480. millia in eo prælio peremerunt. De Saxonibus autem non ceciderunt nisi mille ac 20. viri, & sic terram recuperauerunt auitam.

Saxones de Longobardia reuertuntur in patriam à Sueuis.

Anno Lotharij regis quinto moritur Gunthramus Francorum rex Aurelianis, & partis Burgundiæ duos relinquens filios Theodobertum & Theodoricum, contra quos Lotharius instinctu Fredegundis vxoris suæ bellum mouit,

Verum

Verum sanctus abbas Columbanus Lotharium monuit, ne se nepotum nece pollueret, fore denique futurum quo hæres eorum fiat, & monarcha totius regni.

Sed Brunihildis auia nepotes ipsos, in mutuum bellum sine intermissione concitabat. Theodobertum singulari odio persequebatur auia, & ob id fratrem contra illum sedulo prouocabat. Vnde postremo Theodoricus exercitum mouit aduersus Theodobertum fratrem, & commissum est atrox bellum, in quo multa Francorum millia ab vtraq; parte ceciderũt. Tandem inferior factus Theodobertus fugit, & se intra muros Coloniæ Agrippinæ vrbis recepit. Quem frater insecutus Coloniam obsidione vallauit. Ciues autem rogabant pacem à Theodorico, quibus ille respondit: *Non habebitis à me pacẽ, nisi proieceritis ad me de muro caput fratris mei Theodoberti.* Ciues ergo amputatũ caput Theodoberti domini sui Theodorico fratri sicut iusserat per murũ proiecerunt. Factus itaque victor in sanguine fratris Coloniam ingreditur pacificus, bellator impius totumque Austrasiæ, quod frater possederat sibi subiugauit. Habebat autem Theodobertus tres filios, Sigebertum, Gunthramum & Lotharium, filiam vnam speciosissimam. Sigebertus maior natu fuga lapsus, vsque ad mortem Theodorici secretissime latuit apud auunculum suum Genebaldum ducem Francorum orientalium, qui post mortem Theodorici procerum interuentu regnum accepit Heluetiorum, vt dicetur posthæc inferius, non tamen permittebatur sibi diadema imponere, vel regiam habere dignitatem. De hoc Sigeberto natus est Odobertus, per quem comites, in Habspurg, vt paulo diximus ante, cum multis alijs in superiori Alemannia Heluetiæ prouenerunt.

Theodoricus rex. Theodobertum fratrem occidit.

Sigebertus fugit ad Francos orientales.

Memorati autem Sigeberti duos fratres, & sororem, qui adhuc paruuli erant Theodoricus rex patruus secum duxit ad Metim: Cui occurrens Brunihildis statim, vt vidit nepotes paruulos, quasi furens leæna super eos irruit, & propria manu crudeliter interfecit, & sic Theodoricus Austrasiam obtinuit.

Brunihildis impia.

Nec multo post hæc elapso tempore, anno scilicet Domini 618. qui regis fuit Lotharij 32. Theodoricus rex veneno Brunihildis interijt, anno regni sui 21. post cuius interitum Lotharius iuxta prophetiam sancti Columbani abbatis totius regni monarcha factus deinceps regnauit solus super Francos, & Gallos annis 13. qui Brunihildem decem regum interfectricem Wormaciæ comprehensam iudicio procerum mortem subire crudelem iussit.

Lotharius igitur iam quatuor regnorum monarcha factus, commendauit prouincias comitibus. Palatij namque sui præfectum constituit Garnerium virum nobilem, de antiqua prosapia regum Francorum, vnde maiores domus siue comites Palatini sunt dicti, in eodem officio postea succedentes. Burgundiam vero commisit cuidam Harponi, qui & ipse comes erat de vetustissima regum Francorum stirpe procreatus, & multa fortiter gessit. Radoni autem nobilissimo comiti Francorum Austrasiam commendauit hoc est, Metim, Leodium, Coloniam, Treuerim, & quicquid illis interiacet, Mogũtiam, Wormaciam, Spiram & omnem Westrasiam vna cum adiacentibus regionibus commendauit Clodomiro, qui dux erat Francorum orientalium apud *Vvirtzburg*, viro magnanimo, & de regum prosapia descendenti. Inferiorem autem Franciam siue Galliam Aquilonarem Pippino commendauit, in qua sunt potiores istæ ciuitates, Turnanensis, Morinensis, Tornacensis, Atrebatensis, Cameracensis, Traiectẽsis, & quicquid ipsis interiacet. Alsatiam Alemanniam Cisrhenanam, hoc est, Constantiam, Basileam, Argentinam, & quicquid iuris erat Francorum inter Burgundos, & Rhenum atque Longobardos, ipsosq; Heluetios, commisit Sigeberto filio quondã Theodoberti regis Austrasiorum, quẽ Theodoricus frater occidit, sicut est dictũ. Iste Sigebertus quã diu patruus post necem patris fratrũ, & sororis, cum Brunihilde superuixit, apud duces Franciæ orientalis latuit.

Lotharius committit prouincias comitibus.

A Lothario autem procerum interuentu factus est comes in regionibus memoratis, & genuit Odobertum, Gunthranum, & Theodobertum, ex Engeltrude filia Heriberti ducis Francorum orientalium. Præfuitque prouinciæ sibi commissæ annis 38. Odobertus patre mortuo, comitatus accepit quatuor in terra Sueuorum, *Habspurg*, *Kiburg*, & duos alios quorum mihi nomina iam non occurrunt.

Comitatus in Habspurg principium.

Gunthranus comes fuit in Homburg, & genuit Vdalricum patrem sanctæ Othiliæ virginis Christi, & monialis. Theodobertus comes fuit Rauracorum. Ex his multi comites descendunt.

Theodelindis regina.

Eo tempore quo Lotharius regnare cœpit Suessionis in Gallia, Garibaldus regnauit in Bauaria, cuius filiam nomine Theodolindam Antharius rex Longobardorum habuit vxorem, quæ mulier Christo fuit deuotissima, ad quam beatus Papa Gregorius quatuor

libros dialogorum transmisit, anno dominicæ natiuitatis DC. erant illo tempore Bauariæ reges, sub potestate regum Francorum, dabantq; illis tributum singulis annis.

Lotharius rex Thassilonem substituit.

Anno autem Domini DCII. indictione Romanotum V. qui fuit annus Lotharij XVI. mortuus est Garibaldus prædictus rex Bauariæ, in cuius locum rex memoratus Francorum Lotharius Tassilonem constituit regem.

S. Arnulfus Episcopus Metensis Dagoberti regis institutor.

Gertrudis vxor Lotharij regis Francorum peperit Dagobertum, qua mortua duxit Sigehildem, quæ peperit Heribertū de quibus suo loco dicetur. Dagobertū pater sancto Arnulfo Metensium episcopo nutriendū, & instituendum cōmendauerat, qui his temporib. magno in pretio fuit. Iste Arnolfus de genere Francorum comes Namurci fuit, ex comite factus episcopus Metensis, & ex episcopo monachus heremita, opinione cunctorū sanctissimus, cuius genealogiam altius repetere causa me admonet, quod & regum de sanguine venit, & ex nepotibus suis plures, ad regnum fuerunt assumpti.

Arnulfi genealogia ex regib. Francorum. Genealogia Pippini & Caroli Magni.

Anno enim Domini CCCXLIII. Clogio rex Francorum genuit Marcomerum regem & Dagobertum ducem. Dagobertus autem genuit Genebaldum, Genebaldus autē Marcomerum, & Sunnonem genuit. Sunno autem genuit Dioclem, Diocles autem genuit Meroneum. Meroneus autem genuit Leontium. Leontius autem genuit Heribertum. Heribertus autem genuit Priamum. Priamus autem genuit Sigebertū. Sigebertus autem genuit Nicanorem. Nicanor autem genuit Ansegisum. Ansegisus autē genuit Arnulfum comitem Namurci in Austrasia, postea Episcopum Metensem, & heremitam, de quo loquimur.

Arnulfus autem genuit Ansegisum Namurci comitem, & maiorem domus Francorum siue Palatinum comitem. Ansegisus autē genuit Pippinum maiorem domus, & ducem Brabantiæ patrem Sanctæ Gertrudis, cuius vxor Ida monasterium Niuellense, ad instantiam sancti Amandi constituit in Brabantia, siue vt vsus habet in Brabantia, qui Pippinus obijt anno Domini DCXLVII. sub Dagoberto rege Francorum vt dicam. Pippinus autem genuit Grimaldum, & Carolum cognomento sortem maiores domus. Carolus genuit Pippinum Carolomannum, & Griffonem. Pippinus autem ex comite Palatino seu maiore domus Francorum rex, post depositionē Hilderici factus genuit Carolum Magnum, de quibus postea dicetur.

Dagobertus rex contra Saxones bellum mouet propter tributum.

Anno Domini DCXI. Dagobertus, quem Lotharius pater iam antea regem Austrasiæ constituerat Bertholdo Saxonum duci neganti tributum soluere Francis, bellum indixit, cōtractisq; copijs, ac Rheno trāsmisso cum eo pugnauit, & primo victo, grauiter vulneratus est. Quod celeri nuntio referente audiens Lotharius pater, qui tunc erat in Ardemia sylua diœcesis Coloniēsis, in auxilium filio properauit, Rheno apud Nouesium transmisso, rursus bellum cōmittitur, Berthold, siue vt volunt alij Berthulf, dux Saxonum occiditur, Saxones duce perempto fugiunt, quos insecutus rex Dagobertus omnes, qui gladij eius longitudinem excedebant masculini sexus occidit, gentemque tributum D. boum soluere compulit.

Dagobertus regnauit annis 40.

Post hæc anno Domini DCXXXI. indictione Romanorum quarta, Lotharius rex filius Helperici, & pater Dagoberti moritur, anno regni sui XLIIII.

Dagobertus cognomento Magnus filius Lotharij, post mortem patris regnauit annis XXXIIII. nomen matris eius Bertrudis. Hic duos filios habuit Sigebertum, & Clodoueū, vel vt alij scribunt Lodouegum, quem nos Ludouicum hodie Germanice potius diceremus.

Cum Sigebertus ipse puer infans XL. dierum baptizaretur ab Episcopo, & inter orandū Amen à circumstantibus esset respondendum, & omnes distractis cogitationibus tacerent, infans ipse Amen clara voce respondit.

Hunc Heribertus frater Dagoberti, qui Tolosæ regnabat in Aquitania, de sacro fonte leuauit, qui scilicet Heribertus, fratre iam regnante post Lotharium obijt cum Hilperico filio, & monarchia ad Dagobertum redijt.

Saxonibus tributum 500. boum ad tempus remittitur.

Saxones missis oratoribus Dagobertum rogabant, quatenus eis tributum remittere dignaretur, quingentos videlicet boues, quos annis singulis dare Francis regibus cogebātur. Consensit rex, sub ea conditione ad tempus, vt ipsi Saxones Sclauos debellarent, quod & fecerunt.

Sigebertus constituitur rex in Austrasia.

Rex Dagobertus filium suum dictum Sigebertum regem Austrasiæ, id est, Metensium, Colonienſium & Leodienſium constituit, imposito illi diademate, commendans eum sancto Chuniberto Colonienſium Archiepiscopo, & Adelgiso Namurci Palatino comiti, vt eorum prudentia regeretur.

Clodo-

Clodoueus autem rex Nanthilde regis Dagoberti filius Neustriæ ac Burgundiæ rex, à patre declaratus est, quem adhuc paruulum Pippino duci Brabantiæ, & Againo comiti educandum, & instituendum in moribus commendauit. *Pippinus comes Namurci, Brabantiæ dux.*

Iste Clodoueus Dagoberti filius, vxorem habuit nomine Bathildem Saxonum gentis illustrem fœminam, quæ peperit ei Lotharium, Hildericum, & Theodoricum, de quibus per ordinem suis in locis breuiter dicendum.

Dagobertus rex Francorum magnus, obijt anno regni sui XXXIIII. Dominicæ vero natiuitatis DCLXV. indictione Romanorum octaua.

Clodoueus filius Magni Dagoberti, succedens patri regnauit annis XVI. nomen matris eius Nanthildis. Maior domus siue comes palatij, fuit sub eo, Ansegisus sancti Arnulfi Metensis episcopi filius, vir strenuus, atque magnificus, qui comes fuit Namurcensis, cuius filius Pippinus dux erat Brabantiæ. *Clodoueus secundus regnat an. 16.*

Regnauit autem Clodoueus, vt dictum est, in Neustrasia, & Burgundia, hoc est, Parisijs, Beluaci, Ambianis, Blesis, Remis, Lugduni, Tholosæ, & in omni regno Gallicano, vsq; ad mare & Hispanias, per Alemanniam, Franciam orientalē, Bauariā, Alsatiam, Thuringiam, & alias prouincias regno Francorum subiectas, duces erant deputati, & comites de nobili sanguine antiquorum regum Franciæ, qui eas sub regibus administrabant.

Sigebertus autem frater Clodouei, sicut diximus, regnauit in Austrasia, quæ inferiori Campaniæ iungitur apud Metenses, Colonienses, Leodienses, Treuirenses, Mosellanos, Tulenses, Moguntinenses, Neometenses, Vangiones. *Sigebertus regnat in Austrasia.*

Clodoueus rex moritur anno regni sui XVI. Dominicæ vero natiuitatis DCLXXXI. indictione Romanorum IX. relinquens tres filios, vt dictum est, ex Bathilde vxore, Lotharium, Hildericum, & Theodoricum.

Lotharius Clodouei maior natu filius patri succedens regnauit annis IIII. tantum, cuius maior domus Ebervvinus fuit, vir impius, qui sancto Leodegario Pontifici oculos eruit, & eum Christi martyrē fecit. Moritur autē rex Lotharius anno Domini DCLXXXV. indictione XIII. *Lotharius regnat annis 4.*

Theodoricus frater Lotharij, & filius Clodouei mortuo fratri succedens regnauit annis ferme septem. Bis etenim rex factus est. Primo namq; fratri succedens, otioq; & inertiæ deditus, omnia negotia regni, per comitem Palatij quem maiorem domus nuncupabant, disponere cœpit, semel in anno, ad Kalendas Maij se populo videndum salutandumq; ostendens, reliquum tempus omne in otio consumebat. Vnde res Francorum publica non parum detrimenti accepit. Omnia enim maiorum domus arbitrio gerebantur. Cuius maior domus fuit Ebervvinus, quem alii Ebroinum male scribunt, quia Germanicum est nomen, homo sceleratus & impius, qui multa fecit mala, quibus commoti proceres Francorum, Theodoricum à regno deiiciunt, & tam ipsum quam Ebervvinum separatos, ab inuicem ad duo monasteria intrudunt. *Theodoricus regnauit an. 7.* *Maior domus regibus imperabat.*

Hildericus duorum regum præcedentium frater medius, & Clodouei filius, deiecto à regno Francorum Theodorico fratre iuniore, procerum electione ad regnum de Austrasia vocatus, regnauit annis paucis, qui cum esset moribus asper & multis nobilibus Francorum odiosus, in venatione occisus est. *Hildericus regnauit anno tantum vno.*

Theodoricus fratre in venatione vna cum Vlcida vxore prægnante occiso, ad regnum à Francis restituitur, & regnauit deinceps annis tribus. Et moritur anno Dominicæ natiuitatis DCXCII. relinquens ex Clothilde regina filios duos, Clodoueum, & Hildebertum qui post cum regnauerunt. *Theodoricus iterum regnauit annis 3.*

Clodoueus maior natu Theodorici filius patri succedens in regno Francorū, anno Domini prænotato DCXCII. regnauit annis tribus, cum fratre suo Hildeberto. Maior domus regni Francorum illo tempore fuit Pippinus Ansegisi filius Namurci comes, & Brabantiæ dux inclytus. Eius Clodouei regis anno vltimo sanctus Wilbrordus, qui & Clemēs à Sergio Papa Romæ, in die sancti Clementis ordinatur episcopus, & in Galliam Belgicā, Austrasiam quoq; & Phrisiam, ad prædicandum mittitur. *Clodoueus regnat annis tribus.* *S. Willibrordus episcopus.*

Clodoueus autem rex iste Francorū moritur, anno Dominicæ natiuitatis DCXCVI. indictione Romanorum IX. cui frater successit.

Hildebertus mortuo Clodoueo fratri succedens, regnauit posteum annos XIIII. cuius anno quinto sanctus Lampertus episcopus Leodiensis occisus est. *Hildebertus regnauit annis 14.*

Rex autem Hildebertus moritur anno Dominicæ natiuitatis DCX. indictione Romanorum VIII. Dagoberto relicto filio.

Dagobertus iunior patri succedens in regno Francorum, regnauit annis quinq;, par-

Dagobertus regnauit annis 5.

uæ auctoritatis,& momenti reges Francorum his fuere temporibus, sed omnia per maiores domus fiebant,inter quos etiam varij motus,& seditiones crebro extiterunt. Ebervvino enim sub Theodorico mortuo Franci Garaconem Palatii comitem faciunt, quem non multo post Gillemarus eius filius à magistratu deiecit. Hic post bella aduersus Pippinum Brabantiæ ducem,quem Franci,de maioritate domus eiecerant, repentina morte interiit,& Garacon pater dignitatem recepit. Illo etiam breui mortuo Bertharius maior domus constituitur homo inutilis.

Pippinus bellat cõtra Berthariũ.

Pippinus maioritatẽ domus recuperat.

Francorum dissidium intelligens Pippinus Brabantiæ dux, contractis copiis exercitum contra Theodoricum,& Bertharium duxit.Pugnatum est acriter,Theodoricus fuso exercitu fugam petit,Bertharius occisus est.Pace tandem firmata,cum Theodorico rege Pippinus magistratum recepit , & obiit anno Domini DCCXV. indictione Romanorum XIII.filium relinquens nomine Carolum Martellum cognomento fortem , quem Pleutrudis nouerca nouissima Pippini vxor apud Coloniam in custodiam posuit,& Theobaldum maiorem domus Franci constituunt. Non multo post Franci Theobaldum magistratu deiiciunt,bellum committitur , regis Dagoberti partes infirmantur. Pulso enim magistratu Theobaldo,Franci proceres Rangafredum maiorem domus faciunt. Interea Carolus Martellus Pippini filius de nouercæ custodia euasit.

Dagobertus autem Francorum rexiunior tandem obiit. Anno Domini DCCXV. indictione XIII.relicto filio nomine Theodorico.

Daniel presbyter interrex an. 9.

Post mortem Dagoberti regis Franci Danielem quendam presbyterum maiorem domus constituunt,quem postea erigentes in regem,Helperici nomen ei imponunt , qui aduersus Carolum Martellum sæpe pugnauit. Verum Carolus de custodia nouercæ miraculose lapsus,summo laborabat studio,vt principatum patris recuperare posset. Vnde cum esset potens,Lotharium quendam de regio semine contra Danielem constituit regem Francorum,à quo & ipse maior domus factus est.Plura cum Daniele Carolus prælia gessit,aliquando victus,sæpius tamen victor.

Lotharius interrex contra Danielem.

Conspirauerant cum Daniele contra Lotharium , & Carolum Regenfridus dux Phrisonum,& Eudovvastonum princeps,sed omnes sunt victi,& Lotharius auxilio Caroli regnum potenter obtinuit annis VIII.

Carolus Martellus maior domus.

Moritur autem Lotharius interrex iste anno Dominicæ natiuitatis DCCXXIII. regni sui octauo anno,indictione Romanorum sexta. Quo mortuo Daniel qui & Hilpericus presbyter,in regnum est restitutus,qui non diu superuixit,sed anno sequenti , hoc est, DCCXXIIII.obiit.

Theodoricus regnat annis 13.

Theodoricus Dagoberti regis nouissimi filius metu hostium , in quodam cœnobio monialium,vt ferunt educatus.post mortem duorum interregum Lotharij & Danielis,cõsilio maioris domus Caroli Martelli,qui iam potentissimus erat,in regem à Francis assumitur,& regnauit annis XIII. sed omnis potestas penes maiorem domus erat in toto regno,& rex solo nomine contentus esse cogebatur.

Carolus Martellus maior domus, regni Francorum instaurator.

Carolus iste maior domus Francorum,Namurci comes,& Brabantiæ dux, regnum Francorum , pene desolatum , in integrum restaurauit,auxit & glorioſum fecit. Multa cum gentibus prælia gessit,& semper euasit victor.In primis grandem exercitum duxit vltra Rhenum atque Danubium per deuictos Sueuos,Bauarosque ad Baugarenses,Rhetios & eas gentes, quas hodie nominamus Australes vltra Danubium Francorum regno potenter subiiciens,cum spoliis multis,in Galliam redijt.

Sueui rebelles superantur à Francis.

Sueuis à fide subiectionis Francorum deficientibus Carolus bellum indixit, cõtractisq; copiis militum,cum eis dimicauit.Pugnatum est acriter , & multi ab vtraque parte ceciderunt , plures tamen ex Sueuis , quam Francis. Vnde nouissime Carolo cessit victoria , & occiso duce Sueuorum Leufredo , gentem illam , cum regione Francis subiugauit.

Phrisones ad obedientiam compulsi sunt per bellum.

Anno Theodorici regis Francorum nono,qui fuit Dominicæ natiuitatis DCCXXX III.Carolus maior domus bellum gessit , cum Phrisonibus , se à subiectione Francorum vendicare in libertatem conantibus.Bellum atrox committitur, & Phrisones Radbodone duce eorum perempto superantur.

Wascones deuastant Francorum fines.

Anno sequenti Carolus mouit exercitum in Wasconiam. Nam Edulo princeps Wasconum Hispaniæ regem Abdiramum , cum infinitam multitudinem pugnatorum haberet auxiliantem,in fines Francorum irrupit,positisque apud Burdegalam castris , ciuitatem expugnauit,Ecclesiis omnibus spoliatis,& incensis.Inde progrediens simili clade

Picta-

Pictauienses affecit,& sancti Hilarij templum incendit. Deinde ad vrbem Turonicam mouit exercitum,quam pari machinatione adorsus expugnare voluit.

Sed Carolus cum suis occurrens hosti,ne quod voluit impetraret, obstitit. Bellum committitur,atrocissime pugnatur,sed Carolo Deus concessit victoriam,qui die illa CCC LXXXV. millia hostium prostrauit, cum tamen de Francorũ exercitu quingenti duntaxat in eo prælio cecidissent. Nec multo post mortuo Edulone, qui & Eudo,Carolus mouit in Wasconiam,& eam suæ ditioni subiecit,Burgundos noua molientes compescuit. *Carolus Wasconiã suæ ditioni subiecit.*

Anno Theodorici regis vndecimo, Wandali relictis sedibus suis,cum finitimos sibi populos,non parum inquietassent,in Franciam tandem crudeli multitudine irrumpentes,vsque ad Senones peruenerunt.Sed impetu in eos facto, vrbis antistes Eppo soluta obsidione conuertit in fugam. *Wandali Franciam ingressi fugantur.*

Gothos à finibus Hispaniarum in Franciam irrumpentes,Carolus bello fortiter exceptos prostrauit,& cum ignominia maxima fugere compulit. Populos deniq; cisrhenanos,Mosellanos quoq;, Cynonotos, Westrasios, Moguntios, Vangiones & Neometes Gallorum hostes antiquos etiam perdomuit. *Carolus Martellus Gothos superauit.*

Theodoricus rex Francorum moritur anno regni sui tertiodecimo, qui fuit Dominicæ natiuitatis DCCXXXVII.indictione quinta.

Hildericus Theodorici regis filius genitori mortuo succedens, solo nomine regnauit annis XIIII.Nam & opes,& potentia regni penes palatij præfectos qui maiores domus dicebantur,& ad quos summa totius regni pertinebat tenebantur.Nec aliud quicquã regi permittebatur,quam vt regio tantũ nomine cõtentus,crine profuso,barbaq; submisso,in solio resideret, ac speciem dominantis effingeret, legatos vndecumq; venientes audiret, eisq; abituris responsa,quæ doctus erat vel iussus,quasi ex sua potestate redderet, tũ præter inutile regis nomen precarium vitæ stipendium, quod ei præfectus aulæ pro suo arbitrio adhibebat,nihil aliud possideret. Vnam tantum & eam perparuam redditus villam in qua domini,& ex qua famulos sibi necessaria ministrantes,atque obsequium exhibentes, paucæ numerositatis habebat,fuitq; necessario paucis contentus. *Hildericus regnauit annis 14.*

Quocunq; eundem fuerat carpento ibat,quod iunctis bobus,& bubulco,more rustico agente trahebatur.Sic ad palaciũ,sic ad publicum conuentum,qui ad Kalendas Maij annuatim celebrabatur ire solebat,& coram tota gente in solio residẽs, omnes salutabat, relalutatus ab eisdem, sicq; domum vt venerat reuersus otiosus domi vsq; ad sequentem annum residebat.Ad regni administrationem,& omnia quæ vel domi, vel foris agenda, vel disponenda erant,præfectus aulæ qui & maior domus, procurabat. *Reges Francorum sub potestate maiorum domus erãt.*

Anno Hilderici regis secundo,qui fuit Dominicæ natiuitatis DCCXXXIX. Wandali cum Saracenis iterum facta irruptione,Galliam vastauerunt,& in primis Arelatensem vrbem ceperunt.Carolus autem Martellus,maior domus, misit ad Lintprandum qui venit ad eum cum toto Longobardorum exercitu. Quod audientes Saraceni mox omnes fugerunt. *Saraceni & Wandali Galliam vastant.*

Anno sequenti Carolus exercitum mouit in Saxoniam & gentem illam rebellem, & Francis solitum pendere tributum obnitentem bello vicit, & ad subiectionem coegit. Vlterius inde progrediens totam pene Germaniam vsque ad Sarmatas bello superans Francorum dominio subiecit. *Francorum regno tota pene subiicitur Germania.*

Post multa fortiter gesta Carolus Martellus,id est,malleus,maior domus Francorũ, Namurci comes,& Brabantiæ dux fortunatissimus,obiit anno Hilperici regis Francorum quinto,Dominicæ vero natiuitatis DCCXLII.indictione Romanorum X. relinquens tres filios,Pippinũ,Carlomannum,& Griphonem. Gripho qui minor natu erat matrẽ habebat nomine Svvanhildẽ Odilonis Bauariæ ducis neptẽ,quem illum suo consilio,ad spem totius regni concitauit,licet frustra omnia tentarit. *Carolus Martellus maior domus obiit.*

Eodem mox anno post mortem patris Pippinus & Carlomannus fratres primatum Francorũ accipiunt,quẽ simul annis quatuor administrauerunt.Postea Carlomãnus Romæ factus est monachus,& Pippinus deinceps maior dom⁹, mansit solus annis VI. quibus euolutis omnium consensu procerum rex Francorum constituitur,vt infra dicemus. *Pippinus & Carlomannus patri successerunt in principatu.*

Gripho autem dolens se contemptum à fratribus consilio matris Laudunum ciuitatem occupat ac bellum fratribus indicit. Qui celeriter exercitu contracto Laudunum obsident,vrbem & fratrem capiunt, quem Carlomannus in Nouo castello,quod iuxta Arduennum situm est custodiri fecit, in qua custodia vsque ad monachatum Carlomanni annis quatuor detentus fuit. *Gripho fratribus indicit bellum, & ab eis capitur.*

Anno Hilderici regis Francorũ sexto Pippinus & Carlomannus Namurci comites

ac Brabantiæ duces post obitum patris (vt dictum est) principatu maioritatis domus siue palatii comitatus potiti ad ordinandum regem atque prouincias, quæ post mortem patris à subiectione Francorum desciuerat recuperandas animos studiosissime intendunt.

In primis ergo ad recuperandum Aquitaniam communi animositate sublati, contra Himoldum illius prouinciæ ducem exercitum ducentes bellum principi indixerunt. At ille videns se potestati Francorum non posse resistere, gratiam petiit & eorum se voluntati subiecit.

Aquitaniam Franci recuperauerunt.

Eodem tempore cum adhuc essent in Aquitania constituti Pippinus & Carlomannus in castello quod dicitur Lucasi, priusquam inde discederent principatum totius Francorum regni, cuius administrationem sub miserabili rege tenebant, inter se diuidere statuerunt. Diuiserunt ergo sicuti voluerunt regni pronincias omnes procerum in prouintia egis Hilderici, neque consilio, neque consensu, ad id requisito. Erat enim Hildericus, vt diximus, non rex sed vmbra potius regalis cuiusdam imaginis, seruus seruorum, & sine re nomen gerens inane. Complacuit regni proceribus intentio principum vt tempus postulabat.

Pippinus & Carlomannus inter se diuiserunt regnũ Francorum.

Itaque communi decreto Pippinus & Carlomannus diuiserunt inter se omnes totius regni Francorum prouincias in eo loco, qui nuncupatur vetus Pictauis. In qua diuisione Carlomannus Austrasiam, Alemaniam & Thuringiam assecutus est sorte, quarum prouinciarum per pagos & vrbes ista sunt nomina. Treueris cum Mosellanis, Metis cum Austrasijs, Leodium cum Namurcis, Brabantinis Hollandinis inter mare & Rhenum, Colonia cum Tungrensibus, Batauis, Menappijs, Phrisijs & Hogijs, qui nunc sunt Westphali. Moguntia cum cisrhenanis, Vangionibus, Neometibus, Westrasiis & Cynonotis, Argentina cum Alsatibus, Constantia cum Alemannis, Heluetijs, Rauricis, Curiensibus, & qui hodie nuncupantur Valesii, Wirtzburg cum Sueuis Francisque orientalibus, in quibus sunt oppida & vrbes Nuernberg, Babenberg, Forcheim, Winsheim, Hallis & multi comitatus, Svveinfurt, Cotenburg, Franckenburg, castellum Sebalstein, Wicharsheim, Wardheim & alij plures, Bauaria cum vrbibus, Ratispona, Viuario, Driopoli & aliis. Thuringia & Saxonia cum tota pene Germania Carlomanno contigerunt, in quibus singulis ferme prouinciis aut duces aut comites rempublicam sub potestate Francorum administrabant, principum nutu amonibiles.

Pippinus autem in ea diuisione assecutus est Burgundiam, Westriam, prouinciam Aquitaniam, Campaniam, Wascaniamque & quicquid illis interiacet, quarum prouinciarum per agros & vrbes ista sunt nomina. In Burgundia quidem Lugdunum, Vienna, Auinion, Bisuntium, Lo[illegible]anna, Valentia, Massilia, & quicquid hodie in Sabaudia, & Delfinatu continetur. In Westria, Parisius, Cabilona, Tullum, Turonum, Cathalonia, Tholosa, Cotomagus, & quicquid per totam est Galliam, Rhemis, Aurelianis, Suessionis, Beluacus, Blesus, Ambianis ab Hispanijs vsque ad Scaldem fluuium.

Hac diuisione inter se facta Pippinus & Carlomannus domum sunt reuersi. Eodem tempore mox vt Alemanni mortem Caroli Martelli audiuerunt, à subiectione Frãcorum recedentes, in rebellionem vnanimiter conspirarunt. Quæ Sueuorum rebellio mox vt Carlomanno innotuisset, contractis copiis exercitum mouit in Alemanniam, quam ferro deuastauit & igne. Verum cernentes Alemanni quod Francorum impares essent viribus, denuo se illis subiiciunt & annuum tributum, vt prius consueuerunt, soluunt.

Alemanni denuo superantur à Francis.

Odilo Bauarorum dux superatur à Pippino.

Anno Hilderici regis VII. qui fuit Dominicæ natiuitatis DCCXLIIII. Carlomannus & Pippinus iunctis copiis contra Odilonem ducem Bauariæ, qui & ipse defecerat à subiectione Francorum processerunt ad bellum. Imposuerat enim ipse sibi regium diadema, seq; regem auctoritate propria iussit appellari, quod Francorum decreto fuerat illicitum. quia omnia regna suæ ditioni subiecta in prouincias redigerant, vnam ex omnibus monarchiam constituentes, cui rex vnicus Francorum præesset & solus. Odilo autem dux venientes ad se Francos bello excepit, sed ab eis superatus & fusus est, & Bauaria denuo in deditionem Francorum subacta.

Saxones etiam à Frãcis superantur.

Eodem tempore à fide Francorum etiam pars Saxonum post mortem Caroli Martelli defecit. Vnde Carlomannus à cæde Bauarorum reuersus cum suis, expeditionem mouit in Saxoniam captoque castello, quod incolæ Osnabrug nuncupant, & est hodie ciuitas episcopalis, Theodoricum illius pagi comitem primarium in deditionem accepit, qui fidem non seruauit.

Quocirca Carlomannus & Pippinus coniunctis exercitibus, anno sequenti qui fuit Domini-

Dominicæ natiuitatis DCCXLV. Saxoniam iterum ingressi sunt, & captum Theodoricum totiens fidei transgressorem capite truncari fecerunt. Iterumque Saxones compulsi Frãcis subiacere tributum dare cœperunt. *Iterum Saxones à Frãcis superantur.*

Anno Hilderici regis Francorum nominati otiosi IX. Dominicæ vero natiuitas DCCXLVII. Carlomannus princeps Francorum nobilissimus maior domus comes Namurcensis & Brabantiæ dux natus, ac vicerex Germaniæ, Treuirorum quoque Metensiũ, Leodiensium, Colonien sium, Moguntinensium, Wormacien sium, Spiren sium, Argentinensium, Basilien sium, Constantien sium, Alemannorum, Sueuorum, Bauarorum, Heluetiorum, Bohemorum, Australiũ, Francorum orientalium, Thuringorum, Phrisonum, & Saxonum, præfectus & principalis dominus vnicus solus, potẽs & metuendus, omnia fratri suo dimisit. Diuino etenim succensus amore, postposito tam latissimo principatu, qui olim simul & semel duodecim sufficiebat regibus, contemptisq; diuitiis mundi & honoribus cunctis, Romam proficiscitur, & Zacharię summo Pontifici se obtulit, à quo mox clericus factus est, mutatoq; habitu indumentis monachorum se fecit amiciri, factusque monachus in mõte Soracte, Ecclesiam sancti Siluestri cõstruxit, in qua Domino seruiuit. Verũ post annos aliquot cũ ex Francia multi nobiles Romã ex deuotione peregrinantes, eum vt olim dominum suũ crebrius visitarent, & quietis otium quo maxime delectabatur, sæpius interrumperẽt, locũ mutare coactus est. Dimisso igitur cum Roma cœnobio ad monasterium sancti Benedicti quod est in monte Cassino, secutus Dei Spiritum se contulit, & monachus inter monachos vsque ad mortem Deo seruiens permãsit. *Carlomannus fratri suo principatum Frãcorum dimisit.* *Carlomannus Romam profectus, ibi monachus factus est.*

Post cuius conuersionem Pippinus frater eius maior domus omnem principatum totius regni Francorum solus administrauit consequenter adhuc annis V. quibus euolutis in regem est sublimatus & regnauit annis XVI. Et factum est omne tempus sui principatus post patrem, annorum viginti sex. *Monarchiã regni Pippinus obtinuit.*

Anno Hilderici regis Francorum XIIII. Pippini vero principis IX. Dominicæ autẽ natiuitatis DCCLI. indictione Romanorũ quarta, sanctus Burghardus natione Anglicus, professione monachus, Wirtzburgensis Ecclesiæ primus episcopus factus est, & præfuit in magna sanctitate annis quadraginta. *S. Burghardus fit Episcop. Wirtzburgensis.*

Eodem anno proceres totius regni conuenientes in vnum, super abrogatione regis Hilderici inutilis cœperunt habere consilium. Placuit autem in cõmuni omnibus, vt regem Hildericum nullam regnandi vel peritiam vel potestatem habentem deponerent, & Pippinum penes quem totius regni summa manebat auctoritas, in regem sublimarent. Sed Pippinus in hanc rem cõsentire nõ voluit, nisi prius consilium Romani Pontificis Sachariæ inquireretur causãs allegans se mouentes. Communicato igitur cõsilio mittuntur Romam, sanctus Burghardus, Wirtzburgensis episcopus, & Volradus abbas ad Zachariam Pontificem, vt cõsulerent eum super memorato regum negotio, quid videl. illi melius, iustius, recti vsque videretur fore. Vtrum nomen regium cum diademate illi debeat permanere, qui semper otiosus, nihil operatur nomine regio dignum, an potius alteri sit conferendum, id est, Pippino, qui cuncta regni disponit negotia soluq; facit laborem. Respondit Papa legatis, iustum sibi videri vt ille qui regni perfert labores, & cuncta disponit negotia, & nomen portet regium & diadema, potius quam Hilderic⁹, qui semper otiosius nihil ad regni facit vtilitatem. Scripsit ergo episcopis & proceribus Francorum & consuluit, vt Hilderico abrogato & in monasterium detruso Pippinum facerent regem Sancto etiam Bonifacio archiepiscopo Moguntino per Apostolica scripta mandauit, quatenus eundem Pippinum in regem vngeret Francorum. *Francorum proceres Pippinum ducem in regem elegunt.* *Zacharias Papa Pippinum declarat regem Frãcorum.*

Pippinus iussu Zachariæ Papæ in regem Francorum in ciuitate Suessionum vnctus & coronatus est per manus sancti Bonifacij archiepiscopi Moguntiacensis, anno Dominicæ natiuitatis DCCLII. indictione Romanorum V. & regnauit annis XVI. Erat Pippinus Namurci comes, Brabantiæ dux, maior domus siue comes Palatinus de antiquissima stirpe regum Francorum, cuius pater fuit Carolus Martellus, qui fuit Pippini senioris, qui fuit Ansegisi, qui fuit sancti Arnulphi, qui fuit Ansegisi, qui fuit Nicanoris, qui fuit Sigeberti, qui fuit Priami, qui fuit Heriberti, qui fuit Leontij, qui fuit Merouei, qui fuit Dioclis, qui fuit Sũnonis, qui fuit Genebaldi, qui fuit Dagoberti, qui fuit Marcomeri, qui fuit Clogionis regis Francorum anno Dominicæ natiuitatis CCCL. regnantis. Porro Hildericus rex depositus iuxta Papæ sententiam monachus factus est, defecitq; in eo linea regum Francorum à Pharamundo descendentium. *Pippini Genealogia ex Francorum regibus descendit.*

Eodem anno quo Pippinus in regem fuit coronatus inuentio & translatio corporũ sanctorum Kiliani episcopi, Colonati presbyteris, & Tothnani diaconi martyrum apud *Translatio corporum S. Kiliani & sociorum.*

Wirtzpurg facta est,à passione eorum anno LXIII.indictione Romanorum (vt supra diximus quinta)cum exultatione populi.

Ciuitas Wirtzburg datur Burghardo episcopo primo ibi.

Hoc ipso quoque anno Pippinus rex ad iustitiam sancti Bonifacij Moguntini archiepiscopi considerans fidem ad sanctitatem diui Pontificis Wirtzburgensis Burghardi,quo mediante apud Papam vrbis Romæ Francorum regnum fuerat assecutus, & quod episcopium eius adhuc nouum in temporalibus non satis esset prouisum, de consensu filiorum suorum Caroli cognomine postea Magni & Carlomanni simul & omnium procerum totius regni Francorum,qui Suessionis eo die affuerunt quando in regem fuerat vnctus & coronatus, ciuitatem Wirtzpurg cum omnibus prouentibus & vtilitatibus eius regali munificentia donauit Ecclesiæ cathedrali,hoc est,sancto Burghardo episcopo Wirtzburgensi memorato & eius in perpetuam successoribus proprietatem. Castellum quoque Carlspurg cum villa quæ *Carlestat* nominatur,& alia plura Ecclesiæ prædictæ contulit nouus rex Pippinus. Titulum quoq; & dignitatem cum emolumento ducatus Francorum orientalium, idem rex Pippinus dono dedit perpetuo Ecclesiæ Wirtzburgensi & sancto Burckhardo illius primo antistiti eiusque successoribus in perpetuum, quibus & potestatem dedit iudicium ordinandi,& iudicandi secundum legem & consuetudinem Francorum,in omnibus causis per vniuersum ducatum.

Ducatus Franciæ orientalis donatur ecclesiæ Wirtzburgensi.

Pippini regis Francorum expeditio in Saxoniã prima.

Anno regni sui secundo Pippinus rex cum magno exercitu Francorum intrauit Saxoniam,cui Saxones obstinatissime restiterunt. Postremo tamen victi sunt, & iterum in verba regis iurauerũt,quamuis non diu seruarũt fidem:In hac expeditione Hildegarius episcopus Francorũ fuit occisus. Gripho etiam frater Pippini regis eodem anno à quodam interemptus est.

Anno Domini DCCLV. indictione Romanorum octaua, & fuit annus Pippini regis tertius,sanctus Bonifacius ex monacho archiepiscopus Moguntinus in Phrisia passus est prope Dockheim pro fide Christi martyrium, cuius corpus ad monasteriũ Fuldense relatum est,& ibidem in crypta honorifice sepultum.

Secunda regis Pippini expeditio facta in Saxoniam.

Pippinus anno regni sui VI.contracto iterum valido Francorum exercitu, mouit in Saxoniam & cõmisso prælio multa eorum millia occidit,& reliquos in deditionem accepit, & ad hoc eos coegit, vt promitterent se facturos omnia quæcunq; præciperet,& annis singulis CCC equos illi daturos pro tributo, siue munere honoris,& in signum fidelis subiectionis. His ita compositis & more Saxonico confirmatis rex Pippinus in sua reuertitur.

Anno Domini DCCLVIII.indictione Romanorum VI.Pippinus rex Frãcorum VIII. Kalendas Octobris moritur,anno principatus sui XXVII.regni autem XVI.cuius corpus apud sanctũ Dionysium est sepultum, vxorem relinquens nomine Bertradem, & duos filios Carolum & Carlomannum.

Carolus rex Francorum magnus regnauit annis 46.

Carolus Magnus Pippini regis maior filius post patrem regnauit XLVI. Regnauit autem cum fratre suo Carlomanno annis tribus, quo mortuo solus regnauit annis XLIII. Cum regnare cœpit annum ætatis agebat XXVI.Hic prælia multa constituit,& regnũ Frãcorum valde ampliauit.In primis contra Hunoldũ,qui Aquitaniam inuaserat,duxit exercitũ,qui statim fugit à facie eius ad Lupum Wasconiæ ducem. At Carolus missa legatione ad Lupum in Wasconiam fugitiuũ cum vxore ab eo recepit,ipsoq; Lupo cum tota Wasconia sibi obtemperante regressus est.

Conuentus Wormatia.

Anno DCCLXX.Carolus rex habuit conuentũ principum regni generalem in Wormatia ciuitate,Bertrada vero mater Regum cũ Carlomanno minore filio apud Sels cõstituta pacis caussa in Italiam proficiscitur,peractoq; negotio,pro quo ierat, & orandi voto rite soluto sanctis Apostolis,ad suos rediit.

S. Othmari corpus integrum reperitur.

Eodem anno corpus sancti Othmari quondam abbatis cœnobij diui Galli, in insula Rheni quæ Stein nuncupatur qua defunctus est,per decem annos sepultum reperitur incorruptum,ablatumq; in Basilica sancti Galli sepelitur. Qui cum esset eiusdem monasterij abbas bonæ ac religiosissimæ conuersationis quorundam peruersorũ fratrum inuidia pulsus est, & in memoratam insulam Stein relegatus, vbi & moritur anno Domini DCCLX.indictione XIII.

Anno Domini DCCLXXI. Carlomannus rex moritur, cuius vxor cum liberis fugit in Italiam ad Desiderium regem Longobardorum à facie Caroli regis,propterea quod erat sibi malarum in eum machinarum conscia, cum alijs suis qui ex parte Carlomanni semper discordiam seminabant. Iam deinceps Magnus Carolus regnum Frãcorum solus tenuit annis XLIII.

Anno

Anno sequenti Carolus rex congregato iterum Wormatiæ principum generali conuentu, communi omnium consensu bellum Saxonibus indixit. Contracto non paruo Francorum exercitu, Saxoniam intrauit, & cuncta ferro, & igne depopulatus est. Eresburg castrum quoddam cum obtinuisset, idolum Saxonica lingua Ermensul nuncupatum destruxit. Inde discedens ad Wesaram fluuium processit, vbi conuenientes Saxones gratiam regis postularunt fidem promittentes. At rex acceptis XII. obsidibus pacem concessit. *Prima regis Caroli M. expeditio in Saxones.*

Anno Domini DCCLXXIII. cum Adrianus Papa insolentiam Desiderij regis Longobardorum, & oppressionem ecclesiæ diutius ferre non posset, missa legatione ad Carolum, eius opem implorauit. Qui collecto exercitu Longobardiam intrauit, ac Desiderium in Ticinensi vrbe, quæ nunc est Papia obsedit. Longa tandem obsidione ciuitatem, ad deditionem compulit, quam reliquæ ciuitates secutæ regis Caroli se potestati subdiderunt. Rex itaq; subacta, & prout tempus admisit ordinata Italia in Franciam reuertitur, Desiderium regem secum ducens captiuum. Adelgisus vero Desiderij filius in Græciam fugit, ad Constantinum Imperatorem, ibiq; vitam finiuit. *Carolus rex in fauorem ecclesiæ Romanæ vincit Longobardos.*

Interim vero quod rex Carolus erat bello implicatus in Longobardia, Saxones nacta de absentia eius occasione contiguos sibi Hassiorum terminos deuastare cœperunt. Venientesque in locum, qui Fritislaria nominatur, ecclesiam quam sanctus archiepiscopus Bonifacius quondam consecrauit, incendere moliti sunt. Erant enim Saxones adhuc eo tempore cultores idolorum. Cumque multa vi eam incendere conarentur, apparuerunt quibusdam tam ex paganis quam ex Christianis, duo iuuenes, in albis vestimentis omne incendium prohibentes, quorum præsentia Saxones territi, omnes in fugam conuersi sunt nullo persequente. *Saxones sine fide Carolo regi fideles Hassios deuastant.*

Anno Domini DCCLXXIIII. Carolus de Lombardia domum regressus, priusquam cum Saxones venisse sentirent, tripartitum in eorum terram misit exercitum, qui direptionibus, & incendijs cuncta vastantes, compluribusq; eorum qui resistere conati sunt interfectis, cum ingenti præda reuersi sunt. Et hæc secunda fuit expeditio Caroli regis in Saxoniam. *Secunda regis Caroli Magni expeditio facta in Saxonet.*

Anno Domini DCCLXXV. Carolus rex Magnus decreuit Saxoniam ingredi, & tam diu in ea perseuerare, donec aut fidem Christi susciperent, aut omnes exterminarentur. Totoigitur Francorum impetu Saxoniam petens, primo incursu Sigeburgum munitissimum castellum, quod ex opposito Rheni duobus à Bunna distat miliaribus, in quo Saxonum erat præsidium cepit, Eresburgum à Saxonibus destructum restituens muniuit, in eoque Francorum præsidium posuit, multaq; strage facta obsides ab eis & à Westphalis acceptis pacem dedit petentibus & recessit. *Tertia Caroli regis bel. expedito facta, in Saxones.*

Anno Domini DCCLXXVII. Carolus rex Magnus habito principum regni Francorum consilio in loco Padelbrunna, in finibus Saxoniæ vbi nunc est ciuitas episcopalis, iterum iam quarto exercitum duxit in Saxoniam omnesq; sibi fallaciter deuotos inuenit. Cuncti enim ad eum venerunt præter Witikindum vnum ex primoribus Westphalorum, qui multorum sibi conscius facinorum regem timuit, & cum paucis ad Sigefridum regẽ Danorum profugit, Cæteri autem qui conuenerant in tantum se regis potestati submiserunt, vt ea conditione veniam tunc mererentur, quatenus, si eius statuta vlterius violarẽt patria & libertate priuarentur. Multi ad instantiam regis baptizati sunt, quorum tamen pauci veri Christiani extiterunt. *Quarta Caroli regis expeditio in Saxones.* *Saxones Imperatori cõpulsi obediunt.*

Anno Domini DCCLXXVIII. rex Carolus mouit in Hispaniam, & vrbes quas suæ ditioni subegit atq; à Saracenis obsides accepit. Interea Saxones comperto quod rex longe abesset sumptis armis, vsq; ad Rhenum profecti sunt. Sed cum amnem transire non possent, quicquid à Tuitio villa, quæ est in opposito Coloniæ, vsque ad Confluentiam, vbi Mosella influit Rhenum, vicorum, villarumque fuit, igni & ferro depopulati sunt, nullũ sexus vel ætatis discrimen facientes, sed infantes, vna cum matribus occiderunt. *Saxones deuastãt partes Francorum.*

Quod cum rex Altisiodoro positus audisset, orientales Francos, & Alemannos, ad propulsandos eos continuo misit. Quorum aduentum Saxones audientes confestim recesserunt. Sed isti è vestigio illos insecuti, repererunt eos in partibus Hassiorum iuxta fluuium Adernam, statimq; in ipso fluminis vado illos adorti, tanta cæde strauerunt, vt paucissimi remanserint.

Anno sequenti qui fuit Dominicæ natiuitatis DCCLXXIX. Carolus iam quinto expeditionem mouit in Saxoniam in eo loco traducens exercitum vbi Lippia influit Rhenum haud procul à vico, qui Wesel nuncupatur. Cui cum Saxones occurrerent armati, *Carolus M. quinto mouit in Saxoniam.*

Bucholtz. apud Bücholdz victi sunt & multi eorum occisi, cæteri salutem fuga quæsiuerunt. Rex autem Carolus Westphalorum regionem ingressus eos omnes in deditionem accepit. Inde mouens ad Wesaram castra locauit. Ibi Angrarij, & Ostphali obsides dederunt, & sacramenta iurauerunt, quibus peractis rex Wormaciam reuersus est.

Carolus rex M. iã sexto mouit in Saxoniam. Anno Domini DCCLXXX. Carolus rex iam sexto mouit in Saxoniam, cui venienti omnes orientalium partium Saxones occurrerunt, multisque de populo baptizati sunt. Veniens inde ad locum vbi Hora, & Albis confluunt, ordinauit rex tam Saxones, quam Sclauos, reuersusque in Franciam, & habito consilio, Romam caussa orationis cum Hildegarde vxore liberisque profectus est, ac natale Domini, in fine huius anni Papiæ celebrauit DCCCI.

Carolus rex Francorum Magnus fit Imperator annis 14. Hoc anno Dominicæ natiuitatis indictione nona Carolus rex Francorum Pippini regis filius, postquam regnasset annis XXXIII. Anno ætatis suæ LIX. factus est Imperator Romanorum, & imperauit annis XIIII. Cum enim Romæ esset propter calumniam Leoni Papæ tertio nimis iniurioſe factam, & natale Domini ibidem celebraret, in ipsa die sacratissima ad missarum solennia veniens, dum ante confessionem beati Petri Apostoli, ab oratione, nihil minus cogitanti, ne dicam speranti, quam Imperium, Leo Papa libus infulis ornatus capiti eius coronam imposuit, & Imperatorem Romanum pronunciauit. A cuncto mox populo Romano conclamatum est: *Carolo Augusto à Deo coronato Magno, & pacifico Imperatori Romanorum, vita & victoria.* Post quas laudes vnctus ab Apostolica manu, & more antiquorum principum adoratus à Papa & ablato patritij nomine, quo antea fuerat insignitus, Imperator & Augustus appellatus est multarum fauore gentium.

Leo Papa tertius, Carolum Imperatorem coronat.

Saxones ripã albim transferuntur in Franciam. Anno Domini DCCCIII. Carolus Imperator Aquisgrani hyemauit. Æstate autem ducto exercitu in Saxoniam, omnes qui trans Albin flumen habitabant Saxones in Franciam transtulit, & pagos transalbianos ab Odriatis populis inhabitandos, & colendos sub tributo annuo concessit.

Bohemia regno Francorum subiicitur. Anno Domini DCCCV. Imperator misit filium suum Carolum, cum exercitu in Bohemiam, qui depopulatis omnibus ducem terræ illius nomine Lechonem occidit, & eius ducatum regno Francorum fecit subiectum.

Anno Domini octingentesimo vndecimo, Imperatoris Caroli maior natu filius, & ipse nomine paterno dictus Carolus, pridie nonarum Decembris obijt.

Ludouicus rex Aquitaniæ in cõsortem imperij à patre assumitur. Anno Domini octingentesimo decimotertio, Carolus Imperator habito generali conuentu principum Aquisgrani, filium suum Ludouicum regem Aquitaniæ ad se vocauit, eique imponens coronam Imperialis nominis sibi consortem fecit. Bernhardum vero nepotem suum, filium Pippini filii sui regem Italiæ constituit.

Pons Rheni apud Moguntiam igne casuali comburitur. Eodem anno pons Rheni apud Moguntiam, quem Imperator per decem annos ingenti labore, & opere mirabili, de ligno ita construxit, vt perenniter durare posse videretur, in mense Maio, ita tribus horis fortuito incendio conflagrauit, vt præter hoc quod aqua tegebatur, nec vna quidem hastula ex eo remaneret. Multa Episcoporum consilia eodem anno iussu Imperatoris facta sunt.

Anno Dominicæ natiuitatis DCCCXV. indictione Romanorum octaua, mensis Ianuarij, die vicesima octaua, Carolus cognomine Magnus rex Francorum, & Imperator Romanorum semper Augustus Aquisgrani moritur, & ibidem in Ecclesia Beatæ Mariæ semper virginis, quam ipse construxerat, honorifice sepelitur, anno ætatis suæ XII. regni sui Francorum XLVI. Imperij autem XIIII. qui regno Francorum non minus prouinciarum adiunxit quam prius habuit.

Ludouicus rex & Imperator filius Caroli annis 26. Ludouicus Caroli magni regis, & Imperatoris filius patri succedens, tam in Romanorum imperio quam in Francorum regno, vtrumq; regnauit annis XXVI. quem Stephanus Papa quartus veniens in Galliam anno regni eius secundo, post obitum patris in ciuitate Remorum Imperatorem consecrauit.

Cœnobium Swuartzach fundatur hic. Anno Domini præsignato DCCCXV. Megingaldus nostro more, vel Megingaudus consuetudine Sicambrorum L. in v. mutantium, comes in Francia Orientali consensu S. Burghardi Wirtzburgensis episcopi, monasterium Swartzachense, haud procul à Mœno flumine, opitulante Innua vxore eius construxit, cuius Ecclesiam sub honore Domini nostri Iesu Christi, in memoriam quoque sanctæ Dei genitricis, sanctorumque Sebastiani, & felicitatis martyrum consecrari fecit, & Monachos ordinis diui patris Benedicti ibidem collocauit.

Lotharius à patre in cõ- Anno Domini DCCCXVII. Ludouicus Imperator Aquisgrani conuentum celebrauit principum in quo Lotharium primogenitum suum nominis, & Imperij consortem sibi con-

ibi constituit,cæteros reges appellatos,vnum Aquitaniæ,alium Bauariæ præfecit,regnum Francorum cum imperio sibi retinens. *sortem imperij assumitur.*

Anno Domini DCCCXL.indictione Romanorum tertia,Ludouicus rex Francorum Imperatorq; Romanus obijt,sepultusque est in Ecclesia Metensi. Post cuius mortem Lotharius,cum nomine Imperatoris tenuit Italiam,Pippinus Aquitaniam, Carolus Galliã, & Ludouicus Germaniam sortitus est. *Ludouicus rex Imperator moritur.*

Regni Francorum diuisio in duo regna,in Germanicum & Gallicanum.

Anno Dominicæ natiuitatis DCCCXLI. ab introitu Sicambrorum siue Francorum in Germaniam sedesque acceptas ad ostia Rheni anno Millesimo CCLXXX. indictione Romanorum quarta. Anno ab excidio Troiano,bis millesimo tricesimo Francorum latissimum regnum tres Ludouici regis,& imperatoris filij,cum imperio Romanorũ, inter se diuiserunt. In qua diuisione Lotharius,vt dictum est,Italiam cum nomine Imperii consecutus est,Ludouicus Germaniam,Carolus Galliam,& Pippinus eorũ nepos Aquitaniã. *Regnum Francorum in duo, Germanicum, & Gallicum diuiditur.*

Abillo tempore cœpta regni Francorum diuisio bipartita mansit, iam per annos DCLXXIII.vsque in præsentem diem manebitq; deinceps perpetua. Quæ quidem diuisio literis,& iure confirmata maiorum,ex vno regno Francorum fecit duo,quorum alterum est Germaniæ,alterum vero Celticæ duntaxat,& Aquitaniæ. Nam Galliæ Belgicæ maior pars, in diuisione postea regno fuit adiudicata Germaniæ, in quo regno istæ prouinciæ sunt,cum ciuitatibus.

Alemania siue Sueuia tota cum vrbibus suis Constantia, Basilea, Birienſibus,Heluetijs, Losanna, Sedunensibus qui & Valesij , Burgundia quoq; Bisuntini,Lotharingia, Metis,Leodium,Cameracum,Atrebatum,Flandria,Hollandia,Selandia,Brabantia,Traiectum,Colonia,Treueris,cum Mosellanis , Moguntia, Wormatia,& Spira,cum Cynonotis,atque Westrasiis , Vosegomibusque , Argentina cum Alsacijs,cæteraque omnia, his adiacentia,ad Germaniæ regnum pertinent,dicunturq; ciuitates regni Germanici, & non imperij Romani. Deinde Germania tota huic subest regno in qua sunt:Phrisij , Saxones,Hassij,Westphali,Hogij,qui & Wederauij,Thuringi,Misnienses, Marchionitæ de Brãdenburg,Pomerani,Rugij,Stetinenses,Holstanij,Dani,Suedi,Nortvvegij,Pruteni,Poloni,Salesij,Sorabi,qui & sunt Bohemi antiquitus,& Schlaui nuncupati,Austrij, Carenthij, Stirij,Thiroli,Bauarij,Rhetij,& quicquid his interiacet.Sed & Italia vniuersa præter bona Ecclesiæ antiquo iure ad regnum Francorum Germaniæ pertinuisse manifesta est, sub ditione Caroli Magni. *Ad Germaniæ regnum quæ prouinciæ & vrbes pertineant.*

Rex igitur Germaniæ quicunque pro tempore fuerit, duo habet,Regnum & Imperium. Ad regnum per principes eligitur,& nullius confirmatione indiget,ad Imperium vero quod est regno iure annexum per Pontificem Romanum,& confirmari debet & vngi.Regnum est Germanorum nomine dicendum , Imperium vero Romanorum. Cõsuse loquuntur,qui dicunt *Maximilianum regem Romanorum*, cum Germanorum dicere potius debuissent.Similiter qui dicunt Coloniam,Treuerim,Leodium,Metim , vel alias vrbes Germaniæ *ciuitates* esse *Imperiales*,cum sint Regales,non recte loquuntur. Nam si aliquando contingeret à Germanis Imperium auferri , maneret nihilominus Germaniæ regnum,vt nunc est liberum,omnes prouincias,& ciuitates per omnia loca præscripta sibi habens,vt hodie habet subiectas. *Regnũ Germania regẽ habet non indigentem confirmari.*

Ludouicus igitur frater Imperatoris,Ludouici senioris filius,& Magni nepos Caroli, regnũ Germaniæ in diuisione assecutus,regnauit annis XXX. post quẽ filius eius nomine Carolus iunior Rex fuit Germaniæ,& Imperator Romanorum annis XI. sub quo regnũ inter fratres suos fuit diuisum. Nam ipse cum Germania habuit Imperium. Ludouicus Ostrofranciam,Carolus Alemaniam , & Carlomannus Bauariam , cum filius Arnulfus postmodum totius regni Germanici simul,& Imperij monarchiam obtinuit. Abhinc nomen Francorum,cum Gallia regibus Galliæ mansit , & paulatim à Germanis deficere cœpit,Nos sumus Franci Germani:illi autem Galli, *Ludouicus Germaniæ non fuit Imperator.*

1514.

Compendij Ioannis Trithemij abbatis Diui Iacobi Wirtziburgensis, de origine gentis Francorum,de regno quoq;, nomine & regibus eorundem

FINIS.

IOANNIS TRITHEMII ABBATIS CHRONICON SVCCESSIONIS DVCVM BAVARIÆ ET COMITVM PALATINORVM: AD PHILIPPVM PALATINVM COMItem, Principem, Electorem.

BAVARIA (vt quidam dicunt scriptores) nomen & originem à quodam Duce Boiaro, quem ante bellum Troianum cum ingenti populo ex Armenia in hanc regionem ferunt aduenisse, expulsis habitatoribus admodum rudibus, & qui bestiarum more glandibus vescerentur, terram commisit optimam bobus excolendam.

Boioarus. BOIOARVS Dux Bauariæ primus, à quo gens & regio nomẽ obtinuit, multis in Bauaria annis regnauit, & post eum filij eius vsque ad excidium Troianum: quorum nomina & res gestas propter nimiam antiquitatem ignoramus.

Norix. NORIX, Rex Bauariæ, fortissimi Herculis filius, à quo Bauaria deinceps Norica dicta, est, insignem ciuitatem super Danubiũ construxit, quæ hodie Ratispona nuncupatur, quã Tyberius Cæsar longo post tempore Tyberinam appellauit. Huic Duci Norico, multi per temporum interualla Duces in Bauaria successerunt vsque ad Tyberium Cæsarem: quorum nomina & res gestas in obliuionem duxit vetustas.

Boamundus. Ingramus. BOAMVNDVS dux Bauariæ, Princeps nobilis, à Tyberio Cæsare pulsus de Armenia, venit in Bauariam cum Ingramo viro æque nobili, ibique multis annis in Bauaros regnauit.

Adelgerus. ADELGERVS Dux Bauariæ, vir fortis & strenuus, post Boamundum & Ingramũ, Bauaris imperat annis multis.

Theodo. THEODO Rex Bauariæ, post Adelgerum supra dictum ducem super Bauaros regnauit, cuius gesta passim habentur dispersa.

Gerobaldus. al. Garibaldus. GEROBALDVS Rex Bauariæ, tempore Mauritij Imperatoris, fuit vir Christianissimus, qui inter alios liberos habuit filiam deuotissimam nomine Theodelindam, quam dedit vxorem Othario Regi Longobardorum, per quam multa bona in Dei Ecclesia facta sunt. Ad hanc sanctam reginam beatus Papa Gregorius quatuor libros Dialogorum & multas Epistolas perscripsit, anno Domini DC.

Gondoaldus. GONDOALDVS Rex Bauariæ, filius supradicti Gerobaldi, & frater Theodolindæ Reginæ, post patrem in Bauaria regnat, tempore Childeberti Regis Francorum, habens sub se Bauariam & Austriam atque prouinciam Noricam.

Mortuo Rege Longobardorum Othario, Agilulfus in regem post eum fuit electus, qui relictam eius Theodolindem duxit in vxorem; quam beatus Gregorius rogauit per epistolam, vt virum suum induceret ad pacem Romanorum suscipiendam quod & fecit.

Rex Francorum Childebertus, bellum habens cum Longobardis, Gondoaldum fratrem Reginæ de Bauaria expulit, propterea quod auxilia ferret Longobardis, eiusque ducatum Tassiloni filio Othilonis regis Bauariæ dedit. Lata enim existens Bauaria, aliquando pluribus erat subiecta principibus.

Othilo. OTHILO Rex Bauariæ, & postea dux, pater Tassilonis fuit, habuit vxorem Hiltrudem sororem Pippini regis, patris videlicet Caroli magni, ex qua genuit ipsum Tassilonem.

Tassilo. TASSILO dux Bauariæ, filius Othilonis regis expulso Gondoaldo consanguineo suo per Childebertum, ducatum eius ab ipso Childeberto rege Francorum suscepit: vxorem habuit Luitburgem filiam Desiderij vltimi regis Longobardorum, quæ peperit ei Theodonem filium, quem sanctus Rupertus Episcopus Wormacienſis Ratisponæ baptizauit, Anno domini DCXII. Hic genuit Theobertum filium.

Paul. Diac. 4. cap. 2.

Tassilo dux Sclauos deuicit, construxit monasterium Laurisham, & alia multa: Othilo vero pater ei⁹, inter alia etiam fundauit monasterium inferius Altaha, ordinis sancti Benedicti in Bauaria, quod adhuc hodie exstat.

Desiderio rege Lõgobardorum per Carolum magnum deuicto, & in captiuitatem acto, filia eius Luitburgis vxor Tassilonis, virum suum indefessis precibus & lachrymis co tan-

eo tandem perduxit, vt confœderatis sibi Hunnis in vindictam patris, Carolum magnum nepotem suum bello aggrederetur.

Adrianus Papa, missis legatis ad Tassilonē ducem Bauariæ, monuit eū vt se Carolo subiiceret, qui precib. legatorum persuasus, venit Wormaciam ad Imperatorem, legatis se comitantibus, ibique in fidem Caroli iurauit, sed non permansit in fide. Vnde ab Adriano Papa fuit cum omnibus sibi adhærentibus excommunicatus.

Carolus à Roma post coronationem suam reuersus Wormatiam, Tassilonem ex principū consilio ad terminum vocauit, obedientiam & fidelitatem ab eo exigit, sed Tassilo nec ad conuentum principum venit, nec Imperatori voluit obedire.

Commotus Imperator, Bauariam ac Tassilonem bello aggressus, trib⁹ cinxit exercitibus: Ipse cum vno exercitu castra posuit iuxta Augustam, & inter Bauariam & Alemaniam, in loco qui dicitur Leche. Pipinus filius eius aduenit cum Italis in valle Tridentina, & Saxones cum Francis ad Danubium venientes, Bauariam triplici agmine circumdederunt. Tandem dux Tassilio videns se imparem tantis exercitibus, veniam petit, eamque impetrat dato filio suo Theodone cum aliis duodecim pro obsidibus in manus Imperatoris.

Carolus Pascha in Ingelheym celebrat, ibi iubet adesse ducem Tassilonem, qui cum venisset, grauiter à Bauaris & aliis fuit de infidelitate regi exhibita accusatus. Vnde cū iudicio principum capitalem deberet subire sententiam, indulgentia regis cuius consanguineus erat, ad pœnitentiam cū Theodone filio in monasterium Laurisham detrusus, multa postea sanctitate vixit.

Hic Tassilo plurima monasteria in Bauaria fundauit, videlicet Welsenbron, Tremmunster, Laurishā, Welrenburg, & Pfassenmunster. Muros ciuitatis Patauiensis renouauit, & sedem Episcopalem tunc transtulit ex Lauriaco.

Sunt qui dicunt eum à Carolo Imperatore magno in carcere excœcatum, obiectu continuo duarum laminum ignitarum. Quomodocunque id sit, constat eum in Monasterio suo Laurisham, quod antea in Stratamontensi non longe à Wormacia constructum erat, magnis sumptibus, vitam sub regula diui Benedicti finisse, & ibidem nō sine opinione sanctitatis sepultum ferunt.

Tassilone à ducatu deposito, & Monasterium ingresso, Imperator ducatum Bauariæ, Geroldo comiti commisit, qui ab Hunnis (qui sunt Vngari) interfectus est, Anno domini, MCCXCIX. vt patet in Chronica Colonensi.

Eo tempore, quo sanctus Bonifacius Moguntinam regebat ecclesiam, Occarius & Albertus fratres & clarissimi duces Noricorum, viri fortes, nobiles ac deuotissimi, amore videndi Romam adierunt. Quibus Zacharias Papa narrabat calamitatem quam ab infidelibus patiebatur: vnde moti Christianissimi duces zelo fidei vna cum Romanis se armis præcingunt, hostes fortiter inuadunt, spolia diripiunt, & eos exire finibus ecclesiæ compellunt: Spolia vero Romanis dimittunt, quoniam non pro bonis corporalibus, sed pro Dei honore se venisse & pugnasse testabantur. Quibus Papa inter multas reliquias, quas dedit, etiam corpus sancti Quirini concessit. Hi duo sanctissimi duces in Norica prouincia multa fundarunt templa. *Occarius, Albertus.*

Naynvs dux Bauariæ, tempore Caroli Imperatoris magni multa contra infideles fortiter gessit: à quibus tandem interfectus est, vir omnino zelo Christianæ fidei excellentissimus, vide cætera quæ gessit in XXV. libro Vincentii capitulo XXI. Speculi. *Naynus.*

Eodem ferme tempore Lanfridus, Walramus, & Hellandus principes Bauariæ christianissimi, multa bona ecclesiæ Dei exhibuerunt, pugnantes bella Domini cum magno feruore pietatis. Construxerunt inter alia quatuor monasteria, videlicet Burtochlarum, Schlechdorff, Scheplarum. *Lanfridus. Walramus Hellandus.*

Sciendum est, quod pater supra dictorum duorum fratrum, ducum Noricorum Alberti & Occarii fuit Burgundus, cuius vxor, mater eorundem fuit Bauara. E quibus Occarius morabatur in Burgundia in principatu paterno; Albertus vero iunior annis XII. comitatus habebat in Bauaria. Hi duo apud Pippinum regē patrem Caroli magni, duo & prudentissimi & sanctissimi principes, in magno habebantur honore.

Ducum Bauariæ originem cupientes describere, certo comperimus, eos duces qui hodie Bauariam regunt exstirpe Caroli magni descendisse, quod ita declarando exordimur. Sanctus Arnulphus maior dominus Francorum, postea Metensis Episcopus, genuit Anchisē, Anchises genuit Pippinum cognomēto Crassum; Pippinus genuit Carolū Martellum, Gernoldum & Diogenē. Porro Carolus Martellus genuit Pippinum regē, patrem *KAROLI Magni imperatoris origo.*

Caroli magni, Carolomannum & Grifonem ducem Bauariæ, ex Schuanahilde vxore, quæ fuit filia ducis Bauariæ.

Griffo. GRIFFO iste Bauariam ingressus, ducatum sibi iure hæreditario vēdicare cupiens, Tassilonem ducem eiecit: Sed Pippinus rex, frater, ducatum Tassiloni restituit, & Griffonem in Franciā duxit, dans ei duodecim ciuitates more Comitū. Qui minime contentus, multa in fratres bella cōmouit: vnde parum fortunatus quinto post anno interficitur.

Expulso itaque Griffone de Bauaria per Pippinum fratrem, Tassilo ducatum obtinuit, quem tandem Carolus magnus filius Pippini (vt dictum est) depossuit, & prouinciā comitibus siue præfectis commisit.

PIPPINVS itaque frater Griffonis genuit Carolum magnum. Qui post deditionē Tassilonis ducis, Bauariam aliquanto tempore non per duces, sed per Comites fecit gubernari. Carolus autem genuit Ludouicum cognomento Pium, qui ei successit in Imperio, cuius secunda vxor fuit Iudith filia Welff comitis Bauariæ: vnde & ducem eum seu regem Bauariæ, exactis comitibus constituit. Genuit & Carolum, quem regem Alemaniæ constituit, & Pippinum, quem fecit regem Aquitaniæ & Hispaniæ. Carolo magno Imperatore mortuo, & Aquisgrani sepulto, Ludouicus dux Bauariæ filius eius successit.

Ludouicus Pius Imperator. *Welffo comes Bauar.*

LVDOVICVS cognomento Pius, filius Caroli magni, & post eum Romanus Imperator, habuit vxorem nomine Margaretham, ex qua tres filios susceptit: Lotharium, Pippinum, & Ludouicum. Quorum primum Lotharium Bauariæ præfecit, qui etiam post eū Imperator fuit. Mortua vxore Margaretha, aliam duxit nomine Iudith, filiā Welff comitis Bauariæ, quæ habuit filiū Carolum caluum postea Imperatorem, cui dedit Alemaniā, Rhætiam, & partem Burgundiæ, Anno 833. habuit filiam nomine Petronellam.

LVDOVICVS PIVS Imperator, post multa egregie facta obijt, Metis sepultus, cui Lotharius filius eius rex Bauariæ succesſit, contra quem fratres eius grauissimum apud Altissiodorum bellum mouerūt, in quo multa millia hominum cecidisse antiquitas testatur.

Lotharius Imperator.

LOTHARIVS iste Imperator, vxorem habuit Egillam filiam regis Angliæ, quæ peperit ei duos filios, Lotharium, & Ludouicum, qui ei in imperio succesſit. Ab hoc Lotharingiam appellatam esse ferunt.

Ludouicus.

LVDOVICVS, filius Ludouici Pij Imperatoris, sublimato in imperium Lothario fratre suo, ipse regnum Bauariæ & Alemaniæ obtinuit, qui habuit tres filios: Carolum postea huius nominis tertium Imperatorem, Ludouicum regem Francorum, Carolomannum vltimum regem Bauariæ.

Carolomanno rege Bauariæ mortuo, & in Eringem sepulto, frater eius Ludouicus rex Francorum Orientalium, sibi Bauariam subiugat, Arnolpho fratris filio dedit ducatum Carinthiæ & Mossburgum. Et sic cessauerunt reges in Bauaria.

LVDOVICVS frater Carolomanni, rex Francorum Orientalium, habito bello cū Nordmannis, Francofordiæ ad Mœnum moritur, & in Monasterio Laurissam sepelitur, & Arnulphus ad ducatum Bauariæ redijt.

Anno Domini DCCCLVI. Lotharius Imperator imperium deseruit, cū iam imperasset annis XV. & assumpto peregrino habitu Monachus factus est in Monasterio Prumiensi, ordinis sancti Benedicti. Cui Ludouicus filius in Imperio succesſit annis XXI.

Ludouicus II. Imperator.

LVDOVICVS huius nominis secūdus, filius Lotharij Imperatoris, patri in imperio succedens imperauit annis XXI. Cuius pater Lotharius ante imperiū rex Bauariæ fuit, quem admodū paulo ante docuimus. Vxor huius Ludouici imperatoris fuit Theodeberga filia Caroli calui patrui sui, quæ peperit ei vnū filium Carolū nomine, & filiam vnam nomine Gillam, quam dedit Bosoni cuidam nobili, & fecit eum ducem Burgundiæ. Postea dimisit imperium filio suo Carolo caluo, & monasterium ingressus obijt.

Carolus II. Imperator.

CAROLVS CALVVS filius Ludouici Pij Imperatoris, & Iudith filia Vulpi comitis Bauariæ post Ludouicū nepotē suum imperauit annis ferme quatuor, vxorē habuit Adeldrudē sororem BOSONIS ducis BURGUNDIÆ, quæ peperit ei filium vnum Ludouicum nomine & duas filias Theobergam, quam dedit Ludouico regi nepoti suo vxorem, & Iudith vxorem BALDEVINI comitis Flandriæ. Iste Carolus multa Monasteria construxit.

Carolus III. Imperator.

CAROLO CALVO Imperatore mortuo, Carolus huius nominis tertius, frater Carolomanni regis BAUARIÆ & patruus Arnolphi, post Imperatorē in imperio succesſit annis duodecim, vxorē habuit Adelburgam filiā regis Granatæ. Hic tandem horribili visione inferni territus, multos cognatorum suorū ob malā administrationem populi regnique, pœnis grauissimis torqueri iussit, imperioq; dimisso, peregre profectus esse dicitur. Hic nō reliquit heredem, & cognomen eius erat Carolus grassus.

CAROLO

CAROLO TERTIO ab imperio depoſito, Arnulphus dux Bauariæ filius Carolomanni vltimi regis Bauariæ omnium conſenſu Imperator factus, imperauit annis XII. vir potens, diues & fortunatus, qui multa in republica egregie patrauit. Vxorem habuit Agnetam filiam Imperatoris Græcorum, de qua ſuſcepit duos filios, Arnoldum, & Bernherum. Arnoldus duxit vxorem Agnetam filiam regis Vngariæ; & frater eius Bernherus ſororem ipſius Agnetis æque filiam regis Vngariæ, nomine Beatricem in vxorem duxit. Hæ duę ſorores filiæ regis Vngariæ baptizatæ fuerũt in Caſtro, quod ARNOLPHVS Imperator cõſtruxit in Bauaria fortiſſimum, nomine Scheyern. Arnoldus ducatum Noricorum obtinuit, & frater eius Bernherus fortitus eſt comitatum Scheyern, & comitatum Palatini Rheni. Ipſe Arnoldus filiam ſuam nomine Adelheidam vxorẽ dedit Otthoni duci Saxoniæ, quæ peperit filium nomine Henricum, quẽ Arnoldus ducem Bauariæ fecit, contra voluntatẽ Bernheri ſui comitis Scheyern. Et ſic ducatus Bauariæ venit aliquanto tempore ad Saxones; ſed poſtea iterum reſtitutus eſt Bauaris.

ARNVLPHVS Imperator.

Arnoldus. Wern. herus.

AGNETA imperatrice, matre prædictorũ Arnoldi & Bernheri mortua, Arnolphus aliã duxit vxorem Lucardem filiam Vulpi ducis Bauariæ, ex qua ſuſcepit duos filios: Ludouicum qui ei ſucceſſit in imperio, & Conradum patrem Conradi Imperatoris primi, qui factus eſt dux Lottharingiæ, & filiam vnam nomine Lucardam, quam dux Saxonũ duxit in vxorem. Habuit etiam filium ex concubina, nomine Rindebaldum quem pater poſtea fecit regem Lottharingiæ, anno Domini DCCCXCVI.

ARNOLDVS itaq; filius Arnolphi Imperatoris dux Noricorũ, filiam ſuã Adelheidem vxorem dedit Otthoni duci Saxonum, quæ peperit Henricum ducem ſupradictum, Adelheidam filiam, quæ poſtea facta eſt Abbatiſſa in Quindlingburg, virgo ſanctæ conuerſationis.

BERNHARDVS frater eius, comes in Scheyern, genuit ex Beatrice vxore ſua filia regis Vngariæ Otthonem Witelsbach, comitem Palatinum Rheni, & Echardũ poſt eum comitẽ Scheyrẽſem in Bauaria. Echard⁹ genuit Arnoldũ, Otthonẽ & Conradũ. Porro Arnold⁹ genuit Conradũ dictũ Monachũ de Scheyren, & iſte Arnoldus fuit Domin⁹ in Dachauia, Ottho frater eius in Scheyern, & Conradus in Valey. Ex his trib⁹ fratrib⁹ Echardi comitis, multi comites & principes de Scheyern exorſi ſunt, ita vt quodam tempore in curia quadam Vulpi ducis Bauariæ in Torneamento fuerint triginta quatuor comites, de Scheyren omnes oriundi, quamuis non omnes ibi moram agerent, vnuſquiſque enim in ſuo dominio conſtitutus erat, & ſic caſtrum Scheyren deſolatum incolis, antiquitate tandem ruinoſum, in Monaſterium mutatum fuit, anno Domini MCXXIIII. vt poſtea dicemus. Sed omnes iſti XXXIIII. intra annos tres poſtea obierunt, præter duos Arnoldum de Dachauia & Otthonem de Scheyren, qui Arnoldus Dominus Dachauiæ genuit Conradum, Conradus genuit Arnoldum & Conradum, Arnoldus genuit Conradum ducem Rutheno-rum, qui iuxta Mediolanum fuit occiſus, & in Scheyren ſepultus.

Echardus.

Scheyrenſes Comites.

ARNOLPHVS Imperator potens, & egregius Chriſtianæ fidei defenſor, Normannos atroci bello ſuperauit, innumerabiles eorũ occidit, eoſq; de Chriſtianorũ finibus, poſtea quam annis quadraginta Alemaniam vexauerant, eiecit. Sigifridum regem Normanorum, & Gotfridum regem Danorum, eodem bello interfecit. Reuerſus ex Gallia de cæde Normannorum Imperator in Bauariam, corpus beati Dionyſij Areopagitæ ſecum tulit, quod in Monaſterio ſancti Hemerani martyris Ratiſponam locauit, vbi adhuc hodie honorifice ſeruatur.

CONRADVS ex Lucarda ſecunda vxore Arnolphi Imperatoris, dux Lotharingiæ, genuit duos filios, Eberhardum qui occiſus fuit, & Conradum poſtea Romanorum Imperatorẽ, cui ſe Arnoldus frater patris ſui ſupradictus oppoſuit, ſicut ſuo tempore poſtea latius dicemus.

ARNOLPHVS Imperator poſt captã Romam, Nortmannos deuictos, & alia multa glorioſe facta, obiit. Sunt qui ſcribunt eum à pediculis conſumptum, quos ex nimis frequenti allij commeſtione creſcentes, nemo aliqua potuerit induſtria arcere.

LVDOVICVS filius Arnolphi Bauarus fuit Imperator. Arnolpho Imperatore mortuo, Ludouicus filius eius huius nominis tertius in imperio ſucceſſit, natus ex Lucarda filia Vulpi ducis Bauariæ, & ſic vtroque parente Bauarus fuit, frater Arnoldi ducis Noricorũ & Bernheri comitis de Scheyren. Vxorem habuit Lucardem filiam Ludolphi ducis Saxoniæ, ſororem Otthonis, & ſine liberis deceſſit.

LVDOVICVS III. Imperator.

Bauari cum Vngaris pugnant & vincuntur, quibus Bauariam & Franconiam atro-

citer impugnantibus, iterum se Bauari ad pugnam accingunt, exercituq; Imperatoris Ludouici concurrente, multos ex Vngaris interficiunt, cæteros in fugam conuertunt. Conradus dux Lotharingiæ frater Ludouici Imperatoris huius, & filius Arnolphi, genere Bauarus, dolo Adelberti marchionis Bambergensis interfectus est.

Lvdovicvs tertius, Imperator Romanorū, ex patre Bauaro Imperatore ARNOLPHO, sine literis moritur, anno Domini, DCCCC. XIII. post quem Conradus filius fratris sui eligitur.

CONRADVS Imperator. CONRADVS Imperator, natus ex patre Bauaro duce, Ludouico Imperatore filio Arnolphi mortuo, Conradus filius fratris sui Conradi ducis Lotharingiæ, quem Adelbertus Marchio Bambergensis interfecerat, ex linea Caroli magni, vltimus in imperio factus est Imperator. Non habuit vxorem Eberhardus, de quo postea dicemus.

Vide Luitprandum lib. 2. cap. 7. ARNOLDVS dux Bauariæ, frater Conradi, pater huius Conradi regis Romanorum, filius videlicet Arnolphi Imperatoris, oppositi se huic Imperatori Conrado, à quo tandem victus, cum vxore & liberis fugit in Vngariam, vsque ad mortem ipsius Conradi.

CONRADVS rex, expulso de Bauaria duce Arnoldo, Henricum ducem Saxonum pari modo expugnare cogitauit, obsedit itaque Mersburg. Ibi ex parte regis ceciderunt Euerhardus frater eius, & Hatto Archiepiscopus Moguntinus, & ipse vix euasit. Inde Henricus dux Saxonum omnem terram regis deuastauit.

Conradus rex moriturus, coronam regni misit Henrico supra dicto duci Saxonū, qui post eum regnauit, & obijt in Francia Orientali, apud Herbipolim sepultus.

ARNOLDVS dux Bauariæ, audita morte Conradi regis, ex Vngaria in Bauariam reuertitur, & ab omnibus honore magno susceptus est, rogantibus cunctis, vt regnum Romanorum dignaretur suscipere. Post mortem Conradi, cum Henricus dux Saxonum in regno succederet, eique omnes principes præter Arnoldum præfatum Bauariæ ducem obedirēt, congregato exercitu suo Henricus contra eum processit in bellum, & obsedit Ratisponā. Et dux Arnoldus videns se tanti multitudini non posse resistere, portas aperuit, gratiam petijt, & impetrauit. Pax itaque inter eos firmissima sub his conditionibus cōponitur: vt rex duci Arnoldo, plenum feudum siue dominium in omnes Episcopatus in Bauaria conferat, ducatum suum pacifice possidendum sibi dimittat, eumq; inter amicos præcipuum habeat, & ita factum. Itaque Henricus in regno permansit, quo mortuo, Ottho primus filius eius successit, post quem Ottho secundus primi, deinde Ottho tertius filius secundi qui mortuus est sine liberis. Et Henricus dux Bauariæ per electionem principum in Imperio successit, sicuti suo loco postea dicemus.

HENRICVS Imperator.

OTHO Imperator. Sub Otthone Imperatore primo, bellum grauissimum fuit inter Christianos & Vngaros. Eo tempore adhuc infideles apud Augustam erant, vbi ipse Imperator cum Christianis triumphauit. Ibi ceciderunt Conradus dux Bauariæ, Theobaldus comes frater sancti Vlrici Episcopi Augustensis.

BERNHERVS comes de Scheyern filius Arnolphi Imperatoris, & frater Arnoldi ducis Bauariæ, de quo supra dictum est, qui fuit pater Ecchardi & alterius Bernheri comitum, Vngaros contra Imperatorem eduxit, à quibus magna clade accepta, tanquam totius mali occasio interfectus est.

Causa belli fuit iusta: comes Bernherus ducatum Bauariæ vt legitimus hæres postulabat, cui fratris filij (quorum vnus Imperator) contradicebant. Vnde commotus, Vngaros pro ferendo auxilio inuocauit.

Bernhero comite de Scheyern ab Vngaris occiso, Ecchardus & Bernherus filij eius in locum patris succedentes, ducatum Bauariæ postulabant, quem Ecchardus tandem obtinuit.

ARNOLDVS dux Noricorum moritur, relinquens inter alios liberos Rudolphū ducem post eum, & filiam nomine Lucardam, quam Henricus dux Saxoniæ postea etiam Bauariæ, filius Henrici Imperatoris primi, & frater Otthonis primi, duxit in vxorem, vt postea dicemus.

RVDOLPHVS dux Bauariæ, filius Arnoldi ducis Noricorum, mortuo patre, ducatum eius obtinuit, vxorem habuit Rixam filiam Henrici Imperatoris primi, sororem Otthonis primi; quæ peperit ei tres filios, Conradum qui fuit sine liberis interfectus; Vdonem qui & ipse obijt sine liberis; & Vulpi siue Welff comitem de Scheyern.

RVDOLPHVS. RVDOLPHVS dux Bauariæ post mortem Henrici regis primi, Otthoni filio eius Imperatori rebellat, vnde ex duce Bauariæ factus est comes in Scheyern.

HENRICVS Saxo dux Bauariæ, filius Henrici Imperatoris primi, & frater Otthonis primi, &

mi,redacto in comitem Rudolpho duce Bauariæ, ipſe ducatum Bauariæ ſuſcepit. Et ſic ducatus Bauariæ manſit apud Saxones vſque ad Henricum imperatorem tertium,ſub quo deficiente ſtirpe huius Henrici , ducatus ad nepotes Rudolphi ſupradicti comitis reuerſus eſt,vt ſuo loco dicemus. Vxorem habuit Henricus iſte dux, Lucardem filiam Arnoldi ducis Bauariæ,ſororem ſupradicti comitis Rudolphi,quæ peperit ei duos filios,Brunonem Marchionem Saxoniæ,& Henricum poſt eum ducē Bauariæ , ac filiam vnam nomine Gerburgem Abbatiſſam in Gandersheym.

Et quod duces omnes Bauariæ modernos à ſtirpe Caroli Magni diximus deſcendiſſe,oportet nos ſeriem generationis à Rudolpho comite & duce continuare,quia duces Saxonum ſint per aliquot annos interpoſiti,quouſq; ad nepotes ipſius Rudolphi ducatus Bauariæ reuertatur,vt dictorum veritas omnibus clarius luceſcat.

Rudolphus ex duce comes Bauariæ, vna cum fratribus ſuis ducem Henricum ſororis ſuæ maritum tanquam paternæ hæreditatis inuaſorem perſequitur,Ratiſponam obſedit & cepit, vxorem Henrici cum filijs eiecit. Nota quod Arnoldo Bauariæ duce mortuo, Otthо Imperator primus Bertholpho fratri eius commiſerat,quo etiam mortuo, Henricum fratrem ſuum ducem conſtituit,vt dictum eſt.

Vulpi comes Bauariæ,filius Rudolphi comitis ſupradicti, vxorem habuit Adelheidam filiam comitis inferioris Baden,quæ peperit ei filiū nomine Conradum, cuius filius Vulpi,ducatum Bauariæ iterum obtinuit,ſicut poſtea dicemus.

Henricus. HENRICVS dux Bauariæ,filius ſupradicti ducis Henrici Saxonis,fratris primi Otthonis patris,in ducatu Bauariæ ſuccedens , habuit vxorem Bertham filiam ducis Lotharingiæ,quæ peperit ei tres filios,& duas filias,Henricos duos , quorum ſenior poſtea Imperator fuit,Brunonem Epiſcopum Auguſtenſem,Giſelam vxorem ſancti Stephani regis Vngariæ,quę ad Chriſti fidem conuerſa eſt,& Hetvvigem quam Lotharius Burggrauius Medeburgenſis duxit vxorem.

Conradus. CONRADVS comes Bauariæ,filius ſupradicti comitis Vulpi,habuit vxorem nomine Atzam filiam Marchionis de monte Calym,quæ peperit ei tres filios, Vulpi ,qui ducatum Bauariæ ab Imperatore iterum obtinuit,Burchardum Epiſcopum Haluerſtatenſem, & Simonem Archiepiſcopum Bremenſem.

S. HENRICVS Imper. HENRICVS Imperator dux Bauariæ,filius Henrici ſupradicti ducis Bauariæ, mortuo ſine liberis Otthone tertio,electione principum factus eſt Imperator Romanorum ; vir ſtrenuus,deuotus atque ſanctiſſimus,qui multa bona in Republica fecit. Habuit vxorem Cunegundam filiam Sigifridi comitis Palatini Rheni , moribus & vita ſanctiſſimam,& ambo vſque ad mortem in ſanctitate* per Chriſti amorem permanſerunt,ambo etiam catalogo Sanctorum inſerti ſunt.

** f.Virginitate.*

Nota,comitatus Bauariæ fuerunt iſto tempore plures,videlicet Trubenſis,Valaiēſis, Dachauienſis,Andechs,Witelsbach,Vochburgenſis,Pogenſis,Caſtalenſis, Amertalēſis, & Scheyrenſis. Multi per ſucceſſum fuerunt in his locis comites,quos omnes per nomina recenſere nimis foret prolixum & difficile.

Trube. Valey. Comitibus de Trube & Valey tandem omnibus mortuis, comitatus eorum ad comites Dachauienſes peruenerunt,quorum XVIII. ſibi inuicem ſucceſſerunt in comitatu, quilibet vno ſolo poſt ſe relicto filio, qui omnes Conradi vocabantur. Vltimo autem comite Dochauię mortuo,tres illi comitatus ad comites de Scheyren ſunt deuoluti. Comites Palatini de Witelsbach pauci erant,quibus tandem etiam deficientibus,comitatus in Witelsbach etiam ad Scheyren eſt deuolutus.

Dachauia.

Witelsbach. Babenberg. epiſcopatus. HENRICVS Imperator ex duce Bauariæ,inter multa quæ fecit bona , Epiſcopatum Bambergenſem inſtituit,monaſterium montis monachorum ordinis ſancti Benedicti extra ciuitatem cōſtruxit;ſancta Cunegunde,vxore caſtiſſima,ſibi de ſuo patrimonio opem in omnibus hilariter ferente.

Henricus Imperator Dagonem Cancellarium ſuum virū doctum & ſanctum, Archiepiſcopum Magdeburgenſem conſtituit. Anno Domini MIIII.

Anno Domini MV. Henricus Imperator Bauarus intrauit Italiam, qui in obſidione cuiuſdam Caſtelli captus fuit,ſed adiuuante Domino liberatus, per murum ſe dimittens euaſit,& cum exercitu ad patrem remeat.

Cum regio Bauariæ ſit latiſſima diuerſis ducibus atque comitibus diuerſis temporibus,aliquando vni,aliquando duobus,interdum etiam pluribus fuit per interualla temporum ſubiecta.

Erneſtus. ERNESTVS dux Bauariæ,à Paludibus Mœotidis veniens in Bauariā , temporibus O-

thonis primi Imperatoris, Ducatum Noricorum partitum obtinuit. Idem Imperator Otho dedit ei partem nemoris in prouincia Noricorum, in eo videlicet loco, vbi nunc est
Castel. Monasterium Castellense ordinis sancti Benedicti, qui eradicatis syluis, habilem aratris terram fecit. Ab hoc duce Ernesto multi Bauariæ domini notabiles descenderunt in Norica prouincia, maxime comites de Castello & Sultzbach.

Ernestus F. ERNESTVS iste dux Noricorum vxorem habuit Adelheydam, filiam ducis Burgundiæ, quæ peperit ei filium nomine Ernestum, de quo mirabilia narrantur. Mortuo duce Ernesto seniore, Otho Imperator primus vxorem eius Adelheydam, matrem iunioris Ernesti, sibi matrimonio copulauit, quæ peperit ei Othonem secundum Imperatorem, & Mechtilden filiam, quæ Abbatissa in Quendlinburg fuit.

ERNESTVS iunior dux Noricorum, filius supradicti ducis Ernesti mortuo patre, ministerio se dedit magistrorum, vt sermonē Latinum, Græcum, & Italicum disceret, qui postea miranda fecit.

HENRICVS comes Palatinus Rheni, amicus Othonis Imperatoris, hunc ducem Ernestum odio habens, apud Imperatorem vitricum grauiter solebat (licet iniuste) accusare, quasi vitæ & imperij ipsius insidiatorem, quod Ernestum minime latebat: vnde cum Imperator quadā die in ciuitate Spirensi cōsilio comitis Henrici, clausis ianuis secreto vteretur, Ernestus comitante se Wetzlo comite in patruo, irrumpens ianuas confregit, Henricū Palatinū in latere Imperatoris sedētem interfecit, assumptaq; deinde cruce, cū Wetzelino patruo & multis alijs, ad terrā sanctā perrexit. Sed mota in mari tempestate, omnes præter ipsum & comitem Wetzelinum, cum alijs paucis, submersi perierunt. Iste dux Ernestus prælia & multa egregia facta, terra marique in multis regionibus longinquis patrauit, quæ habentur in scriptis. Reuersus deinde cum Wetzelino comite in patriam, plures attulit homines diuersarum nationum & formarum. Imperator autem comperta eius innocentia, ad gratiam suam & filium recepit, constituens eum dominatorem & principem totius curiæ imperialis.

Anno domini, MVIII. sanctus Henricus Imperator dux Bauariæ, comitem Flandriæ Baldewinum sibi rebellem vicit, sibique subdidit, & Gandauum cepit; Bolislaumque ducem Poloniæ Saxones crebro deprædantem, facta congressione superauit, & ad fidē Christi cum gente sua conuertit, habens in exercitu sanctum Stephanum regem Vngariæ sororis suæ virum.
S. Stephanus Rex Vngariæ.

Henricus sanctus Imperator obijt anno domini MXXV. Bambergæ in maiori Ecclesia quam ipse constructerat sepultus, cuius gesta in scriptis habentur. Conradus dux Franconiæ in imperium succesſit, post quem Henricus tertius, & post illum quartus Imperator.

Henricus. HENRICVS dux Bauariæ, frater Conradi ducis Sueuiæ, post sanctum Henricum ex duce Imperatorem, Ducatum Bauariæ obtinuit. Hic construxit monasterium in Osterhofen, in Patauiensi diœcesi: regnum Bernhardus & Ecchardus tandem (vt supra diximus) obtinuerunt.

Cuno. CVNO, dux Noricorum, filius Ecchardi ducis supradicti, Ducatum Bauariæ quem pater obtinuit, post mortem eius assumpsit. Hic fœdus iniit cum Vngaris, quos in auxilium cōtra Henricum Imperatorem tertium inuocauit, anno Domini MLIIII.

CVNO dux Noricorum, tandem ab Henrico Imperatore de Bauaria pulsus, fugit ad Vngaros. Anno Domini, MLV. ibique quam diu vixit, in exilio permansit. Imperator fratri suo Conrado Ducatum eius donauit, qui paulo post obijt.

Conradus. CONRADVS dux Bauariæ, frater Imperatoris Henrici quarti, expulso Cunone, ducatum eius ab Imperatore susceptit, qui non longe postea mortuus est, anno videlicet Domini MLVI.

AGNES imperatrix, mater Henrici quarti, post mortem Conradi supradicti, ducatum Bauariæ à filio susceptit, quem post aliquot annos Othoni cuidam nobili de gente Saxonū donauit, de quo postea dicemus. Anno Domini MLXI. Agnes imperatrix, mater Henrici Imperatoris quarti, ducatum Bauariæ Othoni comiti de Northeym contulit, & ipsa in Italiam perrexit.

Otho. OTHO dux Bauariæ, genere Saxo, comes in Northeym, ducatum Bauariæ ab imperatrice vt dictum est accepit, vir nobilis, strenuus, iustus, in Aula regis Henrici potens & acceptissimus. Otho dux Bauariæ prædictus, monasterium prædicti ordinis sancti Benedicti in Northeym fundauit, donans illi plura prædia, & dona comitatus sui. Otho iste dux Bauariæ, cum clarus esset in aula regis Henrici, & acquireret sibi authoritatem publicam, inuidia quorundam impiorum hominum, per quendam subordinatum iniuste accusatus,

quod

quod in necem regis cõspirasset, primum à curia, deinde etiam à ducatu pulsus, cum principibus Saxoniæ & Thuringię bellum contra Imperatorem gerit, Ducatum Bauariæ Vulpi seu Welff obtinuit.

VVLPI qui & Welff, dux Bauariæ, filius Conradi comitis Bauariæ, ducatum Bauariæ, quem proaui genitoris sui ante possiderunt, post Otthonem ab Imperatore vt legitimus hæres recepit. Nam proauus eius Rudolphus, filius Arnolphi ducis Bauariæ dux fuit, qui rebellans Otthoni Imperatori primo, & victus ab eo, ex duce comes de Scheyern factus fuit, sicut supra dictum est. *Welfo.*

Restituto itaque ducatu Bauariæ ad lineam Arnolphi Imperatoris, seriem generationis ducatum ex Carolo Magno descendentium inceptam prosequamur. Nec sum nescius, quosdam inter scriptores hunc ducem Welff natione Sueuum, nonnullos vero Italum filium cuiusdam Marchionis fuisse ausos contendere. Constat autem filium eum fuisse Conradi comitis Bauariæ, filij Arnolphi Bauari ducis & Imperatoris ROMANORUM. Nec refert vbi natus sit, modo generationis series, Bauariæ ducibus legitimis constet descendisse.

Itaque dux iste Welff desponsauit sibi vxorem Ethelinam filiam ducis Otthonis comitis Northeymensis supradicti: Sed pulso à ducatu Otthone, filiam ei remisit, veritus Henricum regem, à quo ducatum acceperat, qui inimicus erat Otthonis, quam Hermannus comes Westphaliæ in vxorem accepit. Postea duxit in vxorem Iuttam relictam viduam regis Angliæ, quæ peperit ei tres filios, & vnam filiam, Henricum cognomento Nigrum, qui dux Bauariæ post eum fuit, Vulpi, qui in Italiam perrexit, Sigebertum, & Adelheydam, quam Conradus Burggrauius Medeburgensis duxit vxorem.

OTTHO quondam dux Bauariæ & comes in Northeym, contra Imperatorem in Saxonia multa prælia habuit, in quorum vno Ernestus Marchio Bauariæ, filius Ernesti ducis senioris (qui sæpe victor in Vngaria & diuersis alijs regionibus extiterat) occubuit, anno Domini MLXXV.

Cætera, quæ Ottho præfatus cum Saxonibus contra Imperatorẽ fecit, & ab eo passus fuit, & quomodo tandem ad gratiam eius receptus est, scripta copiosissime per Lampertum Monachum Hirsfeldensem * in gestis ipsius Henrici Imperatoris habentur, quæ nimis tædiosum est hic exprimere. * *qui vulgo Schaffnaburgensis.*

WELFF, dux Bauariæ cognito quod iniuste Saxones à rege Henrico premerentur, noluit ei contra eosdem auxiliũ præbere, vnde & hostis reipublicæ iudicatus, etiam ab eo ducatu priuatus est: sed iterum in gratiam ab Imperatore receptus, non solum ducatum recipere meruit, sed etiam filium suum in ducem Bauariæ confirmari. Deinde cruce signatus tempore Vrbani Papæ secundi, anno Domini MXCVI. ad terram sanctam profectus est, & Cypro mortuus, & sui pene omnes, cum multis alijs Christianis, insidijs Alexij Imperatoris Græcorum perempti & capti sunt.

Iste dux Welff inter alia quæ fecit, construxit Monasteria, videlicet Steyngarden, Altorff, Vvingarten, Altenmünster, & Nietenbach. Quo mortuo, & in monasterio Artesheym sepulto, Henricus cognomento Niger, ei in ducatu Bauariæ successit. Sunt qui scribunt hunc ducum Welff post mortem luttæ vxoris suæ, matrem Henrici quarti Imperatoris, Agnetam duxisse vxorem.

ECCHARDVS dux Bauariæ, frate Wrernheri de Scheyren, qui pro recuperando patris ducatu Vngaros tertio contra Imperatorem eduxit, de quo supra dictum est, tempore Vrbani Papæ secundi, cum Gotfrido duce Lotharingiæ cruce signatus, ad terram sanctam profectus est, & Hierusalem à Christianis recuperata fuit. Fuit etiam his temporibus Ottho dux Bauariæ in Ammerthal, filius (vt quibusdam placet) Ernesti, qui in monasterio Castellensi iacet sepultus. Hic habuit filiam nomine Sophiam, quam dedit vxorem comiti de Andechs, qui genuit ex ea Bertholdum comitem, patrem videlicet sancti Otthonis Episcopi Bambergensis, & Fridericum comitem in Ammerthal, qui monasterio Castellensi multa bona fecit, ibidemque sepultus est. *Otho.*

HENRICVS dux Bauariæ cognomento Niger, filius Welff ducis supradicti, habuit vxorem Wolffhildem filiam Magni ducis Luneburgensis: quæ peperit ei duos filios, & quatuor filias. Henricum, Welff, Sophiam, quam dedit Bertholdo duci Thuringiæ, quo occiso, Marchionem Steyredensem Lupoldum secundũ accepit maritum. Secunda filia vocabatur Vvolffhildis, quã dedit Rudolpho comiti Prægnicensi. Tertiã no- *Henricus Niger.*

mine Mechtildem dedit Marchioni Theobaldo iuniori, quo mortuo, dedit eam comiti de Sultzbach. Quartam nomine Iuttam, accepit Fridericus dux Sueuiæ, quæ peperit ei Fridericum Imperatorem primum.

Welff. WELFF dux Bauariæ, filius Welffi ducis, & frater iam dicti Henrici, vir bellicosissimus, ducatum Bauariæ fratri dimittens Italiam petijt, & Mechtildem filiam ducis Mediolanensis accepit in vxorem, qui ambo sine liberis decesserunt. Hic dux Welffo multa miranda feciſſe perhibetur, Sueuiamque igne, ferro, & cæde vastauit.

Sigebertus. SIGEBERTVS comes Bauariæ, frater prædictorum Henrici, & Welffonis, vxorem habuit Odam filiam Gebhardi comitis de Suppelnberg, & Domini in Arnsperg. Qui comes in Bauariæ prouincia manens, fratri ducatum permisit.

Henricus Superbus. HENRICVS dux Bauariæ, cognomento Superbus, filius supradicti ducis Henrici, vir fortis, & audacissimus, vxorem habuit Gertrudem filiam Lotharij Imperatoris secundi, quæ peperit ei Henricum ducem Saxonum nobilissimum, qui propter fortitudinē, & res magnifice gestas dictus LEO, dominium suum à Rheno potenter extendit, vsque ad fluuium qui Albis dictus est.

Ducem Brunſvvicenſium & Luneburgēſium orgo. Huic Henrico duci Bauariæ, Lotharius Imperator cum filia Saxoniæ ducatum contulit; à quo omnes duces de Brunschvvig, & Lunenburg deinceps, vsque ad istos qui hodie sunt, per ordinem descenderunt, quod ita monstrabimus facile.

HENRICVS enim dux Bauariæ & Saxoniæ, gener Lotharij, qui genuit ex Gertrude vxore sua Henricum cognomento Leonem, de quo vulgus miranda refert, quod cum Griffonibus pugnauerit, Leonem abduxerit, de maris periculo, per Griffonem insutus corio equino portatus fuerit. Et alia quædam multa, quæ nec improbo nec affirmo. Is Henricus genuit ex Mechtilde sorore Richardi regis Angliæ filium nomine Wilhelmum, qui patri in ducatu succeſſit, Otthonem quoque postea regem Romanorum, Henricum comitem Palatinum Rheni, & duas filias, Mechtildem & Rixam. Wilhelmus genuit Otthonem ex Helena filia regis Daniæ. Otthonem genuit Albertum & Iohannem, qui duo hæreditatem paternam, videlicet ducatum Brunſvvicensem & Luneburgensem inter se diuiserunt, fratribus ad alia prouisis.

Anno autem Domini MCC.XXXVIII. Imperator Fridericus secundus Mogunciæ constitutus, nomen, & ducatum Saxoniæ ab Otthone supradicto transtulit in Albertum filium Henrici comitis de Anhalt, quem fecit ducem Saxoniæ, & imperij principem Electorem: Et sic Ottho filius Wilhelmi ducis mansit dux Brunſvvicensis & Luneburgensis. Continuantur autem duces ipsi ex linea Henrici Bauari consequenter, vsque ad istos qui hodie viuunt, incluſiue; quos recensere per singulos, nimis tedioſum esset. Sufficit enim, vt certissime constet, omnes duces Brunſvvicenses, à tempore Lotharij secundi, vsque ad istos descendisse ex Bauaris.

TRANSLATIO DVCATVS BAVARIÆ AD MARCHIONEM AVSTRIÆ.

LOTHARIO Imperatore mortuo, anno Domini M.XXXVII. cum Henricus dux Bauariæ cognomento Superbus gener eius, vir potentissimus, imperium affectare videretur, veriti potentiam eius principes, apud Confluentiam conuenientes, Conradum ducem Sueuiæ in regem Romanorum elegerunt. Cui cum se dux Henricus Bauariæ vna cum Saxonibus opponeret, tanquam non rite electo, Conradus conuentum principum in diem Pentecostes ad Bambergam indixit, ad quam diem ipsum ducem Henricum citauit. Qua causa omnes, cum vna cum imperatrice relicta Lotharij conuenissent, & in gratiam Conradi fuissent recepti, solus ipse non comparuit, habebat autem penes se insignia imperij; Coronam videlicet Caroli magni, sceptrum, pomum, lanceam Domini, & reliquas, quæ modo apud Nurnbergenses conseruantur. Quæ cum rex Conradus ab eo sæpius, vt imperij vasa, postulasset, obtinere non potuit. Tandem in die Petri & Pauli Apostolorū ad manus regis Conradi hæc omnia resignauit in Ratisponā; Sed gratiam eius non obtinuit.

CONRADVS Salicus Imperator.

Regalia.

In diebus illis, Innocentius Papa secundus, regem Conradum nec coronare voluit, nec Italiæ introitum permittere, propter Siciliæ regnum, quod vterque ad suam potestatem pertinere dicebat, & ab ipso Papa Rogerio cuidam in feudum iam datum fuerat, quod Conradus recuperare parabat.

Itaque Papa Henricum ducem Bauariæ, & Welff fratrem eius precibus & precio cōduxit, vt regi Conrado introitum Italiæ potenti manu prohiberēt. Rogerius quoq; inua-

sor

sor Siciliæ, adiuuante se Papa, maximum contra regem Conradum exercitum ex Italia, Gallia, & Sicilia comparauit. Rex itaque Conradus cum duce Sueuorum Frederico iturus in Italiam, contra Papam & Rogerium, ducem Bauariæ Welffonem cum magno Bauarorum & aliorum exercitu contrarium offendit. Henricus autem dux, frater Welfonis, præsenio domi remanserat. Factum est itaque inter eos grauissimum bellum in diœcesi Augustensi, iuxta quoddam ordinis sancti Benedicti monasterium, quod Neresheym dicitur. Ibi Fredericus dux Sueuorum ex parte regis victoriam obtinuit, & multi ex parte Welfonis cæsi corruerunt, & ipse cum paucis vix euasit.

Iterum dux Welfo congregato magno exercitu, contra Fredericum ducē bellum habuit, prope Winsperg, circa villam Ellenhoffen Herbipolensis diœcesis, in quo & ipse cecidit, & maior pars exercitus sui prostrata fuit.

Henricus ergo dux Bauariæ cognomento Superbus, principum iudicio excommunicatus, & à ducatu Bauariæ per Conradum regem depositus, pauper & pedester de Bauaria cum vxore, & liberis venit in Saxoniam, & ibi mansit vsque ad mortem. Ducatum eius Lupoldus Marchio Austriæ à Conrado rege accepit.

Lupoldus.

LVPOLDVS Marchio dux Bauariæ, iste Lupoldus Marchio Austriæ, ducatum Noricorum post Henricum ducem depositum à rege Conrado suscepit. Hic fuit filius Lupoldi senioris Marchionis, ex Agnete filia Henrici Imperatoris quarti, quę ante Lupoldum habuerat Fredericum ducem Sueuorum. Mortuo non longe post isto Lupoldo duce, rex ducatum Henrico fratri eius contulit.

Henricus.

HENRICVS Marchio dux Bauariæ, frater Lupoldi fuit: Huic post mortem fratris, Conradus rex relictam viduam Henrici ducis Bauariæ, quem deposuerat, filiam Lotharij Imperatoris Gertrudem dedit vxorem, & constituit eum Bauarię ducem.

Otthо Episcopus Bambergensis, filius comitis Bertholdi, audax vir, sanctissimęque conuersationis his temporibus clarus habebatur.

RESTITVTIO DVCATVS BAVARIÆ AD LEGITIMOS HÆREDES.

CONRADO rege Romanorum mortuo, Fredericus huius nominis primus, filius Conradi ducis successit. Hic anno Domini M. C. L VI. circa festum natiuitatis beatæ Mariæ semper virginis, Henrico duci Saxonię filio Henrici superioris Superbi, quondam ducis Bauariæ, ducatum rogantibus principibus restituit, amoto Henrico fratre Lupoldi Marchionis Austriæ: Facta sunt hęc Ratisponę, anno vt supra.

Eodem tempore Fredericus Imperator, Marchiam Austriæ in ducatum sublimauit, primum ducem in Austria constituens Henricum supradictum, fratrem Lupoldi, quem à ducatu Bauariæ amouerat, absoluens eum ab omni Iurisdictione ducis Bauariæ, dansque nonnullos comitatus Austriæ Henrico duci Bauariæ in recompensam, & exemptionem. Nam antehac Marchiones Austriæ, quotiescunque per duces Bauariæ ad curiam eorum fuissent vocati, tanquam subiecti illis solebant occurrere; quemadmodum comites, & alij nobiles adhuc tenentur obedire. Idem Imperator Fridericus primus, ducatum Bohemiæ erexit in regnum.

Henricus dux Bauariæ & Saxoniæ, filius Henrici Superbi, in paternam hæreditatem vtriusque ducatus restitutus, summa solicitudine curabat, populum sibi subiectum iuste & secundum leges in omni pace, & tranquillitate regere & gubernare. Quicunque leges ab eo æditas violasset, capite plectebatur. Vnde pace per totam Bauariam cum Iustitia cunctis facta, dux Henricus in ore omniū laudem & honorem super omnes principes illius temporis habebat.

TRANSLATIO DVCATVS BAVARIÆ AD COMITES DE SCHEYEREN.

CVM Imperator Fredericus expeditionem parasset in Italiam, Henricum Bauarię & Saxoniæ ducem iam dictum in auxilium vocauit. Itaque Henricus cum magno exercitu Italiam Imperatori laturus auxilium ingressus, ipsum Fredericum obuiū habuit, dicentem, *sibi tantam armatorum multitudinem non esse necessariam*, rogabatq; ducem, vt cum suis remearet in patriam.

Vnus autem officialium ducis inde commotus dixit ad eum: *Illustrissime Princeps, coronam posuisti ad pedes, ne caput vestrum possit ascendere.* Quod verbum in tantum displicuit Imperatori, vt ducem omnibus diebus vitæ suæ haberet exosum, atque à ducatu

tandem Bauariæ depoſuerit, conferens eum Otthoni comiti de Scheyeren, qui fuit de genere Carolorum.

Otte Scheyrenſis.

OTTHO dux Bauariæ. Iſte Ottho fuit comes in Scheyeren, de ſtirpe magni ducis Cu-
** Error eſt. In Germanico Andreæ Ratiſpo. eſt: auß dem chun Carolorum, (id eſt, ex genere Carolorum, vt in Latino habetur) quo ſenſu, & hic deceptus eſt Auctor.*
nonis,* de quo ſupra dictum eſt, ex linea Caroli magni Imperatoris. Huic Fredericus Imperator ducatum Bauariæ, vt legitimo & proximo hæredi, abrogato Henrico contulit, à quo omnes duces Bauariæ, & comites Palatini Rheni, qui hodie ſunt, deſcenderunt, ſicut in ſequentibus per ordinem dicemus.

Anno itaque Domini M. C. LXXX. Ottho comes præfatus de Scheyeren factus eſt dux Bauariæ, vir fortis, iuſtus, & in Chriſtiana religione clariſſimus: vxorem habuit deuotiſſimam nomine Agnetam, de qua genuit Ludouicum ſucceſſorem in ducatu Bauariæ, & Elizabeth, ante Reginam Ieroſolymitanorum.

Scheyrenſe monaſterium.

Anno Domini M. C. XXIIII. Ottho comes de Scheyeren, poſtea dux, caſtrum Scheyeren monaſterium fecit in honorem beatæ Mariæ ſemper virginis. Multi fuerunt eo tempore comites in Bauaria, Titulum habentes de Scheyeren, ſed nullus eorum in ipſo caſtro morabatur. Quod cum antiquitate nimia pene corruiſſet, Ottho ſæpè dictus, & Agnes vxor eius conuocarunt omnes participes loci, videlicet Conradum, comitem Otthonem, comitem Tachauiæ, Otthonem comitem Palatinum in Witelsbach, Otthonem alium de Scheyern, Arnoldum comitem, cum alijs ſeptem; qui omnes vnanimiter, ius ſuum, quod in caſtro Scheyern habebant, beatæ Mariæ ſemper virgini ad conſtruendum monaſterium obtulerunt; Ipſumque locum in ſepulchrum ſui & generis ſui perpetuam elegerunt. Arnoldus autem comes partem ſuam non Deo, ſed Diabolo offerēs, proiecta in aerem chyrotheca ſua dixit: *Vos domine Diabole, accipite partem meam in ius veſtrum*: Chyrothecam dæmones abſtulerunt. Cæteri autem nō obſtante vnius perfidia, inceptum opus hilari animo compleuerunt.

Anno Domini M. C. LXIIII. obijt Gebhardus de Burckhauſen dux in Bauaria, moritur vir ſtrenuus, iuſtus, ac timens Deum. Eodem anno dux Bauariæ, Dalmatiæ & Croatiæ Conradus, moritur in Scheyern, qui ſibi memoriam æternam apud poſteritatem magnificis rebus acquiſiuit.

HENRICVS filius ducis Henrici dicti Leonis Saxoniæ, frater Otthonis Imperatoris quarti, & Wilhelmi ducis Brunſvicenſis, comes Palatinus Rheni factus, vxorem duxit Agnetam, filiam Conradi comitis Palatini Rheni, quæ peperit ei duas filias, Gertrudem, quam dux Bauariæ duxit vxorem, & Alheidem, quam duxit Ericus comes Badenſis. Mortua Agnete prima vxore, Henricus aliam duxit Agnetam, filiam nobiliſſimi comitis de Lanſsburg, ex qua non ſuſcepit liberos.

Anno Domini M. C. LXXXVIII. Ottho nobiliſſimus Bauariæ dux moritur; in monaſterio Scheyrn ſepultus, iuxta Bernherum fratrem, filium relinquens nomine Ludouicum.

Ludouicus.

LVDOVICVS dux Bauariæ, filius Otthonis ſupradicti, Princeps mortuo patri ſucceſſit. Vxorem habuit Ludimillam filiam regis Bohemiæ, quæ peperit ei filium Otthonem nomine, ducem Bauariæ & comitem Palatinum, de quo poſtea dicemus. Hæc Ludimilla ante Ludouicum nupſerat Alberto Marchioni de Pogen, cui peperit duos filios, videlicet Albertum & Bertholdum Marchiones poſt patrem.

LVDIMILLA ducissa Bauariæ, vxor Ludouici, conſtruxit monaſterium in Bauaria nomine Stedental, in quo & ſepulta iacet.

LVDOVICVS dux Bauariæ cum Imperatore Friderico ſecundo, Honorio Papa tertio, & Lupoldo duce Auſtriæ perrexit ad terram ſanctam, qui inſidijs poſtea Imperatoris Friderici interfectus fuit apud Kelham. Anno domini M. CC. XXXI.

Otho.

OTTHO dux Bauariæ, comes Palatinus Rheni, filius Ludouici ſupradicti ducis Bauariæ, patri ſuccedens, vxorem habuit Gertrudem * filiam Henrici comitis Palatini Rheni,
** al. Agnetem.*
quæ peperit ei duos filios, Henricum & Ludouicum.

Heidelberg. Braubach.

Iſte Ludouici ducis filius Ottho, ducatum Bauariæ poſt patrem, vt legitimus hæres obtinuit, & comitatū Palatinum Rheni Heidelberg, cumque ad eum pertinentibus, cum vxore in poſſeſſionem ſuſcepit: Quæ Brubach in feudum dedit comiti de Catzenellenbogen.

OTTHO itaque dux Bauariæ, & comes Palatinus Rheni, in principio ſui regni pius ac ſtrenuus, ac iuſtus Princeps fuit, ſed poſtea propter diſſenſionem, quam habuit cum Friderico Imperatore, & eius filio Conrado, ab Innocentio Papa fuit excōmunicatus. Qui ob hanc cauſam in odium cleri excandeſcens, malū malo adijciens, anno Domini M. CC. XLV.

cum

cum in vigilia sancti Andreæ Apostoli lætus cum vxore & familia fuisset, subitanea morte obijt.

Ludouicus.

OTTHONE duce Bauariæ mortuo, Ludouicus & Henricus filij eius principatū patris inter se diuidunt. Ludouico cecidit comitatus Palatini Rheni, cum cæteris alijs in Bauaria superiori; Henrico vero sors dedit Lanshutam, cum Bauaria inferiori. Anno Domini M.CCLVI.

LVDOVICVS comes Palatini Rheni', dux Bauariæ, filius Otthonis ducis Bauariæ, Princeps prædicti frater Henrici, primo duxit vxorem Mariam, filiam ducis Brabantiæ, quam anno domini M. CC. XLVII. ipse necauit. Postea accepit Annam filiam regis Poloniæ. Genuit autem tres filios: Ludouicum, Rodulffum comitem Palatinum, & alium Ludouicum, postea regem Romanorum, de quibus infra per ordinem dicemus.

Anno Domini M.CC.XLVII. Ludouicus dux pro defensione Bauariæ Castrum, quod dicitur Fridburg, contra Episcopum Augustensem & ciuitatem construxit. Ludouicus post multa egregie perpetrata moritur, & in Furstenfeld, quod ipse ante construxit, sepelitur; post quem filij eius surrexerunt, vt suo loco dicemus.

Henricus.

HENRICVS dux Bauariæ, filius Otthonis ducis Bauariæ, & comitis Palatini Rheni, iam dicti Ludouici frater, habuit vxorem Elizabeth filiam Beli regis Vngariæ, qui fuit frater sanctæ Elizabeth viduæ, quæ peperit ei tres filios: Otthonem regem Vngariæ, Ludouicum, & Steffanum duces Bauariæ, quorum in sequentibus faciemus mentionem.

Bogen.

Anno Domini M.CC.XXXI. Albertus vltimus comes de Bogen moritur, cuius comitatus ad duces Bauariæ conuertitur. Henricus dux Bauariæ prædictus moritur, anno Domini M.CC.XC. & in Lanshuta sepelitur. Alij dicunt quod in Burckhausen sit sepultus. Reliquit autem tres filios, de quibus postea dicemus.

*Rudolphus. *al. Metzā.*

RVDOLFFVS comes Palatinus Rheni dux Bauariæ, filius Ludouici, cuius frater erat Ludouicus rex Romanorum, de quo postea dicemus. Vxorē Mechtildem * filiam Adolffi regis Romanorum habuit, quæ peperit ei tres filios Rudolffum, Rupertum, & Adolffum, de quibus postea dicetur. Ab isto Rudolffo descenderunt omnes comites Palatini Rheni, qui hodie viuunt, quemadmodum ex eorum Genealogia clare patebit in sequentibus.

LVDOVICVS Bauarus Imperator.

Cum Ludouicus frater Rudolffi supradicti comitis Palatini esset electus in regem Romanorum, ipse Rudolffus id moleste ferens, Fridericum ducem Austriæ elegit in regem Romanorum. Quod factum Imperator Ludouicus tam ægre tulit, vt eum omnium possessione paterna spoliatum expelleret de patria, qui fugiens in Angliam, ibi mortuus est. Filij tamen eius, à fratre Imperatore, ad hæreditatem paternam admissi sunt, sicut dicemus.

LVDOVICVS comes Palatinus Rheni dux Bauariæ, Imperator Romanorum, filius Ludouici supradicti principis, & frater Rudolffi, cuius iam fecimus mentionem, Imperator Romanorum factus est anno Domini M.CCC.XV. Vxorem habuit Margaretham Philippi regis Francorum ex filia neptem. Soror enim regis Philippi nupserat Wilhelmo comiti de Hannegau, quæ peperit Wilhelmum ducem Holandiæ, & Margaretham vxorem Ludouici ipsius Imperatoris: quæ peperit ei sex filios, Ludouicum videlicet Marchionem Bradenburgensem, Steffanum in Lanshuta, Albertum in Strubingen, Wilhelmum ducem Hollandiæ, Selandiæ, Frislandiæ & Bredæ; Ludouicum qui dicebatur Romanus (quia Romę natus fuit) & Otthonem Brandenburgensem. Igitur ex hac Margaretha vxore Ludouici Imperatoris, ducatus Hollandiæ, Selandiæ, Frisiæ, Henegauiæ cū alijs pertinentibus sibi terris, ad duces Bauariæ iure hereditario peruenit anno Domini MCCCXXIIII.

Hollandia.

Deinceps filios Henrici ducis Bauariæ in Lanshuta habitantis, filij Otthonis ducis, ac fratris Ludouici penes hos inferam, & generationis eorum seriem explicabo. Fuerunt autem tres, Otthо rex Vngariæ, Ludouicus & Stephanus duces Bauariæ, sicut supra demonstratum est.

Otho rex Vngariæ.

OTTHO dux Bauariæ & rex Vngariæ, filius Henricis duci in Lanshuta commorantis, frater Ludouici & Stephani ducum Bauariæ, vxorem habuit filiam ducis Poloniæ, quæ peperit filium nomine Henricum, quatuordecim diebus ante mortē ipsius Otthonis, anno Domini M. CCC. IX. Rex Vngariæ sine filijs mortuus est, vnde principes Vngariæ Otthonem ducem Bauariæ prædictum, vt hæredem regni viciniorem (quia filius erat Beli regis Vngariæ) missa legatione in regem Vngariæ elegerunt; quem

etiam cum gladio regali more coronarunt. Cum ergo Pannoniam valida manu intrasset, post aliquot dies consulentibus Vngaris, & omnimodam ei fidelitatem promittentibus, milites suos remisit in Bauariam, ac post coronationem suam, cum vlteriorem Vngariam penetrasset, à quodam Principe regionis captus fuit; cuius filiam cum nollet in vxorem recipere, ope cuiusdam famuli dimissus per murum, veste mutata, euasit solus, & in forma rustica, Prussia multisque peragratis terris, venit Vratislauiam, vbi cognitus & traditus, à duce Poloniæ captus est denuo. Cuius filia in matrimonium susceptа, cum magno honore in Bauaria susceptus est, & non multo post obijt.

OTTHO rex Vngariæ, ac dux Bauariæ, cum videret sibi tempus imminere moriendi, filium suum Henricum puerum XIIII. dierum, qui postea dicebatur Princeps de Notterberg, & duos fratris sui Stephani filios, Henricum qui octo habebat ætatis annos, & Otthonem qui nec dum septimum compleuerat annum, ciuibus in Lanshuta, & in Strubingen commisit, nemini sub iuramento tradendos quam Lodouico duci superioris Bauariæ; & mortuus est anno Domini M. CCC. XII. Quo mortuo, nobiles terræ supradictos tres pueros Lanshutensibus & Strubingensibus ab Otthone ipso commissos, sibi donari postulabant, volentes illos sub tutelam ducis Austriæ locare, & dominium hoc in eum transferre.

Itaque anno Domini millesimo CCCXIIII. in die sancti Theodori martyris, per hanc occasionem factum est prælium magnum inter ducem Ludouicum (postea Imperatorem) & ducem Austriæ, circa villam quandam Gamelszdorff dictam. Et dux Ludouicus victor euasit, sibique dominium puerorum, vt legitimus tutor obtinuit.

Stephanus. STEPHANVS dux Bauariæ, frater Otthonis regis supradicti Vngariæ, filius videlicet ducis Henrici in Lanshuta, reliquit duos filios, Henricum, cognomento probum, & Otthonem de Burghausen. Henricus habuit vxorem filiam Ioannis regis Bohemiæ, sicut postea dicemus. Hos duos principes vna cum filio suo Henrico Notterberger, Ottho rex Vngariæ & dux Bauariæ iam moriturus ciuibus in Lanshuta & Strubingen commisit, ad Lodouicum (postea Imperatorem) tutorem eorum legitimum deferendos: vt supradictum est.

LVDOVICVS dux Bauariæ, filius Henrici ducis in Lanshut, ac frater Otthonis regis Vngariæ & Stephani ducis supradictorum, sine liberis mortuus est.

Henricus. HENRICVS filius Stephani, cognomento Probus vel Senior, ad differẽtiam Henrici Iunioris filij Otthonis Vngariæ regis, dux Bauariæ, habuit vxorem filiam Ioannis regis Bohemiæ, quæ peperit ei filium nomine Ioannem, qui duxit in vxorem filiam ducis Ludouici, sed sine liberis mortuus est non multo post patrem suum.

OTTHO filius Stephani ducis Bauariæ, frater supra dicti Henrici, qui vitam degebat in Burghausen, mortuus est sine liberis Anno Domini M.CCC.XXXV.

HENRICVS filius Otthonis regis Vngariæ, dictus iunior, siue Notterberger, dux Bauariæ, cuius mater fuit filia ducis Poloniæ, cum esset XX. annorũ, sine liberis obijt. Anno Domini M.CCC.XXXIII. Supradicti tres duces, Henricus probus, Ottho frater eius de Burghausen & Henricus iunior siue Notterberger filius Otthonis regis Vngariæ inferiorem Bauariam inter se diuiserunt, vt sequitur.

DIVISIO BAVARIÆ INFERIORIS INTER PRÆDICTOS DVCES.

ANNO Domini M. CCC. XXXI. facta est magna dissensio inter Henricum ducem cognomento Probum ex vna, & Otthonem fratrem eius, & Henricum iuniorẽ filium Otthonis regis Vngariæ ex altera parte, super ducatu inferioris Bauariæ. Vnde Iohannes rex Bohemiæ, socer Henrici senioris, cum alijs principibus conuentum habuit in Ratisbona, sub certa spe, prædictos duces in concordiam perducendi. Iam enim Ludouicus Imperator Vngaros in auxilium pro Otthone & Henrico iuniore vocauerat. Post multos tandem tractatus, consenserunt, vt inter eos partiretur ducatus; quod & factum est, circa festum sancti Bartholomei Apostoli, anno vt supra. Sors itaque cecidit: Henricus senior obtinuit Lantshut, Straubing, Scherdingen, Pfarkirchen, & alia castella circumiacentia. Ottho frater eius accepit Burghausen, Ottingen, Transtein, Hall, & reliqua castella, vsque ad Alpes Saltzburgenses. Porro Henrico iuniori sors dedit Dingelfingen, Landavve, Vilhoffen, Deckendorff, Cham, Pogen, Kelham, & alia in circuitu iacentia oppida, & castella.

Anno Domini M. CCC. XXXII. Henricus dux senior iterum cum Otthone fratre suo, & Henrico iuniore super ducatu Bauariæ altercari cœpit, & hi duo Ludouici Imperatoris auxilium inuocarunt, qui mandauit illi scrio, vt quam cito à male cœ-

le cœptis desisteret. Quo nolēte, Imperator collecto exercitu Straubingen in propria persona octo hebdomatibus acriter obsedit, Interea Iohannes rex Bohemiæ denuo adueniens, pacem inter eos composuit.

HENRICVS dux Bauariæ iunior, filius Otthonis regis Vngariæ præfatus moritur, anno Domini MCCC. XXXIII. sine liberis, anno ætatis suæ XXI. Ottho dux Bauariæ filius Steffani ducis sæpedicti obijt anno Domini MCCC. XXXV. sine liberis. Henricus senior frater Otthonis dux Bauariæ moritur anno Domini M. CCC. XLIX. filium relinquens nomine Ioannem, qui patri in ducatu breui tempore viuens successor fuit.

IOANNES dux Bauariæ filius Henrici ducis senioris prædicti, patri mortuo in ducatu inferioris Bauariæ successit annis paucis. Vxorem habuit filiam ducis Ludouici, & non longe post patrem sine liberis moritur. Mortuo itaque sine liberis Ioanne duce prænominato, Ludouicus Imperator & dux Bauariæ hæreditatem eius accepit: à quo sunt omnes duces inferioris Bauariæ qui hodie viuunt, vt suo loco dicemus. Et sic stirps Henrici ducis Lanszhulensis hic deficit. *Iohannes.* *Bauariæ Ducum stirpes.*

Anno Domini M. CCCXV. Ludouicus dux Bauariæ in regem Romanorum (sicut diximus) electus fuit: contra quem Fridericus dux Austriæ, per Rudolffum fratrem Ludouici, & quosdam alios, fuit electus in regem, vnde multa mala & bella orta sunt. In die igitur, quæ festum sancti Michaelis præcedit, vterque cum multitudine armatorum processit ad bellum, inter Muldorff & Oetingen, in prato iuxta viam: in quo, cum acriter pugnarent Ludouicus victor euasit, & Fredericum ducem Austriæ cepit, quem in Castello quod dicitur *Trausenitz*, non longe à Naburg, custodiæ mandauit; fratrem vero suum Rudolffum (vt satis diximus) spoliatum omnibus bonis in exilium compulit. Tandem Imperator Ludouicus, dolis & falsis literis magistri Vdalrici de Augusta Cancellarij sui, indignationem Papæ Ioannis XXII. incidit, à quo excommunicatus fuit. Quod quomodo acciderit, cum opus fuerit, latius declarabo. Ad hunc Imperatorem Ludouicum Wilhelmus Ockan ordinis minorum, vir doctissimus, cum quibusdam alijs sui ordinis fratribus, à Papa Ioanne XXII. exacerbatus confugit, apud eum defensus mansit, & contra Papam scripsit, eumque hæreticum declarauit. De quibus alibi latius habetur. *Vlricus Hagenohr. Aliter de his M. Alber. Argentin. in Chronic.*

LVDOVICVS Imperator multa miranda fecit, & passus est, quæ in hoc compendioso indice compræhendere nullomodo possum. Si necesse fuerit, oportuno tempore scribam.

Anno Domini M. CCC. XLVII. in die sancti Gerionis martyris, Imperator Ludouicus in venatione constitutus, habebat in comitatu suo diuisam Austriæ quandam, quam omnes propter tetram fœdamque corporis dispositionem *Maultesch* appellauerunt. Hæc vbi etiam ab Imperatore contemni se videbat, infremuit, & simulato hilari vultu, potum Imperatori, prior bibens ipsa, postea obtulit, qui ex bona fide sumpto poculo, post moram paruam de equo interfectus cecidit, & in sinu cuiusdam rustici inclinatus exspirauit, in nemore prope Furstenfelt sepultus est in ecclesia beatæ Marię semper virginis.

Nunc de filijs Rudolffi comitis Palatini Reni, & ducis Bauariæ, fratris Ludouici Imperatoris supradicti, seriem generationis continuabo, à quo omnes comites Palatini Rheni huius temporis descenderunt. Postea filios ipsius Ludouici Imperatoris adiungam, à quibus duces inferioris Bauariæ exorti sunt, quia generatio principum multiplicata deinceps in varias successiones successit, solos principales duces Bauariæ ac comites Rheni Palatinos scribam. *Palatinorum Comitum stirpes.*

Igitur fugato in Angliam Rudolffo comite Palatino Rheni & duce Bauariæ supradicto à fratre suo (quemadmodum nos dixisse meminimus) & mortuo, Imperator Ludouicus dixit, cum filios eius vidisset: *Pater, & non filij in me deliquit, vnde non est æquum pœnam alieni sceleris eos subire.* Dedit itaque eis potestatem eligendi inter Bauariam, Sueuiam, Austriam, & Rhenum, quam ex his prouincijs voluissent. Qui consilio præhabito hæreditatem paternam, scilicet comitatum Palatinum Rheni, cum suis proprietatibus & cæteris ciuitatibus in Bauaria, videlicet Amberg, & Naburg, cum adhęrentibus sibi alijs elegerunt, anno Domini M. CCC. XXXIX. sexta feria ante diem sancti Osvvaldi martyris. Filij autem Rudolffi fuerunt tres: videlicet Rudolffus, Adolffus, & Rupertus. De quibus per ordinem dicemus.

RVDOLFFVS primogenitus Rudolffi supradicti comitis Palatini Rheni, nō multum sapiens vel astutus fuisse perhibetur, vxorem habuit Ludouici regis Vngariæ sororem, quæ peperit ei filiam nomine Margaretam, quam duxit vxorem Carolus Bohemiæ rex, *Rudolfus.*

postea Imperator Romanorum. Rupertus autem sine filijs mortuus est, & ante chorum ecclesiæ in Noua ciuitate sepultus. Margaretha filia Rudolphi & vxor Caroli regis Vngariæ, peperit tres filios & duas filias: Wenceslaum regem Romanorum post patrem, Ioannem regem Bohemiæ, Sigismundum regem Vngariæ, & postea Imperatorem: Helenam, quę accepit filium regis Angliæ, & Margaretham vxorem marchionis antiquæ Marchiæ.

Nouastatt.

Adolfus.

ADOLPHVS comes Palatinus Rheni & dux Bauariæ, filius Rudolphi principis, & frater supradicti Rudolphi, habuit vxorem filiam comitis de Ottingen, quæ peperit ei filium nomine Rupertum iuniorem, qui & nomine patris plærunque dicebatur Adolphus, de quo postea dicemus.

Rupertus, Ruffus.

RVPERTVS filius Rudolphi, princeps, & frater supradictorum principum, Rudolphi & Adolphi, comes Palatinus Rheni & dux Bauariæ, habuit duas vxores: prima fuit Mechtildis ducissa Brabantiæ, * quæ sine liberis mortua est, secundam Beatricem filiam ducis Montensis, à qua liberos non suscepit. Iste Rupertus vniuersale gymnasium Heidelbergense fundauit, quod Benedictus Papa XII. confirmauit. Ecclesiam quoq; collegiatam in Noua ciuitate pulchro tabulatu lapideo constituxit. Moritur autem anno Domini M.CCCXL.XII. die mensis Februarij, in choro ecclesiæ Nouæ ciuitatis sepultus. Consequenter filios Ludouici Bauari Imperatoris, & successiones eorum, per quos Bauaria inferior possessa est, annotabo.

** al. Elisabetam comitissam de Namur.*

Heidelbergensis Academia.

Ludouicus Brädeburg.

LVDOVICVS marchio Brandenburgensis, filius Ludouici Bauari Imperatoris, vir pius, iustus, & bellicosus, vxorem habuit filiam comitis Tyrolensis, quę peperit ei filium nomine Meynhardum, qui postea fuit comes in Tyrol, qui duxit vxorem Adolphi ducis Austriæ sororem, & sine hæredibus mortuus est, cuius vxor comitatum Tyrolensem fratri suo Rudolpho duci Austriæ fecit esse subiectum, vnde dissensio inter duces Bauariæ & Austriæ non modica facta est.

Tirolis comitatus.

Steffanus.

STEPHANVS dux Bauariæ, filius Ludouici Imperatoris & ducis Bauariæ, ac frater supradicti Ludouici Brandenburgensis morabatur in Lanshuta. Habuit autem tres filios: Stephanum, Ioannem, & Fredericum, qui post mortem patris ducatum eius inter se diuiserunt anno Domini M. CCC. XIII. Ioannes accepit Bauariam superiorem, videlicet Monchen, cum suis attinentijs, Stephanus Ingelstat; & Fredericus Lanshutham in sortem acceptauit, de his suo loco dicemus.

ALBERTVS dux Bauariæ de Strubingen, filius Ludouici Imperatoris, & frater duorum ducum prædictorum, Ludouici & Stephani, pro portione patrimonij sui, Strubingen cum illi adhærentibus accepit; bonus, iustus, ac pius princeps. Habuit vxorem filiam Ludouici ducis Poloniæ, quæ peperit ei tres filios: Wilhelmum, Albertum & Ioannem, è quibus Albertus possedit Bauariam inferiorem, Strubingen videlicet cum adiacentibus. Non habuit vxorem & mortuus est sine liberis. Ioannes autem electus Leodiensis, qui post mortem fratris Episcopatum quem multis annis vt electus possidebat, dimittens, duxit vxorem, sacro Constantiæ cum eo disputante concilio, quemadmodum suo loco dicemus.

Habuit etiam dux iste Albertus supra dictus duas filias, quarum vnam in vxorem accepit Iohannes dux Burgundiæ, qui contra Turcos duxit exercitum. Aliam nomine Ioannam accepit Albertus dux Austriæ, quæ peperit ei filium nomine Albertum, & filiam nomine Elizabeth. Albertus duxit vxorem Elizabeth, filiam Sigismundi Imperat. Roman. Aliam duxit in coniugem Henricus dux Bauariæ filius ducis Lanshutensis.

Anno M C C C C V. Albertus dux Bauariæ supradictus moritur, filius videlicet Ludouici Imperat. & in Hollandia iacet sepultus, cuius titulus erat iste: *Albertus Dei gratia comes Palatinus Rheni, dux Bauariæ, comes Henegauiæ, Selandiæ, Hollandiæ, & dominus Frisiæ.* Mortuo autem duce Alberto Wilhelmus filius eius comitatus & dominium inferioris terræ Henegauiæ, Hollandiæ, Selandiæ, & Frisiæ post cum paucis annis gubernauit, qui & ipse mortuus est anno Domini M.CCCCIX. Cuius filia nomine Iacoba hæreditatem paternam sibi vendicare & possidere volens, se filiam prædictorum comitatuum scribebat. Contra Ioannes frater patris sui, episcopatum Leodiensem dimittens (sicut diximus) terras istas & comitatus per vim multis bellis in suam potestatem redegit, qui spe successionis, vxorem duxit filiam Ioannis ducis Gerlitzensis; * sed tamen sine liberis decessit, à magistro curiæ suæ intoxicatus, anno Domini M. C C C C XV. Post cuius mortem domina Iacoba, fratris

** al. Lausitzensis.*

fratris sui Wilhelmi filia, iterum terras illas iure hæreditario possidere properabat, contra quam dux Burgundiæ iuniorse erigens, terram inuasit, & obtinuit, possidens eam in successione stirpis suæ vsq; in hodiernum diem.

WILHELMVS dux Bauariæ Comes Hollandiæ filius Ludouici Imperatoris Bauari, ac frater prædictorum Principum, qui dicebatur HOLLANT, fuit vir bonus & strenuus. Hic intoxicatus ab impijs & peruersis hominibus, liberum rationis vsum amisit, & sine liberis mortuus est. Cuius dominium Albertus frater eius susce pit. *Wilhelmus Holland.*

LVDOVICVS Romanus, dux Bauariæ, filius Ludouici Imperatoris, ac frater supra nominatorum principum, ideo dictus fuit Romanus, quia cum Imperator vnà cum vxore Romæ esset constitutus, ibidem natus est, qui & ipse sine liberis decessit. *Ludouicus Romanus.*

OTTO Brandenburgensis dictus, dux Bauariæ, filius Ludouici Imp. & frater prædictorum principum, ac Marchio, etiam mortuus est, Anno Domini M. CCCLXXIX. sine liberis. *Otto Brandeburg.*

Anno Domini M. CCCLIII. Ludouicus Marchio Brandenburgensis Rupertus (id est Adolffus senior) Comes Palatinus Rheni, & Ioannes Burggrauius Nurnburgensis, inter Stephanum, Albertum, & Wilhelmum filios Ludouici Imperatoris ducatum BAUARIÆ diuiserunt, de quibus dictum est. Actum Ratisponæ in die Sancti Osualdi.

Anno Domini M. CCCXLVIII. dominus Conradus de Deckin domo sua in ciuitate Monacensi à Suickero de Gundelfingen interfectus est. Albertus dux BAUARIÆ filius Imperatoris Ludouici castrum Notterberg & Strubingen muniuit contra metum Caroli Imperatoris, de quo fama fuit, quod bello vellet eum impetere. Sed concordia interueniente dissensio sedata est.

RVPERTVS Comes Palatinus Rheni, & dux BAUARIÆ (qui & Adolffus) filius Adolffi principis Palatini, de quo supra fecimus mentionem, dictus etiam Iunior, ad differentiam senioris Ruperti fratris patris sui, vxorem habuit BEATRICEM filiam regis Siciliæ, quæ peperit ei Rupertum paruum, postea regem Romanorum, de quo suo loco dicemus. *Adolphus.*

RVPERTVS iste Comes Palatinus Rheni & dux BAUARIÆ ac Princeps elector, vir strenuus, & arte bellandi valde promptus, tempore Caroli Imperatoris Saxoniam armata manu ingrediens, vno die bis triumphauit de Saxonibus, tertio vero congressu victus ab eis & captus est.

Iam nunc seriem generationis ducũ Bauariæ ex filiis Ludouici Imperatoris descendentium prosequamur, quia de stirpe Rudolffi Comitis Palatini, præter præfatum Rupertũ semen virile non fuit.

MEYNHARDVS Comes in Tyrol, filius Ludouici BRANDENBURGENSIS, qui fuit filius Ludouici BAUARI Imperatoris: habuit vxorem Adolffi ducis Austriæ, & sine liberis obijt, cuius ducatum vxor eius fratri suo Rudolffo Austriæ duci tradidit, nõ sine præiudicio ducum BAUARIÆ. Præter istum Meynhardum Ludouicus filios non reliquit. *Meinhardus.*

STEPHANVS dux BAUARIÆ filius ducis Steffani, qui fuerat filius Imperatoris Ludouici, qui possidebat Ingelstat, cum sibi adhærentibus, genuit duos filios Ludouicum ducẽ BAUARIÆ in Ingelstat, & Ioannem Episcopum Ratisponensem, ac filiam vnam nomine Elizabeth, quam rex Francorum accepit vxorem. *Stephanus.*

IOANNES dux BAUARIÆ superioris, filius Steffani ducis, filij Ludouici Imper. ac frater supradicti Steffani habuit vxorem filiam Ducis Gerlicensis, de qua genuit Ernestum & Wilhelmum filios, ac Sophiam filiam vnam, quam dedit vxorem Wenceslao regi Romanorum. Hic dux Ioannes pro partitione paternæ hæreditatis obtinuit Monacum cum alijs circumiacentibus castellis. *Iohannes.*

FREDERICVS dux BAUARIÆ, filius Steffani, filij Ludouici Imperatoris, ac frater prædictorum principum Steffani & Ioannis, in partitionẽ hæreditatis paternæ Lanshutã obtinuit cũ sibi adhærentibus. Vxorem habuit sororem ducis Mediolanensis, quæ peperit ei filium vnum, Henricum in Lanshut, & duas filias: Margaretham videlicet, & Elizabeth, quam dedit vxorem Frederico BURGGRAUIO Nurnbergensi, quẽ Imperator fecit Marchionem BRANDENBURGICUM. Steffanus quoq; supradictus frater huius Frederici, aliam sororẽ ducis Mediolani, vxoris huius sororem duxit vxorem.

Hæreditatis paternæ diuisio inter præfatos tres principes BAUARIÆ facta est, Anno Domini M.CCCXCII.

Nunc de filijs Alberti, filii Ludouici Imperatoris, ac fratris prædictorum Ludouici & Steffani generationis serie dicamus. Fuerunt autem tres, Wilhelmus, Albertus, & Ioannes.

Wilhelmus. WILHELMVS dux Bauariæ filius Alberti, filij Ludouici Imperatoris supradicti, pro hæreditatis paternæ portione factus Comes Hennegauiæ, Hollandiæ, Selandiæ, & Frisiæ, non reliquit semen virile, sed habebat filiam vnam nomine Iacobam, quæ primo nupserat Delphino Franciæ, postea duci Brabantiæ, deinde fratri Regis Angliæ, & vltimo cuidam nobili dicto Francken. Hic Wilhelmus, mortuo suo patre, comitatum Henegauiæ, Hollandiæ, Selandiæ & dominium Frisiæ hæreditario iure possedit.

Wilhelmus iste dux Bauariæ, mortuus est nullo relicto filio Anno domini MCCCCIX. post quem Ioannes electus Leodicensis, frater eius, repulsa filia fratris Iacoba, dominium eius multorum sanguine acquisiuit.

Albertus. ALBERTVS dux Bauariæ filius Alberti ducis in Strubingen, filij Ludouici Imperatoris, frater supradicti Wilhelmi, vir fortis, iuuenis, & decorus facie, qui post obitū patris inter fratres suos obtinuit Strubingen cum adiacentibus castellis, villis, & proprietatibus. Non habuit vxorem, & sine filijs decessit; sepultus in medio choro fratrum Carmelitarum in Strubingen.

Iohannes. IOANNES dux Bauariæ filius Alberti ducis, filij Ludouici Imperatoris, frater Wilhelmi & Alberti supradictorum principum, Electus in Episcopum Leodiensis Ecclesiæ multo tempore fuit, hic post multos annos mortuo fratre suo Wilhelmo, Comitatum Henegauiæ, & Hollandiæ cum cæteris dominijs eius obtinuit, Iacoba fratris sui filia reclamante. Qui sperans se legitimum habiturum hæreditatis suæ possessorem, habita dispensatione concilij Constantiensis duxorem filiam Ioan. ducis Gerlicensis, * fratris Sigismundi Imperatoris, de qua legitimum hæredem non suscepit. Anno Domini MCCCCVIII.

** Al. Lausitzensis.*

Ioannes iste dux Bauariæ adhuc gerens se pro electo Leodiensis Ecclesiæ, à Leodibus obsidetur in Traiecto superiori positus, cui Wilhelmus frater eius sæpe dictus, & Iohannes dux Burgundiæ, filius sororis suæ cum duobus millibus in auxilium occurrunt. Inito certamine, Ioannes & Wilhelmus victores facti sunt, & plusquam XXV. millia Leodiensium prostrauerunt. Porro de exercitu suo decem duntaxat cecidisse perhibentur.

Anno Domini M. CCCCXXV. Ioan. supradictus Bauariæ dux & comes, in Henegau, Hollant, Selant, & dominus in Frisia, veneno perijt, insidijs officialis sui cuiusdam, quem Magistrum curiæ solemus appellare. Mortuo autem illo, Ioannes dux Burgundiæ filius sororis eius, contradicente Iacoba filia Wilhelmi ducis supradicti (quæ fuit legitime hæres) Comitatum Henegau, Hollandiæ, Selandiæ, & dominium in Frisia potenter obtinuit, & sic à ducibus & domo Bauariæ principatus iste ablatus est.

Holland Burgundis accedit.

Rvpertvs Palatinus, Rex Rom. RVPERTVS comes Palatinus Rheni, dux Bauariæ, & Rex Romanorum, filius Ruperti principis illustrissimi (de quo supra dictum est) vir potens, iustus, & misericors in pauperes, vxorem habuit Margaretham filiam Burggrauij Nurnburgensis, quæ peperit ei sex filios, tres filias: Rupertum dictum Pium, Fredericum Amberg, Ludouicum Barbatum principem electorem, Ioannem Naburg, Steffanum Zvveybrücken, & Ottonem Mosebach, Agnetam, Margaretham, Elizabeth. De his principibus postea dicemus.

Anno domini M.CCCC. circa festum Assumptionis Beatæ Mariæ semper virginis, cōcernentibus in vnum principibus apud Franckfordiam, & depositō Wenceslao, Rupertus prædictus Comes Palatinus Rheni & Dux Bauariæ in Regem Romanor. electus fuit, & regnauit annos X.

Iste Rupertus dux & rex magnificus, exercitū duxit in Bohemiam, contra Wenceslaum, & tam ferro quam igne multa genti Bohemorum mala intulit, & nonnulla castra & dominia Bauariæ ab illis possessa, ad duces Bauariæ reduxit. Alia quoque multa permagnifica fecit, quæ hoc loco non possumus enarrare. Moritur in Oppenheym Anno Domini M.CCCCX. mensis Maij die 18, in ecclesia S. Spiritus (quam ipse construxit) Heydelbergæ cum vxore sepultus.

Vid. Wimpheling. in German. cap. 47.

Consequenter seriem generationis ducum Bauariæ ex Ludouico Imperatore descendentium primo continuabo, ac deinde filios regis Ruperti Comites Palatinos Rheni adiiciam.

Ludouicus Dux. Vide Aventin. lib. 7. fol. 645. LVDOVICVS dux Bauariæ, filius Steffani Ducis in Ingelstat, frater Ioannis Episcopi Ratisponensis & Elizabeth reginæ Francorum, Comes in Mortain, habuit vxorem nomine Annam sororem Starlaci regis Cypri, quæ peperit ei filium Ludouicum, qui dictus est Hogel, qui puer in sportula portatus à Parisiis in Bauariam fuit. Mater vero eius Anna moriens, sepulta est apud Prædicatores in ciuitate Parisiorum.

Iste Ludouicus dux Bauariæ & Comes de Mortain, imagines illas preciosas saluatoris nostri Iesu Christi, sanctæ Mariæ, & duodecim Apostolorum, quæ hodie sunt apud ducem

ducem Georgium cognomento Diuitem, secum ex Gallia portauit in Bauariam.

Ioannes dux Bauariæ Episcopus Ratisponensis, filius Stephani ducis in Ingelstat, ac frater supradicti Ludouici, & Elizabeth reginæ Francorū, præfuit Ecclesiæ Ratisponensi, Annis XXVI. *Iohannes Episcopus Ratisbon.*

Ernestvs dux Bauariæ filius Ioannis ducis in Munchen, ac frater Wilhelmi sequētis & Sophiæ vxoris secūdæ Wenceslai regis Bohemiæ ac Romanorū, in Munchē moram faciens, genuit filium nomine Albertum Munchen, de quo postea loco suo dicemus. *Ernestus.*

Henricvs dux Bauarię filius Friderici ducis in Lanshuta, vxorē habuit Elizabeth filiā ducis Austriæ, quæ peperit ei filiū nomine Ludouicum, quē appellabat Diuitē, & duas filias, quarum vnā dedit duci Ottoni de Mossbach, aliā Comiti Vdalrico de Wirtenberg. Habuit ēt duas sorores (quemadmodū supra diximus) quarū vna Elizabeth nomine vxor erat Frederici Burggrauij Nurenburgensis, de qua nati sunt, Albertus, Ioannes, Frederic⁹, & alius Fredericus Marchiones Brādenburgenses; & Margaretha, q̄ Ludouicus Hogel dux Bauariæ duxit vxorem. Iste dux Henricus Lanshut in principio parcus fuit, & pauper, sed in fine valde diues fuit inuentus: vxor vero eius mulier ingeniosa, omnes artes & scientias honestas amabat. *Uenricus.*

Redit ad Palatinos à Ruperto Rege descendentes.

Rvpertvs Comes Palatinus Rheni & dux Bauariæ, primogenitus Ruperti regis Roman. qui dicebatur Pipan, zelo fidei armatus, se cōtra Turcos nō sine magnis expensis armauit. Nā Anno Domini M.CCCXCIV. Ioannes dux Burgundiæ filius sororis Alberti ducis de Strubingen, cū magno exercitu venit in Bauariā contra infideles pugnaturus; cui se Rupertus dux iste cū multis alijs coniunxit. Cumq; transmissa Vngaria venissent ad quandam ciuitatē Turcorū, q̄ ipsi Nicopolim, nostri autē Schiltavve appellant, per dissensionē principum ab infidelibus victi sunt, Dux Burgundiæ cum multis alijs captus, innumerabiles occisi, ipse Rupertus vix euadens, pauper in Bauariam est reuersus. Et non multo post sine liberis moritur, & in Amberg sepelitur. *Rupertus Pipanus.* *Nicopoli.*

Fredericvs Comes Palatinus Rheni & dux Bauariæ, secundo genitus Ruperti regis Roma. Comitis Palatini, ante patrem sine liberis mortuus est.

Lvdovicvs Palatinus Rheni & dux Bauariæ ac princeps elector, tertius filius Ruperti regis Rom. vir probus, iustus & sanctus; qui per Christi amorē sanctū sepulchrū eius in Hierusalem visitauit, & in mari grauiter infirmatus, cæcus & claudus facta peregrinatione reuersus fuit, & quia barbam suā, quā de terra sancta reportauit, deinceps radi nō permisit, *Duxeum barba*, vel etiā *Cæcus* à vulgo dictus est. Vxorem habuit Blancam filiā Henrici regis Angliæ, quæ peperit ei filiū nomine Rupertū, qua mortua Anno domini M.CCCCXXVIII. mense Maio secundā duxit vxorē Mechtildem * filiā ducis Subaudię, fœminam deuotam, atq; sanctissimā, de qua genuit tres filios: Ludouicum, Fredericū, & Rupertum, & quasdā filias, quarum duæ factæ sunt moniales, tertiam duxit comes Wirtenburgensis vxorem, & post eum Albertus dux Austriæ, frater Frederici Imp. tertij. *Ludouicus Barbatus.* * *al. Margaretam. male.*

Multa de isto principe laudum præconia dicenda fuerunt, quæ & tempus ociosum, & aliud volumen requirunt. Hic Ludouicus Dux vniuersalis Synodi Constantiensis electus protector, defensor & aduocatus fuit: Iohannem XXIII. Papam sibi à concilio traditum, ferme tribus annis in castro suo Manheym in custodia tenuit. *Vide Wimpheling. in German. cap. 56. Manheim.*

Anno Domini M. CCCCXXXVIII. 12. mensis Maij obijt Mechtildis coniux istius serenissimi principis. Tandem princeps iste christianissimus Ludouicus propter cæcitatem, & varias infirmitates ab administratione sua fuit depositus, & non longe postea mortuus est, Anno Domini M.CCCCVII. vltima die Decembris.

Ioannes Comes Palatinus Rheni & dux Bauariæ, quartus filius Ruperti regis, dictus Neuenburger, vir bonus, & iustus. Habuit duas vxores: Catharinam filiam Ducis Pomeraniæ, * quæ peperit ei sex filios: Christophorum regem Daciæ, Noruegiæ & Suediæ, Ottonem, Iohannem, alium Iohan. Fredericum & Adolffum. Quinq; vltimi omnes in pueritia mortui sunt. Secunda vxor fuit filia ducis Bauariæ Ernesti de Munchen, de qua nō habuit liberos. Iste dux Ioannes multa egit contra Bohemos schismaticos, & multa pro fide Catholica ab eis passus est, sepultus est in Neuenberga, vir Deo dilectus. *Iohannes Neuenburg.* **al. Margaretam regis Daniæ filiam.*

Stephanvs Comes Palatinus Rheni & dux Bauariæ, quintus filius Ruperti regis, dictus Zvveibrvcker (propterea q̄ hanc in hæreditatem suscepit) vir iustus, probus, & deuotus. Habuit vxorem Annam filiam vltimi comitis Veldensis, quæ peperit ei quinque filios: Fredericū de Simmeren, qui obtinuit Comitatū Spanheymensem; Ludouicum cognomēto Nigrum, qui obtinuit Comitatū de Veldentz; Rupertū Episcopū Argentinen- *Stephanus Bipontinus.* * *Annam:*

sem; Steffanum in Ecclesia Colonienſi Canonicum, & Ioannem Epiſcopum Monaſterienſem, ac poſtea Medeburgenſem Archiepiſcopum. De his quoque ſuo loco dicemus.

Otho Moſbacenſ. Otto Comes Palatinus Rheni & dux Bauariæ cognomento Mossbach, quam cum adhærentibus ſuis, in hæreditatem inter fratres poſſidebat, vltimus filius Ruperti regis Romanorum habuit vxorem Iohannam filiam Henrici de Lanſzhuta ducis Bauariæ; de qua genuit Ottonem Moſsbach, Rupertum Epiſcopum Ratiſponenſem, Ioannem & Albertum Canonicos. Iſte Otto tandem moritur, & in Reichenbach ſepelitur.

Multa de his principibus cauſſa breuitatis cogor omittere, quæ alio tempore latius poterunt explicari. Iam nunc propaginem ducum Bauariæ ex linea Ludouici Imperat. deſcendentium ex ordine continuemus.

Ludouicus Gibboſus. Lvdovicvs dux Bauariæ dictus Hogel, filius Ludouici ducis Bauariæ & Comitis in Montain natus ex Matre Anna ſorore regis Cypri. Habuit vxorem Margaretham filiam Friderici Burggrauij Nurenburgenſis (poſtea Marchionis) de qua liberos non habuit. Quæ mortuo Ludouico Hogel, Martinum Valenrode in matrimonium occulte fertur ſuſcepiſſe, & poſſidebat Friburg, quod poſtea vendidit Ludouico Duci in Lanſzhut, cognomento Diuiti.

Friburg.

Albertus Monacenſis. Albertvs Munchen. dux Bauariæ filius Erneſti ducis, habuit vxorem filiam ducis Brunſchvvigenſis, de qua genuit quinque filios: Ioannem, Sigiſmundum, Albertum, Chriſtophorum, Wolffgangum. De quibus ſuo loco dicemus. Iſte Albertus in iuuentute ſua habebat quandam concubinam, filiam cuiuſdam balneatoris in Strubingen, admodum ſpecioſiſſimam, quam cæco nimium amore diligebat. Hanc pater eius dux Erneſtus, volens conſulere vtilitati filij potius quam voluptati, fecit ſubmergi: de quo poſtea tamen doluit, cum ex vehementi dolore filij incendia & multa mala ſequerentur.

Adolfus. Adolphvs dux Bauariæ filius Wilhelmi filij Ioannis de Munchen, ex linea Ludouici ducis Bauariæ Imperatoris, ſine liberis mortuus eſt.

Ludouicus Diues. Lvdovicvs dux Bauariæ, cognomento Diues, filius Henrici diuitis, principis in Lanſshuta, duxit vxorem filiam ducis Saxoniæ, quæ peperit ei filium vnum Georgium nomine, qui hodie ducatum patris poſſidet, & filiam Margaretham, mulierem deuotiſſimam, quam Philippus Comes Palatinus Rheni princeps Elector duxit vxorem. De quibus ſuo loco mentio fiet.

PALATINORVM RHENI DVCVM QVE BAVARIÆ SERIES generationis conſequenter per ordinem eſt continuanda.

Rupertus Anglicus. Vide Æn. Sylu. epiſt. 270. Rvpertvs Comes Palatinus Rheni & dux Bauariæ primogenitus Ludouici ducis cum Barba, ex Blanca prima vxore natus, dictus Engellant (quoniam mater Anglica fuit) ſine liberis mortuus eſt, Anno Domini M.CCCCXXVI.

Ludouicus. Lvdovicvs Comes Palatinus Rheni dux Bauariæ, princeps Elector, ſecundogenitus Ludouici Barbati, ex ſecunda videlicet vxore Mechtilde natus, duxit vxorem Margaretham filiam ducis * Sabaudiæ, de qua genuit filium vnum nomine Philippum, inſignem paternæ virtutis principem, qui iura parentis clara ſobole decoratus hodie poſſidet. Fuit autem Ludouicus iſte pater Philippi vir bonus, iuſtus, pius, manſuetus, & ad Deum in omni feruore ſpiritus valde deuotus, quemadmodum vita & conuerſatio eius partim deſcripta, & eorum relatio teſtatur, qui eum prope nouerunt.

** Amedei, poſtea Felicis Papæ cõtra Eugenũ electus in Cõcilio Baſil.*

Moriturus vero princeps Chriſtianiſſimus, fratri ſuo Frederico filium ſuum vnigenitum Philippum, annum duntaxat ætatis habentem, vxorem chariſſimam, ac terram omnem commendauit: ita vt cum Philippus annum decimumoctauum attingeret, ei paternum principatum & dominium tanquam legitimo hæredi ſine contradictione reſtitueret. Moritur itaque Ludouicus clementiſſimus princeps, Anno Domini M.CCCCXLIX. in die ſancti Hypoliti martyris, in Eccleſia ſancti Spiritus Heidelbergæ eſt ſepultus.

Annus 18. legitimus.

*Fridericus Bellicoſus. Vide Æn. Sylu. in Europa, c. 40. & epiſt. 301. * Clava Dettin.* Fredericvs Comes Palatinus Rheni & dux Bauariæ, tertius Ludouici cum Barba filius, frater Ludouici ſupradicti principis, non habuit vxorem, nec hæredes legitimos reliquit. Filios tamen duos genuit ex quadam Clara *, quorum primus Fredericus in Eccleſia Spirenſi Canonicus fuit, ſecundus Ludouicus comes in Levvenſtein factus, adhuc hodie viuit. Sunt qui dicant, eum cum præfata muliere matrimonium in facie Eccleſiæ clandeſtine contraxiſſe. Et quia geſta & bella huius Friderici nota ſunt omnibus, ſilentio tranſibo.

Rupertus. Rvpertvs Comes Palatinus Rheni & dux Bauariæ, quartus ſupradicti Ludouici filius,

filius,& frater Ludouici ac Frederici, quæ sit passus ac quomodo,& quibus insidiantibus captus fuerit,cũ etiam ipsum(vt ita dixerim)in plateis pueri nouerint,hac vice nõ opus est literis explicare.

Nunc comitatum Palatinorum Rheni ducumq; Bauariæ,à Rudolffo quidem descendentium,sed in aliam lineam diuisorum seriem,post Rupertum Regem & Steffanum filium, cum Ioanne & Ottone Mosbach prosequamur.

Christophorus Comes Palatinus Rheni,ac dux Bauariæ, filius Ioannis filij Ruperti regis Romanorum,post mortem Erecke regis Daciæ, Norvegiæ & Suediæ filiam Ioannis Marchionis Brandenburgensis,duxit vxorem:quam cum tribus annis habuisset,sine liberis mortuus est,in Helmensberg sepultus. *Christoforus.*

Fredericvs Comes Palatinus Rheni & dux Bauariæ,filiꝰ Steffani de Zvveybruck, filij Ruperti regis Romanorũ duxit vxorem Margarethã filiam ducis Geldriæ,quæ peperit ei Ioannem paternæ possessionis hæredem,Steffanũ Decanum Ecclesię Colonienses,Fredericum Canonicũ & Cantorẽ Ecclesiæ Moguntinensis, Rupertum Episcopũ Ratisponensem,& Wilhelmum Canonicum Treuerensem,qui iuuenis mortuus est in Treueris. Moritur autem Fredericus iste princeps, iustus,& pius, Anno Domini M. CCCCLXXX. in choro monasterij regularium Rauengirsburg sepultus. *Fridericus.*

Lvdovicvs Comes Palatinus Rheni & dux Bauariæ,filiꝰ Steffani de Zvveybruckẽ, filij Ruperti regis Romanorũ, duxit vxorẽ,quæ peperit ei Casparum, Alexandrum & Ioannem.Bella quę inter eũ & Fredericũ Comitem Palatinũ Rheni principẽ,nostri Philippi tutorẽ,facta sunt,& quanta ex his passus sit damna,nota sunt omnibus in circuitu. *Ludouicus.*

Rvpertvs Comes Palatinus Rheni & dux Bauariæ, filius Steffani, filij Ruperti regis Romanorum,Episcopus in Ecclesia Argentinensi fuit.

Steffanvs Comes Palatinus Rheni & dux Bauariæ, filius Steffani filij Ruperti Regis,& frater supradictorum principum,Canonicus in Ecclesia Colonienſi fuit.

Ioannes Comes Palatinus Rheni & dux Bauariæ, filius Steffani, filij Ruperti regis Romanorũ,vir doctus & morũ honestate clarissimus, primo fuit Monasterienſis Episcopus,ac postea Medenburgensis Archiepiscopus. De quo mihi multa laudum præconia se ingerunt,quæ modo non sunt styli officio commendanda.Anno Domini M.CCCCLXXV. non sine suspitione veneni mortuus. *Iohannes Episcopus.*

Otto Comes Palatinus Rheni & dux Bauariæ, filius Ottonis de Mosbach,filij Regis Ruperti,non habuit vxorem Vir ingeniosus,qui omnes scientias, maxime Mathematicas,earumque præceptores colit,& obseruat. Viuit adhuc.

Albertvs Comes Palatinus & dux Bauariæ, filius Ottonis Mosbach senioris,vltimi filij Ruperti regis,& frater Ottonis supradicti iunioris,Episcopus est Argentinensis.

Rupertus Comes Palatinus Rheni & dux Bauariæ, filius Ottonis senioris de Mosbach,& frater Ottonis iunioris & Alberti,Episcopus fuit Ratisponensis Ecclesiæ in Bauaria.Horum trium principum frater Iohannes etiam fuit Canonicus. *Vide Wimpheling.cap. 50.*

Hactenus Trithemius.Cui de Philippo isto Friderici filio adoptiuo (ad quem hoc opusculum Trithemius scripsit,multasq; Epistolas)paucula tantum hæc ex Irenico attexemus.

Fridericо succesſit Philippus,quem pietate,magnanimitate,clemẽtia, ac omnibus virtutis numeris,tot mortalibus præstitisse Rudolphus Agricola,ac Hieronymus Alexander,& Iacobus Wimphelingius grauissimi viri testantur. Fuit ille tum membrorum firmitate,tum coniugij doribus,tum corporis habitudine speciosissimus: fuisset & felicissimus,si Germanica bella minus contra eum infremuissent.Octo illi superfuerant filij,spes tanta nepotũ.Moriens Ludouico seniori tradidit Palatinatũ. Ruperti defuncti filijs Bauariam,quibus præfecit Fridericũ Ducem absolutissimum. Alij tres præsules agunt: cæteri duo maximi præpositi.Inter nymphas Elizabeth natu maxima (vt ait Aleander) Philippo Marchioni Badensi,Amelia Pomeraniæ Duci,Helena Megelburgensi, tres Heroides totidem Heroibus,maximisque in Germania Principibus matrimonio sunt collocatæ. Catharina vero tali nomine dignissima,Diuæ sibi cognominis exemplum imitata,spretis ca- *Philippus Elect.Pal.*

ducatum rerum illecebris, sponsum sibi Christum quęsiuit. Tanta prosapia Palatinorum! tot Episcopi! vbi quis tantum recensendis nominibus defatigaretur: tot ex illa progenie Bohemiæ, Daniæ, Vngariæ, ac Romanorum Reges prodierunt, vt si opinione maiorum niti oporteat, non sit Germaniæ progenies, cui plus debeat nobilitas.

Hæc Irenicus lib. 3. Exegesi. Germaniæ cap. 50.

CATALO

CATALOGVS ILLVSTRIVM VIRORVM GERMANIAM SVIS INGENIIS ET LVCVBRATIONIBVS OMNIFARIAM EXORNANTIVM DOMINI IOHANNIS TRITHEMII ABBATIS SPANHEMENSIS ordinis sancti Benedicti: ad Iacobum Wimpfelingum Sletstatinum Theologum.

EPISTOLA MAGISTRI MATTHEI HERBENI TRAIECTENSIS, AD INSIGNEM VIRVM IODOCVM BEYSELIVM, PATRICIVM AQVENSEM.

CVM nuper è solo paterno ad vlteriores Germaniæ partes profecturus discedens, ad Aquasgrani peruenissem, teque Iodoce amicorum obseruandissime pro veteri iam prope nostra coniunctione atque amititia salutandi gratia domi conuenissem, accepi in mandatis: vt in ea peregrinatione doctissimos quosdam viros (Germanos quidem) gratia & beneuolentia tibi obstrictos, quos in partibus Rheni haberes aditurem, & ex tuo nomine salutarem. Postquam igitur eo loci nauigio applicuissem vbi Nahus apud Pingiones Rheno influens, iter per Crutzennachum euntibus monstrat ad Spanhem: mox euolo e naui, ad Trithemium abbatem eius cœnobij me accingo: saluto primum, deinde literas tuas trado. Proinde ita ab eo amplectior, vt neque lautius neque clementius à magno prælato excipi potuissem. Vbi autem occasio deambulandi concessa est (quod plerunque post primorum amicorum congressus, atque refectiones fit) circumfert me, atque illico in admirandam bibliothecã suam introducit: vbi plurima tum Hebræa tum Græca volumina intueor. Nam latinorum in omni arte, scientia & facultate ingens copia erat. Demiror itaq; vnius hominis in tam varijs monimentis consequendis constituendisque exactam diligentiam, atque vehementer obstupesco, cum in tota Germania non existimauerim tantum peregrinorum voluminum extitisse. Nam quinque linguarum (sermone & caractere à se longe distantium) libros in codicibus perantiquis illic repperi: quos Trithemij vigilans studium non sine multo sudore comportauit. Hoc igitur modo (Iodoce doctissime) fulcitam inueni Spanhemensem bibliothecam. Neque eam solum verum etiam & parietes totius domus abbatialis (quæ ampla est) & testudines camerarum, Græcis, Hebraicis, Latinis versibus caracteribusque decentissime ornatas aspexi. Quamobrem ego quoque ita mecum reputo. Si in Germania nostra Hebræa aliqua Græcaue academia sit ea Spanhemense cœnobium est: vbi plus eruditionis concipere possis ex parietibus, quam multorum aliorum puluerulentis atq; librorum inanibus bibliothecis. Quicquid enim antiquitatis & eruditionis Germania in libris habere potest: monasterium Spanhemense Trithemio abbate procurante possidet. Mansi autem apud abbatem nostrum dies vndecim non sine exacta memoria tui: vbi cum quadam die inter loquendum in eius libri sermonem, qui de scriptoribus ecclesiasticis est editus incideremus: intuli mirari me tam præclaros scriptores, quos in eo libro cognoueram Germaniam nostram habuisse, & etiã hodierna die habere: meminisseq; à quodam doctissimo philosopho Italico audisse, neminẽ se vnquã doctum Germanum præter vnum Albertũ Magnum legendo vsquã comperisse. Tum vero abbas subridens, eo inquit magis igitur credendũ est Italos germanorũ laudes in scriptis suis ex professo præteriisse: quo ex aliorũ præteritione suorũ gloria maior videretur. Possum quidẽ tibi palam facere multo plures vetustissimos atq; celeberrimos Germanos scriptores extitisse quã in libro meo de scriptoribus ecclesiasticis agnouisti. Et producens ex bibliotheca illa sua ingentẽ librũ, nihil nisi Germaniæ doctissimos scriptores & sanctissimæ memoriæ viros comprehendentẽ ostendit: quẽ vt inspexi, cœpi instantissime orare atq; obsecrare (quod & te & quemlibet doctum virum feciisse non ambigo) efficeret ne tanta gloria maiorum nostrorũ Germania nostra deinceps orba degeret: curaret q; primo quoq; die officinæ impressoriæ mandaretur. Effecturum enim quo ex eius lectione atq; imitatione plures sanctos viros & bonarum artium studiosos essemus habituri. Exoraui itaq; abbatem qui se alioquin facilem præbet amicis: ipsumque volamen ad laudem Germaniæ nostræ obtinui imprimendum. Hæc sunt, Iodoce suauissime, quæ apud dominum abbatem Spanhemensem agnoui, vidi, effeci: quæ longioris more impatiens ad te scribere instituí. Vale. Ex cœnobio Spanhemensi XIX. calend. septembris. Anno virginei partus millesimo CCCCXCV.

EPISTOLA DOMINI IOHANNIS TRITHEMII ABBATIS SPANHEMENSIS, AD MAGISTRVM IACOBVM VIMPFELINGVM SLETSTATINVM.

QVoniam sunt nonnulli (Iacobe Vimpfelinge amantissime) qui temporum historias excutiendo calcantes, Germaniam nostram quasi sterilem & bonis artibus vacuam despiciunt: in qua præcellentes ingenio viros & ecclesiasticæ disciplinæ scriptores & paucos & raros floruisse contendunt. Adeo enim huic nationi improbi laudatores facti sunt: vt vitio perio cæterorum se credant fieri posse clariores. Exilia facta suorum & parua in hominibus proprijs ingenia, fucatis eloquentiæ coloribus efferunt: & magnas Germanorum virtutes, fortiaque gesta, ingenia clarissima, fidem, feruorem, deuotionemque, inuidia obcæcati, penitus absondunt. Si quid virtutis, si quid eruditionis, si quid laudis, de nostris apud veteres auctores inuenerint: ne ad multorum noticiã perueniat, aut citius abradunt, aut sua publicantes nostra omittũt. Sic denique Plinium de Germanorũ bellis perisse fama est: sic multæ ac variæ de rebus gestis nostratium antiquitus conscriptæ feruntur amissæ historiæ. Tu autem vir doctissime hæc æmulorum temeritate cõmotus, verus patriæ nostræ amator ac defensor apparuisti: quippe qui varia de laude Germanorũ non cessas scribere: & alios vt idem faciant verbis & exemplis prouocare. Lupoldum Bebenburgensem de veterum germanorum principũ feruore, zelo & constantia in Christianam religionẽ tibi conciliasti: & multa veterum auctorum de his ipsis rebus volumina bibliothecæ importasti tuę. Sebastianum quoq; Murrhonem Colmariensem, virum vndecunq; doctissimũ, triumq; linguarũ principaliũ non mediocriter peritũ, tuis cohortationibus eousq; perduxisti: vt de laudibus germanorũ epitoma perpulchrum ediderit: in quo res fortiter gestas nostrorum principũ, pro fide catholica, pro republica, pro sancta Romana ecclesia, luculento sermone digessit: & nationis nostræ clarissima ingenia, opera, & inuenta breui compendio recensuit. Sed nec his quidem contentus, animum tuum semper ad maiora nostrorum laudum præconia eleuas: & quãto plura laudibus nostris condigna inueneris, tanto ampliora concupiscis. Vnde & me quoq; crebris epistolis & precibus exhortaris, quatenus de laudibus Germanorum aliquid debeam scribere: & illustrium virorum huius nationis, qui eruditione ingenioque præstantes varia conscripserunt catalogum ordinare. Diu fateor distuli, partim rei familiaris sollicitudine detentus: partim altioris studij sudore occupatus. Sed nunc tandem nimia importunitate tua victus sum: & fateor me superatum. Suscipe itaque mi Iacobe catalogum, quem tanto opere postulasti: cumque lima tuæ castigationis & eruditionis corrige: & sic demum ad aliorum examen venire concede. Nec omnes qui Germaniam nostram suis ingenijs & opusculis illustrem reddiderunt comportasse me putaueris: sed eorum duntaxat memoriam habuisse: quorum scripta præ occupationibus meis ad manum potui reperire. Paucos recensui è pluribus, quatenus detractor inuidus per istos sentiat, quanti nobis adhuc desint quos iste catalogus minime portat. Neque enim mihi cæteros perquirendi dabatur ocium: neque impense per alios comportandi. Deniq; in fine postcaquam vita defunctorum seriem contexui: quosdam adhuc in carne viuentes adiunxi: ne si à nobis iam prætermissi fuerint, ad noticiam posteritatis minime pertingerent. Enimuero qui nobis iam notissimi sunt, cito in obliuionem deuenient, si literis & scriptis non fuerint cõmendati. Non minor mihi cura est viros eruditos qui aliquid pro vtilitate legentium scripserunt in noticiam posteritatis deducere, quam veterum opuscula in bibliothecã mei cœnobij comportare. Scio tamen quibusdã non satis placere quod ingenia viuentiũ commendare literis volui, qui hoc nõ ad vtilitatẽ posteritatis, sed ad vanã laudationẽ humanæ conditionis factum arbitrantur: His ego paucis respondendum existimo, quoniam ad alia festino: Et si laudare hominem ante mortem in his quæ meritoria sunt non debeo, ingenium quod naturale est & bonis malisque commune literis mandare non prohibeor. quod Hieronymum prosperum, Gennadium, Isidorum, Honorium, Sigebertum & alios multos fecisse intueor. Enimuero quod sanctissimi patres ad vtilitatem posteritatis laudabiliter fecerunt, mihi eadem intentione facere cupienti nemo sapiens interdicit. Denique multi sunt his temporibus eruditissimi viri, quorum memoriam posteris commendare pietatis est, & nõ minoris vtilitatis. Nisi hoc fecisset pari pietate antiquitas, omnes dudum veteres clarissimi scriptores ad nostram memoriam non venissent

sent. Sunt etiam qui aut nullos aut paucos hac tempestate illustres scriptores in humanis haberi existiment: quibus me rem iucundam gratamque feciſſe confido: si vel paucos de multis ad eorum notitiam perduxero. Nam etsi non omnium præstantium ingenio virorum mentionem facere potui: studiosis tamen nostris Germanis occasionem præstiti, vt his deinceps etiam alios possint adiungere, & opus nostrum sua diligentia ampliare. Vale. Ex Spanhem, sexto idus Februarij. Anno Domini M.CCCC.XCI.

PRÆFATIO DOMINI IOHANNIS TRITHEMII ABBATIS SPANHEMENSIS, IN LIBRVM DE ILLVSTRIBVS VIRIS GERMANICÆ NATIONIS, AD IACOBVM V. Sletstatinum.

ALEMANIA (quæ propter bonorum omnium fertilitatē recte Germania dici posset, si Cæsar non sentiret cōtrarium) ab initio conuersionis suæ ad fidē Christianam claris semper effulsit doctoribus: quorum & ingenijs & sanctissimis moribus cæteris nationibus copiosius meruit illustrari. Ex his multi sanctorum catalogo inserti sunt: multi consuetudinem hanc canonisandi sanctos ex tempore præcesserunt. Probant hoc vetustissimi ab eis compositi codices: probāt miracula: probant ad honorem Dei constructa monasteria & ecclesiæ. Horū ego (& si non omniū) quorundam tamen ingenia & opuscula in hunc catalogum petentibus amicis comportare instituī, præbiturus occasionem posteris, vt vbi nos destitisse cognouerint, ipsi suo studio Germanorum laudes perficiant. Ego enim in angulo Germaniæ constitutus opportunitatem non habui per quirendi cæteros qui nostro desunt catalogo: sed eos qui mihi ad manum erant Alemanis nostris offero: rogans vt vnusquisque scriptores sibi occurrētes nostris adijciat: & sic demum eruditos plures fuisse & esse nobiscum æmulus discat. Nec lateat aliquē quod scriptores illustres omnes inter Germanos posui, quos fuisse Theutonicos inueni. Nam Mosellani & Treuerenses quanquā Galliæ Belgicæ magnam partem incolant, moribus tamen & lingua Germani sunt: & idcirco nostris Alemanis nō immerito connumerati. De cæteris quoque in circuitu Theutonicis similis teneatur sententia. Sed de his hactenus: iam scribendi ad propositum Deo largiente sumamus exordium.

LIBER DOMINI IOHANNIS TRITHEMII SPANHEMENSIS ABBATIS, DE LVMINARIBVS SIVE DE ILLVSTRIBVS VIRIS GERMANIÆ: QVÆ PRÆSTANTES INGENIO VARIA SCRIPSERUNT.

Maximus septimus ecclesiæ Moguntinensis episcopus.

MAXIMVS septimus ecclesiæ Moguntinensis episcopus, vir vita & conuersatione sanctissimus, & tam in secularibus literis quam in diuinis scripturis nobiliter eruditus, ingenio promptus, eloquio clarus, actione præcipuus fuit. Qui cum esset verbi diuini prædicator facundus & celebris, multos verbo & exemplo ad fidem Christi conuertit: non solum per suam diœcesim, sed per vicinas quoque extremasque regiones verbum fidei seminando. Hic multas fertur ad diuersos scripsisse epistolas, pluresque literis commendasse omelias: sed nihil eorum ad manus nostras venire permisit antiquitas. Denique contra Arrianos, qui suo tempore multa in ecclesia Dei mala fecerunt, nonnulla egregia composuit. Claruit apud Moguntiacum temporibus Constantini, Constantij & Constantis Imperatorū sub Liberio Papa, Anno Domini trecentesimo.LX.

Paulinus archiepiscopus Treuerensis vicesimusoctauus.

PAVLINVS octauus & vicesimus Treuerorum archiepiscopus, natione quidem aquitanicus, vita tamen & conuersatione vt plurimum Treueris moratus, beati Maximini Treuerorum archipræsulis discipulus, & in baptismate filius, vir doctus atque sanctissimus ab Arrianis hereticis pro fide Christi in exilium relegatus: apud Phrigiam gloriosa passione triumphauit. Scripsit in causis catholicæ fidei multas elegantes epistolas, in quibus non minus eruditus quā sanctus apparuit. Sed & alia nonnulla pro fide contra here-

ticos edidit. Moritur in Phrigia sub Constantino, Constantio & Constante. Anno Domini CCC.LVII. indictione XV.

Bonifacius vel Winfridus primus archiepiscopus ecclesiæ Moguntinensis.

BONIFACIVS qui & Winfridus primus ecclesiæ Moguntinensis archiepiscopus monachus ordinis sancti Benedicti, natione quidem Anglicus sed conuersatione & dignitate Alemanus: vir in diuinis scripturis doctissimus, ingenio subtilis, eloquio disertus, vita & moribus integer atque sanctissimus: multos sua erudita prædicatione ad fidem Christianam conuertit, vt merito Germanorum doctor sit habitus & apostolus. Scripsit nonnulla præclara opuscula, de quibus ego vidi subiecta: ad Gregorium papam secundum de fide sanctæ Trinitatis lib. I. Vitam sancti Lebuini lib. I. Epistolarum ad diuersos lib. I. De gestis varijs sanctorum lib. I. Et quædam alia. Tandem in Phrisia verbum Dei prædicãs martyrio coronatus est sub Pipino rege Francorum. Anno Domini DCC. LV. indictione VIII. episcopatus sui anno XXXVII. nonis Iunias. sepultus autem in monasterio Fuldensi, quod ipse construxit.

Walafridus abbas monasterij S. Galli.

WALAFRIDVS abbas monasterij sancti Galli, ordinis diui patris Benedicti, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, atq; in secularibus literis egregie doctus, ingenio subtilis & disertus eloquio, metro excellens & prosa, monarcha disciplinæ regularis, & multorum pater monachorum: scripsit inter cætera ingenij sui opuscula: Vitam sancti Galli prosaice lib. I. Eandem postea metrice lib. I. De officijs quoq; diuinis lib. I. Et varias ad diuersos epistolas, & quædam alia. Claruit circa tempora Tyberij Augusti. Anno Domini DCC.

Willibaldus episcopus Eystetensis.

WILLIBALDVS presbyter sancti Bonifacij & monachus diui patris Benedicti, frater sanctæ Walpurgis virginis & abbatissæ Heydenhemensis ac postea episcopus Eystetensis, vir doctus atque sanctissimus, ingenio promptus & dulcis eloquio, scripsit iubente sancto Lullo Maguntino post Bonifacium archiepiscopũ vitam eiusdem sanctissimi martyris Bonifacij lib. II. Et quasdam vt fertur ad deuotos seruos Dei epistolas. Claruit sub Pipino patre Caroli Magni Imperatoris. Anno Domini DCC.LX.

Ruggandus episcopus Metensis.

RVGGANDVS episcopus Metensis Pippini regis ex sorore nepos, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: secularium que literarum non ignarus, non minus vita & conuersatione quam dignitate venerabilis. Scripsit inter cætera ingenij sui monumenta regulam canonicorum Metensis Ecclesiæ lib. I. & varias ad diuersos epistolas. Hic corpora sanctorum martyrum Gorgonij, Naboris & Nazarij de Roma transtulit: è quibus corpus sancti Nazarij in monasterio Laurissa Wormaciensis diœcesis tunc nostri ordinis in Germania reposuit. Claruit temporibus Pippini auunculi sui & Caroli Magni regis, anno Domini DCC.LXX.

Haymo episcopus Halberstatensis.

HAYMO ecclesiæ Halberstatensis in Saxonia tertius episcopus, vir in diuinis scripturis eruditissimus & in secularibus literis nulli suo tempore secundus, ingenio acutus, sermone disertus, vita & conuersatione deuotus, in declamandis ad populum omelijs celeberrimæ industriæ fuit. Hic primum Fuldensis cœnobij monachus magistri Albini Anglici discipulus extitit: à quo in omni disciplina bonarum artium doctissimus euasit. Deinde proficientibus meritis Hirsfeldensis cœnobij tertius abbas constituitur: & postremo æque tertius Halberstatensis pontifex eligitur. Scripsit multa & pene infinita volumina, de quibus extant subiecta: In quinque libros Moysi lib. V. in Iosuæ lib. I. in Iudicum lib. I. in librum Ruth lib. I. in Regum lib. IIII. in Paralipomenon lib. II. in Thobiam lib. I. in Esdram & Neemiam lib. III. in librum Iudith lib. I. in Hester quoque lib. I. in Iob lib. I. in Cantica Canticorum lib. I. in Prouerbia Salomonis lib. I. in Ecclesiasten lib. I. in Esaiam prophetam lib. III. in Hieremiam prophetam lib. I. in Ezechielem quoque lib. IIII. in Danielem lib. I. in duodecim prophetas minores lib. XII. in Psalmos lib. I. in Euangelijs omeliarum per circulum anni duo magna volumina lib. II. in omnes epistolas Pauli lib. XIIII. in epistolas Canonicas lib. VII. in Apocalypsin Iohannis lib. I. De sancta Trinitate lib. I. De Christianarum rerum memoria lib. X. De varietate librorum lib. III. in actus Apostolorum lib. I. Sermones, omelias, epistolas & varios tractatus alios composuit, sed in manus nostras adhuc minime venerunt. Moritur sub Ludouico Imperatore primo, Anno Domini DCCC. XXXIIII. indictione XII. episcopatus sui anno XIII. sepultus in ecclesia sancti Stephani Halberstatensi.

Carolus Magnus Imperator.

CAROLVS Imperator Magnus Pippini ducis secundi & regis filius natione Alemanus ex imperiali castro Ingelnhem (vbi vsque hodie camera natiuitatis eius in capellam consecrata ostenditur) vir vita & conuersatione Christianissimus & in sanctorum numerum

rum non immerito relatus, in scripturis diuinis studiosissimus, & in secularibus literis egregie doctus, ingenio subtilis, eloquio clarus & disertus, & multarum linguarum cognitione insignis, græcæ, latinæ & hebraicæ peritus, nequaquam à catalogo illustriũ virorum germaniæ reijciendus. Enimuero artes liberales studiosissime coluit, earumque doctores plurimum veneratus magnis afficiebat honoribus. In discenda grammatica Petrum Pisanum diaconum senem audiuit, in cęteris disciplinis Albinũ cognomento Alcuinum monachum ordinis sancti Benedicti & diaconum quondam discipulum de Britannia Saxonici generis hominem, virum vndecunque doctissimum præceptorẽ habuit: apud quem & rhetoricæ & dialecticæ præcipue tamen astronomiæ addiscendæ plurimum & temporis & laboris impartiuit. Discebat artem computandi, & intentione sagaci syderum cursum curiosissime rimabatur. Religionem Christianam quæ ab infantia erat imbutus, sanctissime & cum summa pietate coluit, & multa pro eius honore disposuit. Ecclesiam & mane & vespere, item nocturnis horis & sacrificij tempore quoad cum valetudo permiserat impigre & cum magna deuotione frequentabat. Bibliothecam in palatio suo Aquensi preciosissimam & maxima librorum copia repletam comportauit: quam moriens vendi & in eleemosynam pauperum distribui fecit. Edidit inter cætera ingenij sui opera multas & varias additiones legum & iurium omniũ nationum quæ sub suo regno & imperio degebant in multis voluminibus. Item iura Saxonum composuit, item leges Alemanorum, item leges Francorũ, item multa & varia carmina de gestis veterũ edidit. Inchoauit etiam grammaticam patrij sermonis videlicet theutonici siue Alemanici: quam alijs occupatus finire non potuit. Huius grammaticæ fragmenta vidi & etiam quædam volumina secundum eiusdem regulas composita, de quibus in sequentibus mentio fiet, cum ad Otfridum Wissenburgensis cœnobij monachum peruenerimus. Multa quoque ad eius iussionem volumina per diuersos edita sunt: quæ suis auctoribus relinquimus. Felix respublica cuius princeps tam gloriosus philosophus erat. Moritur tandem post multa sanctissima exercitia in Basilica beatæ Dei genitricis, quam ipse sumptuosissime construxerat, apud Aquasgrani sepultus. Anno Domini DCCC. XIIII. indictione VII. v. cal. Februarij, anno ætatis suæ LXXII. Regni XLVII.

Einhardus Caroli Magni Cancellarius.

EINHARDVS prædicti Caroli Imperatoris Magni quondam cancellarius, & postea monachus ordinis diui patris Benedicti, & primus abbas monasterij Selgenstatensis Moguntinæ diœcesis supra Mogonum, vir in secularibus literis eruditissimus, & diuinarum scripturarum non ignarus, ingenio acutus, eloquio disertus, vita & conuersatione præcipuus, græce ac latine peritus, & tam metro quam prosa excellens: inter cætera ingenij sui opuscula Psalterium Gallicanum abbreuiauit excerpens de illo omnes versus orationis verba habentes. Scripsit etiam tam ex persona sui quam Imperatoris multas elegantes & vtiles epistolas ad diuersos in varijs negocijs & causis. Gesta quoque Caroli Imperatoris lib. I. Notabilem insuper historiam temporum de gestis Germanorum & Francorum lib. I. Et quædam alia quæ ad nos minime venerunt. Claruit sub Carolo Imperatore magno & Ludouico filio eius, anno Domini, DCCC. XX.

Freculphus Episcopus Lexouiensis.

FRECVLPHVS Episcopus Lexouiensis, monachus quondam Fuldensis, ordinis diui patris Benedicti Albini discipulus, ad quem Rabanus abbas Fuldensis multis voluminibus exercitauit ingenium, vir in diuinis scripturis studiosissimus & valde eruditus, atque in docenda plebe satis idoneus: nec minus conuersatione quam scientia insignis: fertur quædam præclara scripsisse opuscula. De quibus extant septem volumina ad Helisacharum ab exordio mundi vsque ad natiuitatem saluatoris rerum gestarum tam gentilium quam Iudæorum continentia historiam. In quo etiam opere multas diuinarum scripturarum difficiles quæstiones subtiliter enodauit. Scripsit insuper ad diuersos & elegantes & varias epistolas, quarum ad Rabanum aliquas legisse me memini. Sed & alia nõnulla edidit, quæ nos latent. Claruit sub imperio Ludouici primi, filij Caroli magni anno Domini, DCCC. XL.

Hamularius Treuerorum archiepiscopus.

HAMVLARIVS Fortunatus tertius & sexagesimus à sancto Euchario Treuerorum archiepiscopus, & sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ (vt ferunt) cardinalis, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis egregie doctus, græcæ ac latinæ peritus, scripsit non spernendæ lectionis opuscula. De quibus feruntur subiecta: De diuinis officijs. lib. I. Ad Ludouicum Imperatorem de eadem re, lib. VII. De mysterijs sacris lib. I. Variæ quoque ad diuersos epistolæ. Hic per Carolum Imperatorem ad Constantinopolim missus ad Michaelem Imperatorem Græcorum: sua mira-

bili sapientia & industria pacem & amicitiam inter eos & veram & perpetuam composuit & firmauit. Claruit sub Carolo Magno & Ludouico eius filio Imperatoribus. Anno Domini DCCC.X.

Rabanus Maurus archiepiscopus Magnentinensis.

RABANVS MAVRVS Magnentius post sanctum Bonifacium sextus archiepiscopus Maguntinensis patria Thoringus ex ciuitate Fuldensi oriundus: Albani discipulus. primum monachus Fuldensis cœnobij factus, cum adhuc puer esset decem annorum: omne deinceps studium ad scientiam conuertit scripturarum: in omni eruditione tam secularium quam diuinarum scripturarum longe doctissimus euasit: philosophus clarus, poeta insignis, rhetor facundus, astronomus & computista celeberrimus, græcæ, latinæ & hebraicæ peritus: cui similem suo tempore non habuit ecclesia. Deinde successcentibus meritis anno ætatis suæ quinto & tricesimo omnium fratrum suffragio eiusdem cœnobij abbas electus est: & præsidens regimini annis quatuor & viginti, multa & pene infinita conscripsit volumina. Demum post mortem Otgarij Moguntinensis archiepiscopi eiusdem ecclesiæ Pontifex consecratus est, & annis nouem in præsulatu sedens multa bona fecit ecclesiæ. De cuius opusculis subiecta feruntur: Ad Freculphum episcopum, in Genesim lib. III. in Exodum lib. IIII. in Numeros, lib. IIII. in Leuiticum lib. IIII. in Deuteronomium lib. IIII. in Iosuæ lib. II. in Iudicum lib. II. in librum Ruth lib. I. in Regum ad Hildeuinum abbatem sancti Dionysij lib. IIII. in Paralipomenon quoque lib. IIII. in Esdram & Neemiam lib. III. in Thobiam lib. I. in librum Iudith lib. VII. in librum Hester lib. I. in Iob quoq; lib. I. in Psalmos lib. I. in Prouerbia Salomonis lib. I. in Ecclesiasten lib. I. in Cantica Canticorum lib. I. in librum Sapientiæ lib. III. in Ecclesiasticum lib. X. in Esaiam Prophetam lib. VIII. in Hieremiam prophetam lib. XX. in Ezechielem quoque prophetam lib. XX. in Danielem prophetam lib. III. in duodecim prophetas minores lib. XII. in libros Machabeorum lib. III. in Euangelium Matthei lib. VIII. in euangelium Lucæ lib. III. in euangelium Marci lib. IIII. in euangelium Iohannis lib. II. in omnes epistolas Pauli lib. XXIII. in epistolas Canonicas lib. VII. in Actus Apostolorum lib. I. in Apocalypsin Iohannis lib. I. De sanctissimæ Trinitatis fide lib. I. De laude quoque sanctæ crucis mirabilis ingenij opus lib. II. Ad Baymonem episcopum de vniuerso vel etymologiarum lib. XXII. De natura quoque vniuersali lib. I. ad Haistulphum episcopum de institutione clericorum lib. III. De diuinis officijs lib. I. De computo ecclesiastico lib. I. Ad Ludouicum Imperatorem lib. I. De quæstionibus canonum lib. I. Ad Regenbaldum episcopum lib. I. De benedictionibus patriarcharum lib. I. Omeliarum & sermonum totius anni lib. II. Epistolarum quoque ad diuersos lib. I. Sed & varia epigrammata composuit, & multos in literis humanitatis tractatus, qui ad manus nostras adhuc minime venerunt. Moritur sub Lothario Imperatore, anno domini octingentesimo, quinquagesimo quinto, indictione tertia, ætatis suę anno LXVIII. episcopatus nono completo. Sepultus in monasterio sancti martyris Albani prope Mogunciam tunc ordinis S. Benedicti.

Strabus monachus cœnobij Fuldensis.

STRABVS monachus Fuldensis Rabani supradicti abbatis quondam discipulus & notarius, vir certe ipse doctissimus, & tam in diuinis scripturis quam in secularibus literis ad plenum instructus, theologus, philosophus, & poeta celeberrimus: ingenio promptus & clarus eloquio: scripsit nonnulla in sacris voluminibus opuscula: quibus memoriam sui posteritati commendauit. Sed pauca eorum ad noticiam meam peruenerunt. Feruntur autem precipue commentariorum in Genesim lib. I. in Exodum quoque lib. I. in Leuiticum lib. I. & alia multa. Iste Strabus vir studiosissimus glossam quam magistralem siue ordinariam vocant super totam Bibliam primus comportauit ex dictis sanctorum patrum: quam alij postmodum adiunctis quibusdam ampliarunt. Claruit sub Ludouico & Lothario Imperatoribus, anno Domini DCCC.LX.

Lupus Seruatus presbyter.

LVPVS Seruatus presbyter (ad quem sanctus Rabanus abbas Fuldensis octo libros in epistolam Pauli ad Romanos scripsisse legitur) vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & in secularibus literis egregie doctus, scripsit inter cætera ingenij sui opuscula librum de tribus quæstionibus, id est de libero arbitrio, de prædestinatione, & de sanguine Christi quadam superflua taxatione vel redemptione vsque ad salutem impiorum. Nam super hacre orta fuit quædam turbatio fidei in ecclesia anno Domini DCCC. XLIX. Alia insuper nonnulla edidit: sed ad noticiam meam non venerunt. Claruit cum Rabano sub Lothario Imperatore, anno Domini DCCC.L.

NOTGE-

Notgerus ex abbate episcopus Leodiensis.

NOTGERVS episcopus Leodiensis ex abbate monasterij sancti Galli, Rabani quõdam familiarissimus, vir in diuinis Scripturis eruditissimus, & in secularium literarum disciplinis omnium sui temporis facile doctissimus, philosophus, poeta, musicus, astronomus & theologus celeberrimus, nec minus conuersatione quam scientia venerabilis, scripsit multa & præclara & necessaria opuscula, quibus nomẽ suum ad multorum notitiam transmisit. E quibus pauca in noticiam nostræ lectionis peruenerunt. Vidi opus originale prosarum siue sequentiarum per circulùm anni de festis, quod scripsit ad Lutuardum episcopum Vercellensem Caroli magni Imperatoris archicapellanum lib. 1. ad Salomonem postea Constantiensis ecclesiæ pontificem de præcipuis sacræ Scripturæ expositoribus lib. 1. de musica & symphoniarum modis lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. sermones & omelias varias composuit. Et quosdam sacræ Scripturæ libros eleganter exposuit, aliaque multa scripsit. Huius Notgeri adhuc monachi apud sanctum Gallum Nicolaus papa primus sequentias confirmauit: & in missa decantari concessit. Scripsit multos & varios hymnos, cantus, antiphonas & responsoria quæ vsque hodie in ecclesiæ Dei frequentantur laudibus. Claruit in episcopatu sub Lothario Imperatore Anno Domini DCCCL.

Salomon episcopus Constantiensis.

SALOMON episcopus Constantiensis ex monacho cœnobij sancti Galli, ordinis diui patris Benedicti, supra nominati Notgeri quondam auditor atque discipulus, vir in diuinis Scripturis studiosus & eruditus, atque in secularibus literis egregie doctus: metro exercitatus & prosa, ingenio subtilis & disertus eloquio, nec minus conuersatione quam scientia venerandus. Scripsit de septem artibus quas liberales vocant librum vnum. Vocabularium quoq; non spernendum librum vnum. Epistolarum ad diuersos librum 1. sermones quoque multos, varioque tractatus condidisse dicitur, qui ad manus nostras non venerunt. Claruit sub Lothario Imperatore Anno Domini, DCCCL.

Wandelbertus diaconus cœnobij Prumiensis.

WANDELBERTVS diaconus & monachus Prumiensis cœnobij ordinis sancti Benedicti, in diœcesi Treuirensi, vir tam in diuinis Scripturis quam in secularibus literis eruditissimus, ingenio acutus, & disertus eloquio, philosophus, rhetor, & poeta doctissimus, scripsit inter alia ingenij sui opuscula, ad Marquardum abbatem, vitam sancti Goaris presbyteri, librum vnũ. De miraculis eiusdẽ sanctissimi viri librum vnum. Martyrologium metrice perpulchrum composuit. Alia quoque plura edidit, quæ ad manus nostras non venerunt. Claruit temporibus Lotharij & Ludouici Imperatorum, Anno Domini, DCCCLX.

Christianus Druthmarus monachus & presbyter.

CHRISTIANVS qui & Druthmarus monachus & presbyter monasterij Corbeiensis (natione quidem Aquitanicus) sed conuersatione germanus, vir certe vndecunque doctissimus, græcæ & latinæ peritus, scripsit inter alia ingenij sui monumenta ad monachos Stabulenses & Malmondarienses magnum & insigne volumen in Euangelium Matthæi, lib. 1. sermones quoque multos & omelias varias librum vnum, & alia multa quæ non vidi. In prologo expositionis Matthæi promittit se in alios quoque euangelistas scripturum, quod & fecisse dicitur, quamquam nihil eorum ad notitiam lectionis nostræ peruenerit. Hic de Aquitania veniens nomen suum in Germania & Gallia scribendo notificauit. Claruisse eum existimo temporibus Ludouici primi Imperatoris, Anno Domini, DCCCXXX.

Otfridus monachus cœnobij Wissenburgensis.

OTFRIDVS monachus Wissenburgensis cœnobij ordinis sancti Benedicti Spirensis diœcesis, Rabani Mauri abbatis Fuldensis quondam auditor atque discipulus, vir in diuinis Scripturis eruditissimus, & in secularibus literis egregie doctus, philosophus, rhetor, astronomus, poeta, & theologus, nulli suo tempore secundus, ingenio excellens & disertus eloquio: scripsit & metro & prosa multa præclara volumina: quibus nomen suum & ingenium ad posteros transmisit. Ex eo volumine quo Carolus Imperator quondam magnus barbariem theutonicæ nostræ linguæ ad regulas inchoauit reducere grãmaticales edoctus, multa & mirãda lingua materna secundũ easdem regulas cõposuit metro seu carmine, quæ nemo facile nostra ætate legere & intelligere potest, quantumcunq; sermonis nostri peritus: quippe cum sermo ille regulatus à nostro plus differat, quam Ebruscus à latino. Mirabile tamen est & lectione dignum quicquid vir iste composuit, dum in theutonico sermone regulas posuit, & quasi in versibus pedes & numeros custodiuit. Ex cuius opusculis extant subiecta. Ad Luitbertum octauum Moguntinæ ecclesiæ archiepiscopum, in quatuor euangelia secundum prædictas regulas metricum

opus magnum & admirandum, quod prænotauit, gratiam theotisce, libro 5. ad Ludouicum regem lib.1 ad Salomonem Constantiensem episcopum lib.1. ad monachos sancti Galli lib.1. in psalterium tria magna volumina eodem genere sermonis. Item de extremo iudicio lib.1. De gaudijs quoque regni cælestis lib.1. Sermones & omelias tam de tempore quam de sanctis edidit lib.2. epistolarum ad diuersos lib.1. epigrammata multa in vtraque lingua vario genere metri lib.2. alia quoque multa edidit quæ priorum negligentia perdita, & ignorantia monachorum abbatumque desidia rasa & lacerata in manus nostras non venerunt. Claruit temporibus Ludouici & Lotharij imperatorum Anno domini, DCCCLXX.

Franco episcopus Leodiensis.

FRANCO episcopus Leodiensis, vir in diuinis Scripturis eruditissimus & in studio secularium literarum egregie doctus, philosophus, rhetor, poeta, & musicus excellens, ingenio acutus, sermone distertus, vita & conuersatione deuotus atque sanctissimus, pluribus annis publicæ scholæ præfuit: & multos in omni scientia discipulos doctissimos enutriuit. Scripsit inter alia ingenij sui opuscula, sermones & multos & valde vtiles pro ædificatione fidelium lib.1. ad Hermannum quoque Colonienſem archiepiscopum de quadratura circuli lib.1. de computo ecclesiastico lib.1. epistolarum quoque ad diuersos lib.1. cantus denique multos, antiphonas, legendas & responsoria in honorē sanctorum dulci & regulari melodia composuit. Alia quoque nonnulla scripsisse dicitur: quæ ad notitiam nostræ lectionis non venerunt.

Werembertus monachus apud S. Gallum,

WERENBERTVS monachus apud sanctum Gallum ordinis diui patris Benedicti Rabani Mauri Fuldēsis, quondam auditor atq; discipulus, vir in diuinis Scripturis eruditus, atque in secularibus literis egregie doctus, philosophus clarus, poeta insignis, græci sermonis non ignarus, scripsit pro ædificatione legentium multa præclara volumina, quibus talentum sibi commissum à domino cum ingenti lucro reportauit. Sermones & multos & elegantes composuit lib.1. epistolarum quoque ad diuersos lib.1. epigrammaton diuersi generis metri lib.1. in euangelijs quoque lib.4. Hymnos etiam & cantus in honore domini nostri Iesu Christi & sanctorum varios composuit. Cætera quæ scripsisse dicitur (etsi multa sunt) ad noticiam meam minime venerunt. Claruit sub Ludouico imperatore secundo. Anno Domini, DCCCLXX.

Hartmundius monachus monasterij S. Galli.

HARTMVNDVS monachus eiusdem monasterij sancti Galli ordinis beati patris nostri Benedicti Rabani Mauri quondam auditor atque discipulus, (ad quem Otfridus Wissenburgensis monachus multis epistolis exercitauit ingenium) vir vndecunque doctus, ingenio subtilis, eloquio disertus, vita & conuersatione deuotus, græcæ, latinæ & hebraicæ peritus, adde & arabicæ non ignarus: scripsit tam metro quam prosa multa præclara opuscula, sed nihil eorum ad noticiam nostræ lectionis memini peruenisse. Feruntur autem super quibusdam Bibliorum libris commentarij eius non abijciendi, item epistolarum ad diuersos lib.1. sermones quoque, cantus, hymni, & varij in scripturis sanctis tractatus, quos studiosus quisque inquirat. Claruit temporibus Lotharij & Ludouici filij eius imperatorum, Anno Domini DCCCLXX.

Stephanus episcopus Leodiensis.

STEPHANVS episcopus Leodiensis post Franconem, vir in diuinis Scripturis doctus & in secularium literarum disciplinis magnifice peritus: ingenio promptus, sermone compositus, vita & conuersatione deuotus. Scripsit non spernendæ lectionis quædam præclara opuscula: quibus memoriam sui posteris commendauit. De quibus ego tantum repperi: Vitam sancti Lamperti pontificis & martyris lib.1. ad episcopum quoque Metensem lib.1. sermones etiam multos & elegantes composuit, & plures ad diuersos epistolas. Officium quod de sancta Trinitate in octauis Pentecostes annue cantamus, ex volumine Albini Stephanus iste composuit, & dulci melodia regulauit. Sed & de sancta cruce, de sancto Lamperto martyre aliisque multis cantum pulchra venustate ordinauit.

Ratbodus Traiectensis ecclesiæ episcopus.

RATBODVS ecclesiæ Traiectensis episcopus quartusdecimus, vir in diuinis Scripturis valde eruditus, & secularium literarū non ignarus, ingenio subtilis, eloquio clarus, vita & conuersatione sanctissimus, multis & viuus & defunctus miraculis corruscauit. Hunc in bonis literis Nanno philosophus doctissimus instituit: à quo in omni scientia eruditissimus euasit. Contempto deinde mundo, pro Dei amore nostrum ordinem ingressus est, & postremo præfatæ vrbis episcopus ordinatus, sub graui persequutione Danorum annis decem & septem præfuit. Scripsit autem in laudibus sanctorum nonnulla præclara opuscula, de quibus ego tantum repperi subiecta: Laudes sancti Martini episcopi Thuronensis lib.1. laudes sancti Bonifacij Moguntini archiepiscopi & martyris lib.1. laudes sancti Willibrordi episcopi lib.1. laudes sanctæ Amalbergæ virginis lib.1. sermones &

tomos

tomos varios & elegantissimos lib.1.epistolas etiam exhortatorias scripsit ad diuersos. Officium quoque de translatione sancti Martini dulci modulatione composuit : & varios cantus in honorē sanctorum,& quædam alia quæ nos latent. Moritur sub Conrado Imperatore Anno Domini DCCCCXVII. indictione V. tertio Cal.Decembris,episcopatus sui Anno XVIII. Dauantriæ sepultus.

Regino abbas Prumiensis.

REGINO abbas monasterij Prumiensis ordinis diui patris Benedicti, in diœcesi Treuerorum, vir in diuinis Scripturis eruditissimus , & in secularibus literis egregie doctus,ingenio subtilis, eloquio clarus, vita & conuersatione deuotus, facile inter doctores sui temporis obtinuit principatum.Scripsit ad Adelberonem Metensem episcopum historiam de gestis Francorum & Theutonicorum à natiuitate Christi vsque ad sua tempora lib.10.iubente Ratbodo archiepiscopo Treuerorum comportauit ex decretis & sententijs patrum & generalium consiliorum opus canonum insigne,quod prænotauit , de ecclesiastica disciplina & religione Christiana in duobus voluminibus lib. 2. sermones quoq; & multos & elegantes composuit libr.1. epistolas quoque ad diuersos , libr.1.& alia complura quæ ad notitiam nostræ lectionis adhuc minime venerunt. Claruit temporibus Arnoldi Imperatoris. Anno Domini DCCCCX.

Windichinus monachus Corbeiensis.

WINDICHINVS monachus Corbeiēsis in Saxonia ordinis sancti Benedicti,vir in diuinis Scripturis doctus, & in secularibus literis eruditissimus , ingenio promptus & clarus eloquio, metro excellens & prosa , scripsit vtroque stylo multa præclara volumina, quibus nomen suum posteritati consecrauit. E quibus ego tantum repperi subiecta. Ad Mechtildam filiam Ottonis primi de gestis Saxonum,lib.3. ad eandem gesta Ottonis primi lib.1.sermones ad fratres lib.1. epistolarum ad diuersos lib.1.vitā diui Pauli primi Heremitæ prosaice & metrice li.2.passionem quoque Teclæ virginis similiter metrice lib.1.epigrammaton lib.1. alia insuper multa scripsisse dicitur:quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit temporibus Ottonis Imperatoris primi,Anno Domini DCCCCL.

Rosvida monasterij Gandeshemensis sanctimonialis virgo.

ROSVIDA monasterij Gandeshemensis in Saxonia sanctimonialis virgo, nobilis,ordinis diui patris Benedicti , in diuinis Scripturis studiosa & erudita , secularium que literarum disciplinis probe imbuta , ingenio præstans & clara eloquio , nec minus conuersatione quam eruditione insignis , scripsit tam metro quam prosa multa præclara opuscula, quibus (sexum ingenio superans) nomen suum cum ingenti gloria transmisit ad posteros. Ex his ego legi subiecta : Ad Gerbergam abbatissam heroico carmine de vita & conuersatione intemeratæ Dei genetricis & virginis Mariæ librum vnum.de ascensione domini eodem carmine lib.1.item de sancto Gangolfo lib.1. de passione sancti Pelagij martyris his temporibus in Corduba passi lib.1. de lapsu Theophili vicedomini & eius pœnitentia lib.1.de lapsu cuiusdam iuuenis per sanctum Basilium conuersi, lib.1. de passione sancti Dionysij episcopi & martyris,lib.1. de passione sanctæ Agnetis virginis lib. 1.omnia prædicta eleganti carmine composuit.Scripsit præterea sex comœdias stylo imitata Terentium,quarum prima inscribitur conuersio Gallicani principis: passionem includens Iohannis & Pauli martyrum. Secunda est de passione Agapis,Chioniæ & Hirenæ virginum.Tertia de resuscitatione Calymachi & Drusianæ per sanctum Iohānem. Quarta de lapsu & conuersione Mariæ neptis Abrahæ Heremitæ.Quinta inscribitur conuersio Thaydę meretricis.Sexta vero passionem recitat sanctarum virginum,Fidei,Spei,& Charitatis.Scripsit etiam metrice gesta Ottonis Imperatoris primi,lib.1. epigrammatum diuersorum lib.1.& quasdam non inelegantes epistolas.Cætera quæ composuit ad notitiam nostræ lectionis non venerunt. Claruit temporibus Ottonis primi & secundi clarissimorum Imperatorum,Anno Domini DCCCCLXX.

Smaragdus abbas S.Michaelis in Saxonia.

SMARAGDVS Abbas monasterij sancti Michaelis in Saxonia ordinis diui patris Benedicti, vir in diuinis Scripturis valde eruditus, & secularium literarum non ignarus, ingenio acutus , sermone compositus , vita & conuersatione deuotus, & regularis disciplinæ moderator celeberrimus , in exponendis Scripturis sanctis nomen suum longe lateque innotuit , & magnam eruditionis famam obtinuit. Scripsit enim multa præclara volumina,de quibus extant subiecta. In regulam sanctissimi patris nostri Benedicti lib.1.in totum Psalterium lib.1. in epistolas & Euangelia per circulum anni libr.2. sermones ad fratres & alios lib.1.opus quoque insigne de virtutibus : quod prænotauit Diadema monachorum lib.1.super Donato maiore commentum fecit non abiiciendum. Alia quoque multa tam in diuinis quam in secularibus scripturis volumina scripsisse dicitur, quæ ad manus nostras non venerunt.

Radulphus monachus Fuldensis.

RADVLPHVS monachus cœnobij Fuldensis ordinis diui patris Benedicti Herbi-

polensis diœcesis,vir in diuinis Scripturis eruditissimus, & in omnibus literis secularium studiorum doctissimus philosophus, rhetor,poeta, & theologus insignis, græce & latine peritus,ingenio subtilis,scientia profundus , eloquio dulcis, ornatus & disertus,in exponendis scripturis diuinis excellentissimus. Scripsit inter cætera ingenij sui opera: In Leuiticum,opus celeberrimum & valde vtile lib.20.in epistolas Apostoli Pauli lib.14. Historiam quoque Francorum Regum & principum lib.1. Chronicon quoque suorum temporum lib.1. Epistolarum ad diuersos lib.1. sermones varios lib.1, & diuersi generis multa carmina.In multos Bibliorum libros commentarios elegantissimos feciſſe legitur: aliosque plures scripsisse tractatus,qui ad nos minime venerunt.

Aribo Moguntinensis archiepiscopus decimus nonus.

ARIBO Moguntinensis Ecclesiæ 19. archiepiscopus, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus & secularium literarum non ignarus,ingenio clarus, & dulcis eloquio, scripsit inter alia ingenij sui monumenta opus pulcherrimum super 15. Psalmis graduum lib.1.& varias epistolas ad diuersos. Hic celebrata synodo in monasterio Selgenstatensi cum episcopis & Abbatibus suis,Anno Domini M.XXIII.indictione 6.multa bona & vtilia constituit, quæ in scripturis auctenticis habentur. Huic synodo Burckhardus Wormaciensis episcopus vir doctissimus (cuius statim mentio fiet)personaliter interfuit. Ad hunc Aribonem Archiepiscopum eo quod esset amator literarum, & doctorum multi viri celebres sua ingenia exercitantes varia opuscula perscripserunt.Moritur sub Conrado Imperatore,Anno Domini M.XXXI.indictione 14.episcopatus vero sui Anno XII.

Burckhardus episcopus Wormaciensis.

BVRCKHARDVS ex monacho ordinis sancti Benedicti Wormaciensis seu Wangionum episcopus:Alberti Gemblacensis abbatis viri doctissimi quondam auditor atque discipulus(cuius Gratianus in decretis meminit LXXIII.dist. In nomine Domini) vir certe tam in diuinis scripturis quam in secularibus literis eruditissimus,ingenio subtilis & clarus eloquio. Scripsit ad ædificationem ecclesiæ quædam præclara volumina:quibus nomen suum & præsentibus & posteris commendauit.Ex his vidi volumen illud magnum , & insigne opus decretorum in viginti libris distinctum : quo ante compilationem Gratiani monachi Iuristarum vtebatur industria. Scripsit etiam ad diuersos multas elegantes epistolas.Cætera quæ composuit,ad me non venerunt. Claruit temporibus Henrici primi Anno Domini M.XX.

Berno abbas Augiensis.

BERNO abbas Augiensis cœnobij , ordinis sancti Benedicti Constantiensis diœcesis,vir in diuinis Scripturis studiosus & eruditus, atque in secularibus literis egregie doctus,philosophus,rhetor & musicus celeberrimæ opinionis, nec minus vita quam eruditione præclarus. Scripsit non spernendæ lectionis plura opuscula: de quibus subiecta feruntur. Ad Piligrinum archiepiscopum Colonienſem egregium volumen de musica, cuius originale apud nos est lib.1.de instrumentis quoque musicæ lib.1. ad Aribonem supradictum archiepiscopum Moguntinum,de aduentu Domini lib.1.de officio Missæ lib. 1.De ieiunio quatuor temporum lib.1. de ieiunio sabbati lib.1. de mensura monochordi lib.1.epistolarum ad diuersos lib.1.Sermones quoque ad fratres.Et alia complura. Claruit temporibus sancti Henrici Imperatoris primi sed regis secundi.Anno Domini M.XX.

Adelboldus episcopus Traiectensis.

ADELBOLDVS episcopus Traiectensis ex monacho ordinis diui patris Benedicti (sub cuius nomine Herigerus abbas Lobiensis dialogum de aduentu domini composuit) vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus atque in secularibus literis egregie doctus,ingenio subtilis,eloquio disertus,vita & conuersatione præcipuus,& ob eas virtutes in curia sancti Henrici Imperatoris , magno in precio habitus. Scripsit nonnulla haud contemnendæ lectionis opuscula,quibus nomen suum posteris notificauit.E quibus extat,vita & gesta eiusdem sancti Imperatoris Henrici lib.1. de laudibus sanctæ crucis lib.1. de laudibus quoque sanctæ Mariæ lib.1.varios etiam sermones in laude sanctorum edidit. Et alia multa tam metro quam prosa quæ ad notitiam meam non venerunt. Moritur sub Conrado Imperatore secundo.Anno Domini M.XXVII. indictione X.episcopatus sui anno XVIII.5. Cal. Decembris.

Bruno episcopus Herbipolensis.

BRVNO episcopus Herbipolensis Conradi Imperatoris secundi patruelis, vir in diuinis Scripturis studiosus & eruditus , & secularium literarum non ignarus, ingenio præstans,eloquio dulcis & ornatus, vita & conuersatione sanctissimus: quippe qui multis & viuus & defunctus,miraculis corruscauit. Scripsit & comportauit ex dictis antiquorum patrum non spernendum opus super toto Psalterio,textumque in multis antea vitiatum mirabili scientia correxit.Si quid amplius scripsit,ad me non peruenit. Moritur sub Henrico Imperatore secundo Anno Domini M. XLV. indictione XIII.Sexto Cal.Iunij, & in sanctorum numero relatus est.

ADEL-

ADELMANNVS Grammaticus ex clerico Leodiensis ecclesiæ, Brixinensis Episcopus, vir in diuinis Scripturis studiosus & eruditus, & in secularibus literis non mediocriter doctus, philosophus, poeta & Dialecticus suo tẽpore famosus, carmine excellens & prosa. Scripsit gemino stylo quædam non spernenda opuscula, quibus memoriam sui posteris commendauit. E quibus extat libellus non iniucundus de corpore & sanguine Domini, ad Berengarium Turonensem, quondam apud Fulbertum Carnotensem condiscipulum suum, iam tunc errores de hac re dogmatizare incipientem, in quo multis scripturarum testimoniis contra eum nititur. De eadem re ad Paulinum Primicerium Metensem epistolam dedit. Ad diuersos epistolas multas scripsit. Et quædam alia. Claruit sub Henrico tertio, Anno Domini M. XL. *Adelmannus Brixiensis episcopus.*

RATBERTVS Paschasius abbas Corbeiensis ordinis sancti Benedicti, vir in diuinis Scripturis valde eruditus, & secularium literarum non ignarus, ingenio subtilis & disertus eloquio, Græci & Latini sermonis clarus interpres, non minus vita quam scientia venerandus. Scripsit ad Placidum quendam nostri ordinis Abbatem opus insigne de Sacramento altaris lib. I. vitam quoque sancti Adelhardi episcopi lib. I. in Threnos Hieremiæ prophetæ lib. I. & alia complura mihi incognita. De Græco in latinum nonnulla transfudit sermonem. Claruit temporibus Caroli Grossi principis, Anno Domini DCCCCLXXX. *Ratbertus Paschasius abbas Corbeiensis.*

THEODERICVS monachus cœnobij sancti Matthiæ Apostoli prope Treuerim ordinis diui patris Benedicti, vir in diuinis Scripturis studiosus & eruditus, atque in secularibus literis egregie doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio. Scripsit inter cætera studij sui monumenta, de inuentione sancti Celsi. lib. I. de miraculis eiusdem sancti libr. I. sermones multos in honorẽ sanctorum lib. I. alia quoque nonnulla edidit quæ ad notitiam nostræ lectionis minime venerunt. Claruit sub Ottone Imperatore tertio, Anno Domini M. *Theodericus monachus cœnobij S. Matthiæ Apost. prope Treuerim.*

THEODERICVS Archiepiscopus Treuerorum post sanctum Eucharium secundus & septuagesimus, ex præposito maioris Ecclesiæ Moguntinensis, vir studiosus & eruditus, & in agendis negotijs Ecclesiasticis præstantis industriæ. Scripsit de laudibus beatissimæ Dei genitricis & virginis Mariæ lib. I. vitam quoq; sanctæ Lindrudis lib. I. & quædam alia. Sub huius Theoderici pontificatu, canonici maioris Ecclesiæ Treuerensis desierunt esse regulares. Claruit temporibus Ottonis secundi & tertij Imperatorum, Anno Domini DCCCCXC. Sepultus est Moguntiæ in Ecclesia sancti Gingolfi quam ipse pro XII. fratribus construens dotauerat. *Theodericus archiepiscop. Treuerorum.*

REMIGIVS monachus & abbas cœnobij sancti Luthuini Mediolacensis, ordinis diui patris Benedicti Treuerensis diœcesis, vir in diuinis Scripturis studiosissimus & valde eruditus, atque in secularibus literis nobiliter doctus, ingenio subtilis, eloquio disertus, vita & conuersatione deuotus, philosophus, poeta, & musicus omnium suo tempore longe clarissimus tantæ scientiæ & eruditionis fuit, vt ex omni Germania & Gallia discipulos clarissimos suo magisterio instituendos subdiderit, è quibus multi ad Ecclesiasticum regimen in diuersis mundi regionibus leguntur assumpti, alij in Abbates, alij in Episcopos consecrati. Scripsit multa præclara opuscula, quibus suum nomen posteris notificauit. In quinque libros Moysi, in Euangelium non inutiles commentarios, in Apostolum quoque Regulas fecit de visione Abaci lib. I. Excerptionem quoque Prisciani lib. I. super Donato commentum lib. I. iubente Eckeberto Treuerorum archiepiscopo cantum de sanctis Eucharo, Valerio & Materno dulci & regulari modulatione composuit & homeliam cum eleganti sermone coniunxit. Rogantibus etiam duobus monachis Blandinensis cœnobij discipulis suis, cantum de sancto Bauone composuit nocturnalem. Sermones multos in honorẽ sanctorum, cantusque & legendas edidit, in quibus omnibus se virum doctissimum ostendit. Composuit insuper Letanias & Antiphonas quæ in rogationibus à clero frequentantur. Sed & alia multa edidit, quæ ad manus nostras non venerunt. Huic Remigio Imperator Otto camœnam gracilem misisse legitur, ob suauitatem musicæ in eo iam probatæ. Claruit temporibus Ottonis tertij, Anno Domini M. *Remigius abbas cœnobij S. Luthuini Mediolacensis.*

GOLSCHERVS monachus cœnobij sancti Matthiæ Apostoli prope Treuerim, ordinis diui patris Benedicti, vir in diuinis Scripturis studiosus & longa exercitatione peritus, atque in secularium literarum scientia non mediocriter doctus, ingenio promptus, & clarus eloquio, in declamandis homelijs ad populum probatæ industriæ fuit. Scripsit de laudibus sancti Eucharij primi Treuerorum Archiepiscopi libr. I. de laudibus *Golscherus monachus cœnobij S. Matthiæ prope Treuerim.*

quoque sancti Valerij lib.1. de laudibus sancti Materni episcopi lib.1. sermones de laudibus sanctorum multos lib.1. Gesta quoque Treuerorum lib.1. Alia denique nonnulla cōposuit, quæ ad noticiam nostræ lectionis non venerunt.

Hermannus Contractus, monachus.

HERMANNVS qui dicebatur Contractus, monachus cœnobii sancti Galli, ordinis diui patris nostri Benedicti, filius Comitis de Veringen apud Sueuos, vir in diuinis Scripturis eruditissimus, & in secularibus literis omnium doctorum sui temporis doctissimus, philosophus, rhetor, astronomus, poeta, musicus, & theologus celeberrimus, trium linguarum, Græcæ, latinæ & Arabicæ peritissimus, atque Hebraicæ non ignarus, metro excellens & prosa, vita quoque & conuersatione deuotissimus. Scripsit multa præclara volumina, quibus memoriam sui posteris commendauit. De quibus subiecta feruntur: De musica lib.1 de monochordo lib.1. de sex ætatibus mundi lib.1 de astronomia lib.1. de cōpositione astrolabij lib.3. de vtilitatibus astrolabij lib.1. de ecclipsibus solis & lunæ lib.1. de computo lib.1. de quadratura circuli lib.1. de conflictu Rythmimachiæ lib.1. de physionomia quoque lib.1. vitas plurium sanctorum patrum elegantissimo stylo composuit. Epistolas quoque multas ad diuersos libr. 1. diuersi generis edidit pene infinita carmina. Hymnos quoque & cantus in honorem sanctorum dulcissima modulatione multos cōposuit. E quib. est illa de beata Dei genetrice Antiphona, salue regina. Et illa: Alma redemptoris, cum multis alijs. Transtulit etiam nonnulla Græcorum & Arabum volumina in latinum, sicut per se fatetur in præfatione quadam Aristotelis. Cuius meriti Hermannus iste coram Deo fuerit, & quantam ei beatissima virgo Maria gratiam præstiterit, in secundo libro illustrium virorum ordinis nostri me iam ex parte memini descripsisse licet paucis & breuibus. Claruit tēporibus Henrici Imperatoris tertij. Anno Domini M. XL.

Helpericus monachus.

HELPERICVS monachus eiusdem cœnobij sancti Galli ordinis diui patris Benedicti, vir & ipse in diuinis Scripturis multum eruditus, atque in secularibus literis doctissimus, philosophus, astronomus, & poeta celeberrimus, ingenio subtilis & disertus eloquio, nec minus vita quam eruditione insignis. Scripsit tam metro quam prosa multa præclara opuscula, sed pauca eorum ad manus nostras peruenerunt. Vidi enim duntaxat & legi librum clarissimum quem de computo Ecclesiastico edidit. Et alium de musica prænotatum. Sed & quædam carmina. Cætera quæ composuit ad manus nostras non venerunt. Claruit eodem tempore quo Hermannus Contractus. Anno Domini M. XL.

Rogerius monachus.

ROGERIVS monachus in Saxonia Corbeiensis cœnobij, ordinis sancti Benedicti, vir in diuinis Scripturis studiosus & eruditus, & secularium literarum non ignarus, ingenio & eloquio clarus. Scripsit vitam & gesta Brunonis Archiepiscopi Colonienſis fratris Ottonis primi Imperatoris lib.1. alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit temporibus Ottonis tertij. Anno Domini M.

Algerus monachus.

ALGERVS ex scholastico monachus Corbeiensis cœnobij, ordinis diui patris nostri Benedicti, vir in sanctis Scripturis iugi studio exercitatus, veterum quoque lectione diues, atque in secularibus literis magnifice doctus, ingenio cautus & disertus eloquio, carmine valens & prosa. Scripsit inter alia ingenij sui opuscula, volumen insigne de Sacramento altaris lib.3. de eadem re contra Berengarium lib.1. de gratia quoque Dei & libero hominis arbitrio lib.1. alia insuper nonnulla scripsisse dicitur, sed ad noticiam nostræ lectionis minime venerunt.

Eckebertus clericus ecclesiæ Leodiensis.

ECKEBERTVS clericus Leodiensis ecclesiæ, in diuinis Scripturis studiosus & eruditus, atque in secularium literarum disciplinis egregie doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio, metro excellens non minus quam prosa. Scripsit vtroque stylo non spernenda opuscula, quibus memoriam sui posteris commendauit, e quibus extat volumen eleganti carmine compositum quod prænotauit: De Ænigmatibus rusticanis lib.1. Et postea scripsit de eadem re alium maiusculum. Cætera quæ composuit, ad noticiam meam non venerunt. Claruit sub Henrico quarto. Anno domini M. LX.

Leo Papa Nonus.

LEO papa nonus, Bruno antea vocatus, episcopus vrbis Leucorum, quæ Tullus vocatur, sub archiepiscopo Treuerensi, patria Alsaticus, ex comitibus de Egesheim, sedit in cathedra Petri post Damasum annis septem, vir in diuinis Scripturis eruditissimus, & in secularium literarum disciplinis egregie doctus, nec minus conuersatione quam scientia venerabilis. Scripsit ad Constantinum ex monacho Imperatorem Græcorum de hæresibus extirpandis lib.1. ad patriarcham quoque Constantinopolitanum de eadem re lib.1. Contra errores Græcorum lib.1. ad episcopos Africæ & Ægypti lib.1. epistolarum quoque ad diuersos lib.1. & quædam alia nobis incognita Moritur sub Henrico tertio. Anno Domini M. LIV. indictione VII. Multisque fertur claruisse miraculis.

HVM-

HVMBERTVS monachus Tullensis, ordinis sancti Benedicti, Leonis papæ noni compatriota, vir vndecunque doctissimus, quem Leo præfatus pontifex de Lotharingia, Tullensi videlicet monasterio, Romam traduxit, & ad prædicandum Siculis verbum Dei episcopum ordinauit. Postea vero sancta Romana Ecclesia præsulem sibi Cardinalem constituit, homo religiosis & sanctissimus. Scripsit inter cætera ingenij sui monumenta, contra errores Berengarij multa Syntagmata. Missus per Leonem papam ad Constantinopolim pro hæresibus extirpandis, sua mirabili scientia & facundia vsque adeo Nicetam Pectoratum monachum, Heresiarcham in præsentia Constantini monachi Imperatoris & Michaelis patriarchæ disputando confutauit & deuicit, vt librum suum quem aduersus Romanam Ecclesiam ediderat, mox anathematizaret, eumque propria manu exurendum flammis injiceret. Scripsit ergo eandem disputationem suam per modum dialogi sub nomine Romani & Constantinopolitani interloquentium lib. 1. & varias ad diuersos epistolas, & quædam alia quæ ad notitiam nostram non venerunt. Huius Humberti, viri doctissimi meminit Lanfrancus in libro suo aduersus Berengarium multa eum extollens laude. Claruit tempore Leonis papæ noni, Anno Domini Millesimo L. *Humbertus monachus Tullensis.*

BERNOLDVS presbyter Ecclesiæ Constantiensis in Sueuia, vir deuotus, studiosus & eruditus, ingenio promptus & clarus eloquio, fertur quædam non spernendæ lectionis cudisse opuscula, quibus nomen & memoriam sui posteris commendauit: sed nihil eorum ad manus nostras memini peruenisse. Romanum ordinem scripsit & correxit ad vtilitatem ecclesiæ. Claruit sub Henrico quarto, Anno Domini M.LX. *Bernoldus presbyter Constantiensis.*

LAMPERTVS monachus cœnobij sancti Laurentij Leodiensis, ordinis diui patris Benedicti, Adelmanni Grammatici Brixinensis episcopi quondam auditor atque discipulus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis egregie doctus, philosophus, rhetor, & poeta celeberrimus, ingenio clarus & disertus eloquio (quem præfatus Adelmannus pontifex egregijs commendat versibus) Scripsit tam metro quam prosa multa præclara volumina, quibus nomen suum posteris commendauit. Sed ex his pauca videre merui. Vitam sancti Heriberti Colonienſis Archiepiscopi lib. 1. de miraculis eiusdem lib. 1. Hymnorum quoque vario carminis genere lib. 1. Epigrammaton lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. officium quoque de sancto Heriberto, & de multis alijs sanctis composuit, & dulci modulatione regulauit. Cætera quæ scripsit, ad manus nostras minime venerunt. Claruit temporibus Henrici tertij Imperatoris & Hermanni Archiepiscopi Colonienſis. Anno Domini M.LX. *Lampertus monachus cœnobij S. Laurentij Leodiensis.*

LAMPERTVS de Legia monachus cœnobij sanctorum Eucharij & Matthiæ Apostoli, extra mœnia Treuerorum, ordinis diui patris Benedicti, vir vndecunque doctissimus, philosophus, Rhetor, musicus & poeta clarissimus, ingenio subtilis & comptus eloquio. Scripsit tam metro q̃ prosa quædam præclara opuscula: de quibus ego tantum reperi subiecta. De miraculis sancti Matthiæ Apostoli magnum opus metrice compositum lib. 5. de sancto quoque Agricio lib. 1. ad Lampertum abbatem suum vitam sancti Matthiæ Apostoli edidit li. 1. sermones etiam varios in honorẽ sanctorũ, lib. 1. epistolas quoq; multas ad diuersos, carmina diuersi generis elegãtissima & multa & varia cõposuit, & alia complura nobis incognita. Claruit sub Henrico quarto, Anno Domini M.LXXX. *Lampertus de Legia monachus.*

MARIANVS Scotus monachus Fuldensis, ordinis diui patris nostri Benedicti, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & secularium literarum non ignarus, ingenio subtilis & clarus eloquio, vita quoque & conuersatione deuotus atque sanctissimus emicuit. Hic amore cælestis patriæ natale solum deserens peregrinus venit in Germaniam, & primum quidem in monasterio sancti Martini Coloniæ monachus factus est, & duobus annis in eodem cœnobio vitam solitariam inclusus voluntarie duxit: ac deinde translatus ad Fuldam ibidem stetit in inclusorio annis duodecim, quousque tandem iussu Archiepiscopi propter sanctitatem & eruditionem euocatus Moguntiam, apud sanctum Martinum inclusus, XVII. annis alijs vsque ad mortem perseuerauit. Fuit autem Computista maximus, & temporis transacti diligentissimus censor, quod clarissima monumenta quæ edidit probant. Equibus extant subiecta. Volumen insigne Chronicorum ab exordio mundi vsque ad sua tempora lib. 3. de concordantia Euangelistarum libr. 1. de computo quoque libr. 1. sermones varij, & plures ad diuersos epistolæ. Moritur sub Henrico Imperatore tertio, rege autem quarto, Anno Domini Millesimo LXXXVI. indictione IX. ætatis suæ Anno LVIII. & in ecclesia sancti Martini Moguntiæ non sine grandi opinione sanctitatis sepultus est. *Marianus Scotus monachus Fuldensis.*

Theodericus monachus S. Albani apud Moguntiã.

THEODERICVS monachus cœnobij sancti Albani martyris apud Mogunciam, ordinis diui patris Benedicti, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & in secularibus literis egregie doctus, philosophus & poeta clarissimus, ingenio subtilis & clarus eloquio. Fertur quædam præclara scripsisse opuscula: quibus memoriam sui posteris commendauit. E quibus extant subiecta. Ad Richardum abbatem Fuldensem de vita & miraculis sanctissimi patris nostri Benedicti lib. 1. de translatione quoque eius in Galliam ad eundem lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. carmina quoque multa & varia edidit. Sed & alia complura, quæ ad manus nostras adhuc minime venerunt. Claruit sub Henrico Imperatore secundo, rege autem huius nominis tertio, Anno Domini M.XL.

Wenericus episcopus Vercellensis.

WENERICVS ex clerico Treuerensis Ecclesiæ Episcopus Vercellensis, vir in diuinis Scripturis studiosus & eruditus, secularium quæ literarum non ignarus, ingenio promptus & clarus eloquio. Scripsit nonnulla exercitationis opuscula, quibus scientiam suam cõprobauit. In ea discordia quæ fuit inter Hildebrandum papam Gregorium septimum & Henricum Imperatorẽ huius nominis quartum, scripsit expersona Theoderici Virdunẽsis episcopi (cũ ipse adhuc Treueris esset clericus) ad eundẽ papã Gregorium diuinis Scripturis instructũ volumen (nõ enim increpans, sed seniorẽ obsecrans vt patrẽ, & amicabili affectu quasi dolentis suggerens ei omnia quæ contra ius & fas æquitatis eum fecisse vel dixisse loquax fama diuulgauerat, quod de discordia sacerdotij & imperij prænotatur lib. 1. alia quoque plura composuit, sed ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Henrico quarto, Anno Domini M.LXXX.

Erhardus monachus Corbeiensis monasterij.

ERHARDVS monachus Corbeiensis in Saxonia ordinis sancti Benedicti, vir in diuinis scripturis studiosissimus, & secularium literarum non ignarus, ingenio subtilis & promptus eloquio, in declamandis homelijs ad populum celeberrimæ opinionis. Scripsit inter cætera ingenij sui opuscula opus insigne super peutatheucum lib. 5. Homeliarum quoque lib. 1. alia quoque multa scripsisse dicitur, & sacras multis voluminibus explanasse scripturas: quæ ad notitiam meam non venerunt.

Willerãmus abbas cœnobij Mersburgensis.

WILLERAMMVS abbas cœnobij Mersburgensis ordinis diui patris Benedicti, vir in diuinis scripturis eruditus & secularis literaturæ non ignarus, carmine doctus & prosa, nõ minus vita q̃ scientia clarus effulsit. Qui cũ literis & philosophiæ in gymnasio Parisiensi aliquãdiu operã nauasset, rediit ad patriã suam Franciam scil. orientalem (quæ & Frãconia dicitur) & propter eminentiam doctrinæ Bambergensis ecclesiæ scholasticus factꝰ, dulce literarum contubernium non deseruit. Tandem considerans vanam mundi gloriã transire cum tempore, spreto seculo contemptisque rebus mundanis pro amore Dei monachicum Schema in monasterio Fuldensi induit, & crescẽtibus meritis, postremo abbas apud Mersburgum electus fuit. Scripsit autem opus metro & prosa mixtum super cantica canticorum, quod prænotauit de nuptijs Christi & Ecclesiæ lib. 3. sermones quoque varios ad fratres. Et plures (vt ferunt) epistolas ad diuersos. Alia quoque multa composuit, quæ ad notitiam meã non venerũt. Claruit sub Henrico quarto, Anno Domini M.LXXX.

Bernardus monachus cœnobij S. Viti Corbeiensis in Saxonia.

BERNARDVS monachus cœnobij sancti Viti Corbeiensis in Saxonia, ordinis sancti Benedicti, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus atq; in secularibus literis sufficienter doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio, carmine peritus & prosa. Scripsit nõnulla ingenij sui opuscula, quibus nomẽ suum posteris notũ fecit. Ad Hartuinum Magdeburgẽsem Archiepiscopum edidit volumẽ luculento quidem sed amaro sermone contra Henricum quartum regẽ sed tertiũ Imperatorem, in quo clare patet, q̃ grauis & odiosus fuerit idẽ Henricus Saxonibꝰ. Scripsit præterea multas & varias epistolas, & alia cõplura nobis incognita. Claruit eiusdẽ Hẽrici quarti temporibꝰ, Anno Domini M.LXX. & varia cõposuit.

Wilhelmus abbas monasterij Hirsaugiensis.

WILHELMVS abbas monasterij Hirsaugiensis ordinis sancti Benedicti Spirensis diœcesis, vir vndecumq; doctissimus, philosophus, musicus, computista & theologus celeberrimus, vita & conuersatione deuotus atque sanctissimus: qui multis in vita & morte miraculis claruit, & monasticam disciplinam apud Germanos pene collapsam verbo & exemplo magnifice instaurauit. Scripsit luculento sermone non spernenda opuscula, è quibus extant subiecta. Constitutiones nouæ reformationis suæ lib. 2. De musica quoque lib. 1. de horologio quoq; lib. 1. correctionem fecit psalterij lib. 1. epistolas ad diuersos varias edidit, in quibus multæ feruntur ad Secundum Anshelmum archiepiscopum Cantuariensem cui familiarissimus fuit. Extant etiam ipsius Anshelmi ad istum Wilhelmum quædam epistolæ. Alia quoq; nonnulla edidit, quæ ad me non venerunt. Moritur sub Hẽrico Imperatore tertio, rege autem quarto. Anno Domini M. XCI. indictione XIIII. quarto nonas Iulij. Sepultus in medio ecclesiæ suæ.

WOLFF-

Wolffhelmus abbas monasterij Bruvvilerensis.

WOLFFHELMVS abbas monasterij Bruvvilerensis, quod duobus ferme miliaribꝰ distat à Colonia Agrippina, natus ex pago Ribuariensi eiusdem Colonienſis diœceſis, vir in diuinis Scripturis eruditus, & in ſecularibus literis egregie doctus, vita & conuerſatione deuotus atque ſanctiſſimus & multorum miraculorum patratione clarus, ingenio ſubtilis & comptus eloquio, metro excellens & proſa. Scripſit nonnulla præclara volumina, ſed pauca eorum ad notitiam meam peruenerunt. Contra Berengarium Thuronenſem de Sacramento altaris, edidit paruum ſed neceſſarium opus ad Meginhardum abbatem lib. 1. ſermones quoq; multos ad fratres, & varias ad diuerſos epiſtolas. Carmina etiam multa & elegantia, vario genere metri compoſuit, & epigrammata ſuper omnibus voluminibus ſuæ Bibliothecæ ordinauit. Alia quoq; nonnulla ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiã noſtræ lectionis minime venerunt. Hic primum fuit monachus in cœnobio ſancti Maximini apud Treuerim, deinde apud ſanctum Panthaleonem in Colonia, poſtea factus eſt Abbas in Gladebach, & poſtremo translatus in abbatem præfati monaſterij Bruvvilerenſis, tertius in ordine præfuit. Moritur ſub Henrico quarto, Anno Domini M. XCI. indictione XIV. 10. Cal. Maij.

Theodericus abbas monaſterij S. Trudonis.

THEODERICVS abbas monaſterij ſancti Trudonis, ordinis diui patris Benedicti, vir in ſcripturis ſanctis ſtudioſus & eruditus, atque in ſecularibus literis ſufficienter inſtructus, ingenio ſubtilis, & eloquio compoſitus, metro quoque exercitatus & proſa. Scripſit vtroque genere multa præclara opuſcula, quibus nomen ſuum ad multorum notitiam deduxit. E quibus iſta feruntur: vita ſancti Trudonis lib. 1. vita ſancti Bauonis lib. 1. vita ſancti Remoldi lib. 1. ſermones varij ad fratres lib. 1. epiſtolæ quoque complures ad diuerſos lib. 1. & alia quædam nobis adhuc incognita. Claruiſſe dicitur temporibus Henrici quarti, Anno Domini M.C.

Conradus monachus monaſterij Bruvvilerenſis.

CONRADVS monachus cœnobij Bruvvilerenſis, ordinis diui patris Benedicti, Colonienſis diœceſis, Wolffhelmi ſanctiſſimi abbatis quondam auditor atq; diſcipulus, vir in diuinis Scripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularium literarum non ignarus. Scripſit ad ædificationem fidelium non ſpernenda volumina, quibus ingenium ſuum vtiliter occupauit, è quibus extant ſubiecta: Vita eiuſdem ſancti Wolffhelmi abbatis, ad Eberhardum Bruvvilerenſem, & Hermannum ſancti Panthaleonis abbates lib. 1. de miraculis eiuſdem beati Wolffhelmi lib. 1. ſermones in honorẽ ſanctorum, & alia complura nobis incognita. Claruit ſub Henrico qnarto, Anno Domini M. C.

Stephanus qui & Herrandus epiſcopus Halberſtatenſis.

STEPHANVS qui & Herrandus epiſcopus Halberſtatenſis quartusdecimus, ex abbate Yliſenburgenſis cœnobij in Saxonia ordinis ſanctiſſimi patris noſtri Benedicti, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & non minus ſanctitate quam ſcientia venerabilis, ſcripſit in perſona Ludouici Comitis fidelis Eccleſiæ elegantiſſimam epiſtolam in modum libelli, pro defenſione & obedientia Romanæ Eccleſiæ, contra Henricum quartum rebellem Romanæ Eccleſiæ ad Waltramũ Nuenburgenſem epiſcopũ, qui partes Hẽrici quarti cõtra obedientiã ſummi pertinaciter defendit põtificis. Alias quoq; in eadem cauſa & diuerſis negotijs eccleſiaſticis epiſtolas cõpoſuit, & varios tractatꝰ, ſed ad manꝰ noſtras minime venerũt. Moritur ſub Hẽrico quinto, Anno Domini M.CVII. indictione XV.

Rupertus abbas Tuicienſis.

RVPERTVS abbas Tuicienſis prope Coloniam ex monacho cœnobij ſancti Laurentij Traiectenſis, ordinis diui patris Benedicti, vir in diuinis Scripturis (ſpiritu S. illuſtrãte) omnium doctorum ſui temporis doctiſſimus, & ſecularis literaturæ non ignarus, ingenio ſubtilis, eloquio dulcis atque compoſitus, non minus ſanctitate quam ſcientia clarus effulſit. Hic in præfato monaſterio Traiectenſi poſitus, cum adhuc iuuenis eſſet, maximum diuinis literis ſtudium impendit, ſed cum propter tenuitatem ingenij parum proficeret, ad orationum inſtantiam cum lachrymis ſe conuertit, & beatiſſima Dei genitrice ſibi manifeſte apparente & gratiam promittente, tantam in omni ſcriptura ſcientiam conſequutus eſt, vt ſimile ſuo tempore non haberet. Et ne putares fabulã, ipſe de ſe in multis locis operum ſuorum iſta confitetur. Tantum vero deinceps ad ſacras lectiones amorem habuit, vt nec dormiens quidem à diuinis colloquijs videretur quieſcere, dum lingua eius & labia quaſi aliquid legeret mouerentur. Scripſit autem pene infinita volumina, de quibus ego repperi ſubiecta. Ad Cunonem Sigebergenſem abbatem, poſtea Ratiſponenſem epiſcopum, de victoria verbi Dei, pulcherrimum opus lib. XIII. in Geneſim libr. 9. in cantica canticorum opus omni laude proſequendum lib. 7. in librum ſancti Iob. lib. 10. in libros regum, de ſancto Dauid lib. 15. in vetus teſtamentum maximum opus in libris 42. quod prænotauit, de fide ſanctæ Trinitatis, item in Apocalypſin Iohannis lib. 12. de officijs diuinis lib. 12. in duodecim prophetas minores lib. 30. in Euange-

lium Matthæi lib.8. in Euangelium Iohannis lib.14. Meditationum libr.3. materiam loquendi sumens de mirabili incendio Tuicensis monasterij. In regulam quoque sancti Benedicti lib. 1. Apologeticum pro eodem opere libr. 1. de quatuor difficilimis quæstionibus lib.1. sermones quoque multos & varios lib.1. epistolarum ad diuersos libr. 1. alia quoque multa scripsisse dicitur, sed ad notitiam nostræ lectionis adhuc non venerunt. Claruit multa sanctitate & doctrina & miraculis coruscans sub Henrico quinto, Anno Domini M.CXX. Et sub Lothario tertio moritur.

Rupertus abbas Lympurgensis.

RVPERTVS abbas Lympurgensis cœnobij, ordinis diui patris Benedicti, Spirensis diœcesis, vir tam in diuinis Scripturis quam in secularibus literis egregie doctus, ingenio clarus, eloquio scholasticus, vita & conuersatione deuotus. Hic philosophiæ operam dedit annis non paucis in Gymnasio Parisiensi, cum adhuc esset secularis, & doctus in omni scientia scholastica euasit.

Tandem reuersus ad patriam suam Wangionum videlicet vrbem, vnde vitæ duxerat originem, philosophiam inutilem animæ cum rebus seculi pro Dei amore contempsit, habitumque sanctæ conuersationis in præfato cœnobio induit, & demum crescentibus meritis omnium fratrum consensu in abbatem electus fuit. Maximam regularis disciplinæ obseruantiam verbo & exemplo ibidem instituit, & diuinis reuelationibus crebro refocillari meruit. Scripsit iubente sanctissima Dei genitrice per visum, opus in laudem eiusdem virginis perpulchrum, super cantica canticorum lib.4. de contemptu & vanitate huius mundi lib.2. de sancto Iohanne baptista lib.1. reuelationum quoque suarum lib.1 sermones etiam multos in honorē sanctorum, quorum vel reliquiæ vel patrocinia in suo monasterio habentur, composuit: & epistolas ad diuersos variosque in scripturis sanctis tractatus. Claruit sub Henrico quinto, Anno Domini Millesimo centesimo vigesimo.

Rudolfus abbas monasterij S. Trudonis.

RVDOLFVS abbas monasterij sancti Trudonis, ordinis diui patris Benedicti Leodiensis diœcesis, vir in diuinis Scripturis studiosus, & longa exercitatione peritus, atque in secularium literarum scientia sufficienter doctus, ingenio clarus & vita, carmine quoque excellens & prosa. Scripsit non spernendæ lectionis opuscula, quibus memoriam sui posteris commendauit. E quibus extat opus insigne contra Symoniacos lib.7. Chronica quoque rerum gestarum transacti temporis lib.1. Carmina etiam plura diuersi generis edidit. Cantus quoque in laudē sanctorum varios dulci & regulari modulatione composuit. Claruit sub Henrico quinto, Anno Domini M.C.XXV.

Franco abbas monasterij Hasligemensis.

FRANCO abbas monasterij Hasligemensis secundus, ordinis sancti Benedicti, vir in diuinis Scripturis eruditus, & secularis literaturæ scientia probe instructus, ingenio valens & clarus eloquio. Scripsit tam metro quam prosa quædam commendanda opuscula, quibus nomen suum cum gloria transmisit ad posteros. Cum adhuc monachus esset, iubente Fulgentio abbate suo incepit opus præclarum de gratia Dei, quod postea factus Abbas compleuit. Scripsit etiam metrice de statu futuræ gloriæ lib.1. epistolas quoque ad diuersos & varios sermones. Et quædam alia. Claruit sub Henrico quinto, Anno Domini M.C.X.

Eckhardus abbas primus cœnobij S. Laurentij.

ECKHARDVS abbas primus cœnobij sancti Laurentij martyris quod Vraugia dicitur, iuxta syluam Hyrciniam in diœcesi Herbipolensi, ordinis diui patris Benedicti, vir in diuinis Scripturis studiosus & valde eruditus, atque in secularibus literis non mediocriter doctus, ingenio subtilis, & disertus eloquio, metro exercitatus & prosa. Scripsit non contemnendæ lectionis opuscula, quibus ingenium suum magnifice exercitauit, è quibus feruntur subiecta: Ad imitationem Boetij scripsit vtroque genere, id est, alterno stylo volumen insigne, quod prænotauit, Laternam monachorum lib.5 sermones quoque varios & multos ad fratres. Carmina etiam & Epigrammata diuersi generis plura. Et quædam alia. Claruit sub Lothario Imperatore, Anno Domini M.CXXX.

Engelbertus abbas monasterij Admontensis.

ENGELBERTVS abbas monasterij Admontensis, ordinis sancti Benedicti, vir eruditione scripturarum insignis, & non minus morum integritate, quam scientia venerabilis, nomen suum varia scribendo & exponendo notificauit, & tam verbo quam exemplo ad ædificationem fratrum suorum non infima gessit. Scripsit inter cætera ingenij sui opera. De vitijs & virtutibus lib.1. sermones etiam multos & vtiles ad fratres libr. 1. epistolas quoque plures. Sed & alia plura edidit, quæ ad manus nostras non venerunt.

Conradus qui & Peregrinus mon.

CONRADVS qui & peregrinus, monachus Hirsaugiensis cœnobij, ordinis diui patris Benedicti, Spirensis diœcesis, Wilhelmi abbatis quondā auditor atq; discipulus, vir in diuinis

diuinis Scripturis eruditissimus, & in secularibus literis valde peritus: philosophus, Rhetor, musicus & poeta celeberrimus, sub nomine Peregrini multa præclara volumina edidit, in quibus ornata sententiarum dispositio, & venusti sermonis elegantia, nulli veterũ inferiorem suum demonstrant fuisse auctorem. De his subiecta feruntur: Opus dialogorum insigne sub nominibus Peregrini presbyteri, & Theodoræ Deo sacratæ virginis quod prænotauit, speculum virginum lib. 8. in Euangelia per circulum anni magnum volumen lib. 1. de vita spiritus, & fructu mortis lib. 1. Et alius qui prænotatur Matricularius lib. 1. Didascalon alius lib. 1. de Musica & differentia tonorum lib. 1. de laudibus sancti Benedicti metrice lib. 1. sermones varij & Homiliæ lib. 1. alia quoque nonnulla scripsisse dicitur, sed in manus nostras non venerunt. Quicquid autem prosaice scripsit (præter sermones & epistolas) vt plurimum in morem dialogi ordinauit. Fuit alius quidam prædicator qui secundum Modernorum consuetudinem sub nomine Peregrini, sermones ad populum non spernendos composuit, sed nostro Peregrino eruditione & eloquentia multum inferior. Ille enim more declamatorum huius temporis simplici sermone contentus quotationes crebras introducit scripturarum) noster autem Tullianam resonans eloquentiam more antiquorum, orationem cicatricosam reddere superuacuis allegationibus non consuetuit. Claruit autem sub Conrado Imperatore huius nominis tertio. Anno Domini M. CXL.

Dudechinus presbyter ecclesiæ in Logenstein.

Dvdechinvs presbyter Ecclesiæ in Logẽstein, vir studiosus & eruditus, ob spem æternæ vitæ cum alijs multis sub Conrado Imperatore tertio Hierosolymam profectus, cum Saracenis nauali prælio sæpe dimicans, magna deuotione & constantia pro fide Christi clarus effulsit. Reuersus in patriam Cunone abbate montis sancti Disibodi (tunc adhuc ordinis nostri) petente, peregrinationis suæ historiam quantaque cum infidelibus gesserint prælia, vrbano sermone descripsit lib. 1. epistolas insuper varias ad diuersos edidit. Et quædam alia nobis incognita. Claruit sub Conrado Imperatore, Anno Domini Millesimo CXL.

Christianus Mogũtinus trigesimus archiepiscopus.

Christianvs Frederici Imperatoris primi archicancellarius, & postea Moguntinus XXX. archiepiscopus ab eo constitutus, sedit annis decem & octo: vir in seculari literatura doctissimus, & diuinarum scripturarum non ignarus, ingenio clarus, sermone disertus, quem etiam Italia perorantem obstupuit. Scripsit inter alia ingenij sui monumenta: Gesta Frederici Imperatoris primi, lib. 1. epistolas insuper elegantissimas ad diuersos. Et quædam alia nobis adhuc incognita. Huius Christiani Leo Tuscus notarius Emanuelis Imperatoris Græcorum contemporaneus, in libro de præuaricationibus & erroribus Græcorum cum laude facit mentionem. Claruit eiusdem Frederici primi temporibus. Anno Domini M. CLXXX.

Eckebertus abbas monasterij Schonaugiensis.

Eckebertvs secundus abbas monasterij sancti Florini Schonaugiensis ordinis diui patris Benedicti Treuerensis diœcesis, vir in diuinis Scripturis studiosus & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, frater beatæ Elisabeth abbatissæ virginis Christi fuit. Qui cum adhuc Bunnensis Ecclesiæ canonicus esset, crebris epistolis & admonitionibus sanctæ sororis suæ prouocatus mundum cum vanis honoribus deseruit, & monachorum collegio in prædicto loco se coniunxit, vbi primum monachus & demum abbas constitutus, non minus deuotione & religione quam scientia clarus effulsit. Scripsit autem aduersum hæreses lib. 1. in principium Euangelij Iohannis lib. 1. super: missus est angelus lib. 1. super Magnificat lib. 1. de vita & morte sanctæ sororis suæ lib. 1. Meditationes de Iesu & Maria lib. 1. de laude nostri Saluatoris lib. 1. sermones quoque more antiquorum incorruptos allegationibus capitulorum libr. 2. Epistolarum ad diuersos libr. 1. alia quoque nonnulla edidit, quæ ad manus nostras non venerunt. Claruit Anno Domini Millesimo CLX.

Elisabeth abbatissa.

Elisabeth sanctimonialis fœmina, soror præfati abbatis Eckeberti, & abbatissa cœnobij virginum Christi quod æque Schonaugia dicitur, & monasterio prædicto virorum quasi contiguum esse cernitur, virgo sanctissimæ conuersationis & ab infantia sua domino consecrata, multis & probatis reuelationibus illustrari diuinitus meruit, quas ad ædificationem fidelium iussa literis commendauit, è quibus legi subiecta: Opus pulcherrimum & non inutile, quod viarum Dei prænotauit, in quo triplicem viam sanctorum descripsit, videlicet, martyrum, confessorum & virginum lib. 1. de vndecim mille virginibus apud Coloniam Agrippinam sancto martyrio coronatis lib. 1. Reuelationum suarum lib. 2. ad fratrem suum Eckebertum adhuc Bunnæ canonicum lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. ad sanctam Hildegardem virginem Christi, epistolam vnam. Moritur sub

Frederico Imperatore primo, Anno Domini Millesimo CLXV. indictione XIII. ætatis suæ, Anno XXXVI. conuersionis XXIIII. visitationis autem superni luminis XIII. Quartodecimo Calend. Iulij, Sepulta in Ecclesia monachorum sancti Florini martyris, in medio chori, non sine maxima opinione sanctitatis.

Hildegardis abbatissæ monasterij S. Ruperti.

HILDEGARDIS sanctimonialis, abbatissa monasterij sancti Ruperti cõfessoris, in oppositio Bingensis oppidi ex altera parte Naij fluminis, Moguntinæ diœcesis, ordinis diui patris Benedicti, oriunda ex comitatu Spanhemensi, discipula quondam beatæ virginis Guttæ, sororis Megenhardi comitis de Spanhem, fundatoris nostri, virgo sanctissimæ conuersationis, & à pueritia sua diuinis reuelationibus illustrata, multis in vita sua miraculis claruit, & odorem sanctitatis in longinquas regiones diffudit, adeo vt Eugenius tertius, Anastasius quartus, Adrianus quartus, & Alexander tertius Romani pontifices, eam scriptis suis crebro visitantes, & se & Romanam Ecclesiam orationibus eius commendarent. Eugenius quoque tertius in concilio apud Treuerim habito sancto Bernardo & multis Cardinalibus, Episcopis, Abbatibus, & clericis præsentibus, libros huius virginis publice coram omnibus lectos approbauit, tanquam diuinitus inspiratos & Catholicæ fidei consentaneos, & vt cœpto perseueraret in proposito epistolis apostolicis admonuit. Scripsit autem multa opuscula ex reuelatione angelica, de quibus extant subiecta: In regulam sancti Benedicti breuis explanatio lib. 1. ad Wibertum monachum de triginta quæstionibus sibi ab eo propositis libr. 1. vita sancti Ruperti Ducis & confessoris lib. 1. vita quoque sancti Disibodi episcopi Hybernien sis, qui pro Christo peregrinus in Alemaniam veniens, in comitatu Spanhemensi multis miraculis clarus requieuit libr. 1. super Euangelijs Dominicalibus homelias LVIII. composuit valde obscuras & nisi deuotis & eruditis intelligibiles. Item de Sacramento altaris contra quosdam huius temporis hæreticos lib. 1. volumen quoque magnum quod prænotauit Sciuias, id est, scito vias, scilicet Dei & sanctorum, de quibus valde subtiliter & religiose disputat. Aliud quod inscripsit vitæ meritorum, opus non spernendum lib. 3. item aliud simplicis medicinæ prænotatum lib. 1. & aliud compositæ medicinæ prætitulatum lib. 1. in his duobus mirabilia & secreta naturæ subtili expositione ad mysticum sensum refert, vt nisi à spiritu sancto talia, fœmina scire minime posset. Scripsit aliud volumen grande cuius titulus est, diuinorum operum lib. 1. ad clerum Treuerensis vrbis, de futuris Ecclesiæ calamitatibus lib. 1. ad Colonienses quoque de eadem materia lib. 1. Miranda in his prædicit, tamen sine determinatione temporis. Scripsit etiam ad petitionem quorundam sacerdotum exhortatorium secularium lib. 1. ad sorores suas exhortationis lib. 1. ad monachos grisc-os lib. 1. Carmina diuersa dulci melodia composita. Ad sanctum Bernardum Clareuallensem epistolam vnam. Epistolarum quoque ad diuersos lib. 1. è quibus legi centum, triginta quinque, in quibus omnibus doctrina Catholica relucet, quæ vel fidem confirmet, vel instruat disciplinam. Vndecimus in eodem volumine epistolarum multas literas Cõradi tertij, & Frederici primi Imperatorum, multorumque Episcoporum Moguntinensis, Treuerensis, Colonien sis, Bremensis, Hierosolymitani, Bambergensis, Wormacien sis, Spirensis & aliorum pene innumerabilium, qui ex diuersis mundi regionibus fama sanctitatis eius & diuinarum reuelationum prouocati, per nuncios & epistolas orationibus eius se commendabant, & diuersarum quæstionum solutionem ab ea quærebant. Moritur autem sub Frederico Imperatore primo, Anno Domini M. CLXXX. indictione XIII. 15. Cal. octobris. Ætatis suæ anno LXXXII. sepulta in medio choriiam dicti monasterij sancti Ruperti, ante maius altare.

Wernerus abbas monasterij S. Blasij.

WERNERVS abbas monasterij sancti Blasij episcopi & martyris in nigra sylua, ordinis diui patris Benedicti, Constantien sis diœcesis, vir in diuinis Scripturis studiosus & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, ingenio subtilis & clarus eloquio, nec minus honestate morum quam scientia venerabilis. Scripsit ad ædificationem posteritatis opus celeberrimum ex dictis sanctorum patrum, super euangelijs de tempore, per anni circulum, quod prænotauit: defloration em vel excerptionem sanctorum patrum lib. 1. sermones etiam & plures & elegantes composuit, in quibus se nobiliter exercitauit. Alia quoque nonnulla edidit: quæ ad notitiam meam non venerunt.

Theodericus abbas.

THEODERICVS abbas ordinis sancti Benedicti beatæ Hildegardis quondam amator castissimus, vir tam in scripturis sanctis quam in literis secularibus exercitatus & doctus, ingenio promptus, sermone scholasticus, scripsit ad multorum ædificationem, vitam eiusdem Hildegardis sponsæ Christi lib. 4. epistolas quoque varias ad diuersos. Et quædam alia nobis incognita. Claruit temporibus Henrici VI. Anno Domini M. CC.

CÆSA-

CÆSARIVS monachus in Heisterbach, ordinis Cisterciensis in diœcesi Coloniensi, vir deuotus & regularis disciplinę amator præcipuus, atque in diuinis scripturis longo studio exercitatus. Scripsit pro ædificatione nouitiorum (quorum ex officio erat institutor) simplici & aperto sermone nonnulla opuscula, quorum lectio deuotis hominibus non est spernenda. E quibus repperi subiecta: Volumen grande dialogorum de miraculis & diuersis visionibus suo tempore in Germania factis lib. XII. Item homelias super Euangelijs Dominicalibus lib. II. in Euangelijs quoque de sanctis lib. I. sermones & multos & varios ad institutionem nouitiorum pertinentes lib. I. Cętera quæ composuisse dicitur, ad noticiam nostræ lectionis minime venerunt. Claruit sub Frederico secundo. Anno Domini millesimo CC. XX. *Cæsarius monachus in Heisterbach.*

PETRVS de vineis, Frederici Imperatoris secundi Archicancellarius, vir in secularibus literis admodum doctus & eloquens. Scripsit tam ex persona sui quam Imperatoris Epistolarum ad diuersos lib. VI. de potestate quoque imperiali li. I & quędam alia. Hic Frederici partes semper defensauit contra Romanam Ecclesiam & summũ Pontificem vicarium Christi, & sæpe in publico concilio corã Papa & præsulibus rebellionẽ sui Imperatoris tanta eloquentia perorãdo excusare conatus est, vt omnes verteret in admirationẽ. Sed tandẽ condigna mercede à Frederico remuneratus est, cum eum de sua curia expulit, & lumen illi & oculos eruit. Hoc præmium eorũ qui principibus contra obedientiã Romanæ sedis & vicarij Christi deseruiunt, & posthæc nisi pœniteat ad inferos miseri descendunt. Claruit sub eodem Frederico II. anno Domini millesimo CC. XXX. *Petrus de Vineis Friderici II. Imperatoris archicancellarius.*

IORDANVS ordinis fratrum prædicatorum, post sanctũ Dominicum magister generalis, vir in diuinis scripturis exercitatus & sufficienter eruditus, verbi Dei prædicator egregius, & non minus sanctitate quã scientia venerabilis, qui verbo & exemplo multos ad viã æquitatis conuertit. Scripsit inter cętera ingenij sui monumenta, multas & vtiles epistolas exhortatorias ad fratres, in quibus omnis spiritualis vitæ integritas conspicitur. Sermones quoque valde vtiles composuisse dicitur, de institutione quoque sui ordinis librũ scripsisse fertur. Et quædã alia nobis incognita. Claruit eodẽ tempore quo & sanctus Dominicus sub Fredetico Imperatore II. anno Domini M. CC. XX. *Iordanus ordinis prædicatorum.*

SIMON monachus cœnobij Hafligemensis ordinis diui patris nostri Benedicti, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularium literarum non ignarus, ingenio præstans, & clarus eloquio, consilium sancti legislatoris nostri Benedicti (quo maxime amare diuinas scriptur. s in monasterio præcipimur) ita conuertit in practicam, vt ei in hac vita dulcius nihil fuerit quam studio sancto insistere, & diuorum patrum opuscula semper reuoluere. Scripsit autem inter cætera: Sermones super canticis canticorum lib. I. Visionem quoque admirabilem cuiusdam conuersi, lib. I. sermones etiam & epistolas complures. Moralia quoque beati Gregorij Papæ in decem libris abbreuiauit, meliora quæque & suo proposito conuenientia excerpens. Cætera quæ scripsit, ad noticiam meam non venerunt. Ex eo tempore quo fratrum mendicantium ordines inceperunt, studium literarum in ordine nostro perijt, quod vsque in hodiernum diem vix resurgit. A temporibus enim Frederici Imperatoris primi & secundi vsque ad annum Frederici tertij vltimũ, quo ista scripsimus, per annos ferme ducentos septuaginta, rarus in ordine nostro apparuit, qui veterum exemplo sacris se literis mancipans, notabile aliquid eruditione simul & vtilitate dignum ad posteritatis ędificationem composuerit, sicut in sequentibus patet. Sed ista nihil ad rem pertinent. *Simon monachus cœnobij Hafligemensis.*

IOHANNES cognomento & patria Theutonicus, ex oppido Frigburgensi oriundus ordinis fratrum prædicatorum conuentus Argentinensis ac deinde Bossinensis episcopus in Hungaria, vir in diuinis scripturis multũ exercitatus & doctus, atq; in seculari philosophia & in iure canonico singulariter eruditus, qui propter scientiã & vitæ sanctitatem ad prædictum episcopatum assumptus fuerat, quem postea deserens, ad ordinem suum est reuersus, & post Raymundum generalis magister totius ordinis constitutus est. Scripsit quædam præclara volumina, quibus memoriam sui posteris commendauit, è quibus extat summa notabilis, de casibus quam summam confessorum appellant lib. V. super decretis quoque Gratiani primus inter nominatos doctores edidit apparatum. Cætera quæ composuit ad noticiam meam non venerunt. Claruit temporibus Frederici Imperatoris secũdi anno Domini millesimo CC. L. sepultus vero est in conuentu suo Argentinensis multis olim clarus miraculis. *Iohannes Argentinensis ac Bossinensis episcopus.*

OTTHO episcopus Frisingensis ecclesiæ in Norica prouincia quæ nunc Bauaria dicitur, & vt quidam scribunt, nepos Frederici Imperatoris primi, vir in diuinis scripturis *Otto Episc. Frisingensis.*

eruditus, & in secularibus literis non infime doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio. Scripsit quandam de gestis transacti temporis historiam, quæ à viris doctis & eruditis plurimum commendatur. Cætera si quę scripsit, ad noticiam meam nondum venerunt. Huius Otthonis episcopi Æneas Syluius qui & Pius papa secundus, in quadam oratione Franckfordiæ habita non sine laude meminit. Sed in descriptione Europæ Phrisiæ situm declarans vocabulorum similitudine abductus, Frisiensem pro Frisingensi arbitratus est. Claruit sub Frederico secundo anno Domini M.CC.LX.

Dauid ordinis fratrum minorum.

DAVID ordinis fratrum minorum, in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & non minus vita & conuersatione quam scientia venerandus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenij fuit. Scripsit ad ędificationem simplicium fratrum non spernenda opuscula, de quibus feruntur subiecta. Ad institutionē nouitiorum lib. 2. Sermones quoque varij ad populum, & quædam his similia, quorum lectio deuotis fratribus admodum vtilis iudicatur. Sepultus est in conuentu Augustensi.

Galterus episcopus Magolensis.

GALTERVS episcopus Magolensis ex insulis oppido Flandriæ oriundus, vir in diuinis scripturis longo studio exercitatus, & secularium literarum non ignarus, ingenio præstās & clarus eloquio, qui suo tēpore propter doctrinā & eruditionē magno fuit in precio. Scripsit ad petitionem præpositi & clericorū Insulensis ecclesiæ, opus limato sermone decorum, super psalterio lib. 1. Et quasdam ad diuersos (vt ferunt) non inelegantes epistolas. Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad noticiam nostræ lectionis minime venerunt.

Albertus cognomento Magnus, episcopus ecclesiæ Ratisponensis.

ALBERTVS cognomento Magnus ordinis fratrum prædicatorum, episcopus ecclesiæ Ratisponensis in Bauaria, oriundus ex Laugingen vico Sueuiæ, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in seculari philosophia nulli suo tempore secundus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, vita & conuersatione deuotus atque sanctissimus, qui diuinas literas & philosophiam Aristotelicam publice multis annis docuit, primo Parisijs, deinde apud Coloniam Agrippinam, vbi inter alios sanctum Thomam Aquinatem habuit discipulum. Ad episcopatum Ratisponensis ecclesiæ deinde assumptus, posteaquam illum aliquamdiu rexisset, deseruit, & amore studij salutaris ad cōuentum suum Coloniam reuersus est, vbi vsque ad finem vitæ suæ docendo & scribendo permansit. Scripsit autem pene infinita opuscula, de quib⁹ ferūtur subiecta. Summa Theologię notabilis lib. 4. Super sententias quoque magistri Lumbardi lib. 4. De quatuor Coæuis lib. 1. De homine lib. 1. De bono lib. 1. De vita spiritali lib. 1. Super officio Missæ lib. 1. De corpore Christi lib. 1. De eodem sermones 32. De muliere forti lib. 1. Super libris beati Dionysij Areopagitæ lib. 5. De multiplici timore lib. 1. De laudibus sanctæ Mariæ lib. 1. Defensorium pro ordinibus fratrum mendicantium lib. 1. De formatione hominis lib. 1. de partu hominis lib. 1. de origine animæ lib. 1. Super oratione Dominica lib. 1. de modo prædicandi lib. 1. de reparatione lapsi lib. 1. de adhærendo Deo lib. 1. in Penthateucum lib. 5. in Iosuæ lib. 1. in iudicum lib. 1. in Ruth lib. 1. in regum lib. 4. in paralipomenō lib. 2. in Esdram & Neemiam lib. 3. in Thobiam lib. 1. in Iudith lib. 1. in Hester quoque lib. 1. in prouerbia Salomonis lib. 1. in Ecclesiasten lib. 1. in Cantica Canticorum lib. 1. in librum Sapientiæ lib. 1. in Ecclesiasticum lib. 1. in libris Machabeorum lib. 2. in Iob. lib. 1. in Esaiam prophetam lib. 1. in Hieremiam prophetam lib. 1. in Ezechielem prophetam lib. 1. in Danielem lib. 1. in duodecim prophetas minores lib. 12. in Euangelium Matthęi lib. 1. in Euangelium Marci lib. 1. in Euangeliū Lucæ lib. 1. in Euangelium Iohannis lib. 1. in omnes epistolas Pauli lib. 14. in Apocalypsin Iohannis lib. 1. Sermones de tempore & de sanctis per anni circulum lib. 2. de animalibus lib. 20. Paradysus animæ prænotatus lib. 1. Orationes super sententias. Orationes quoque super Euangelia. de differentia Spiritus & animæ lib. 1. de diuinatione & prophetia lib. 1. Diuersarum quæstionum lib. 1. de natura locorum lib. 1. de causis elementorum lib. 1. de motibus animaliū lib. 1. de intellectu & intelligibili lib. 1. de iuuentute & senectute lib. 1. de morte & vita lib. 1. de plantis & vegetabilibus librum vnum. Summa quædā philosophiæ lib. 1. de vnitate intellectus lib. 3. Quæstiones contra Auerroistas lib. 1. de vnitate formæ li. 1. de philosophia morali lib. 16. de philosophia monastica lib. 5. de Oeconomica lib. 4. de politica lib. 8. de Arithmetica lib. 1. de Geometria lib. 1. de musica lib. 1. de astronomia lib. vnum. de astris lib. 1. de Sphæra lib. 1. Speculum astronomiæ lib. 1. de antiquis auctoribus scientiæ astronomicæ lib. 1. de mineralibus lib. 1. de natura Deorum li. 1. de secretis naturæ li. 1. de duodecim alphabetis lib. 1. de magistris eligendis lib. 1. de vniuersalibus lib. 1. de somnijs lib. 1. de prædicamentis lib. 1. de sex principijs lib. 1. de diffinitionibus li. 1. de causis li. 1. de Grammatica lib. 1. de Rhetorica lib. 1. de medicina quoque lib. 1. de lanificio lib. 1. de agricultura lib. 1. de aratura lib. 1. de nauigatione lib. 1. de metaphysica lib. 13. de perspectiua lib.

tua lib.1.de astrolabio lib.1.in omnes etiam libros Aristotelis commentatus est. Alia quoque multa scripsisse dicitur, sed in noticiam meam non venerunt. Quod vero de Necromantia accusatur in vulgo, friuolum & fictitium est, quippe quem vsque in finem vitæ religiosissime vixisse constat, nec malis artibus studium impendisse virum tam bonum & sanctum credibile videtur. Si qua miranda fecisse dicitur non maleficio sed occultis naturæ sibi tamen patentibus rebus id factum non dubito. Multa enim stupenda fieri naturaliter possunt, occultaque hominum coniecturis quibusdam subtiliter denudari, futura quoque non nulla prædici, quæ omnia ab inexpertis supra naturam iudicantur. Moritur autē Albertus iste Magnus sub Rodulpho Imperatore anno Domini millesimo cc.lxxx. indictione octaua. Ætatis suæ anno LXXX. Sepultus in conuentu suo Colonienſi, in medio chori non sine opinione sanctitatis. Et non surrexit post eum in omnibus literis, scientijs & rebus, vir tam doctus, eruditus & expertus in ordine illo.

PHILIPPVS abbas monasterij Otterburgensis ordinis Cistercienſis, vir in diuinis scripturis studiosus & longa exercitatione peritus, ingenio promptus, vita & conuersatione deuotus. Scripsit ad ædificationem legentium non spernenda opuscula, de quibus feruntur subiecta. Super cantica canticorum Salomonis lib. 1. Sermones quoque varij per circulum anni & de festis ad fratres lib. II. Epistolas etiam complures ad diuersos scripsisse perhibetur. Alia quoque nonnulla composuit, quæ ad noticiam meam non venerunt. Claruit temporibus Frederici Imperatoris secundi. Anno Domini M. cc.xx. *Philippus abbas monasterij Otterburgensis.*

GALTERVS dictus de Castellione, oriundus autem ex insulis oppido Flandriæ, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus atque in secularibus literis egregie doctus, philosophus, poeta & Theologus clarissimus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, metro valde promptus & peritus. Scripsit eleganti carmine gesta Alexandri Magni opus profecto non abijciendum, quod tantæ auctoritatis in scholis Grammaticorum antiquitus fuit, vt pro ipso veterum poetarū lectio neglecta videretur. Sed & alia multa composuit, quæ ad me non venerunt. *Galterus de Castellione.*

THOMAS de Cantiprato ordinis fratrum prædicatorum, patria Brabantinus, Alberti Magni (vt ferunt) quondam discipulus, vir certe doctissimus & tam in seculari philosophia quam in diuinis scripturis eruditissimus, ingenio præstans & clarus eloquio, non minus honestate morum quam scientia venerabilis. Scripsit non spernenda opuscula, quibus nomen suum posteritati commendauit. E quibus extat volumen omnibus Christianis non minus vtile quam iucundum de mysticis apibus, quod prænotauit, bonum vniuersale lib. 1. Aliud quoque de natura rerum volumen composuit lib. 1. Vitam cuiusdam sanctæ mulieris in Hispania, quæ vocabatur Christiana lib. 1. Scripsit etiam vitam sanctæ Lutgardis monialis lib. 1. Alia quoque multa edidit, quæ ad noticiam meam non venerunt. Sunt autem qui scribant eum Græci sermonis habuisse peritiam, & libros Aristotelis, quorum nunc vsus in scholis est, trāstulisse. Claruit Louanij habitans, temporibus Rodulphi Imperatoris Anno Domini mill. cc.lxxx. *Thomas de Cantiprato.*

GERADVS monachus sancti Quintini in insulis, vir in diuinis scripturis studiosus, & iugi exercitatione peritus, secularium quoque literarum non ignarus, ingenio promptus & clarus eloquio. Scripsit quædam non spernenda opuscula, quibus nomen suum præsentibus notificauit & posteris. E quibus in primis feruntur subiecta, Historia translationis coronæ spineæ & partis de cruce Domini à Constantinopoli in Franciam lib.1.de miraculis quoque beatæ Helisabeth gratia diuina factis post eius mortem in Thoringia lib.1. Officium & cantus de ipsius festiuitate composuit. Sermones quoque & multos & varios edidit. Sed & alia complura scripsisse dicitur, quæ ad noticiam meam non venerunt. Claruit temporibus Rodulphi Imperatoris. Anno Domini millesimo cc. LXX. *Geradus monachus S. Quintini.*

VDALRICVS de Argentina ordinis fratrum prædicatorum, Alberti Magni quondam auditor atque discipulus, vir tam in iure canonico quam in diuinis scripturis egregie doctus, ingenio promptus, sermone scholasticus. Scripsit multa præclara opuscula, quibus nomen suum cum laude transmisit ad posteros. E quibus feruntur subiecta. Super sententias lib. IIII. Summa valde notabilis lib. VI. de anima quoque lib. 1. Sermones etiam varij. Alia quoque multa composuit, quæ ad me non venerunt. Claruit sub Rodulpho Imperatore. Anno Domini millesimo cc. LXXX. *Vdalricus de Argentina.*

HEIN-

Heinricus de Gandauo archidiaconus Tornacensis.

HEINRICVS de Gandauo Archidiaconus Tornacensis, doctor Parisiensis omnium sui temporis facile doctissimus, & tam in philosophia seculari quã in diuinis scripturis valde eruditus, ingenio subtilis, & clarus eloquio, disputator quæstionum scripturarum acutissimus, qui ob ingentem eruditionis suæ gloriam doctor solennis appellari meruit. Scripsit inter multa ingenij sui opuscula. Summam insignem Theologiæ. lib. 1. Super sententias lib. 4. Quodlibetorum lib. 2. de sancta virginitate lib. 1. de pœnitentia lib. 1. Sermones quoque varios, & diuersas in sacra pagina lecturas. In Metaphysicam Aristotelis lib. 14. in libros quoque physicorum lib. 8. & in alios libros Aristotelis multos. Alia præterea multa scripsit, quæ ad manus nostras non venerunt. Moritur sub Adolpho Imperatore. Anno Domini mill. cc. xciii. indictione iii. in die apostolorum Petri & Pauli. Sepultus Tornaci in ecclesia Dei genitricis.

Emicho abbas Schonaugiensis cœnoby.

EMICHO abbas Schonaugiensis cœnobij ordinis diui patris Benedicti Treuerensis diœcesis Eckeberti supradicti abbatis quondam auditor atque discipulus, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, secularis quoq; literaturæ non ignarus, ingenio promptus, & clarus eloquio, non minus vita quam scientia insignis. Scripsit tam metro quam prosa multa præclara opuscula, de quibus tamen pauca in noticiam meam peruenerunt. Legi opusculum eius de laudibus diuæ virginis Helisabeth Schonaugiensis. Item sermones multos & varios, & quædã alia minora non inutilia. Cætera quæ composuit in manus nostras non venerunt. Claruit sub Eckeberto abbate. Anno Domini millesimo ducentesimo vel circa.

Conradus de Media Ciuitate.

CONRADVS de Media Ciuitate vulgariter Halberstat, ordinis fratrum prædicatorum, vir tam in diuinis scripturis quam in seculari philosophia nõ infime doctus, ingenio præstans & disputator egregius. Scripsit super sententias lib. 4. Summam quoq; studentiũ lib. 3. de triuio lib. 1. Lecturam notabilem in librum sancti abb. lib. 1. Sermones etiam multos & varios lib. 1. Alia quoque multa scripsisse dicitur, quæ ad me non venerunt. In multos namque Bibliorum libros lecturas & explicationes fecisse dicitur. Denique ipse concordantias noui & veteris testamenti per ordinem alphabeti primus ordinasse fertur.

Nicolaus de Bybera.

NICOLAVS de Bybera gymnasij Erffordensis magister in scripturis secularibus nobiliter doctus & diuinarum scripturarum non ignarus, ingenio promptus & clarus eloquio, metro exercitatus & prosa. Scripsit gemino stylo non spernenda volumina, quibus memoriam sui posteris commendauit. E quibus ego tantum repperi: opus carmine & prosa mixtũ, de cauendo malo, quod prænotauit occultum lib. 1. Epistolarum quoque ad diuersos lib. 1. & diuersa carmina. Cætera quæ composuit, ad noticiam meam non venerunt. Claruit sub Rodulpho Imperatore. Anno Domini millesimo cc. nonagesimoque.

Hugo de Argentina Doctor Parisiensis.

HVGO de Argentina ordinis fratrum prædicatorum doctor Parisiensis, in scripturis sanctis studiosus & eruditus, atque in seculari philosophia egregie doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio. Scripsit inter alia ingenij sui exercitia. Super sententias lib. 4. Compendium quoque Theologicæ veritatis, opus non abijciendum lib. 6. Sermones etiam multos. Quodlibeta, quæstiones, disputationes, & varias in diuinis libris explanationes, atq; alia non pauca scripsisse dicitur, quæ ad noticiam nostram minime venerunt.

Gerardus lector conuentus Leodiensis.

GERARDVS eiusdem ordinis fratrum prædicatorum lector conuentus Leodiensis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & in sermonibus faciendis ad populum declamator egregius, ingenio promptus, sermone scholasticus. Scripsit inter cætera valde vtilẽ tractatum de deuotis personis, quem prænotauit de doctrina cordis, docens septem dispositiones circa cor faciendas, multaq; ad ædificationem pertinentia hinc inde de scripturis diuinis sagaciter colligens. Item sermones (vt ferunt) de tempore & de sanctis valde notabiles lib. 2. Sed & alia complura scripsisse dicitur, quę ad noticiam nostræ lectionis adhuc minime venerunt.

Alanus de Insulis Magister Parisiensis.

ALANVS de Insulis magister Parisiensis, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis nulli suo tempore secundus, Theologus insignis, philosophus clarus, & poeta celeberrimus, qui Ecclesiasticæ scholæ Parisijs multo tempore præfuit, vbi in omni scientia diuina pariter & humana, clarus effulsit, adeo vt nomen doctoris vniuersalis nanciscì meruerit. Scripsit metro & prosa pene infinita opuscula, de quibus ad meã noticiam non omnia sed pauca peruenerunt: super sententias lib. 4. Quodlibet lib. 1. Ad abbatem sancti Ægidij, de vocabulis sacræ scripturæ opus non paruum, quod prænotauit, Oculum sacræ scripturæ lib. 1. de doctrina quoq; lib. 1. in quinque libros Moysi lib. totidem. In Cantica Canticorum lib. 1. de pœnitentia ad patriarcham Byturicensem lib. 4. de æquiuocis

mysticis

mysticis lib.1. de sex alis Cherubin lib.1. de planctu naturæ lib. 1. Summam virtutum & vitiorum lib.1. de parabolis lib.1. de arte prædicandi lib.1. Anticlaudianum lib.1. de maximis Theologiæ lib.1. de naturis animalium lib.1. Sermones quoque multos & epistolas ad diuersos varias scripsisse dicitur, quæ si omnes reperiri possint nescio: Denique in multos Bibliorum libros commẽtarios & lecturas elegantes composuisse fertur, præcipue in prophetas, Euangelium & Apostolum, sed nihil eorum in manus nostras memini peruenisse. Claruit sub Alberto Imperatore. Anno Domini mill.ccc.

Wilhelmus monachus Hafligemensis.

WILHELMVS monachus Haffligemensis ordinis sancti Benedicti, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, secularium que literarum non ignarus, carmine valens & prosa, edidit vtroque genere stylo videlicet alterno non spernenda opuscula, quibus memoriam sui posteris commendauit: Sermones non inutiles ad populum & fratres lib. 1. Vitam quoque sanctæ Lutgardis lib.1. Visiones etiam cuiusdam sanctimonialis lib.1. Alia quoq; multa edidit quæ ad noticiam meam non venerunt.

Heinricus de Bruxellis monachus cœnobij Hafligemensis.

HEINRICVS de Bruxellis monachus eiusdem cœnobij Hafligemensis ordinis sancti patris nostri Benedicti, in scripturis sanctis longa exercitatione peritus, & secularis litteraturę non ignarus, Philosophus & Computista egregius, ingenio subtilis & clarus eloquio. Scripsit de ratione computi lib.1. Item Calendarium de incensionibus lib.1. de astrolabio quoq; lib.1. Alia insuper multa scripsisse dicitur, quæ ad noticiam nostræ lectionis adhuc minime venerunt.

Eckardus ordinis prædicatorum.

ECKARDVS ordinis (vt quidam volunt) prædicatorum, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in seculari philosophia nulli suo tempore secundus, ingenio subtilis & clarus eloquio, verbi diuini prædicator diligẽtissimus. Scripsit multa subtilia volumina, quibus memoriam sui posteris commendauit, è quibus repperi subiecta: Super sententias lib. IIII. in Genesim lib.1. in Exodum lib.1. in librum sapientiæ lib. 1. in Cantica Canticorum lib 1. in Euangelium Iohannis lib.1. Super oratione Dominica lib. 1. Positionum suarum defensionem lib.1. Sermones de tempore lib.1. Sermones de sanctis lib.1. Collationes in capitulis prædicatorum & alias habitas & varias. Cætera quę composuit, ad noticiã nostrę lectionis non venerunt. De quibusdã dictis suis reprobatis, in libro de scriptoribus ecclesiasticis fecimus mentionem. Claruit suo tempore in Austria maxime, vbi prædicando, docendo & scribendo in magna opinione populi est habitus.

Petrus de Saxonia.

PETRVS de Saxonia ordinis fratrum minorum, in scripturis sanctis studiosus & eruditus, & iuris canonici non ignarus, sermone scholasticus, in declamandis ad populum sermonibus excellentis industriæ vir. Scripsit summam de casibus prædicatoribus & confessoribus non inutilem, quæ suo tempore maximo in precio fuit. Item sermones de tempore & de sanctis lib. II. Alia nonnulla scripsisse dicitur, sed ad manus nostras non venerunt.

Conradus de Saxonia.

CONRADVS de Saxonia eiusdem ordinis fratrum minorum, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, atque secularibus literis sufficienter doctus, in declamandis ad populum sermonibus excellentis ingenij. Scripsit super sententias lib. IIII. Super orationę Dominica lib.1. Super salutatione angelica lib.1. Sermones de tempore li. 1. Sermones per quadragesimam lib.1. Sermones de sanctis lib.1. Denique in multos Bibliorum libros lecturas & commentarios elegantes feciſſe dicitur & alia compsura scripsisse, quæ ad noticiam meam non venerunt.

Sibertus de Beka.

SIBERTVS de Beka patria Gelrensis ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, Prior prouincialis Alemaniæ inferioris, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & tam in iure canonico quam in philosophia seculari egregie doctus, ingenio subtilis, eloquio scholasticus, vita & conuersatione deuotus. Scripsit super sententias lib. IIII. de censuris noui iuris summam notabilem lib. 1. in regulam ordinis sui lib.1. Sermones quoque & multos & varios. Ordinarium suæ religionis sagaci intentione correxit. Sed & alia complura scripsisse dicitur, quæ ad noticiam meam non venerunt. Claruit in conuentu Colonienſi temporibus Ludouici Bauari, Imperatoris quarti: & Iohannis papę XXII. Anno Domini mill.ccc.xx.

Iohannes de Blomendal.

IOHANNES de Blomendal ordinis fratrum minorum, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, ingenio præstans & clarus eloquio, in declamandis ad populum sermonibus doctor egregius fuit. Scripsit inter cætera sermones elegantes de tempore li.1. Sermones quoque per quadragesimam li. 1. Sermones etiã de sanctis per anni circulũ li.1. Alia quoq; nonnulla scripsisse dicitur, quę

ad noticiam meam non venerunt. Claruit sub Ludouico Bauaro Imperatore quarto, & Iohanne papa XXII. anno Domini mill. ccc. xxx.

Iohannes Danckonius de Saxonia.

IOHANNES Danckonis de Saxonia, vir vndecunque doctissimus, philosophus & astronomus omnium sui temporis eruditissimus, ingenio & eloquio clarus, astrorum scientiam Gallos Parisienses multo tempore docuit, apud quos in maximo honore habitus fuit. Scripsit quædam præclara opuscula, de quibus ego tantum repperi subiecta. Canones primi mobilis. li. I. Tabulas eiusdem lib. I. de astrolabio plano lib. I. de incensionibus quoque lib. I de Eclypsibus lib. I. de veritate & vtilitate scientiæ astronomicæ lib. I. Cætera quę composuit, ad noticiam nostræ lectionis minime venerunt. Claruit temporibus Ludouici Imperatoris quarti & Iohannis XXII. anno Domini mill. ccc. xxx.

Petrus de Lutra, monachus cœnobij Lutrensis.

PETRVS de Lutra monachus ordinis Præmonstratensis cœnobij Lutrensis, vir in diuinis scripturis eruditus & secularis literaturæ non ignarus, philosophus & iurista clarissimus, ingenio subtilis, eloquio scholasticus. Scripsit multa præclara volumina, quibus memoriam sui posteris commendauit. E quibus extant subiecta. Super sententias lib. IIII. in Euangelium Iohannis lib. I. Ad Baldeuinum Archiepiscopum de prærogatiuis Ecclesię Treuerensis lib. I. septenarius candelabrorum de summi Pontificis eminentia lib. III. Cōtra fratrem Michaelem ordinis minorum quondam generalē, & sibi adhærentes qui summum Pontificem impugnabant lib. I. de formula nuptiarum lib. I. ad Cardinalem Columnensem de columnis mysticis lib. I. de sacramento altaris lib. I. Epistolarum ad diuersos lib. I. sermones quoque varij de tempore & de sanctis per anni circulum lib. II. alia quoq; multa edidit, quæ ad noticiam nostræ lectionis adhuc minime venerunt. Claruit temporibus Ludouici Bauari Imperatoris, & Iohannis papæ XXII. anno Domini mill. CCC. XXX.

Lupoldus de Bebenburg episcopus Bambergensis.

LVPOLDVS de Bebenburg episcopus Bambergensis Iohannis Andreæ Bononiensis quondam auditor atque discipulus, Iureconsultus omnium laude celeberrimus, & tam in diuinis scripturis quam in secularibus literis egregie doctus, ingenio cautus & promptus eloquio, scripsit quædam magnæ eruditionis opuscula quibus nomen suum immortalitati consecrauit. Volumen insigne de zelo & feruore principum & nobilium Germanorum pro fide catholica & Romanæ sedis honore atque præsulibus lib. I. Item de iuribus Romani imperij lib. I. Epistolas etiam multas ad diuersos eleganter composuit. Sed & alia nonnulla scripsisse dicitur, quæ ad manus nostras non venerunt. Claruit sub Ludouico Imperatore quarto. Et Benedicto papa XII. anno Domini mill. ccc. XL.

Conradus de monte puellarum Canonicus ecclesiæ Ratisponensis.

CONRADVS de monte puellarum canonicus Ecclesiæ Ratisponensis in Bauaria, vir in diuinis scripturis eruditus, & in seculari philosophia doctissimus, ingenio subtilis & eloquio disertus, in gymnasio Erffordensi artium liberalium rudimenta primum didicit, ac deinde ad Gallos se conferens, sacris literis operam dedit, & Parisijs in doctorem sublimatus, multos in scientia salutari per octennium cum gloria informauit. Scripsit inter cætera ingenij sui opuscula. Super sententias lib. IIII. Ad Lupoldum quoque supradictum episcopum Bambergensem œconomicam valde insignem lib. III. ad Ducem Austriæ monosticam lib. I. Politicam quoque lib. I. disputationes & quæstiones varias Parisijs determinauit. Sed & alia multa edidit, quæ ad noticiam nostræ lectionis adhuc minime venerunt. Claruit sub Ludouico Bauaro Imperatore quarto. Anno Domini millesimo CCC. XL.

Heinricus de Primatia.

HEINRICVS de Vrimaria ordinis fratrum Heremitarum sancti Augustini, vir in scripturis sanctis à pueritia studiosissimus & multum eruditus: atque in philosophia Peripatheticorum nulli suo tempore apud Parisienses secundus, quippe qui cathedram doctoratus ascendens multis annis Theologiam & philosophiam in eodem gymnasio publice docuit. Scripsit ad ædificationem legentium non pauca volumina, de quibus feruntur subiecta. Super sententias lib. IIII. Quæstiones quodlibetariæ Parisijs disputatæ lib. I. de decem præceptis lib. I. Epitoma collationum sanctorum patrum Iohannis Cassiani lib. XXIIII. de perfectione hominis lib. I. de incarnatione Verbi lib. I. de instinctibus liber vnus qui à nonnullis Henrico de Hassia ascribitur. De exemptione lib. I. Expositio decretalis de celebratione Missarum lib. I. sermones de tempore & de sanctis lib. II. in multos quoque bibliorum & philosophiæ Aristotelicæ libros commentarios scripsisse dicitur, aliosque diuersos composuisse tractatus, qui in manus nostras minime venerunt. Claruit sub Ludouico Imperatore quarto. Anno Domini millesimo CCC. XL.

Ludolphus de Saxonia.

LVDOLPHVS de Saxonia monachus Carthusiensis domus Argentinensis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularium literarum non ignarus, ingenio mitis, ser-

tis,sermone dulcis atque compositus,non minus vita quam scientia reuerendus. Scripsit quædam magnæ deuotionis & eruditionis opuscula, quibus nomen suum ad noticiam posteritatis cum gloria transmisit. E quibus ego tantum repperi subiecta. Volumen magnum & insigne opus,de vita & doctrina Domini nostri Iesu Christi,quod ex Euangelio trahens,prænotauit : Vitā Iesu lib.II.item super toto Psalterio celeberrimū opus lib.I.Alia quoq; nonnulla scripsisse dicitur,sed in manus nostras non venerunt. Claruit sub Ludouico Imperatore quarto,anno Domini mill.ccc.xxx.

Simon de Spira.

SIMON de Spira ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis, de monte Carmeli Prior prouincialis Alemaniæ,& cuiusdam Ecclesiæ Episcopus, doctor Parisiensis,vir in diuinis scripturis eruditissimus & in philosophia seculari egregie doctus, ingenio subtilis, sermone scholasticus,qui in gymnasio Colonienſi Theologiam multo tempore gloriose docuit & magnam eruditionis suæ gloriam acquisiuit.Scripsit super sententias lib. IIII. Contra Iudæos lib.I.Postillas quoq; varias scripturarū quas Coloniæ legit. Sermones etiam non abijciendos lib.I.Alia quoq; nonnulla edidit,quæ necdum videre potui. Moritur Coloniæ in suo conuentu sepultus,anno Domini mill.ccc.xl.indictione octaua,octauo Idus Ianuarij sub Benedicto papa duodecimo.

Iohannes de Saxonia.

IOHANNES de Saxonia ordinis fratrum minorum,in scripturis sanctis studiosus & eruditus,& tam in iure canonico quam in philosophia peripathetica egregie doctus, atq; in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenij vir. Scripsit nonnulla præclara volumina,quibus nomen suum ad noticiam posteritatis memoriæ commendauit, è quibus extat notabilis summa de casibus conscientiæ confessionum auditoribus nō inutilis lib.I.sermones quoq; de tempore & de sanctis lib.II. sed & alia quædam nobis incognita.Claruit sub Ludouico Bauaro anno Domini mill.ccc.xl.

Iohannes Eligerus de Gondersleuen.

IOHANNES Eligerus de Gondersleuen (domini Iohannis de Saxonia clarissimi astronomi quondam auditor)vir in secularibus literis eruditissimus,philosophus & astronomus inter omnes suo tempore celeberrimus,atque in diuinis scripturis non mediocriter doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio. Scripsit in Astronomia non spernenda volumina,quibus memoriam sui posteris commendauit,è quibus subiecta feruntur. De compositione astrolabij lib.I.de vtilitate astrolabij lib.I.de vtilitate quadrantis li.I.de magnete quoque lib.II.de astrogemetro lib. I. Et quædam alia nobis incognita. Claruit temporibus Caroli Imperatoris quarti, & Clementis papæ sexti, anno Domini millesimo ccc.l.

Iohannes de Beka clericus Traiectensis.

IOHANNES de Beka clericus Traiectensis Ecclesiæ,vir in scripturis sanctis eruditus & secularium literarum non ignarus. Edidit quædam ingenij sui non spernenda opuscula,de quibus ego vidi tantum volumen aperto sermone compositum ad dominum Iohannem Episcopum Traiectensis Ecclesiæ,& Wilhelmum Ducem Hollandiæ de gestis pontificum Traiectensium & comitum ducumq; Hollandinorum incipiens à tempore sancti Willibrordi primi Episcopi vsq; ad annū Domini mill.ccc.xlvi.de cæteris nihil vidi. Claruit temporibus Ludouici Bauari & Caroli quarti Imperatorum, anno Domini mill.ccc.xlviii.

Thomas de Argentina.

THOMAS de Argentina ordinis fratrum Heremitarum sancti Augustini,post Gregorium Ariminensem,totius ordinis Prior generalis,vir in scripturis sanctis doctissimus, & secularis philosophiæ interpres præclarus,vita & conuersatione insignis,quippe qui ordinem suum verbo & exemplo strenue gubernauit. Scripsit in diuinis scripturis quædam præclara volumina,quibus nomen suum ad noticiam posteritatis cum gloria transmisit. E quibus extat opus celeberrimum super sententias Petri Lombardi li.IIII.Constitutiones ordinis lib.I.sermones quoq; varij ad populum lib. II. Sed & quædam alia scripsisse dicitur,quę ad noticiam meam non venerunt.Claruit temporibus Caroli Imperatoris quarti,anno Domini mill.ccc.l.

Heinricus Dolendorp,

HEINRICVS Dolendorp, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli,Prior prouincialis inferioris Alemaniæ,vir doctus & eruditus,declamatorque sermonum celeberrimus, ingenio præstans & clarus eloquio: atque in enodandis quæstionibus scripturarum disputator acerrimus. Scripsit inter cætera ingenij sui opuscula, notabilem lecturam super sententias lib. IIII. Sermones quoq; & multos & elegantes ad populum lib.II.Alia quoque nonnulla edidit,quorum ad me noticia non peruenit. Moritur in conuentu suo Colonienſi sepultus,anno Domini mill.ccc.lxvi.indictione tertia,quarto Idus Februarij sub Carolo Imperatore quarto.

Henricus de Erffordia.

HEINRICVS de Erffordia, in scripturis sanctis studiosus & eruditus, atque in secu-

laribus literis egregie doctus, philosophus, iurista, Theologus & Chronographus celeberrimus, ingenio subtilis & clarus eloquio. Scripsit non spernendæ auctoritatis opuscula, quibus memoriam sui posteris commendauit, è quibus subiecta feruntur. Opus insigne historiarum de memorabilibus factis lib. I. Summa quoque notabilis de casibus conscientię lib. I. Sermones multi, & alij diuersi tractatus, ex quibus eum religiosum fuisse cõijcimus, quanquam ordinis sui differentiam ignoremus. Claruit sub Carolo quarto, anno Domini mill. ccc. L.

Iohannes de Erffordia. IOHANNES de Erffordia ordinis fratrum minorum, doctor in diuinis scripturis illuminatus, & secularium literarum nõ ignarus, philosophus & iuris vtriusque interpres doctissimus, ingenio subtilis & promptus eloquio. Scripsit magnæ vtilitatis plura volumina, quibus nomen suum ad noticiam posteritatis cum gloria transmisit. E quibus tamen pauca in manus nostras peruenerunt. Tabula iuris lib. I. Summa quoque de casibus cõscientiæ auditoribus confessionum non inutilis lib. II. Sermones populares non inelegantes de tempore & de sanctis lib. II. Cætera vero quæ composuit, ad manus nostras non venerunt.

Thilmannus de Aquisgrani. THILMANNVS de Aquisgrani, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, post Heinricum de Dolendorp Prior prouincialis inferioris Alemaniæ, diuinarum scripturarum doctor insignis, primum Parisijs deinde Coloniæ Theologicæ scholæ præsidens tum docendo tum scribendo magnam eruditionis suæ gloriam acquisiuit. Scripsit inter cætera ingenij sui opera, super sententias lib. IIII. in Euangelium quoque Matthæi lecturam notabilem, quam Coloniæ in conuentu suo publice legit lib. I. Quæstiones etiam varias disputauit. Sermones quoque multos & elegantes composuit. Et alia quædam nobis incognita. Claruit sub Carolo quarto, anno Domini millesimo ccc. LX.

Iacobus de Altauilla abbas Ebersbacensis. IACOBVS de Altauilla patria Rinckaugiensis, Abbas monasterij Eberbacẽsis quintusdecimus, ordinis Cistercienſis (quod in descensu Rheni duobus ferme millibus à Moguntia distat) vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus & secularium literarum non ignarus, gymnasij Parisiensis decus & doctor insignis, scripsit super sententias notabile opus lib. IIII. Sed & quæstiones varias Parisijs disputatas lib. I. sermones quoque multos ad fratres, qui partim habentur, partim vero ex incuria subtracti sunt. Epistolas etiam elegantes ad diuersos edidit, & alia nobis incognita. Claruit sub Carolo Imperatore quarto, anno Domini mill. ccc. LX.

Iohannes de Ymenhusen. IOHANNES de Ymenhusen doctor Parisiensis, in scripturis sanctis studiosus & eruditus, atque in seculari philosophia egregie doctus, ingenio subtilis, eloquio scholasticus, disputator acutus. Scripsit inter cætera, super sententias insigne volumen lib. IIII. sermones quoque & varias quæstiones scripturarum. Denique in quosdam Bibliorũ libros commentarios elegantes feciſſe dicitur, & alia multa scripsisse, sed in manus nostras nihil eorum memini peruenisse. Claruit sub Carolo quarto, anno Domini millesimo ccc. LX.

Iohannes de Tambacho. IOHANNES de Tambacho, ordinis fratrum prædicatorum, vir in diuinis scripturis multũ exercitatus & doctus, secularis quoque philosophiæ non ignarus, ingenio præstans & sermone scholastico nitore compositus. Edidit quædam non spernenda volumina quibus nomen suum posteris notificauit, è quibus ferunt subiecta: Opus grande & non abijciendum contra sæuientis fortunæ iacula, non minus vtile quam iucundum, quod prænotauit. Consolationem Theologiæ lib. XV. de sensibilibus delitijs paradisi lib. I. sermones quoq; de tempore & de sanctis lib. II. & quædam alia. Claruit sub Carolo quarto, anno Domini mill. ccc. LX.

Iohannes de Hildesheim. IOHANNES de Hildenshem ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis, de monte Carmeli, Baccalaurius sacræ Theologiæ, lector & prior Casselensis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & in secularibus literis omnium opinione suo tempore doctissimus, Theologus, Rhetor, Philosophus, poetaque celeberrimus, in declamandis homelijs ad populum excellentis ingenij fuit. Scripsit autem multa præclara volumina: quibus nomen suum posteris commendauit, è quibus extant subiecta. Super sententias lib. IIII. Ad Florentium Episcopum monasterienſem, de translatione trium regum lib. I. Chronica quoque temporum lib. I. Defensorium ordinum mendicantium contra Richardum archiepiscopum Ardinachanũ lib. I. Opus metricum de monstris in ecclesia lib. I. Opus q̃ prænotatur, fons vitę lib. I. de Antichristo li. I. Contra Iudęos li. I. in quẽdam turpia pingentẽ li. I. sermones de tempore & de sanctis li. I. epistolarũ ad diuersos nu. LXXX.

lib. Epigrammatum lib. I. Alia quoque multa edidit, quę ad noticiam meam non venerunt. Hic Iohannes beati Petri Thomæ patriarchæ Constantinopolitani, generalis magistri antea, in Auinione quondam residentis auditor & familiaris amicus fuit. Claruit sub Carolo quarto. Anno Domini mill. ccc. lx.

Albertus de Rickmersdorp.

Albertvs de Rickmersdorp patria Saxo, Episcopus Halberstatensis tricesimus primus in ordine, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, doctor Parisiensis. Scripsit multa præclara volumina, quibus memoriam sui posteris commendauit, è quibus ista feruntur: super sententias lib. IIII. in multos Aristotelis libros commentarios edidit. Variasque in scripturis sanctis enucleauit quæstiones. Sed & alia multa composuit, quę ad noticiam meam non venerunt. Recepit autem Episcopatum præfatæ Ecclesiæ Halberstatensis ab Vrbano papa quinto. Anno Domini millesimo ccc. lxv. indictione tertia, & præfuit annis quatuor & viginti. Sepultus in maiori sua Ecclesia Halberstatensi.

Matthæus de Cracouia doctor.

Matthævs de Cracouia, doctor Pragensis Episcopus Wormaciensis, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in seculari philosophia egregie doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio, qui propter inæstimabilem doctrinam primum Pragæ deinde Parisijs Theologicæ scholæ præsidens constitutus, magnam legendo scribendoque gloriam inter doctores obtinuit. Scripsit multa præclara opuscula, de quibus tamen pauca ad manus nostras memini peruenisse. Super sententias lib. IIII. Ad Heinricum Episcopum Wormaciensem pulchrum volumen de prædestinatione, & quod Deus omnia bene fecerit, cuius interlocutores sunt pater & filius, quod prænotauit rationale diuinorum operum lib. VII. de contractibus lib. I. de celebratione frequentanda vel intermittenda, dialogum cõscientiæ & ratiocinationis lib. I. Ad episcopum Wormaciensem lib. I. Epistolarum ad diuersos lib. I. sermones quoque varios. Cætera quæ composuit ad noticiã meam nõ venerunt. Moritur anno Domini, mill. ccc. IX. die quinta Martij Wormaciæ sepultus.

Iohannes Dencock.

Iohannes Dencock, ordinis fratrum Heremitarum sancti Augustini ex Saxonia oriundus, doctor Pragensis, in scripturis sanctis doctissimus & secularium literarum non ignarus, ingenio subtilis & disertus eloquio. Scripsit quædam præclara opuscula, quibus nomen suum posteris cõmendauit, è quibus subiecta feruntur. Super sententias lib. IIII. Quæstiones variarum positionum Pragæ disputatæ lib. I. sermones quoque de tempore & de sanctis lib. II. Epistolarum ad diuersos lib. I. Cætera quæ composuit, ad noticiam meam non venerunt. Claruit sub Carolo Imperatore quarto, anno Domini millesimo ccc. lx.

Iohannes Fust.

Iohannes Fust, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, primum lector conuentus Crutzenacensis in Comitatu Spanhemensi ac deinde Prior Argentinẽsis, vir in diuinis scripturis eruditus & secularis philosophię nõ ignarus, ingenio subtilis, eloquio scholasticus, vita & conuersatione deuotus, maximus & mirandus declamator sermonum popularium. Scripsit inter cætera ingenij sui monimenta. Quæstiones sententiarum lib. I. sermones quoque de tempore & de sanctis lib. IIII. item sermones feriales per totam quadragesimam lib. II. Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad noticiam meam non venerunt. Claruit in conuentu suo Crutzennacensi, vbi chlamydem Eliæ primum induit, sub Carolo Imperatore quarto. Anno Domini millesimo ccc. lxx.

Gerardus Groyt dictus alias Magnus.

Gerardvs Groyt dictus alias Magnus, Dauantrienſis, vir tam in diuinis quam in humanis scripturis & maxime in iure canonico doctissimus, ingenio subtilis, eloquio scholasticus, vita & conuersatione deuotus. Scripsit non spernendæ lectionis complura opuscula, quibus nomen suum ad posteros cum gloria transmisit, è quibus ista feruntur: de contractibus & vsuris lib. I. de institutione nouitiorum lib. I. de locatione curę pastoralis lib. I. de conuersatione interna lib. I. de regimine monialium li. I. de incõmoditatibus matrimonij lib. I. Epistolarum quoq; ad diuersos lib. I. sermones etiã varios & insuper multa edidit, quæ ad noticiam nostræ lectionis nõ venerunt. Moritur sub Wenceslao Imperatore. Anno Domini millesimo ccc. lxxxiiii. indictione septima,

Conradus de Altzeya.

Conradvs de Altzeya oppido ducis Palatini comitis, in diœcesi Moguntina, tribus à Wormacia miliaribus sito, vir in diuinis scripturis eruditus, & in secularibus literis egregie doctus, philosophus & poeta celeberrimus, ingenio subtilis & clarus eloquio, metro exercitatus & prosa. Scripsit in vtroq; genere quædam non abijcienda volumina, quibus primum apud Pragenses ac deinde in Erffordia magnam eruditionis laudem obtinuit, sed pauca eorum ad noticiam meam peruenerunt, legi enim tan-

tum opusculum quod carmine & rythmis eleganter composuit de purissima virgine Dei genetrice Maria, prænotatum liber figurarum lib. 1. Scripsit etiam ad diuersos multas elegantes epistolas, carmina quoque diuersi generis multa lib. 1. Et alia complura. Claruit sub Carolo quarto, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo.

Bertrammus episcopus Thefelicensis.

BERTRAMMVS episcopus Thefelicensis ordinis fratrum prædicatorum conuentus Confluentini, & Episcopi Metensis in pontificalibus vicarius, vir in diuinis scripturis eruditus & inter doctores sui temporis famosissimus, ingenio præstans & clarus eloquio, declamator quoque sermonum egregius. Scripsit super sententias lib. IIII. Item ad Cunonem Archiepiscopum Treuerensem de illusionibus dæmonum lib. 1. Ad eundem de schismate lib. 1. Sermones quoque varios ad populum & ad clerum, alia insuper multa edidit, quæ ad manus nostras non venerunt. Moritur sub Wenceslao Imperatore, anno Domini millesimo CCC. LXXXVII. XIII. Calend. Februarij, indictione X. Sepultus in Confluentia Treuerensis diœcesis in conuentu suo prædicatorum, vbi aliquando ordine susceptO Prior fuit.

Heinricus de Kalkar Carthus.

HEINRICVS de Kalkar monachus ordinis Cartusiensis & Prior domus sanctæ Barbaræ in Colonia Agrippina, vir in diuinis scripturis illuminatum habens intellectum, ingenio præstans & dulcis eloquio, vita quoque & conuersatione deuotus. Edidit non spernendæ lectionis opuscula, quorum vsus deuotis fratribus non inutilis iudicatur. E quibus ista feruntur. Exercitatorium monachale lib 1. Loquagium de Rhetorica lib. 1. Cantuagium de musica lib. 1. de ortu & processu ordinis Carthusiensis lib. 1. Sermones quoque ad fratres non spernendos composuit, & quædam alia ad purgationem conscientiarum maxime pertinentia. Claruit temporibus Wenceslai Imperatoris, anno Domini mill. CCC. XC.

Iohannes Rusbrok.

IOHANNES Rusbrock ordinis canonicorum regularium, prior monasterij viridis vallis in Brabantia, vir studiosus & deuotus. Scripsit inter cætera ingenij sui opera. De ornatu spiritalium nuptiarum lib. III. De profectu religiosorum lib. 1. Sermones quoque multos ad fratres, Epistolas etiam plures ad diuersos lib. 1. Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad manus nostras non venerunt. Huius viri scripta in tertio libro de ornatu spiritualium nuptiarũ, caute legenda sunt, sicut nos admonet Iohannes Gerson Cancellarius Parisiensis in libro à se de hoc edito. Claruit sub Wenceslao Imperatore non sine opinione sanctitatis, anno Domini mill. CCC. XC.

Conradus monachus.

CONRADVS monachus cœnobij fontis salutis in Sueuia, ordinis Cisterciensis, vir in diuinis scripturis studiosissimus, & in secularibus literis non mediocriter doctus, ingenio clarus & apertus eloquio. Scripsit super sentẽtias lib. IIII. Sermones quoq; de tempore li. 2. sermones de sanctis li. 2. sed & alia nonnulla edidit, quę ad manus nostras nõ venerũt. Huius viri sermones vulgo sermones succi appellantur eo q̃ ex succis & medullis scripturarũ sagaci studio extracti sunt. Sunt tamen qui fingant huius vocabuli rationẽ ex calcamentis sumpsisse originẽ, eo q̃ scedulas botis inclusas pro sermonibus componendis ad chorum & alia loca secum portauerit. Claruisse perhibetur temporibus Wenceslai Imperatoris, anno Domini mill. CCC. XC.

Iohannes de Schonhouen.

IOHANNES de Schonhouen ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, Prior conuentus Mechlinienſis, vir in scripturis sanctis studiosus & eruditus, & secularium literarum non ignarus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenij. Scripsit ad vtilitatem simplicium prædicatorum non abijcienda volumina, quibus memoriã sui posteris cõmendauit, Opus insigne de vitijs & virtutibus omniq; materia prædicabili secundum ordinem alphabeti in duobus voluminibus, quod Græco vocabulo prænotauit Polypodion lib. II. Sermones quoque non inelegantes per anni circulum de tempore & sanctis lib. II. Sed & alia complura scripsisse dicitur, quę ad noticiam meam non venerunt.

Conradus de Zutphania.

CONRADVS de Zutphania patria Gelrensis, ordinis Canonicorum regularium cœnobij Windeshemensis Traiectensis diœcesis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & non minus conuersatione quam scientia venerabilis, ingenio subtilis & clarus eloquio. Scripsit ad eruditionem simplicium fratrum multa prę clara volumina, de quibus tamen pauca ad noticiam nostræ lectionis peruenerunt, repperi enim duntaxat subiecta. De spiritualibus ascensionibus, deuotis viris valde vtilem tractatum lib. 1. De reformatione quoque hominis interioris non abijciendum opus lib. 1. sermones etiam & multos & elegantes cõposuisse dicitur, quorũ lectio religiosis necessaria iudicatur. Cętera

quæ

quæ scripsit etsi multa sunt, tamen in manus nostras minime peruenerunt. Claruit sub Wenceslao Imperatore, Anno Domini millesimo cccc.

Wilhelmus de Oppenbach Doctor Parisiensis.

WILHELMVS de Oppenbach doctor Parisiensis in scripturis sanctis eruditissimus, & in seculari philosophia egregie doctus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, in declamandis ad populum sermonibus satis idoneus. Scripsit super sententias lib. IIII. Quæstiones quoque varias quas Parisijs & Coloniæ disputauit lib. 1. Sermones ad populum & Collationes varias ad clerum. Sed & alia nonnulla edidit, quæ ad noticiam meam non venerunt. Constat eum religiosum fuisse, sed cuius ordinis fuerit nondum sufficienter potui inuenire.

Gerardus de Zutphania.

GERARDVS de Zutphania alius à primo, gymnasij Colonien sis decus ac sacræ Theologiæ Baccalaureus formatus, vir doct⁹ & valde venerabilis, ingenio subtilis & disputator quæstionum difficilium acutissimus. Scripsit quæstiones sententiarum notabiles lib. IIII. Quæstiones etiam quodlibetarias ordinauit, in quibus multa pro eruditione discipulorum determinat. Alia quoque nonnulla edidit: quæ ad me non venerunt. Claruit circa tempora Wenceslai & Ruperti Bauari Imperatorum, Anno Domini millesimo cccc.

Iohannes de Witlich.

IOHANNES de Witlich oppidulo, Treuerensis diœcesis (quod quatuor ferme miliaribus ab vrbe Treuerorum distat) vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, atque in seculari philosophia non mediocriter doctus, ingenio promptus, sermone scholasticus, qui in gymnasio Colonien si sacras literas aliquand u publice docuit. Scripsit super sententias lib. IIII. in epistolas quoque beati Pauli Apostoli notabilem lectura m edidit, quam Coloniæ multis auditoribus publice recitauit. Alia quoque nonnulla scripsisse dicitur, quæ ad noticiam meam non venerunt. Claruit sub Wenceslao Imperatore anno Domini mill. cccc.

Heinricus de Langenstein.

HEINRICVS de Langenstein dictus de Hassia, vir in d uinis scripturis eruditissimus & in secularibus literis egregie doctus, ingenio præstans, sermone scholasticus, abundans & diffusus, quippe qui multis annis in lectura Geneseos consumptis, vix ad quartum capitulum libri peruenit, ac totidem volumina compleuit. Fuit enim ad omnia resolutus & in dicendo scribendoque copiosus, adeo vt apud eum maioris difficultatis fuerit, memoria digna sponte occurrentia repellere, quam noua quæ dicerentur inuenire. Hunc quemadmodum ex quadam eius epistola repperi, Wormacien sis eccle siæ Canonicum fuisse crediderim. Claruit primum in gymnasio Parisien si, vbi & lauream doctoratus promeruit, deinde pro decore nouæ plantationis Wiennam se contulit, vbi docendo & scribendo magnam eruditionis suæ gloriam consecutus est. De cuius operibus feruntur subiecta. Super sententias lib. IIII. in prologum Bibliorum galeatum lib. I. in principium Geneseos lib. IIII. Ad episcopum Frisingensem de Antichristo & schismate li. I. de cõtemplatione lib. I. de anima contemplatiua lib. I. Speculum animæ peccatricis lib. I. de septem horis canonicis lib. I. Contra astrologos lib. I. Contra Thelesphorum pronosticatorem lib. I. Super Oratione Dominica lib. I. Super Aue Maria lib. I. Super symbolo Apostolorum lib. I. de contemptu mundi notabile volumen lib. I. Contra quendam Wicklefitam hæreticum lib. I. Ad canonicos regulares lib. I. de proprietate monachorum lib. I. in Cantica Canticorum lib. I. Sermones de tempore & de sanctis lib. II. Epistolarum ad diuersos lib. I. Alia quoque multa edidit, quæ ad noticiam meam non venerunt. Sunt qui scribant eũ Wormacien sem episcopũ fuisse, Alij Warmien sem in Slesia. Matthęumq; Cracouien sem ad eũ de prædestinatione septẽ scripsisse libellos, nomen quidẽ consentit, non tempus, veritatem studiosis inquirendam relinquimus. Claruit sub Wenceslao Imperatore anno Domini mill. cccc.

Iohannes Gluel ordinis fratrum B. Mariæ.

IOHANNES Gluel de Aquisgrani ciuitate imperiali oriundus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de mõte Carmeli, prior Colonien sis, vir in diuinis scripturis egregie doctus & secularis literaturæ non ignarus, in declamandis ad populũ sermonibus excellẽtis ingenij. Scripsit inter cætera studij sui opera, de origine & profectu ordinis sui volumẽ quod prenotauit, Speculũ Carmelitarum lib. I. Sermones quoq; de tempore & de sanctis per anni circulũ lib. I. Sermones etiã per quadragesimã li. I. Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad noticiam meam non venerunt. Claruit Coloniæ vbi & sepultus est.

Heinricus de Cuta, siue Oyta D. Parisiensis.

HEINRICVS de Cuta siue Oyta, doctor Parisien sis, in scripturis sanctis studiosus & & eruditus, & in philosopia Aristotelica nobiliter doctus, ingenio subtilis, sermone scholasticus & declamator sermonum egregius, gymnasij Wiennen sis in Austria vnicum decus & complantator primarius. Scripsit quædam præclara in scripturis volumi-

na, quibus memoriam sui posteris commendauit. E quibus ista repperi: super sententias lib. 1. Quodlibeta quoque lib. 1. de contractibus lib. 1. de conceptione beatæ Mariæ semper virginis lib. 1. sermones varios. De cæteris quæ scripsit nihil vidi. Claruit sub Wenceslao anno Domini mill. ccc. xc.

Henricus de Andernacho. HEINRICVS de Andernacho ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis, de monte Carmeli, conuentus Colonien sis, vir in scripturis sanctis longo studio exercitatus & doctus atque in philosophia Aristotelica subtiliter imbutus, ingenio excellens & declamator sermonum egregius, qui primum gymnasium Parisiense ac deinde Colonien se sua eruditione & præsentia decorauit. Scripsit insigne opus super sententias lib. IIII. Quæstiones notabiles philosophiæ lib. 1. Sermones de tempore & de sanctis per circulū anni lib. II. Cætera quæ composuit, ad noticiam meam non venerunt.

Iohannes Abbas monasterij sancti Bauonis. IOHANNES Abbas monasterij sancti Bauonis in Gandauo, ordinis diui patris Benedicti, doctor & professor diuinarum scripturarum egregius, ingenio subtilis, & clarus eloquio, non minus religiosa conuersatione quam scientia venerabilis. Scripsit libellum notabilem de esu carnium, in quo subtiliter disputans concludit secundum regulam sancti Benedicti & sanctiones Iuris, quod esus carnium sano monacho illicitus sit, & ideo penitus interdictus. Scripsit etiā in regulam nostram declarationes lib. 1. Quæstiones quoq; sententiarum li. 1. Varios præterea multiplicesque fertur scripsisse tractatus, qui ad nos minime peruenerunt.

Iohannes de Werdēa Colonien sis diœcesis. IOHANNES de Werdena Colonien sis diœcesis ordinis fratrum minorum sancti Francisci, vir in diuinis scripturis sanctis studiosus & eruditus, atque in philosophia naturali sufficienter doctus, ingenio clarus, sermone scholasticus, declamator sermonum popularium suo tempore omnium celeberrimus. Scripsit sermones de tempore & de sanctis valde notabiles, qui hodie vulgo dicuntur, sermones dormi secure, eo quod sine labore quilibet prædicator in eis proficere possit. Sermones quoq; per quadragesimam lib. 1. Alia quoq; nonnulla edidit, quæ ad noticiam meam non venerunt. Claruit in conuentu Colonien si sub Wenceslao Imperatore. Anno Domini mill. ccc.

Iohannes de Duren. IOHANNES de Duren ordinis fratrum minorum Colonien sis diœcesis diuini verbi prædicator non ociosus, ingenio clarus, sermone facundus, & tam in diuinis scripturis quam in secularibus literis studiosus & doctus. Scripsit ad vtilitatem simplicium fratrum quædam non spernenda volumina, quibus nomen suum & præsentibus & posteris notificauit, è quibus ista repperi: De septem peccatis lib. 1. de occultis vitijs & peccatis lib. 1. de manifestis vitijs lib. 1. de confessione lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones quoque de sanctis lib. 1. Sermones etiam per quadragesimam lib. 1. Cætera quæ composuit, ad manus nostras minime venerunt.

Arnoldus de Austria. ARNOLDVS de Austria ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, conuentus Wenen sis, vir in diuinis scripturis eruditus & secularis philosophiæ non ignarus, ingenio subtilis & disputator quæstionū egregius. Scripsit insigne volumen super sententias lib. IIII. sermones etiā elegantes & varias in scripturis quæstiones. Sed & alia nonnulla composuisse dicitur, quę ad manus nostras non venerunt.

Thomas de Haselbach. THOMAS de Haselbach, in scripturis sanctis eruditus, & in seculari philosophia probe doctus, ingenio clarus, sermone scholasticus, sed in plerisque nimis diffusus & prolixus, & ob id quorundam iudicio obnoxius, nam cum esset gymnasij Wenen sis lector ordinarius, vno & viginti annis in Esaia legens ad finem primi capituli (vt ferunt) non peruenit. Scripsit autem in Esaiam prophetam multa volumina, quæ nescio si omnia reperiantur. Super sententias quoque lib. IIII. de decem præceptis decalogi lib. 1. de quinque sensibus hominis lib. 1. Sermones quoque multos de tempore & de sanctis lib. II. Et alia multa. Claruit sub Ruperto Bauaro Imperatore anno Domini millesimo cccc. x.

Iohannes Brāmart. IOHANNES Brammart ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli conuentus Aquen sis & Prior prouincialis inferioris Alemaniæ doctor Pari sien sis, in scripturis sanctis studiosus & eruditus, atque in seculari philosophia egregie doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio, vita & conuersatione deuotus. Scripsit insigne opus super sententias lib. IIII. Sermones quoque multos & varias quæstiones, & quædam alia quæ in manus nostras non venerunt. Tandem post multa bona prouinciæ suæ impensa, moritur sub Ruperto Bauaro Imperatore anno Domini millesimo cccc. VII. indictione quintadecima. Coloniæ in medio chori sui conuentus sepultus.

THOMAS

THOMAS de Kempis, ordinis Canonicorum regularium sancti Augustini, montis diuæ martyris & virginis Agnetis, prope Zvvollis in diœcesi Traiectensi, vir in scripturis studiosus & eruditus, vita & conuersatione deuotus, & beatæ Mariæ Dei parentis cultor præcipuus, Gerardi Magni, Dauantrienſis (vt ferunt) quondam discipulus, de quo mirifica narrantur. Scripsit quædam deuota volumina, de quibus feruntur subiecta: De contemptu mundi & imitatione Christi lib. 4. sermonum ad nouitios lib. 3. dialogus nouitiorum lib. 1. sermonum ad fratres lib. 1. de vita solitaria lib 1. de tribus tabernaculis lib. 1. de vera compunctione lib. 1. Hortulus rosarum spiritualium lib. 1. vallis liliorum lib. 1. Alphabetum monachi lib. 1. consolatio pauperum lib. 1. Epitaphium monachi lib. 1. qualis debeat esse monachus lib. 1. Manuale paruulorum lib. 1. Doctrinale iuuenum lib. 1. de vanitate mundi & contemptu eius lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1 & alia. Claruit temporibus Ruperti Bauari Imperatoris clarissimi, Anno Domini Millesimo cccc x. Et notandum quod duo feruntur huius fuisse nominis, ambo de Kempis, ambo regulares in monte sanctæ Agnetis, ambo ingenio præstantes & ambo varia cudentes opuscula, quorum primus temporibus magistri Gerardi Magni ad religionem conuersus diuinis reuelationibus dignus habitus, ea quæ supra recensuimus opuscula scripsisse dicitur, Secundus vero adhuc nostris temporibus pene viguit in humanis, & varia composuit quæ ad manus nostras non venerunt. Et forsitan primo nonnulla sunt ascripta quæ secundus fecisse putatur. Libellus autem de imitatione Christi primi fertur auctoris, quem ante multos annos seniores nostri, suos ferunt legisse seniores, quamuis sciam nonnullos in hac re sentire contrarium. Claruit autem Thomas iste senior, sub Ruperto Bauaro Imperatore, Anno Domini M. cccc x.

Thomas de Kempis.

MICHAEL Herbrant de Duren, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, Prior conuentus Crutzennacensis Moguntinæ diœcesis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & multarum rerum experientia clarus, ingenio promptus, sermone luculentus, diuini quoque verbi prædicator seu declamator egregius. Scripsit quædam non spernendæ lectionis opuscula, quibus memoriam sui posteris commendauit, è quibus extant multi elegantes sermones lib. 1. collationes quoque & multæ & variæ quas in synodis & capitulis habuit lib. 1. epistolas insuper multas scripsit ad diuersos. Et quædam alia. Claruit sub Ruperto Imperatore, Anno Domini Millesimo cccc x.

Michael Herbrant de Duren, conuentus Crutzennacensis.

PETRVS de Spira ordinis fratrum Heremitarum sancti Augustini, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus & secularis philosophiæ non ignarus, ingenio præstans, sermone facundus, sermonumque popularium declamator egregius. Scripsit non abiiciendos de tempore & de sanctis sermones lib. 2. in libros quoque Ethicorum Aristotelis lib. 8. alia quoque nonnulla composuit tam in diuinis scripturis quam in seculari philosophia quam Aristotelicam vocant, quæ ad manus nostras non venerunt.

Petrus de Spira.

REINARDVS de Fronthouen, ordinis (vt ferunt) fratrum prædicatorum, vir in diuinis scripturis studiosus & longa exercitatione peritus. Scripsit declamatoribus sermonum popularium non abijcienda volumina, quibus memoriam sui posteris commendauit, è quibus extant non inutiles sermones de tempore & de sanctis lib. 2. sermones quoq; per quadragesimam lib. 1. de sermonum thematibus formandis lib. 1. Et quædam alia quæ ad me non venerunt. Claruisse dicitur in conuentu Confluentino temporibus Ruperti Imperatoris, Anno Domini M. cccc x.

Reinardus de Fronthouen.

HENRICVS de Cosueldia monachus ordinis Carthusiensis, Prior domus sanctæ Mariæ prope montem diuæ Gertrudis in Hollandia, vir in scripturis sanctis studiosus & eruditus, vita & conuersatione deuotus & magnæ opinionis. Scripsit pro ædificatione simplicium & deuotorum fratrum multa præclara volumina, de quibus ego duntaxat repperi subiecta. Expositionē mysticam in Exodum lib. 1. in epistolam sancti Pauli Apostoli ad Romanos lib. 1. de tribus votis substantialibus religionis lib. 2. contra vitium proprietatis religiosorum lib. 1. de tribus custodiis monachicis lib. 1. de institutione nouitiorum lib. 1. Circumcisorium mysticum lib 1. de Sacramento altaris lib 1. de annunciatione Dominica lib. 1. Eulogium Pauli primi Heremitæ lib. 1. sermones de tempore & de sanctis lib. 2. epistolas quoque plures ad diuersos. Wilhelmi Parisiensis arduum opus de vniuerso corporeo & incorporeo, mira industria perlustrans, breui compendio pulchre concluſit. Scripsit & alia nonnulla quæ ad notitiam nostram minime venerunt. Moritur in domo vallis gratiæ prope Brugas, visitationis actu salubriter intentus, septimo Idus Iulii, Anno Domini M. cccc x. indictione tertia.

Henricus de Cosueldia.

Heinricus de Hachenberg ordinis prædicatorum.

HEINRICVS de Hachenberg ordinis fratrum prædicatorum conuentus Confluentini, vir studiosus & exercitatum habens intellectum scripturarum, in declamandis ad populum sermonibus excellentis ingenij & magnæ opinionis. Scripsit inter cætera exercitationis suæ opera, sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. sermones quoque de quadragesima lib. 1. sed & alia nonnulla scripsisse dicitur quæ ad notitiam meã non venerunt.

Iordanus ordinis S. Augustini de heremo.

IORDANVS ordinis fratrum sancti Augustini de heremo Argentinensis, vir deuotus & diuinarum scripturarum explanator ac interpres egregius, in declamandis sermonibus excellentissimi ingenij. Scripsit plures elegantes & deuotis fratribus vtiles tractatus, quibus nominis sui memoriam posteris reliquit. E quibus tamen pauca in manus nostras peruenerunt. In Apocalypsin Iohannis lib. 1. Apologiam pro ordine suo lib. 1. de passione Domini lib. 1. sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. sermones per quadragesimam lib. 1. & alia complura. Claruit sub Ruperto Bauaro Romanorum Imperatore, Anno Domini M.CCCCX.

Vincentius Gruner fundator gymnasij Liptzensis.

VINCENTIVS Gruner de Zuickauia, Doctor Pragensis, & fundator gymnasij Liptzensis, vir in diuinis Scripturis eruditus: & in philosophia seculari egregie doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio, edidit non spernendæ lectionis opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum gloria transmisit, è quibus extat, Lectura notabilis super officio Missæ, quam in nouella præfati Liptzensis gymnasij plantatione publice legit lib. 1. super sententias quoq; lib. 4. & variæ quæstiones disputatæ lib. 1. cætera quæ composuit, ad notitiam meam nõ venerunt. Claruit tempore translationis gymnasij Pragensis in ciuitatem Liptzensem Misnensis Marchionatus prouinciam, circa Annos Domini M. CCCCX. sub Ruperto Imperatore.

Iohannes episcopus Lombariensis ordinis prædicatorum.

IOHANNES episcopus Lombariensis ordinis fratrum prædicatorum ex Basilea ciuitate Germaniæ oriundus, vir in diuinis Scripturis eruditissimus, & in seculari philosophia egregie doctus, ingenio præstans & clarus eloquio, declamatorque sermonum celeberrimus. Edidit nonnulla præclara opuscula, quibus nomen suum ad posteritatis notitiam transmisit, è quibus extat opus insigne super sententias lib. 4. sermones quoque varij. Et quædam alia nobis incognita. Claruit circa tempora Ruperti & Sigismundi Imperatorum, Anno Domini M.CCCCX.

Iohannes monachus S. Benedicti.

IOHANNES monachus cœnobij Castellensis ordinis diui patris nostri Benedicti, in diœcesi Eystetensi, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, secularium que literarum non ignarus, ingenio prõptus & clarus eloquio, theologus, philosophus & Rhetor insignis. Scripsit multa præclara volumina, de quibus ego tantum repperi subiecta. In regulam sanctissimi patris nostri Benedicti celeberrimum opus in duobus magnis voluminibus. Item breuiarium Bibliorum lib. 1. sermones elegantes de tempore & de sanctis lib. 2. de passione quoque Domini quadraginta duos sermones lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. de illustribus viris ordinis nostri lib. 1. sed & alia multa edidit, quæ ad notitiam nostræ lectionis non venerunt. Claruit eo ferme tempore, quo reformatio Castellensis viguit, sub Ruperto & Sigismundo Imperatoribus, Anno Domini M. CCCCX.

Iohannes Zacharias de Erffordia.

IOHANNES Zacharias de Erffordia, vir in scripturis sanctis studiosus & eruditus, atque in seculari philosophia egregie doctus, ingenio subtilis & disputator acutus, qui Gymnasium Effordense sententiarum maiestate decorauit. Scripsit super sententias Petri Lombardi lib. 4. in Genesim quoque lib. 1. in Exodum lib. 1. in Leuiticum lib. 1. in epistolas Pauli lib. 14. sermones multos, & varias determinationes quæstionum. Sed & alia nonnulla composuisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit temporibus Sigismundi Imperatoris, & in magno concilio Constantiensi disputando contra hæreticos Hussitas, magnifice laudatus est, Anno Domini M. CCCCXVII.

Nicolaus de Dunckelspuel Doctor Wenensis.

NICOLAVS de Dinckelspuel Doctor Wenensis, vir in diuinis Scripturis eruditissimus & in seculari philosophia quam Aristotelicam vocant, probe instructus, acer ingenio, sermone scholasticus, vita & conuersatione præcipuus. Scripsit multa præclara volumina, de quibus ego duntaxat repperi subiecta. Super sententias lib. 4. Quæstiones quoque sententiarum lib. 1. de septem donis spiritus Sancti lib. 1. de decem præceptis lib. 1. super oratione dominica lib. 1. de octo beatitudinibus lib. 1. de tribus partibus pœnitentiæ lib. 1 de octo vitijs capitalibus lib. 1. de septem peccatis mortalibus lib. 1. de præcepto charitatis lib. 2. de peccatis linguæ lib. 1. sermones de tempore & de sanctis lib. 2. alios quoque sermones morales lib. 1. sed & alia multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Hic ab vniuersitate Wenensi missus ad concilium magnum Constantiense, vnus de

summi

summi pontificis institutione ex parte nationis Germanicę Elector constitutus fuit, sicut in gestis eiusdem concilij habetur. Claruit sub Sigismundo Imperatore, Anno Domini M. CCCCXX.

Petrus de Rosenhem.

PETRVS de Rosenhem, monachus cœnobij Mellicensis in partibus Austriæ, ordinis diui patris Benedicti, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, atque in secularibus literis magnifice doctus, philosophus & poeta excellens, ingenio promptus & clarus eloquio. Scripsit metro & prosa non abijcienda opuscula, quibus memoriam sui posteris commendauit. E quibus legi volumen metricum quod Nicolao Dinckelspuel persuadente & rogante, composuit ad dominum Brandam, Cardinalem sancti Clementis, Legatum apostolicum in Austria, super omnia Bibliorum capita quod prænotauit Roseum memoriale diuinorum eloquiorum lib. 1. Historiam quoque siue Chronicon temporum lib. 1. sermones multos & varios lib. 2. epistolarum ad diuersos lib. 1. alia quoq; multa edidit, quæ ad notitiam nostræ lectionis adhuc minime venerunt. Claruit temporibus concilij Constantiensis, & Sigismundi Imperatoris, Anno Domini M. CCCCXX.

Nicolaus monachus S. Crucis.

NICOLAVS monachus cœnobij sanctæ crucis in Austria ordinis Cistercensis, in scripturis sanctis studiosus & doctus ac veterum lectione diues, ingenio excellens & clarus eloquio. Scripsit quædam non spernendæ vtilitatis opuscula, quibus ingenij sui viuacitatem posteris ostendit. E quibus extant subiecta, opus in laudem beatæ Mariæ Dei genetricis, diuini verbi prædicatoribus non inutile, quod prænotauit, imaginem sanctæ Mariæ lib. 3. sermones varij lib. 2. epistolæ quoque plures ad diuersos, cætera quæ composuit, in manus nostras non venerunt. Claruit temporibus concilij Constantiensis & Sigismundi clementissimi Imperatoris, Anno Domini M. CCCCXX. & varia in scripturis sanctis composuit syntagmata.

Hermannus Petra de Stutdorp.

HERMANNVS Petra de Stutdorp, monachus ordinis Carthusiensis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus vita & conuersatione deuotus, vicarius & Rector domus sanctimonialium diuæ matris Annæ iuxta Brugas in Flandria, vbi per annos nouem & viginti in magna religione & doctrina claruit. Scripsit ingenij sui quædam deuotioni congrua volumina, è quibus extant subiecta: De regimine monialium lib. 1. sermones quoque de tempore lib. 3. sermones de sanctis lib. 3. super oratione Dominica sermones quinquaginta lib. 1. alia insuper nonnulla scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Moritur sub Sigismundo Imperatore & Martino Papa quinto, Anno Domini M. CCCCXXVIII. Nono Cal. Maij, indictione autem sexta.

Henricus de Hassia iunior.

HENRICVS de Hassia iunior, monachus ordinis Carthusiensis, Prior domus monachorum sanctæ Mariæ, vir in diuinis scripturis eruditus & secularis literaturæ non ignarus, ingenio subtilis & clarus eloquio, edidit multa præclara volumina, quibus nominis sui memoriam posteris reliquit, & multa eorum ante religionis ingressum publice in Gymnasijs vniuersalibus legit, e quibus ista feruntur: Super sententias lib. 4. in Genesim quoque lib. 1. in Exodum lib. 1. in parabolas Salomonis lib. 1. in Apocalypsin Iohannis lib. 1. Dialogus inter episcopum & presbyterum de celebratione missarum lib. 1. sermones varij & vtiles lib. 2. sed & alia multa composuit, quæ ad manus nostras minime venerunt. Moritur sub Sigismundo Imperatore, & Martino papa quinto, Anno Domini Millesimo CCCCXXVIII. indictione sexta.

Iohannes dictus Plaeth Doctor.

IOHANNES dictus Plaeth Doctor Heydelbergensis, in scripturis sanctis eruditissimus, & in seculari philosophia egregie doctus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, nec minus honestate conuersationis quam scientia literarum venerabilis, in declamandis quoque sermonibus ad populum satis idoneus & facundus, scripsit inter cætera ingenij sui opuscula, volumen magnum & insigne de fide Catholica, super capitulo firmiter credimus, quod in Gymnasio præfato Heydelbergensi ordinarie & publice legit. Item scripsit varias quæstiones sententiarum lib. 1. contra errores Bohemorum, lib. 1. sermones ad populum multos. Quæstiones ad clerum varias. Quæstiones plures, quas in scholis disputauit, alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam nostræ lectionis adhuc minime venerunt. Claruit sub Sigismundo Imperatore, Anno Domini M. CCCCXXX.

Ioannes de Diepurgo.

IOHANNES de Diepurgo, dictus de Franckfordia, Doctor Heydelbergensis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, atque in seculari philosophia egregie doctus, ingenio clarus, sermone apertus, disputator acutus, & declamator sermonum popularium facundissimus, Ludouici Comitis Palatini Rheni Ducisq; Bauariæ ob singularem doctrinam & prudentiam Capellanus & secretarius, aç in multis arduis negotijs ad reges

& principes sæpe legatus. Scripsit non spernendæ lectionis opuscula, de quibus repperi subiecta: Contra Hussitas Bohemos hæreticos lib. 1. contra Scabinos occulti iudicij Feymeros appellatos lib. 1. de contractibus lib. 1. de prædestinatione lib. 1. sermones populares lib. 2. orationem coram rege Franciæ habitam. Orationem quoque coram rege Angliæ, orationem coram duce Sabaudiæ. Orationes alias & multas & varias lib. 1. Quæstiones etiam plures in scholis disputatas lib. 1. epistolas quoque varias, & quædam alia scripsit adhuc mihi incognita. Claruit sub Sigismundo Imperatore, Anno Domini Millesimo CCCCXXX.

Henricus de Gulpen Abbas monasterij sancti Ægidij Nurenburgensis.

HENRICVS de Gulpen Abbas monasterij sancti Ægidij Nurenburgensis, ordinis diui patris nostri Benedicti, Doctor decretorum, & tam in diuinis quam in secularibus scripturis studiosus & eruditus, nec minus religiosa conuersatione quam scientia scripturarum venerandus (cuius ingenij promptitudinem & consilij prouidentiam Iohannes Hider quandoque expertus in libro de formicis commendat) Scripsit eleganter super VII. disti. de pœnitentia lib. 1. item super dist. de consecratione lib. 1. de passione Domini lib. 1. & quædam alia. Claruit in concilio Constantiensi personaliter, cum adhuc secularis magister artium & studens iuris haberetur. Ac in concilio Basilienſi iam Doctor & Abbas sub Sigismundo Imperatore, Anno Domini M.CCCCXXX.

Rudolphus de Bruxella.

RVDOLPHVS de Bruxella vico Sueuiæ oriundus in diœcesi Spirensi, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, atque in seculari philosophia quam Aristotelicam vocant egregie doctus, sacrarum literarum insignis professor, qui in gymnasio Heydelbergensi eruditionis suæ laudes docendo & scribendo ingentes acquisiuit. Scripsit in ea facultate quædam præclara opuscula, quibus memoriam sui posteris commendauit, è quibus feruntur ista: Quæstiones sententiarum libr. 1. sermones multi perutiles. Quæstiones variæ in scholis disputatæ. Orationes multæ ad patres ciusdem Gymnasij. Cætera quæ composuit, ad manus nostras non venerunt. Claruit in concilio Basilienſi, Anno Domini Millesimo CCCCXXXV.

Henricus de Gauda.

HENRICVS de Gauda, vir in scripturis sanctis longo studio peritus, ingenio subtilis & disputator quæstionum scholasticalium acerrimus, in Gymnasio Heydelbergensi tum docendo tum scribendo, cathedram magisterij promeruit. Scripsit quædam ingenij sui præclara monumenta, quibus se vtilem præsentibus exhibuit & memorabilem futuris. Ex his repperi tantum, super tertio libro sententiarum lib. 1. de missarum quoque celebratione lib. 1. Orationes varias in vniuersitate habitas. Quæstiones quoque multas in scholis egregie disputatas. De cæteris vero quæ composuit, nihil ad manus nostras peruerit. Claruit temporibus concilij Basilienſis sub Sigismundo Imperatore, Anno Domini M. CCCCXXXV.

Nicolaus de Sulato Westphalus.

NICOLAVS de Sulato patria Westphalus, Gymnasij Heydelbergensis decus & columna, sacræ Theologiæ Doctor insignis, apud Ludouicum Comitem Palatinū Rheni Ducemque Bauariæ in precio habitus, & in concilio Constantiensi ad eligendum summum pontificem ex Germanica natione vna cum reliquis cardinalibus adiunctus. Scripsit ingenij sui quædam præclara monumenta, quibus memoriam sui posteris commendauit, è quibus repperi tantum, quæstiones notabiles sententiarum lib. 1. sermones & orationes plures & elegantes, & varias quæstiones de diuersis materijs in Scholis disputatas, cætera quæ composuit, ad notitiam meam non venerunt. Claruit in præfato concilio Constantiensis, Anno Domini M.CCCCXVII. & deinceps.

Iohannes Gritsch Basilienſis.

IOHANNES Gritsch ordinis fratrum prædicatorum patria Basilienſis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & tam in iure canonico quā in cęteris secularis philosophię literis longa exercitatione peritus, declamator sermonum popularium egregius, ingenio præstans & clarus eloquio. Scripsit prædicatoribus diuini verbi non spernenda opuscula, quibus memoriam sui posteritati commendauit. E quibus extant sermones de tempore & de sanctis libr. 2. sermones per quadragesimam lib. 1. de passione quoque Domini lib. 1. & alia plura. Claruit (vt sui ferunt) temporibus Sigismundi Imperatoris, & concilii Basilienſis, Anno Domini M.CCCCXXXV.

Iohannes Nider.

IOHANNES Nider eiusdem ordinis fratrum prædicatorum, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & in philosophia scholastica probe instructus, in declamandis ad populum sermonibus excellentis ingenij, Hæreticæ prauitatis multo tempore inquisitor, & mulierc̄larum quas maleficas vulgus appellat acerrimus persequutor. Scripsit aperto quidem sermone sed non spernenda volumina, de quibus extant subiecta. De contractibus mercatorum lib. 1. de lepra morali libr. 1. de præceptis decalogi lib. 1. de formicis lib. 5. in qui-

in quibus multa & varia narrat miracula suis temporibus facta; Consolatorium timoratæ conscientiæ lib.1. speculum perfectionis lib.1. sermones de tempore & de sanctis lib. 2. sermones per quadragesimam lib.1. & alia multa. Claruit sub Sigismundo Imperatore tempore concilij Constantiensis Basiliensis, Anno Domini M.CCCCXXX.

Heimericus de Campo, gymnasij Colonienſi Vicecancellarius.

HEIMERICVS de Campo, Gymnasii Colonienſis vicecancellarius, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in seculari philosophia nulli suo tempore secundus, ingenio subtilis, & difficilium quæstionum disputator acerrimus. Scripsit multa præclara volumina, quibus memoriam sui posteris commendauit, de quibus tamen pauca in manus nostras peruenerunt. Super sententias libr. 4. ad Nicolaum de Cusa, postea Cardinalem, scripsit Compendium quæstionum lib.1. de Esse & essentia lib.1. Compendium diuinorum lib.4. de auctoritate generalis concilij, vtrum sit supra papam lib.1. quæstiones varias disputatas in scholis lib.1. sermones quoque multos & varias orationes composuit, denique in artibus & philosophia multa scripsit multa exposuit, multa declarauit, quæ in Colonienſi Gymnasio in precio habētur. Claruit in cōcilio Basiliēsi missus ab vniuersitate sua vbi multa scripsit & disputauit, Anno Domini M.CCCCXXXVIII. sub Alberto Imperatore.

Nicolaus Lackman ordinis minorum.

NICOLAVS Lackman ordinis fratrum minorum sancti Francisci, minister prouincialis Saxoniæ, Doctor diuinarum scripturarum profundus & eruditus, atque in seculari philosophia quam Aristotelicam vocant, egregie doctus, ingenio clarus, disputator acutus, declamator sermonum celeberrimus. Scripsit super sententias lib.4. quæstionum quoque lib.1. sermones de tempore & de sanctis lib.2. alia insuper multa composuisse dicitur, quæ ad notitiam nostræ lectionis minime venerunt. Claruit in concilio Basilienſi, Anno Domini M.CCCCXL.

Iohannes de Schonhouia.

IOHANNES de Schonhouia, ordinis canonicorum regularium sancti Augustini, monasterij viridis vallis in Brabantia, Cameracensis diœcesis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus & secularis literaturæ non ignarus, ingenio subtilis, sermone compositus, vita & conuersatione deuotus. Scripsit quædam non spernendæ lectionis opuscula, quorum lectio deuotis fratribus perquam vtilis iudicatur. E quibus ista feruntur. Exhortatorium spirituale ad nepotem suum lib.1. de cursu monachi lib.1 de profectu monachi li. 1. defensorium Iohannis Rusbroch contra Iohannem de Gerson lib.1. sermones quoque varios edidit, & plures ad diuersos epistolas. Et alia complura. Claruit tempore concilij Constantiensis sub Sigismundo Imperatore, Anno Domini M.CCCCXX.

Hugo Slettatinus.

HVGO Slettatinus ordinis fratrum minorum sancti Francisci, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, atque in philosophorum traditionibus egregie doctus, insignis disputator, & Bonauenturæ interpres celeberrimus, ingenio clarus, sermone scholasticus. Scripsit insigne opus super sententias lib.4. sermones quoque & varias in scripturis diuinis quæstiones. Alia insuper multa edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

Heinricus de Eymbeck, dictus magister Engelus.

HEINRICVS de Eymbeck dictus magister Engelus, patria Saxo, doctor sacræ Theologiæ celeberrimus, ingenio subtilis, ore facundus, scientia & morum honestate præclarus, qui sacras literas & philosophiam multis annis docuit in Gymnasio Pragensi. Scripsit multa præclara volumina, quibus memoriam sui posteris commendauit. E quibus Pragæ legit & compleuit, Anno Domini Millesimo CCCLXXIII. insigne opus super sententias lib.4. de Logica quoque lib.1. vocabulorum lib.1. cætera, quæ composuit, ad manus nostras non venerunt. Moritur in Herdegessen prope oppidum Gottingense in Saxonia, Anno Domini Millesimo CCCCXXX. indictione VIII. sub Sigismundo Imperatore.

Petrus de Colle.

PETRVS de Colle, ordinis fratrum minorum sancti Francisci, vir in scripturis sanctis eruditus, & in philosophia scholastica egregie doctus, sacræ Theologiæ Professor, ingenio subtilis & clarus eloquio, in declamandis ad populum sermonibus facundus & luculentus. Edidit ad ædificationem legentium nonnulla volumina, de quibus tamen pauca in notitiam meam peruenerunt. Legi sub eius nomine instructum volumen de auctoritate concilij generalis, vbi posteaquam multa disputauit pro concilio concludit. Fertur etiam scripsisse notabiles quæstiones sententiarum lib.1. sermones quoque varios lib.1. cætera me latēr. Claruit in cōcilio Basilienſi personaliter, Anno Domini M.CCCCXL. sub Frederico tertio.

Hermannus monachus Campenſis.

HERMANNVS monachus cœnobij Campensis quod situm est in Westphalia, monasterienſis diœcesis, vir studiosus & eruditus, & tam in iure canonico quam in diuinis scripturis egregie doctus, ingenio subtilis & apertus eloquio. Scripsit nonnulla exercitij opuscula, quibus pro defensione Basilienſis concilij non mediocriter labora-

uit,è quibus vidi volumen, quod prænotauit de vocibus diffinitiuis in concilio generali, in quo cõcludit quod omnes qui in concilio locum habuerint etiam voces debeant habere diffinitiuas. Item de auctoritate papæ & concilij lib.1. de natura quoque schismatis lib.1.de neutralitate lib.1.de cæteris (quamquam multa scripsit) ad me nihil peruenit. Claruit tempore concilij Basilienſis, Anno Domini M.CCCCXL. sub exordio regni Frederici tertij.

Iohannes Gauvver.

IOHANNES Gauvver ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, conuentus Moguntinensis, sacræ Theologiæ lector, in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, ingenio promptus & clarus eloquio, declamator sermonum popularium egregius. Scripsit super sententias lib.4. in Exodum lib. 1. de concordantia Euangelistarum quod opus prænotauit vnum ex quatuor lib.1. sermones de tempore & de sanctis lib. 2. sermones quoque per quadragesimam triplices libr.3. sed & alia complura scripsisse dicitur, quæ ad manus nostras non venerunt. Claruit temporibus concilij Basilienſis, Anno Domini M.CCCCXL.

Gerardus de Stredam.

GERARDVS de Stredam, monachus ordinis Carthusienſis, Prior domus Apostolorum prope Leodium, vir in diuinis scripturis longo studio exercitatus & eruditus, ingenio mitis & dulcis eloquio, non minus conuersatione quam scientia venerandus. Scripsit ad ædificationem legentium quædam præclara volumina, de quibus feruntur subiecta. Ad quendam nostri ordinis abbatem cœnobij sancti Adriani Geraldi montis de cura pastorali lib.1. de decem præceptis lib.1. de septem Sacramentis lib.1. speculum religiosorum, librum vnum. In morem dialogi de virtutibus lib.1. de vitijs quoque eodem scribẽdi genere lib.1. sermones de tempore lib.1. sermones de sanctis lib. 1. de cæteris nihil reperi. Moritur Anno Domini M. CCCCXLIIII. indictione VI. sub Frederico Imperatore tertio.

Henricus de Werlis.

HENRICVS de Werlis ordinis fratrum minorum sancti Franciſci, minister prouinciæ Colonienſis, vir in diuinis scripturis eruditus & secularis philosophiæ non ignarus, ingenio excellens, doctor Gymnasij Agrippinenſis, disputator acutus & diuini verbi prædicator egregius. Scripsit quædam præclara volumina, quibus nomen suum posteritati cõmendauit. E quibus tamen pauca in notitiam nostram peruenerunt, super sententias lib.4. de auctoritate seu potestate Ecclesiastica & concilij generalis lib.1. sermones quoque ad populum & plures & elegantes lib.1. Cætera quæ composuit, notitiam meam necdum incidisse memini. Claruit in concilio Basilienſi, Anno Domini M.CCCC. & deinceps.

Winandus de Stega pastor Ecclesiæ Bacheracensis.

WINANDVS de Stega pastor ecclesiæ Bacheracensis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus atque in secularibus literis non mediocriter doctus, Hebræo latinoque peritus eloquio, ingenio præstans, sermone scholasticus, qui pro defensione præfatę ecclesiæ Bacheracensis multa sustinuit incommoda. Scripsit nõnulla præclara opuscula quibus memoriam sui posteris commendauit, è quibus ego legi volumen in Hebræorum libros veteris testamenti non spernendum lib.4. item in quinque libros Moysi lib.5. in his omnibus nostra exemplaria confert Hebraicis, & in quibus dissonent ostendit. Dicitur autem & alia multa scripsisse præsertim sermones & varios tractatus scripturarum, qui tamen in manus nostras minime peruenerunt. Claruit tempore concilij Basilienſis, & cõpleuit præfata opera sua, Anno Domini M.CCCCXL. indictione tertia.

Iohannes Ernesti Gymnasij Heydelbergensis rector.

IOHANNES Ernesti Gymnasij Heydelbergensis decus quondam & Rector, in scripturis sanctis eruditus & veterum lectione diues, ingenio subtilis, eloquio singulari venustate disertus, quæstionum quoque scholasticalium disputator egregius. Scripsit quædam præclara opuscula, quibus nominis sui memoriam cum laude transmisit ad posteros, de quorum numero subiecta feruntur. Quæstiones sententiarum lib.1. quæstiones variæ in scholis disputatæ lib.1. de auctoritate concilij generalis lib.1. sermones multi ad populum lib.1. orationes quoque & multas & elegantes habuit, è quibus nonnullas legi. Cætera vero quæ composuit ad manus nostras non venerunt. Claruit tempore concilij Basilienſis, sub Frederico tertio, Anno Domini M.CCCCXL.

Andreas de Traiecto, monachus cœnobij Spanheimensis.

ANDREAS de Traiecto, monachus nostri cœnobij Spanhemensis ordinis diui patris Benedicti, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & in secularibus literis sufficiẽter doctus, ingenio præstans & clarus eloquio, metro exercitatus & prosa. Scripsit gemino stylo non abiicienda opuscula, de quibus habentur subiecta. Soliloquium hominis ad Deum lib.1. de profectu virtutum lib.1. de abstinentia carnium lib. 1. de vsu floccorum in ordine nostro lib.1. epistolarum ad diuersos lib.1. sermones & orationes variæ lib.1. carmina seu epigrammata varia lib.1. & quædam alia breuia: sed non iniucunda. Moritur Anno Domini M.CCCCLXVI. indictione XIIII.

DOMI-

DOMINICVS monachus ordinis Carthusiensis domus sancti Albani prope Treuerim: natione quidem Pruthenus, vir doctus atque deuotissimus, qui plusquam quinquaginta annis in ordine suo laudabiliter vixit. Scripsit quædam pro deuotione non spernenda volumina, quibus ingenium suum vtiliter exercitauit. E quibus ista repperi: volumen quod prænotatur sonus epulantis, eo quod ipsum comedendo ferme & ruminando in solitudine cellæ suæ ediderit. Aliud quod prænotare voluit Coronam beatæ Mariæ semper virginis, in quo vitam ipsius lapidibus preciosis comparat. Item tertium opus quod scripsit, prætitulauit; librum experientiæ, in quo varias reuelationes sibi diuinitus factas interseuit. Vidi olim & ipsius quædam opuscula, quorum titulos à memoria tulit obliuio. Moritur non sine opinione sanctitatis, Anno Domini Millesimo CCCCLX. indictione VIII. II. Cal. Ianuarij. Treueris in cœmiterio fratrum suorum communi, vt petijt, sepultus. *Dominicus monachus ordinis Carthusiensis.*

BARTHOLOMÆVS monachus ordinis Carthusiensis, Prior domus Bethleem Ruremundensis oppidi Gelriæ, vir in scripturis sanctis studiosus & eruditus, earumq; acutus deuotus & celebratæ opinionis interpres. Scripsit ad ædificationē fratrum suorū quædam præclara opuscula, de quibus feruntur subiecta: Exercitium deuotionis lib. I. summa vitiorum vel destructorium vitiorum opus insigne lib. I. de abstinentia ab esu carnium lib. I. de proclamationibus fratrum in capitulo lib. I. de temerario iudicio lib. I. de iuramento lib. I. de voto quoque lib. I. cætera quæ scripsit ad notitiam meam non venerunt. Moritur tandem post multa sancta exercitia sub Frederico Imperatore tertio, Anno Dominicæ incarnationis Millesimo quadringentesimo XLVI. indictione IX. quarto Idus Iulij. *Bartholomæus Prior domus Bethleem Ruremundensis.*

IOHANNES Rode, abbas monasterij sancti Matthiæ Apostoli, prope Treuerim, ordinis diui patris Benedicti, ex vrbe Treuerorum oriundus, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & in iure canonico egregie doctus, vita & conuersatione deuotus, qui regularis obseruantiæ celeberrimus extitit instaurator, ex cuius labore & fundamento nouissima ordinis nostri reformatio Bursfeldensis in Germania cœpit. Hic quondam literis operam dedit in Heydelbergensi Gymnasio, vbi Baccalarius sacræ Theologiæ canonumque Licentiatus doctissimus euadens, iam mente & corpore mundum contemnere videbatur. Nam cum esset Metensis Ecclesiæ canonicus, & sancti Simeonis Treuerensis Decanus, atque curiæ Treuerensis officialis, omnia pro Christi amore contempsit, & ordinem monachorum Carthusiensium iuxta Treuerim ingressus, non multo post in Priorem concorditer est electus. Postremo ad instantiam domini Ottonis Archiepiscopi Treuerensis mandato Apostolico de Carthusia extractus Abbas præfati monasterij constituitur, & eius industria multa cœnobia reformantur. Scripsit pro instauratione regularis disciplinæ constitutiones notabiles lib. I. de regimine Abbatis libr. I. & quædam alia. Moritur Anno Domini M. CCCCXXXIX. indictione secunda, prima die mensis Septembris. Anno Abbacialis officij XX. sub Alberto Imperatore. *Iohannes Rode.*

NICOLAVS de Cusa episcopus Brixinensis, & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis, tituli sancti Petri ad vincula, oriundus ex diœcesi Treuerensi villa circa Mosellam, quæ Cusa dicitur, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & Theologorum sui temporis facile princeps, in secularibus quoque literis egregie doctus, philosophus, Rhetor & Mathematicus omnium celeberrimus, ingenio subtilis, eloquio disertus, triū linguarum principalium Hebraicæ, Græcæ & Latinæ peritus, vita & conuersatione integerrimus & singulariter deuotus, salutis animarum syncerus, & feruidus amator, declamator sermonum facundissimus, vitiorum omnium hostis acerrimus, constantia animi immutabilis, honestorum laborum etiam in senectute patientissimus, supra opinionem eloquens. Historias omnes memoria retinebat, in disciplinis mathematicis suo tempore doctior eo fuit nemo. Ius ciuile & pontificium & patrum decreta memoriter recitabat, philosophiæ Aristotelicæ acutissimus disputator fuit. Theologiæ vero Christianæ summus interpres & magister, sicut Iohānes Andreas episcopus Alerien sis Apostolicæ Bibliothecæ secretarius in quodam loco latius testatur. Is Nicolaus in Germaniam suam legatus Apostolicus destinatus, pro reformatione Ecclesiæ & religionis monasticæ multa vtilia fecit & statuit. Scripsit autem subiecta opuscula. De visione Dei lib. I. de pace fidei libr. I. de reparatione Calendarij lib. I. de mathematicis complementis lib. I. cribrationem Alchorani lib. 3. de venatione sapientiæ libr. I. de ludo globi mysticum opus libr. 2. compendium lib. I. Trialogum de possest. lib. I. de mathematica perfectione lib. I. contra hæresim Bohemorum lib. I. de Berillo lib. I. de dato patris luminum li. I. de quærendo Deo librum *Nicolaus de Cusa episcopus Brixinensis.*

vnum. De apice Theoriæ librum 1. de docta ignorantia lib. 3. de coniecturis libr. 2. de filiatione Dei librum 1. de Geneſi lib. 1. Idiotæ de ſapientia lib. 4. de quadratura circuli lib. 1. de fortuna lib. 1. directorium ſpeculantis libr. 1. ſermones quoque pulcherrimos per totum annum libr. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1 & alia complura edidit, quæ ad notitiam meã non venerunt. Moritur ſub Frederico Imperatore tertio, Anno Domini M.CCCCLXIIII. indictione XII. tertio Idus Auguſti, Anno ætatis ſuæ LXIII.

Heinricus Kaltyſen.

HEINRICVS Kaltyſen, patria Confluentinus ordinis fratrum prædicatorum conuentus vrbis natiuæ, Archiepiſcopus Eccleſiarum Nydroſienſis Cæſarienſis in Norvvegia, vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus, & ſecularis philoſophiæ non ignarus, ingenio ſubtilis, eloquio ſcholaſticus, declamator ſermonum facundiſſimus. Scripſit ingenij ſui quædam præclara volumina, de quibus extant ſubiecta: Super Magnificat libr. 1. quæſtiones variæ & pene ſine numero in ſcholis & alibi diſputaræ lib 1. ſermones de tempore & de ſanctis lib. 2. ſermones per quadrageſimam lib. 1. fertur etiam ſuper ſententias magiſtri Petri Lombardi, magnum & inſigne volumen ſcripſiſſe, quod nec dum vidi, & alia. Moritur ſub Frederico Imperatore tertio & Paulo papa ſecundo, Anno Domini M.CCCCLXV. indictione XIII. ſexto nonas Octobris, ſepultus Confluentiæ.

Heinricus de Gorckl.

HEINRICVS de Gorickem, ſacræ Theologiæ Doctor eruditus, & ſecularis philoſophiæ interpres egregrius, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, diſputator acutus, qui in Gymnaſio Colonienſi magiſtrali cathedræ præſidens, docendo, ſcribendo & explanando magnam eruditionis ſuæ laudem promeruit. Scripſit non ſpernendæ lectionis opuſcula, quibus memoriam ſui poſteris commendauit. E quorum numero ſubiecta feruntur. Concluſiones ſententiarum lib. 1. de ſuperſtitionibus lib. 1. de feſtorum celebratione lib. 1. contra Huſſitas hæreticos lib. 1. ſummarium dictorum ſancti Thomæ libr. 1. ſermones & collationes variæ. Quæſtiones quoque & determinationes varias lecturas, libros & diuerſos tractatus ſcripſiſſe dicitur ſed in manus noſtras non venerunt. Claruit ſub Frederico Imperatore III. & Pio papa II. Anno Domini M.CCCCLX.

Iohannes Kanneman.

IOHANNES Kanneman, ordinis fratrum minorum: vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus & ſecularium literarum non ignarus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio, in declamandis ſermonibus ad populum egregius fuit. Hic de poteſtate eccleſiaſtica aliter ſenſiſſe dicitur quam debuit, vnde multorum contra ſe ingenia prouocauit. Qui cum à miniſtro Saxoniæ quæreretur ad carcerē, fuga lapſus ad obſeruantiam ſe contulit, & errorem ſuum cum vita deinceps emendauit. Corripuerat eum iam pridem Iohannes de Hagen monachus Carthuſienſis vir doctiſſimus, & ad ſemitas iuſtitiæ reuocauit. Scripſit autem inter multa nobis quidem incognita, etiam ſubiecta: Defenſorium ſuarum propoſitionum lib. 1. de paſſione Domini valde notabilem tractatum, ſermones de tempore & de ſanctis libr. 2. epiſtolas quoque & varias quæſtiones. De cæteris nihil repperi. Claruit temporibus Frederici Imperatoris tertij, & Pij papæ ſecundi, Anno Domini M. CCCCLX.

Iacobus Iunterbuk.

IACOBVS Iunterbuck, monachus ordinis Carthuſienſis domus ſaluatoris Erffordenſis, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & canonici iuris interpres præcipuus, ingenio promptus, ſermone apertus, vita & conuerſatione deuotus. Hic antea cuiuſdam cœnobii ordinis Ciſtercienſis abbas fuiſſe dicitur, & ob ſpem emendationis vitæ, dignitatem paſtoralis curæ cum ordine deſeruiſſe, locumque in præfato ſancti ſaluatoris monte impetraſſe, vbi ſcribendo & differendo fama diuulgatus, vſque adeo nomen Doctoris obtinuit, vt eius verba ſcriptaque quaſi pro Apollinis oraculo haberentur. De cuius opuſculis iſta feruntur. De anno Iubilæo lib. 1. de cauſſis multarum paſſionum li. 1. de moribus Chriſtianorum librum vnum. de triplici ſtatu hominum libr. 1. conſolatio malorum huius ſeculi libr. 1. de modo ſeruandi interdictum libr. 1. Apologeticus religioſorum lib. 1 de cautelis diuerſorum ſtatuum lib 1. de cognitione ſecretorum euentuum li. 1. de veritate dicenda vel tacenda lib. 1. de cogitationibus lib. 1. de contractibus libr. 1. de malis huius ſeculi lib. 1. de obedientia monachorum librum vnum. de ſtabilitate monachorum lib. 1. de arte moriendi libr. 1. de refrenatione cogitationum libr. 1. Soliloquium hominis ad animam ſuam lib. 1. de arte curandi vitia li. 1. de ſeptem peccatis mortalibus actualibus lib. 1. de ſeptem peccatis mortalibus mentalibus libr. 1. de poteſtate Dæmonum lib. 1 de dignitate prælatorum li. 1. de dignitate ſacerdotij libr. 1. de obſeruantia mandatorum lib. 3. de ſtatu ſecurioris vitæ lib. 1. de ſabbato libr. 1. de intentionis directione libr. 1. de profectu vitæ ſpiritalis librum vnum. de indulgentijs libr. 1. de bono morali & remedio contra tentationes libr. 1. de duabus ciuitatibus Hieruſalem videlicet & Babylone libr. 1.

Directo-

Directorium ordin's sui lib.1. de confirmatione statutorum ordinis Carthusiensis lib 1. de his qui frequenter vel tarde celebrant lib.1. Modus resistendi tentationibus lib.1. sermones de tempore & de sanctis lib.1. alia quoque multa edidit, quæ in manus nostras non venerunt. Moritur sub Frederico Imperatore tertio, & Paulo papa secundo, Anno Domini M.CCCCLXVI. indictione XIIII.

Gosvvinus de Hex Brabantinus.

GOSVVINVS de Hex, patria Brabantinus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, conuentus Vlissinensis episcopus Ieropolitanus, Traiectensis episcopi vicarius in pontificalibus, vir in diuinis scripturis eruditus, & in seculari philosophia egregie doctus, ingenio promptus & clarus eloquio, declamator quoque sermonum populanum celeberrimus. Scripsit de decem præceptis lib.1. directorium quoque conturbatæ conscientiæ lib.1. sermones de tempore & de sanctis lib.2. sed & alia complura scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam adhuc minime venerunt. Moritur sub Frederico Imperatore tertio, Anno Domini Millesimo CCCCLXXV. indictione octaua. Calendis Aprilibus.

Iohannes de Aurbach.

IOHANNES de Aurbach presbyter & canonicus Ecclesiæ Bambergensis, vir in diuinis Scripturis studiosus & eruditus, & decretorum Doctor egregius, ingenio subtilis, sermone scholasticus, qui Gymnasium Erffordense sua eruditione & præsentia tum docendo tum scribendo multo tempore illustrauit. Scripsit multa præclara volumina, quibus nomen suum ad memoriam posteritatis transmisit, è quibus ego tantum repperi subiecta: Processum iudiciarium lib.2. de sacramentis quoque lib.1. cætera quæ composuit, ad manus nostras non venerunt. Claruit sub Frederico Imperatore tertio, & Paulo papa secundo, Anno Domini M.CCCCLXX.

Heinricus de Herp.

HENRICVS de Herp, ordinis fratrum minorum de obseruantia, prouinciæ Colonienſis, vir in diuinis scripturis eruditus, & iuris pontificij non ignarus, ingenio promptus, sermone apertus, vita & conuersatione deuotus, atque sermonum popularium declamator egregius. Scripsit non abijcienda opuscula, de quorum numero extant subiecta: De decem præceptis magnum & insigne volumen lib.1. de tribus partibus pœnitentiæ lib.1. sermones de tempore & de sanctis lib.2. sermones per aduentum lib.1. sermones quoque per quadragesimam lib.1. de cæteris vero nihil repperi. Claruit sub Frederico Imperatore tertio, & Paulo papa secundo, Anno Domini Millesimo quadringentesimo LXX.

Iohannes de Mechilinia.

IOHANNES de Mechilinia, in scripturis sanctis longo studio exercitatus, & in philosophia scholastica non mediocriter doctus, ingenio excellens & apertus eloquio, in Gymnasio Colonienſi diuinas scripturas multis annis egregie docuit, & magnam eruditionis suæ gloriam acquisiuit. Scripsit super sententias libr.4. in toto Psalterio libr.1. quæstiones varias in scholis disputatas lib.1. sermones quoque. Alia insuper multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Frederico Imperatore tertio, & Pio papa secundo, Anno Domini M.CCCCLX.

Dionysius Rikel de Lebis Carthusianus.

DIONYSIVS Rikel de Lebis, monachus ordinis Carthusiensis domus Bethleem Ruremundensis in Gelria, vir in diuinis scripturis studiosissimus & continua exercitatione probe doctus, secularis quoque philosophiæ non ignarus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, vita & conuersatione singulariter deuotus adeo vt etiam diuinis reuelationibus dignus sit habitus, tot & tanta scripsit vt numero voluminum apud Latinos (præter Augustinum) parem habuerit neminem, contemplationi vero & orationi cum tanto feruore solebat insistere, vt nihil vnquam scribere potuisse videretur. Rursum tam continuus erat in studio legendi atque scribendi, vt eum nec orare nec contemplari posse æstimares. Somni parcissimi erat, cibi & potus abstinentia admirabilis, qui diui exemplo Hieronymi die ac nocte in lege Domini meditari dulce iudicabat, semper aut legens aut scribens aliquid vtile, ita vt lectionem oratio sæpe interrumperet, & orationem lectio continuaret. De huius studiosissimi viri opusculis subiecta repperi. Super sententias libros quatuor in Genesim libr.1. in Exodum libr.1. in Leuiticum libr.1. in Numeros li.1. in Deuteronomium lib.1. in Iosuæ libr.1. in Iudicum lib.1. in Ruth lib.1. in Regum lib.4. in Paralipomenon lib.2. in Esdram lib.3. in Neemiam libr.1. in Thobiam lib.1. in Hester lib 1. in Iudith lib.1. in Iob lib.1. in prouerbia Salomonis lib.1. in Ecclesiasten lib.1. in cantica canticorum lib.1. in librum sapientiæ libr.1. in Ecclesiasticum lib.1. in Esaiam prophetam librum vnum. in Hieremiam lib.1. in librum Baruch lib.1. in Ezechielem libr.1. in Danielem libr.1. in duodecim prophetas minores libr.12. in libros Macha-

beorum lib.2.in Psalterium lib.3.in Euangelium Matthæi lib.1.in Marcum librum vnum, in Lucam quoque lib.1.in Iohannem lib.1. in omnes epistolas Pauli lib.14. in actus Apostolorum lib.1.in Epistolas canonicas lib.8.in Apocalypsin Iohannis librum vnum.Expositionem hymnorum lib.1. in septem psalmos pœnitentiales libr. 1, de documentis autenticis libr.1.Expositionis Missæ lib.1.Dialogum de celebratione Missarum lib.1. de sacra communione lib.vnum.Compendium philosophiæ lib.1.compendium Theologiæ libr. 1.Dialogum inter philosophum & Theologum lib. 1. super libris beati Dionysij martyris lib.4.in XI.epistolas eiusdem lib.1.in librum Iohannis Clymachi lib.1. in Boetium de cõsolatu philosophiæ lib.5.summarium partium sancti Thomæ lib.1. sermones de tempore & de sanctis lib.2.ad religiosos quoque sermones de tempore & de sanctis lib.2.de venerabili Sacramento sermones sex li.1. expositionis Dominicæ passionis libr.1. meditationes Dominicæ passionis li.1.de laudibus superlaudabilis Dei li.1.de laudibus sanctæ Mariæ lib. 4.de fonte salutis & semitis vitæ lib.1. de lumine Christianæ Theoriæ lib.1. de venustate mundi lib.1.de natura veri & æterni Dei lib.1.de diuina essentia libr. 1. de distantia diuinæ perfectionis & humanæ lib.1. de felicitate animæ libr.1. de beneficiis Dei libr.1 de mutua sanctorum agnitione in patria lib.1. de donis spiritus Sancti libr.1. Cordiale libr.1.de custodia cordis lib.1 de gaudio & pace interna lib.1.de via purgatiua lib.1. Dialogum de fide Catholica librum vnum. Dialogum inter Christianum & Saracenum li.1. contra magos & Valdenses libr.1. contra varias superstitiones libr.1. de vitijs & virtutibus libr.1. contra ambitionem lib.1.contra Saracenos lib.3.de grauitate peccati lib.1. de contemptu mundi lib.1.de modo iudicandi & corrigendi lib.1. de remedijs tentationum libr.1. speculum peccatoris libr.1. de quatuor nouissimis librum vnum. de reformatione interna librum vnum.de iudicio particulari libr.1. de passionibus animæ libr.1. de discretione spirituum libr.1.de profectu charitatis lib.1. de perfectione charitatis libr.1. inflammatorium diuini amoris lib.1.de contemplatione lib.1.de oratione libr.1. de meditatione libr.1.alium quẽ prænotauit:Sonum epulantis lib.1.de processionibus quæ fiunt in Ecclesia lib.1. de eleuatione mentis in Deum lib.1.de potestate & auctoritate Papæ libr.2. de auctoritate concilij generalis lib.3.de reformatione vniuersalis Ecclesiæ libr.1. contra symoniam libr.2. de reformatione claustralium lib.1.contra pluralitatem beneficiorum lib.1. de regulis vitæ Christianorum lib.1.de reformatione monialium lib.1.de professione religiosorum lib.1. Exhortatorium ad nouitios lib.1. de vita & regimine præsulum lib.1. de institutione ordinis Carthusiensis lib.1.de laudibus eiusdem ordinis lib.1.de visitatione claustralium libr.1. de vita canonicorum lib.1. de disciplina scholarium libr.1. de vita militarium libr.1. de sancta virginitate lib.1.de officio Archidiaconi lib.1.de officio Legati librum vnum.de regimine prælatorum lib.1.de vita & regimine Curatorum libr.1.de vita nobilium libr.1.de regimine principum lib.1. Dialogum inter Christum & principem lib.1. Dialogum inter Christum & vxorem principis lib.1.de regimine politiæ vrbium libr.1. Dialogum inter Iesum & puerum lib.1.de vita viduarum lib.1.de vita coniugatorum li.1.de vita inclusarum li.1.de vita solitaria lib.1.de officio mercatorum li.1.Dialogum Iesu & sacerdotis li.1. contra vitium proprietatis monachorum libr.1.Reuelationum sibi diuinitus ostensarum li.1. annotationem operum suorum li.1.collationes tres pro diuersis capitulis. Epistolas multas ad Nicolaum de Cusa cardinalem,& alios diuersos edidit. Sed & alia multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Opuscula Iohannis Cassiani ad stylum faciliorem reduxit,propter fratres quosque simpliciores. Moritur sub Frederico Imperatore tertio & Paulo papa secundo,Anno Domini M.CCCCLXXI.indictione quarta. In die beati Gregorij,quæ est 12. mensis Martij , sepultus cum fratribus suis in cœmiterio communi præfatæ domus Ruremundensis,non sine opinione sanctitatis.

Iohannes de Hagen , alias de Indagine.

IOHANNES de Hagen,alias de Indagine,monachus ordinis Carthusiensis domus montis sancti saluatoris Erffordiæ,Prior in Isennach,& in Stetin, vir in diuinis scripturis studiosissimus & valde eruditus, atque in iure canonico egregie doctus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, consilio facilis & prouidus , vita & conuersatione deuotus. Scripsit multa præclara volumina,ad Reges,principes, Episcopos & alios Ecclesiarum prælatos, de variis ac diuersis materijs & quæstionibus interrogatus , de quibus tamen pauca in manus nostras peruenerunt, videlicet : De laude paupertatis librum vnum.de vita religiosorum librum vnum. de casu religionis libr.1. de vita adolescentulorum librum vnum.de humilitate & superbia librum vnum.de ornatu interiori lib.1.de accessu ad nouum hominẽ li.1.de gratia & libero hominis arbitrio li.1.de correptione & gratia Dei li.1. de natura & gratia lib.1. de perseuerantia li.1. de spiritu,corpore & anima li.1.de mandatis

prælato-

prælatorum libr.1. de charitate lib.1. de dilectione Dei lib.1. de meditatione lib.1. de inquisitione summi boni libr.1. contra errores Bohemorum li.1. ad episcopum Ratisponẽsem contra eosdem li.4. ad Marchionem Brandenburgensem li.1. ad vniuersitatẽ Erffordensem lib.1. in regulam sancti patris nostri Benedicti li.1. de doctrinis peregrinis cauẽdis li.1 de cognitione futurorum li.1. de visione Tundali quid sit de ea sentiendum lib.1. de visione Danielis VII. c. lib.1. de apparitione cuiusdam mulieris defunctæ lib.1. de futuris prodigijs lib.1. Planctus solitarij libr.1. de cruciata contra hæreticos lib.1. de auferibilitate Sponsi ab Ecclesia lib. 1. de tempore schismatis libr.1. de auctoritate Papæ in concilio generali lib.1. de potestate Ecclesiastica lib.1. de correctione fraterna lib.1. quid tenendum sit de paruulis non baptisatis morientibus lib.1. de iudice contra conscientiam iudicante lib.1. contra flagellatores hæreticos lib.1. de eo vtrum aliquis sine professione censendus sit religiosus lib.1. de ieiunio quintæ feriæ libr.1. de iusto & iniusto bello libr.1. de doctrina Ecclesiæ lib.1. de auditione Missarum libr.1. contra fratrem Iohannem Kanneman ordinis minorum libr.1. de vita spiritali libr.1. de discretione cogitationum libr.1. de vera & falsa pœnitentia lib.1. de modo confitendi lib.1. de audiendis confessionibus lib.1. de arte memoratiua spirituali lib.1. de quatuor sacræ Scripturæ sensibus lib.1. de contemplatione lib.1. de interdicto lib.1. ad Rudolphum episcopum Lauantinum lib.1. de falsis prophetis lib.1. de communicatione sub vtraque specie lib.1. in dedicatione ecclesiæ sermones quinque. De tempore & de sanctis sermones multi lib.2. in libros regum secundum quadruplicem sacræ Scripturæ sensum lib.4. epistolarum ad diuersos lib.vnum. In multos denique libros Bibliorum commentarios non inutiles composuit, qui ad manus nostras minime venerunt. Sed & alios tractatus plusquam trecentos & variarum quæstionum solutiones pene innumerabiles edidit, quia à multis habentur. Claruit sub Frederico Imperatore tertio & Pio papa secundo, Anno Domini M.CCCCLX.

Iacobus de Gruytrode.

IACOBVS de Gruytrode, monachus Carthusiensis ordinis, Prior domus omnium Apostolorum prope Leodium, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, vita & conuersatione deuotus. Scripsit quædam pro deuotione fratrum non inutilia volumina, de quibus feruntur subiecta, de veris virtutibus lib.3. de septem peccatis mortalibus lib.1. de quatuor nouissimis lib.1. de vita Domini Iesu lib.1. de præparatione sacerdotis ante missam lib. 1 diffinitio nominis monachi lib.1. Meditationes passionis Domini lib.1. Lectionarius mensæ lib.1. speculum prælatorum lib.1. speculum subditorum libr.1. speculum sacerdotum libr.1. speculum secularium hominum lib.1. speculum senectutis libr.1. Colloquium Iesu & monachi libr.1. Colloquium Iesu & prælati lib.1. Colloquium Iesu & senis lib.1. Colloquium Iesu & heremitæ lib.1. Colloquium Iesu & discipuli lib.1. contemplatio sanctæ Mariæ lib.1. Coronula sanctæ Mariæ lib.1. Dialogus crucifixi & peccatoris libr.1. Dialogus Mariæ & peccatoris libr.1. Dialogus item alius Mariæ & peccatoris lib.1. Meditationes de compassione beatæ Mariæ semper virginis lib.1. de nomine Iesu & Mariæ lib.1. sermones de tempore & de sanctis lib.2. epistolarum ad diuersos lib.1. & alia complura. Moritur quam deuotissime sub Frederico Imperatore tertio, & Sixto papa quarto, Anno Domini M. CCCCLXXII. indictione quinta, pridie Idus Februarij.

Albertus de Eybe.

ALBERTVS de Eybe, Bambergensis Ecclesiæ canonicus, & Pii secundi pontificis maximi Secretarius, vir in secularibus literis studiosus & eruditus atq; in diuinis scripturis & maxime in iure canonico egregie doctus, ingenio subtilis & disertus eloquio, Iurista, Rhetor, & poeta insignis, scripsit ad instantiam Domini Iohannis Ducis Bauariæ episcopi Monasterienſis & postea Magdeburgensis Archiepiscopi, atque primatis Germaniæ volumen magnum & insigne, quod ex diuersis auctoribus secularis literaturæ collectum prænotauit: Margaritam poeticam lib.1. de re quoque vxoria lib.1. orationes multas & varias. Epistolarum quoque ad diuersos lib.1. & alia multa, quæ ad notitiam nostræ lectionis minime venerunt. Claruit sub Frederico Imperatore tertio, & Pio papa secundo Anno Domini M. CCCCLX.

Benedictus Stendel.

BENEDICTVS Stendel, oriundus ex Hallis oppido Saxoniæ, virtam in diuinis scripturis quam in seculari philosophia egregie doctus, ingenio subtilis, sermone scholastic⁹, vita & conuersatione singulariter deuotus, qui in Gymnasio Erffordensi multis annis docendo & scribendo claruit, & magnam eruditionis suæ gloriam acquisiuit. Scripsit & legit ordinarie multa præclara opuscula, de quibus feruntur subiecta. In Genesim libr.1. in Exodum lib.1. in Leuiticum lib.1. in Numeros libr.1. in Deuteronomium lib.1. sermones ad populum, & variæ collationes habitæ ad clerum, alia quoque nonnulla in literis

sacris, in Logica & in philosophia scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam adhuc minime venerunt. Claruit Erffordiæ sub Frederico Imperatore tertio, & Paulo papa secundo, Anno Domini M. CCCCLXX.

Sifridus de Moguntia, episcopus.

SIFRIDVS de Moguntia, ordinis fratrum prædicatorum, episcopus Cyrenensis titulatus, Archiepiscopi Maguntini in pontificalibus vicarius, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & secularium literarum non ignarus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, Hebraicæ linguæ peritus, disputator acutus, & diuini verbi prædicator egregius. Scripsit ad Theodericum Archiepiscopum Moguntinum, de vsura Iudæorum libr. 1. de censibus & reemptionibus lib. 1. quæstiones varias. Sermones quoque multos & orationes quasdam ad clerum. Et quædam alia. Moritur sub Frederico Imperatore tertio, Anno Domini Millesimo CCCCLXXIII. indictione sexta XVI. die mensis Maij. Sepultus in conuentu suo Moguntino.

Godescalcus Gresemundus de Meschede.

GODESCALCVS Gresemundus de Meschede, patria Westphalus, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, atque in seculari philosophia egregie doctus, acer ingenio, vita & conuersatione præclarus, doctor sacræ Theologiæ profundus, qui in Gymnasio Erffordensi eam scientiam multis annis glorioſe docuit. Scripsit super sententias quæstiones notabiles libros quatuor; quæstiones insuper varias disputatas in Scholis libr. 1. sermones multos & collationes diuersas. Et quædam alia nobis incognita. Claruit sub Frederico Imperatore tertio, Anno Domini M. CCCCLXX. Et ante hoc ferme decennium moritur.

Stephanus Hoest, Laudenburgensis.

STEPHANVS Hoest Laudenburgensis, presbyter & canonicus Ecclesiæ Spirensis & prædicator verbi Dei in arce Heydelbergēsi, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, atque in seculari philosophia egregie doctus, carmine excellens & prosa, ingenio acutus, sermone compositus, in declamandis sermonibus ad populum non minus doctus quam facundus. Scripsit non spernendæ lectionis plura opuscula, de quibus tamen ad meam notitiam pauca peruenerunt. Repperi enim volumen præclarum in nouam translationem Ethicorum Aristotelis lib. 10. sermones & orationes varias ad populum, clerum, & principes. Et quædam Epigrammata. De cæteris adhuc nihil repperi. Moritur sub Frederico Imperatore tertio & Paulo papa 2. Anno Domini M. CCCCLXXI. indictione IV.

Heinricus de Colonia, dictus de Piro.

HEINRICVS de Colonia, dictus de Piro, domo videlicet paterna, monachus ordinis Carthusiensis, domus sanctæ Barbaræ in Colonia, vir in diuinis scripturis studiosus, & ante religionis ingressum doctor vtriusque iuris subtilis & fama celeberrimus. Scripsit & legit in ea facultate multa præclara volumina, quibus memoriam sui posteris commendauit. pauca tamen in manus nostras memini peruenisse, videlicet opus insigne super institutis lib. 4. ad nouitios de reformatione interna lib. 1. consilia varia in diuersis casibus, sermones de tempore & de sanctis complures. De cæteris nihil mihi constat. Claruit sub Frederico Imperatore tertio, & Paulo papa secundo, Anno Domini Millesimo CCCCLXX.

Nicolaus Donis.

NICOLAVS Donis, monachus ordinis diui patris Benedicti, monasterij (vt ferunt) Richenbacensis, vir certe in secularibus literis studiosus & eruditus, & diuinarum scripturarum non ignarus, philosophus & Astronomus insignis, Cosmographiæ Ptolomæi vigilātissimus repertor, & diligentissimus instaurator, ingenio præstans & clarus eloquio. Scripsit non contemnenda volumina, quibus memoriam sui posteris commendauit. E quibus extat mirandum & celeberrimum opus cum picturis & nouis tabulis elegantissime ordinatum, in Cosmographiam Ptolomei ad Paulum papam secundū li. 8. de locis quoque mirandis lib. 1. epistolas etiam & multas & iudicio meo non inelegantes ad diuersos composuit. Claruit sub Frederico Imperatore tertio, & Paulo papa secundo. Anno Domini M. CCCCLXX.

Georgius de Burbach.

GEORGIVS de Burbach secularium literarum scientia peritissimus, & sanctarum scripturarum non ignarus, philosophus & Astronomus omnium sui temporis facile doctissimus, ingenio subtilis, sermone compositus, qui in Gymnasio Wenensi philosophiā & astrorum scientiā multo tempore publice docuit, vbi inter alios innumeros discipulos Iohannem de regio monte virum doctissimum erudiuit. Scripsit nouas theoricas Planetarum lib. 1. & alia complura in astronomia, quæ ad manus nostras non venerunt. Claruit sub Frederico Imperatore tertio, & Paulo papa secundo, Anno Domini M. CCCCLXX.

Iohannes Tinctoris de Colonia Agrippina.

IOHANNES Tinctoris de Colonia Agrippina, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & in seculari philosophia egregie doctus, ingenio subtilis & disputator acutus, in Gymnasio Colonienſi sacras literas multis annis publice docuit, & eruditionis suæ laudes

laudes ingentes acquisiuit. Scripsit quædam præclara opuscula, quibus nomen suum ad posteros transmisit, & in primis quidem nisus est dissensiones Thomæ & Iohannis Scoti concordare in vno volumine, quod morte præuentus non perfecit. Scripsit etiam super sententias notabiles quæstiones lib. 1. sermones ad populum & orationes varias ad clerũ. Et quædam alia nobis incognita. Claruit sub Frederico Imperatore anno Domini mill. cccc. lxx.

Iohannes de Beetz.

Iohannes de Beetz, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, conuentus Thenensis, vir in diuinis scripturis eruditissimus & in seculari philosophia (quam Aristotelicam vocant) doctissimus, ingenio subtilis & clarus eloquio, vita quoque & conuersatione deuotus, declamator sermonum popularium non minus doctus quam facundus. Scripsit in epistolam Pauli ad Romanos lib. 1. Præceptorum quoq; diuinæ legis lib. x. de sacramento altaris lib. 1. Quæstiones varias disputatas in scholis lib. 1. de passione Domini lib. 1. sermones de tempore & de sanctis lib. 11. Alia denique quã multa edidit, quæ ad noticiam meam non venerunt. Moritur sub Frederico Imperatore tertio, & Sixto pontifice quarto, anno Domini mill. cccc. lxxvi. indictione ix. xvi. Calend. Augusti, in conuentu Thenensi sepultus.

Arnoldus de Busco.

Arnoldvs de Busco canonicus regulæ sancti Augustini, monasterij Windesheimensis in diœcesi Traiectẽsi, & aliquanto tempore Prior in Sulta Saxoniæ Hildensheimensis diœcesis, vir studiosus in scripturis sanctis, moribus honestus, conuersatione deuotus. Scripsit aperto sermone non abijcienda opuscula, quorum lectio deuotis fratribus & salutis suæ amatoribus vtilis iudicatur. E quibus tamen pauca in manus nostras memini peruenisse. Legi volumen illud quod scripsit de viris illustribus ordinis sui & monasterij Windesheimensis lib. 1. de origine quoque modernæ deuotionis & reformationis ordinis sui lib. 1. Epistolam prolixam de modo proficiendi in religione. Cętera quæ scripsit, in manus nostras non venerunt. Claruit sub Frederico Imperatore tertio, anno Domini mill. cccc. lxx. Et ante paucos annos mortuus est.

Rudolphus de Rudesheim.

Rvdolphvs de Rudeshem patria Renensis ex diœcesi Moguntina, primum decanus Wormacensis ac postmodum Episcopus Vratislauiensis, sacrarum literarũ doctor, ingenio subtilis, eloquio clarus, vita & conuersatione honestus, in gymnasio Heydelbergensi, tum legendo tum docendo multis annis gloriose claruit. Scripsit multa præclara volumina, de quibus extant subiecta. In Genesim lib. 1. In Exodum lib. 1. in Leuiticum lib. 1. in numeros quoque lib. 1. in Deuteronomium lib. 1. in Iosuæ lib. 1. in Iudicum lib. 1. in Esaiam prophetam lib. 1. super sententias lib. iiii. sermones multi & varij de tempore & de sanctis lib. 1. Orationes etiam complures habuit, quas longum esset per singulas describere. Sed & alia nonnulla edidit, nobis adhuc prorsus incognita. Claruit sub Frederico Imperatore, anno Domini mill. cccc. lxx.

Iohannes de Regiomonte.

Iohannes de Regiomonte, Georgij Burbachij astronomi quondam discipulus, vir vndecunque doctissimus, non minor Anaximandro Milesio, aut Syracusano Archimede, Græca & latina eloquentia eruditissimus, Germanorum decus, ob astronomiam cęteraque mathematicas disciplinas à Matthia Pannoniæ Rege, & consulatu ciuibusque Nurenbergensibus perpetuo donatus stipendio, magnam eruditionis suæ laudem non modo apud Germanos nostros: verumetiam apud Italos Gallosque consecutus est. Nam à Sixto pontifice quarto ad emendandum paschalem Dionysij computum, Romam accitus, dum pleraque posteritati parat, non sine maxima studiosorum iactura morbo seu peste interijt. Scripsit Calendarium cum incensionibus perpulchrum lib. 1. item Ephimerides de dispositione cœli singulis diebus ad certos annos lib. 1. Contra Gerardum Cremonensem lib. 1. Orationes varias & Epistolas multas ad diuersos, ad dominum Iohannem Archiepiscopum Strigoniensem tabulas directionum & profectionum, in natiuitatibus vtiles lib. 1. Tabulas quoq; sinus recti lib. 1. de cõpositione astrolabij lib. 1. Alia quoq; multa in mathematica scientia edidit, quæ ad manus nostras nõ venerunt. Moritur autẽ Romę sub Frederico Imp. 3. Et Sixto papa quarto, anno Domini 1476. indictione nona.

Gerardus de Elten.

Gerardvs de Elten, ordinis fratrum prædicatorum, conuentus Colonienſis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, atq; in seculari philosophia egregie doctus, ingenio subtilis & disputator acutus, qui posteaquam Theologiam annis multis in gymnasio Colonienſi publice non sine magna laude omnium docuisset, mũdum spreuit, & iam senex monachicum schema induit, nõ sine admiratione multorũ. Scripsit vt fertur Quæstiones sententiarum lib. 1. Quæstiones quoque alias varias in scholis disputatas, sermones ad populum, & Orationes complures ad clerum. Et quædam alia scripsisse dicitur, no-

bis incognita. Claruit sub Frederico Imperatore tertio, & Sixto papa quarto, anno Domini mill. cccc. lxx.

Iohannes de Lutrea villula.

IOHANNES de Lutra villula, dictus de Lutrea, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus & in philosophia scholastica egregie doctus, ingenio subtilis, sermone compositus, vita & conuersatione honestus & singulariter deuotus, amator virtutum, hostis vitiorum, fortissimus auaritiæ contemptor, qui pluralitatem beneficiorum abhorruit, titulum Episcopatus sibi oblatum spreuit, qui primum in gymnasio Erffordensi Theologiam multis annis glorioſe docuit, & postea in Ecclesia Moguntina prædicatoris officium strenue gessit. Scripsit super sententias lib. IIII. Quæstiones quoque varias. Sermones de tempore & de sanctis lib. II. Et quędam alia nobis incognita. Moritur sub Frederico Imperatore tertio, & Sixto papa quarto, anno Domini millesimo c c c c. lxxix. indictione XII.

Alanus de Rupe.

ALANVS de Rupe ordinis fratrum prædicatorum, vir in diuinis scripturis eruditus, in declamandis sermonibus ad populum excellentissimæ opinionis, vita & conuersatione Deo deuotus, & beatæ Marię semper virginis amator præcipuus, eiusque Rosarij & famulatus promotor venerandus, perquam singulari dono supernæ consolationis recreari meruit, & crebris reuelationibus miraculisque (vt ferunt) honorari. Scripsit inter cætera ingenij sui opuscula: Compendium psalterij beatæ Mariæ semper virginis lib. I. de miraculis quoque Rosarij eiusdem gloriosæ virginis lib. I. Sermones & multos & varios lib. I. de fraternitate Rosarij lib. I. Et alia complura. Moritur in conuentu suo Svvolensi, sub Frederico Imperatore tertio, & Sixto papa quarto, anno Domini mill. cccc. lxxiiii. indictione VII. in vigilia assumptionis Mariæ.

Conradus de Zabernia.

CONRADVS de Zabernia, in scripturis sanctis studiosus & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, musicus excellens, & diuini verbi prædicator egregius, ingenio clarus, sermone scholasticus, vita & conuersatione honestus. Scripsit aperto sermone quædam nō abijcienda opuscula, quibus ingenium suum vtiliter & fructuose exercitans, etiam nominis sui memoriam posteris dereliquit. E quibus ego tantum repperi istæ de monochordo lib. I. de modo bene cantandi lib. I. de collectarum conclusionibus lib. I. Sermones multos & varios lib. I. Cætera quæ composuit, ad noticiam nostræ lectionis minime venerunt. Claruit sub Frederico Imperatore tertio, & Sixto papa quarto, anno Domini mill. cccc. lxxv. sub quibus & mortuus est.

Iohannes de Dorstein.

IOHANNES de Dorstein, ordinis fratrum Eremitarum sancti Augustini, conuentus Erffordensis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis philosopiæ nō ignarus, ingenio subtilis, & ad disputandas enodandasque difficiles quęstiones scripturarum satis idoneus, in declamandis quoque sermonibus ad populum excellentis facundiæ, in gymnasio Erffordensi docendo & prędicando excelluit. Scripsit non contemnenda opuscula, de quibus feruntur subiecta: Quæstiones sententiarum lib. I. de vitijs linguę lib. I. Sermones de tempore & de sanctis lib. II. Et quædam alia. Claruit Erffordiæ sub Frederico Imperatore tertio, & Sixto papa quarto, anno Domini mill. cccc. lxxv.

Theodericus de Herxen.

THEODERICVS de Herxen, congregationis fratrum clericorum in communi viuentium Visitator & Rector, vir deuotus & in diuinis scripturis studiosus & eruditus, ingenio promptus, sermone scholasticus. Scripsit ad ædificationem fratrum suorum multa præclara opuscula, quibus ingenium vtiliter satis exercitans, memoriam sui posteris commendauit. E quibus extant subiecta: In psalterio toto lib. III. Super oratione Dominica lib. I. Super salutatione Angelica lib. I. de passione Domini lib. I. de moriendi quoque desiderio lib. I. Sermones complures ad fratres, & quædam alia. Claruit sub Frederico Imperatore III. & Sixto papa quarto, anno mill. cccc. lxxv.

Angelus de Brunsuico.

ANGELVS de Brunsuico Saxoniæ, qui vulgo dicebatur Magister Engelinus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in seculari philosophia egregie doctus, ingenio clarus, sermone scholasticus, in declamandis ad populum sermonibus facundus, qui in gymnasio Erffordensi docendo & legendo clarus effulsit. Scripsit insigne opus super canone Missæ, quod Moguntiiæ coram clericis legisse perhibetur. Sermones & multos & varios lib. I. Quæstiones etiam diuersas in scholis disputauit. Et quædam alia. Moritur Argentinę in cœnobio pœnitentium sepultus, sub Frederico Imperatore III. Anno Domini mill. cccc. lxxxi. indictione XIIII.

Crodenberg abbas.

CRODENBERG, abbas monasterij mōtis sancti Iohannis Baptistæ Rinckangiensis, Moguntinę diœcesis ordinis diui patris Benedicti, vir deuotus & eruditus, & regularis obseruantiæ nouiter introductæ custos & amator integerrimus, vnus ex his qui nostræ reformationi

mationi Bursfeldensi fundamenta iecerunt. Cum esset beatæ Mariæ semper virginis amator præcipuus, scripsit in ipsius honorem aperto sermone volumen celeberrimum, sumpta de singulis membris eius (sub typo botri) materia laudis, quod prænotauit, de vinea Domini Sabaoth lib. I. Exercitium nouitiorum lib. I. de præparatione sacerdotis ad Missam li. I. Orationes varias in capitulis nostris habuit, quarum vna incipit: Cecidit corona capitis nostri; Altera capite nobis vulpeculas. Tertia: Beatus seruus &c. Sermones quoq; varios composuit ad fratres: qui partim habentur partim ex negligentia subtracti sunt. Moritur sub Frederico Imperatore tertio & Innocentio papa octauo anno Domini mill. cccc. LXXXVI. indictione IIII. VIII. Calend. Ianuarij. Sepultus in absyde dextera chori ad plagam meridionalem, ante altare sancti patris Benedicti.

Georgius Molitoris Nuenburgensis.

GEORGIVS Molitoris Nuenburgensis, vir in diuinis scripturis longo studio exercitatus & egregie doctus, atque in Philosophia scholastica (quam Aristotelicam vocãt) non mediocriter eruditus, ingenio subtilis & acutus, vita & conuersatione honestus, qui in gymnasio Erffordensi Theologicam scientiam annis non paucis glorioseè docuit. Scripsit super sententias lib. IIII. de passione Domini lib. I. sermones quoq; multos, & varias quæstiones. Moritur sub Frederico Imperatore tertio, & Sixto papa quarto anno Domini mill. cccc. LXXXIIII. indictione II.

Nicolaus de Wachenhem.

NICOLAVS de Wachenhem doctor Heydelbergensis in scripturis sanctis longa & diuturna exercitatione peritus, & Aristotelicæ philosophiæ interpres acutus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, vita & conuersatione maturus, qui in gymnasio Heydelbergensi per annos ferme quinquaginta, docendo, legendo, scribendo, velut princeps Theologorum maximo in precio est habitus. Scripsit non spernendæ lectionis opuscula, quibus memoriam sui posteris commendauit, è quibus tamen ad meam noticiam paucissima peruenerunt. Quæstiones sententiarum lib. I. Sermones complures & orationes non inutiles ad clerum & patres. Claruit Heydelbergæ sub Frederico Imperatore tertio, anno Domini mill. cccc. LXXX. senex valde, & sub Sixto papa quarto ante hoc ferme septennium mortuus est.

Heinricus cognomento Prudens.

HEINRICVS cognomento prudens monachus ordinis Carthusiensium, & Prior domus vallis, iuxta Brugas in Flandria, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, ingenio clarus, vita & conuersatione deuotus, & Deo singulariter deditus. Scripsit pro institutione religiosorum nonnulla deuota opuscula, quibus nomen suum posteris commendauit. De quibus extat opus celeberrimum deuotioni maxime congruum, quod prænotauit Tetralogum deuotionis lib. III. Scripsit etiam multas deuotas Epistolas ad diuersos. Et alia complura mihi adhuc inuisa. Moritur in noua domo sanctæ Sophiæ Cõstantinopolitanæ prope Buscum ducis, in qua per annos aliquot prioris gessit officium, sub Frederico Imperatore tertio anno Domini millesimo quadringentesimo LXXXIIII. indictione secunda.

Rudolphus Agricola de Grunyngen.

RVDOLPHVS Agricola de Grunyngẽ patria Frisius, vir in secularibus literis omniũ suo tempore doctissimus, & diuinarum nõ ignarus philosophus Rhetor, & poeta celeberrimus, trium linguarum principalium, Hebraicæ, Græcæ, Latinæ peritus, ingenio subtilis, eloquio disertus, Iohannis Dalburgij episcopi Wormacensis viri æque doctissimi quondam præceptor, in gymnasio Heydelbergensi docendo & scribendo tum Græcè tum Latinè facile obtinuit principatum. Scripsit quædam præclara opuscula, quibus memoriam sui posteris commendauit. E quibus repperi subiecta. Carmen Heroicum de sancta Anna lib. I. Vita Francisci Patriarchæ lib. I. Dialecticam quoque subtilissimam lib. III. Epistolas quoque multas ad diuersos, carmina & epigrammata plura, & varios tractatus. Transtulit ex Hebræo psalterium, quod tamen distractum nusquam simul inuenitur, ex Græco transduxit quædam opuscula Platonis, & præcepta Isocratis, Dionysij Ariopagitæ volumina traducere incipiens, morte præuentus imperfecta reliquit. Moritur Heydelbergæ mente in Deum porrectissima, sub Frederico Imperatore tertio, & Innocentio papa octauo anno Domini mill. cccc. LXXXV. indictione III. Cui Hermolaus Barbarus Patriarcha Venetus epitaphium tale cecinit: Inuida clauserunt hoc marmore fata Rudolphum Agricolam, Frisii spemque decusque soli, scilicet hoc vno meruit Germania, quicquid laudis habet Latium, Græcia quicquid habet. Sepultus autem est Heydelbergæ in conuentu minorum.

Thilmannus Prior S. Christophori in Rauengisburg.

THILMANNVS Prior seu præpositus monasterij sancti Christophori in Rauengisburg, in fine Moguntinæ diœcesis versus Treuerim, in loco qui ab antiquo dictus est Hunorum recessus, ordinis canonicorum regularium sancti Augustini, vir in diuinis scriptu-

ris studiosus & eruditus, regularis disciplinæ amator præcipuus, vita & conuersatione deuotus. Scripsit claro & aperto sermone pro fratrum suorum ædificatione quædam non spernenda opuscula, quibus ingenium suum vtiliter occupauit. E quibus olim mihi exhibuit, de vinea spirituali opus non abijciendum lib. 1. item de pleniore institutione nouitiorum lib. 1. Scripsit & alia quædam parua sed vtilia pro religiosis exercitia, quæ ad noticiam nostræ lectionis adhuc minime venerunt. Moritur senex & plenus dierum ac bonorum operum, sub Frederico Imperatore tertio, anno Domini mill. cccc. lxxxv.

Henricus Arnoldi. HEINRICVS Arnoldi natione Saxo, professione monachus ordinis Carthusiensis, domus Basiliensis, vir religione deuotus, ingenio clarus, affectu syncerus, moribus grauis, eloquio dulcis, conuersatione affabilis, pius, humilis, mansuetus, exemplo fulgidus, in sacris literis plurimum exercitatus, & pontificij iuris non ignarus. Qui cum officio notariatus in sacro Basiliensi concilio multis annis fungeretur, fidelis, iustus ac prudens cunctorũ testimonio probatus est. Tandem cernens omnia esse vanitatem, vniuersa pro Christi amore contempsit, clausurã præfatæ domus Carthusiensis eligens ingressus est, vbi in Priorem electus, multis annis subditos sibi monachos, in magna pace & tranquillitate gubernauit. Scripsit autem multa opuscula valde deuota atque salubria, de quibus feruntur subiecta. Orationum multarum de diuersis sanctis lib. 1. Sermones quoque multi lib. 1. Historiæ de multis sanctis lib. 1. Passio Domini ex quatuor concordata lib. 1. Meditationes de vita Christi lib. 1. de immaculata conceptione beatæ Mariæ semper virginis li. 1. de nouitiorum institutione lib. 1. Dialogus inter Iesum & Mariam lib. 1. Dialogus inter sanctam Margaretham & eius seruulum de exercitijs spiritualibus lib. 1. Alius dialogus inter eosdẽ de cruce lib. 1. de commendatione charitatis lib. 1. de sancta humilitate sub forma orationis lib. 1. iterum de humilitate lib. 1. Chronicon domus Carthusiensis suę in Basilea lib. 1. & quædam alia. Moritur sub Frederico Imperatore tertio, & Innocentio papa octauo, anno Domini mill. cccc. lxxxvii. indictione v.

Iudocus Eichman de Calvve. IODOCVS Eichman de Calvve, vico Sueuiæ oriundus, in diuinis scripturis studiosus & eruditus, atque in seculari philosophia nõ mediocriter doctus, ingenio promptus, sermone scholasticus, in gymnasio Heydelbergensi, legẽdo, docendo & prædicando multis annis in præcio fuit, vbi etiam iuxta morem in Ecclesia sancti spiritus prædicatoris aliquandiu gessit officium. Scripsit quosdam (vt ferunt) tractatus nõ abijciendos, sed ad noticiam nostræ lectionis minime venerunt. Extant eius & multi & instructi sermones lib. 11. Quæstiones quoque variæ disputatæ. Orationes etiam nonnullæ ad patres. Scripsit etiam vocabularium prædicantium lib. 1. Et quędam alia. Claruit sub Frederico Imperatore tertio, anno Domini mill. cccc. lxxxv. & sub Innocentio papa moritur.

Heinricus de Geilnhusen. HEINRICVS de Geilnhusen, monachus nostri cœnobij in Spanhem, ordinis diui patris Benedicti, gymnasij Erffordensis Baccalaurius, & quõdam in oppido natiuo Rector scholarium, vir studiosus & eruditus, metro exercitatus & prosa. Scripsit quædam nõ spernendæ lectionis opuscula, quibus ingenium suum vtiliter satis occupauit. Ad nouitios monasterij Portæ Mariæ ordinis sancti Wilhelmi scripsit longam & instructam epistolam de profectu & institutione spirituali lib. 1. Vitam sancti Benedicti abbatis carmine elegaco lib. 1. Sermones de tempore & de sanctis lib. 1. Contra pluralitatem beneficiorum lib. 1. Et quasdã ad diuersos epistolas. Moritur sub Frederico Imperatore tertio, quinquagenarius, anno Domini mill. cccc. lxxxviii. indictione sexta, vi. Calend. Aprilis, sepultus in parte ambitus meridionali.

Petrus de Kyrslaken. PETRVS de Kyrslaken ordinis fratrum prædicatorum, scripsit de passione Domini perpulchrum tractatum, quem in die parasceues loco sermonis ad populũ habuit. Fertur & quædam alia scripsisse, maxime sermones, sed in noticiam nostram non venerunt.

Petrus Nigri. PETRVS Nigri eiusdem ordinis fratrum prædicatorum Hebraicæ & Latinæ linguæ peritus, declamator sermonum famosus. Scripsit ad Episcopum ecclesiæ Ratisponensis in Bauaria tractatum, contra perfidos Iudæos de conditionibus veri Messiæ, id est Christi. Claruit sub Frederico Imperatore tertio, anno Domini mill. cccc. lxxv.

Philippus Kersbeele. PHILIPPVS Kersbeele, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli conuentus Gandensis, Philosophus & Theologus præclarus, scripsit tractatum perpulchrum contra vesaniam Vincentij de Nouo castro, ordinis prædicatorum, contra puriſſimam conceptionem diuæ Mariæ virginis latrantem, quẽ Carolus Fernandus monachus dicti ordinis Benedicti in Francia ad stylũ elegantiorem reformauit. Mortuus est Parisijs studens ante ferme triennium,

NICO-

NICOLAVS de Crutzennach, oppido comitatus Spanhemensis, Moguntinæ diœcesis, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & secularis philosophiæ non ignarus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, vita præclarus, disputator acutus, declamatorq; sermonum egregius, Theologiam in gymnasio Wenensi multis annis publice docuit, & tam apud scholasticos ibidem quam Imperatore Fredericum tertium magnam eruditionis suæ gloriam & fructum acquisiuit. Scripsit quædam ingenij sui præclara volumina, è quorum numero feruntur subiecta. Super sententias lib. IIII. de purissima conceptione beatæ Mariæ semper virginis lib. I. Sermones de tempore & de sanctis lib. II. Orationes multæ ad patres, & variæ quæstiones in scholis disputatæ. Et quædam alia nobis incognita. Moritur Wiennæ in Austria, sub Frederico Imperatore tertio, & Innocentio papa octauo, anno Domini mill. cccc. XCI. indictione IX. *Nicolaus de Crutzennach.*

PETRVS Schot Argentinensis presbyter & canonicus sancti Petri in Argentina, vir in diuinis scripturis exercitatum habens ingenium, in vtroque iure doctissimus, atque in cæteris humanitatis artibus valde eruditus, philosophus, Rhetor, & poeta celeberrimus, ingenio excellens, vita & conuersatione maturus, honestus, & præclarus. Scripsit tam metro quam prosa quædam pulchra opuscula, quibus memoriam sui posteris commendauit. De sanctis Iohanne Baptista, Euangelista, & Chrysostomo, scripsit instructum & delectabile opus carmine elegiaco lib. I. Diuersorum carminum lib. I. Epistolarum ad diuersos lib. I. Andreæ Apostoli laudes carmẽ breue. Laudes Iohannis de Gerson, ante primam eius operum partem impressas. Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad noticiam meam non venerunt. Moritur sub Frederico Imperatore tertio, anno Domini mill. cccc. XCI. indictione IX. ætatis suæ anno XXXI. Argentinæ in Ecclesia sua sancti Petri sepultus, cuius vitam, mores & ingenium Iacobus Wimphelingus descripsit. *Petrus Schot Argentinensis.*

NICASIVS de Voërda natione Brabantinus, à tertio ætatis suæ anno morbillorum acerbitate oculis captus, & omnino cæcus factus, atque ob id elementorum quoque omnium penitus ignarus, velut grande miraculum secundum, nostra tempestate se Dydimum Alexandrinum exhibuit, dum in omni doctrina & scientia tam diuina quam humana eruditissimus apparuit. Nam in gymnasio Colonienſi (vbi & mortuus est) iura publice docuit, libros vtriusque iuris quos nunquam vidit auditu didicit, tenuit mente, memoriter recitauit. In vniuersitate Louanienſi gradum magisterij in artibus primo suscepit, postea scholas aliquanto tempore in Mechilinia rexit, deinde Louanium reuersus, in sacra Theologia Licentiatus constituitur & dispensatione Apostolica per omnes gradus ritè ascendens sacerdos ordinatur. Miranda prorsus diuinæ dignationis operatio. Cæcus ab infantia qui se nunquam memoratur vidisse aliquid presbyter efficitur, prædicat in Ecclesia, audit confessiones, publice ad altare ministrat, Euangelium coram omnibus (memoria vtens pro libro) recitat, solum diuina per se in altari non celebrat. Postremo in Colonienſi Academia omnium doctorum consensu, iuris canonici doctor factus est, & legum imperialium cautus interpres. Edidit celebertimum opus quod in eadem vniuersitate Colonienſi plusquam centum discipulis ad pennam excipientibus extraordinarie legit, super institutis lib. IIII. Item Louanij edidit super sententias lib. IIII. Quæstiones varias disputauit in scholis, quæ partim habentur, partim subtractæ sunt. Sermones etiam multos ad populum. Dedit ad me quasdam non inelegantes epistolas plures, in quarum vna satis copiosa, omnem historiam suæ fortunæ contextit, & interrogatus à me, se prædicta opuscula feciſſe confessus humiliter fuit. Moritur sub Frederico Imperatore tertio, anno Domini mill. cccc. XCII. indictione X. VII. Calend. septembris. Coloniæ in Ecclesia sanctæ Columbæ, & non in maiori Ecclesia sepultus. Erratum est enim de illo in Catalogo scriptorum. *Nicasius de Voerda.*

IOHANNES Pheffer de Widenberg, natione Francus orientalis, vir in diuinis scripturis longo studio eruditus, & in seculari philosophia egregie doctus, ingenio excellens, vita & conuersatione deuotus, manſuetus & preclarus, qui de vniuersitate Heydelbergenſi missus principium Friburgenſis gymnasij sua eruditione illustrauit, in quo sacras literas per annos multos cum ingenti gloria docuit, & multos auditores suos probe eruditit. Scripsit volumen insigne super epistolas Pauli quod publice lectum prænotauit; Directorium sacerdotale lib. XIII. Quæstiones quoque sententiarum lib. I. Sermones, & varios in scripturis tractatus, qui ad noticiam meam non venerunt. Claruit sub Frederico Imperatore tertio, anno Domini mill. cccc. XC. Et ante hoc ferme biẽnium mortuus est. *Iohannes Pheffer de Widenberg.*

IOHANNES de Mylbach doctor Erffordenſis in scripturis sanctis eruditus, & *Iohannes de Mylbach.*

secularis philosopiæ non ignarus,ingenio promptus , sermone scholasticus, non minus honestate vitæ quam scientia venerabilis,Scripsit nonnulla præclara opuscula, quibus ingenium vtiliter occupans memoriam sui posteris commendauit.E quibus in præfato Erffordensi gymnasio fertur ordinarie legisse,in epistolas Pauli lib. XIIII. Orationes in laudē sancti Hieronymi varias habuit,sermones multos & diuersas quæstiones cum quibusdam alijs scripsisse dicitur,quę in manus nostras adhuc minime venerunt. Moritur in monasterio sancti Petri Erffordiæ sepultus,sub Maximiliano Rege Romanorum,anno Domini mill.cccc.XCIIII.indictione XII.

Iohannes Frytag de Duseldorp.

IOHANNES Frytag de Duseldorp , oppido Colonienſis diœceſis,ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli,conuentus Moguntinenſis & Prior Argentinenſis,vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus,doctor Coloniēſis,ingenio acutus & vehemens, in declamandis ſermonibus ad populum nō minus facundus quam doctus,vita & conuerſatione deuotus, & regularis diſciplinæ amator præcipuus. Scripſit de obſeruantia dierum feſtorum lib.1.de locis terræ ſanctæ quam ſuis pedibus terens oculis vidit lib.1.ſermones varios de tempore & de ſanctis lib.II.Et alia complura. Moritur ſub Maximiliano Imperatore,anno Domini mill.cccc.XCIIII.indictione XII. Argentinę ſepultus.

Sebaſtianus Murrho Colmarienſis.

SEBASTIANVS Murrho Colmarienſis,presbyter & canonicus in Colmaria oppido natiuitatis ſuæ , vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & in ſecularibus literis doctiſſimus philoſophus,orator,poeta,aſtronomus & Coſmographus celēberrimæ opinionis,legum & canonum notitia inſignis,trium linguarum principalium,Hebraicæ,Græcæ & Latinæ peritiſſimus,architectura, muſica , & toto Quadruuio nulli ſecundus,ingenio ſubtilis,eloquio diſertus,vita & conuerſatione maturus. Scripſit ad Iacobum Wimphelingum Sletſtatenſem breue quidem , ſed perpulchrum epitome de hiſtoria & laudibus Germanorum principum & populorum li.1.Carmina quoque & multa & elegantiſſima lib.1 Epiſtolas etiam multas ad diuerſos lib.1. Et varias orationes.Commentarios in Baptiſtam Mantuanum Carmelitam incepit,quos morte præuentus non expediuit. Eoſque Conradus Leontorius monachus Mulbronnenſis terminandos ſuſcepit & propediem imprimendos concedet. Moritur non ſine maxima ſtudioſorum iactura peſte ſublatus, ſub Maximiliano rege Romanorum, anno Domini milleſimo cccc. xcv. indictione XIII.

Rodulphus Langius.

RODVLPHVS Langius,Monaſterienſis Eccleſię in Weſtphalia canonicus , vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus,& in ſeculariꝫ literis eruditiſſimus,philoſophus,orator & poeta clarus,ingenio ſubtilis,eloquio diſertus. Scripſit tam metro quam proſa multa præclara opuſcula,quibus ſe & præſentibus vtilem,& poſteris memorabilē fecit. E quibus ſubiecta feruntur.Ad Hermannum Langium eiuſdem Eccleſiæ Decanum, de vrbe Hieroſolyma lib.II.Ad Decanum Colonienſis Eccleſiæ carminum diuerſorum lib.1.de obſidione Nuſienſis oppidi à Carolo duce Burgundię lib.1.de tribus Regibus carmen ſapphicum, De laudibus Alberti Magni carmen,Carmina multa,& varias ad diuerſos Epiſtolas. Et quædam alia nobis incognita.Audio eum adhuc viuere ſenem,quanquam ſint qui illum vita exceſſiſſe dicant hoc anno Domini mill.cccc.xcv.

Iacobus de Stralen.

IACOBVS de Stralen presbyter Eccleſiæ Colonienſis , vir in diuinis ſcripturis longo ſtudio eruditus,& ſecularis philoſophiæ non ignarus,ingenio ſubtilis , ſermone ſcholaſticus,qui gymnaſium Colonienſe ſua eruditione & doctrina multis annis docendo & ſcribendo glorioſe illuſtrauit.Fertur quædam inſtructa ſcripſiſſe volumina , de quibus tamen ad meam noticiam pauca peruenerunt. Legi enim tātum opus illud celeberrimum quod compoſuit ſuper Apocalypſin beati Iohannis Apoſtoli lib.1.Cætera quæ ſcripſiſſe dicitur, in manus noſtras non venerunt. Viuit adhuc apud Coloniam ſenex,& plenus dierum ſub Maximiliano rege Romanorum anno Domini quo nos iſta ſcribimus mill. cccc. xcv. indictione XIII.

Wilhelmus de Aquiſgrani.

WILHELMVS de Aquiſgrani,vir in diuinis ſcripturis eruditus , & ſecularis philoſophiæ non ignarus:ingenio ſubtilis,ſermone ſcholaſticus,vita & conuerſatione præclarus, qui olim in Eccleſia Baſilienſi prædicatoris aliquandiu geſſit officium. Scripſit multa & commendanda quidem opuſcula,quibus memoriam ſui poſteris commendauit. E quibus nonulla in Erffordenſi gymnaſio publice legiſſe perhibetur.In Euangelium Iohannis lib.1.In canonem Miſſæ lib. 1. de paſſione Domini lib. 1. Itinerarium terræ ſanctæ lib.1. Quæſtiones varias diſputatas in ſcholis lib.1,Sermones multos , & alia plura, viuit adhuc in ſe-

in senectute bona sub Maximiliano Rege,& Alexandro papa sexto,anno Domini millesimo cccc. xcv.

GABRIEL Byel,ordinis clericorum in cõmuni viuentiũ,vir in diuinis scripturis longo studio exercitatus,& in seculari philosophia(quam Aristotelicam vocant) egregie doctus,ingenio clarus, sermone compositus, vita & conuersatione deuotus,qui gymnasio Tubingensi ab exordio institutionis suæ multis annis præfuit,vbi tam in philosophia quã in sacris literis claros discipulos erudiuit. Scripsit quædam non spernenda opuscula,quibus nomen suũ notificauit. E quibus ordinarie legit in præfata Academia, in canonẽ Missæ volumen grande & pulcherrimũ lib.1. Scripsit etiam de passione Domini lib.1.sermones quoque multos li.1.Iam scribere dicitur super sententias opus singulare & vtile, quod suis modo discipulis legit. Alia quoque nonnulla scripsisse dicitur,quę ad noticiã non venerunt. Viuit adhuc prope septuagenarius,& cœpto fortiter perstat in studio, sub Maximiliano Rege Romanorum,anno Domini mil.cccc.xcv.indictione xiii. *Gabriel Byel.*

IOHANNES de Lapide,monachus ordinis Carthusiensis,domus Basiliensis, vir in diuinis scripturis eruditissimus,& secularis literaturæ non ignarus, ingenio subtilis, sermone disertus,vita & conuersatione præclarus,qui olim in gymnasio Parisiensi magisterium in artium facultate assecutus,pluribus annis rexit in eadẽ, studiumq; sacrarum literarum docendo,legẽdo ac disputando diligẽter prosequens,doctorali dignitate in schola Theologorum decorari meruit. Hic doctrinam eorum Parisiensium qui Reales appellantur, primus ad Basilienſium vniuersitatem transtulit,ibidemque plantauit,roborauit & auxit. Inter præcipuos quoq; Tubingẽsis gymnasij inceptores vnus fuit,qui deniq; post liberam plurium beneficiorum dimissionẽ ad canonicatũ & prædicationis officium insignis Ecclesiæ Basiliensis vocatus fuit,ac tandem paucis annis elapsis omnia pro Christi amore relinquens,sacri ordinis Carthusiensis habitũ assumpsit. Scripsit autẽ multa præclara volumina,quibus se & præsentibus vtilẽ & futuris memorabilem fecit, paucorũ tamen ex his copia nobis obuenit. Introductorium Grammaticæ lib.1. Dialogus de arte punctandi lib. 1.de propositionibus exponibilibus lib.1.de arte soluendi sophisticas argumentationes li. 1.Explanatio omnium librorum Logicæ Aristotelis lib.1.Explanatio librorum Physicæ eiusdem lib.1.de his quæ ad dignũ sacerdotẽ pertinent lib.1. Resolutorium dubiorũ & periculorum circa Missam occurrentium lib.1.Summariũ passionis Domini li. 1. de ascensione Domini inter sermones Meffret,sermo vnus. Item inter sermones ipsius Meffret scripsit tractatum vnum Catholicum pro defensione purissimæ conceptionis beatæ Mariæ semper virginis,obstruens non minus sancte quam docte os loquentium iniqua. Qui tractatus cum prædictis sermonibus in plerisque exemplaribus habetur impressus. Scripsit etiam sermones tam ad clerũ quam ad populum complures lib. 1. Orationes quoq; & Epistolas varias lib.1.Et alia multa nobis incognita. Multos præterea diuersorum auctorum libros per tractatus & capitula distinxit,singulis argumenta præmittens, quibus intentio scribentis potest dilucide agnosci. E quibus sunt libri Ciceronis de officijs, de amicitia,de senectute,de somnio Scipionis. Item libri Logicæ Aristotelis, Libri eiusdem de anima,& libri Metaphysicæ. Item libri beati Effrem diaconi,Iohannis Chrysostomi, Augustini,liber Epistolarum eiusdem,& omnes fere libri diui Ambrosij Episcopi,& alia complura. Viuit adhuc senectute bona in Carthusia Basilienſi,& varia componit,multosq; suis scriptis & exemplo ad sancta studia prouocat. Sub Maximiliano Imperatore,anno Domini quo hæc scripsimus mill.cccc.xcv.indictione xiii. *Iohannes de Lapide,monachus ordinis Carthusiensis.*

CONRADVS dictus Henſel,patria Hasso, natus ex oppido Cassel, Pastor & Rector Ecclesiæ Franckfordensis,sacræ Theologiæ iurisque canonici doctor, & celeberrimus interpres,ingenio subtilis,sermone compositus,qui primum in gymnasio Erffordẽsi haustis literis philosophiam aliquandiu publice docuit,deinde in palæstra Grisualdensi, sacras literas docens magnam eruditionis suæ gloriam acquisiuit. Postremo insignis imperialisque vrbis Franckfordensis Ecclesiam adeptus,verbo & exemplo plebem sibi commissam vsque in hunc diem multis annis strennue gubernat. Scripsit multa præclara volumina,de quibus extant subiecta. Super sententias lib.1.In epistolas quoque Canonicas lib.vii.In cantica canticorum lib.1.de pœnitentia,ieiunio & oratione lib.1. de fide, spe & charitate lib.1.de quatuor virtutibus quas Cardinales vocant,lib.1.de sanctificatione sabbati librum vnum. Super Euangelijs & Epistolis dominicalibus per anni circulum lib.1. Sermones multi & varij lib. 1. de præceptis quoque Ecclesiæ & veritate Euangelica lib.1, de interdicto lib.1.de libertate Ecclesiastica lib.1. Contra hæreticos & maleficos lib.1. Cõtra Hussitas Bohemos lib.1.Ad Archiepiscopum Colonienſem in officium Missæ li. 1. Ad *Conradus, dictus Henſel.*

eundem super psalterio secundum quadruplicem expositionem lib.1. Ex partibus sancti Thomæ conflauit,lib.1.in Apocalypsin Iohannis lecturam incepit quam in gymnasio Moguntino continuabit,scripsit etiam notabiliter super libros œconomicorum Aristotelis. Quæstiones insuper Ethicorum notabiles disputauit & scripsit. Alia quoq; multa cõposuit,quæ ad noticiã meam non venerunt. Viuit adhuc ferme sexagenarius in ciuitate Franckfordensi,sub Maximiliano Rege,anno Domini quo ista scribimus mill. cccc. xcv.

Iohannes Gotfridi de Odernhem.

IOHANNES Gotfridi de Odernhem, pastor Ecclesiæ diuæ Katherinæ in Oppenhem,non longe à Moguntiaco,sacræ Theologiæ Baccalaurius,vir tam in diuinis scripturis quam in secularibus literis egregie doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio, in declamandis ad populum sermonibus celeberrimæ opinionis. Scripsit multos & varios tractatus,quos necdum in lucem venire passus est. Sermones quoque per anni circulum & de varijs materijs multos & elegantes composuit. Epistolas tam ad me quam ad alios scripsit eloquij venustate compositas. Multos denique veterum auctorum tractatus in vernaculam linguam de latino sermone conuertit,non minori eloquentia quam repperit, si tamen Theutonicæ linguæ lepos & ornatus concedatur inesse. Vidi ex his Tullium de natura Deorum, quem transtulit ad instantiam strennui militis Frederici Camerarij Dalburgij non minus eleganter q̃ docte. Augustinũ quoque de ciuitate Dei ad eundẽ Fredericum transferre incepit, & XII. ferme libros iam consummauit. Alia quoq; multa scripsit & transtulit,quæ suo tempore in lucẽ ventura sunt. Viuit adhuc senectute bona in Oppenhẽ varia scribens,sub Maximiliano Rege,anno Domini quo istas scripsim⁹ mill. cccc. xcv.

Wernerus Rolewinck de Laer.

WERNERVS Rolevinck de Laer,patria Westphalus ex diœcesi Monasterienſi oriundus,monachus ordinis Carthusiensis, domus sanctæ Barbaræ in Colonia Agrippina,vir in diuinis scripturis studiosissimus,& valde eruditus,ingenio subtilis, vita & cõuersatione deuotus. Scripsit multa præclara volumina,de quibus extant subiecta. In omnes Epistolas Pauli tria magna volumina: quod opus prænotauit doctrinã Pauli li. XIIII. Vita Pauli lib. VII. Paradisus conscientiæ lib.1.de sacramento altaris & valore Missarum lib. 1. Ad Iohannem Episcopum Monasterienſem,formula timoratorum Episcoporum li.1. Formula viuendi canonicorum & presbyterorum secularium lib.1.de dignitate & potestate sacerdotum lib.1.de vera nobilitate & eius origine li.1 ad Euervvinũ comitem de Benthem de optimo genere gubernandi Rempub.lib. 1. de regimine Rusticorum lib.1. de hospitalarijs & operibus misericordiæ vacantibus lib.1.de fraterna correctione & visitatione monastica atque de his qui impediunt bonũ processum eius li.1. Quæstiones duodecim de his quibus conuenit tractare sacram scripturã & de gradibus qui conferuntur in scholis li.1. Quæstiones decẽ de profectibus religiosorũ lib.1. Octo quæstiones lib.1. Fasciculus temporum cum circulis ab exordio mundi vsq; ad tempora Sixti papæ quarti lib.1.de laude Westphaliæ & eius conuersione ad fidem lib.1.de origine Frisonũ lib.1.de contractibus an sint licitilib.1 de Calendario & martyrologio lib.1. Regulæ viginti pro prælatis vtiles lib.1. Sermo longus de S. Benedicto dudum impressus,qui sic incipit, Ego in innocentia mea ingressus sum. Quæstio si Christus in cruce orauerit pro omnibus li.1.de excellentia Alberti Magni lib.1.ad quendã nostri ordinis Abbatẽ qui coactus fuit susc ipere Episcopatũ lib.1.de fraternitate vulgari simul conuiuantiũ lib.1.de nouitijs instituendis lib. 1. de differentia passionum & quid sit passio lib.1.de securitate licentiæ prælatorum lib 1. de sanctis desiderijs & modo se habendi in illis lib.1.de contemplatione simpliciũ li.1.de horis canonicis deuote persoluẽdis li.1. sermones multi synodales,capitulares & populares quorũ incertus est numerus. Scripsit etiã tam ad me q̃ ad alios pene infinitas epistolas. Hæc sunt quæ se scripsisse mihi nuper confessus est,anno ætatis suæ 70. cõuersionis vero 48. cum in eius cella essem, sub Maximiliano Imper. & Alexandro Papa sexto,anno Domini 1495. indict. 13,sexto Idus Maij. Multa præterea in manibus adhuc versat imperfecta,suo tempore perficienda.

Iohannes de Keysersberg.

IOHANNES de Keysersberg,presbyter & prædicator insignis Ecclesiæ Argentinensis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & in secularibus literis egregie doctus, ingenio subtilis, sermone disertus, vita & conuersatione præclarus, veritatis præco imperterritus,virtutis amator, hostis vitiorum, qui scelera improborum sæpe vsque ad inuidiam libera voce persecutus est. Scripsit nonnulla præclara opuscula, è quibus tamen adhuc pauca in lucem venire passus est. Extant eius pulcherrimi sermones ad populum lib.II. de communicandis his qui vltimo supplicio plectuntur lib.1.de amouendis concubinis etiam si vterque continere decreuerit lib. 1. de hoc quod pueri non sunt instigandi ad religiones in quibus regula non seruatur. Contra statutum, quo testamentum ciues facere prohibentur. De decem præceptis, De septem peccatis mortalibus. Orationes

tiones variæ ad clerum lib.1. Scripsit etiam tam ad me quam ad alios multas ornatissimas epistolas. Cætera eius opera in noticiam meam non venerunt. Hic magnis sumptibus & diuturno labore collegit opera Iohannis de Gerson quondam Cancellarij Parisiensis, quorum ex Gallia tandem ad nos multa perduxit, diuidens ea in tres partes ordine pulcherrimo, tabulamque omnium librorum satis vtilem conficiens, id totum impressuræ donauit. Vnde merito ab omnibus eruditis & deuotis singulariter est amandus, qui suis laboribus & impensis tot volumina eruditissimi deuotissimique doctoris produxit in lucem. Viuit adhuc quinquagenarius in ciuitate Argentinensi, sub Maximiliano Imperatore, anno Domini quo nos ista scripsimus millesimo c c c c.x c v. indictione XIII.

Iohannes Wyrici de Nussia oppido.

IOHANNES Wyrici de Nussia oppido, Colonien sis diœcesis oriundus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, conuentus Colonien sis, Prior prouincialis inferioris Alemaniæ, diuinarum scripturarum doctor & interpres eruditus, & philosophiæ Aristotelicæ sagacissimus enucleator, ingenio promptus, sermone compositus, vita & conuersatione deuotus, disputator acutus, & diuini verbi prædicator egregius. Scripsit quædam commendanda opuscula, quibus se præsentibus vtilem & futuris memorabilem fecit. E quibus extat volumen insigne super sententias lib. IIII. Sermones quoque multi ad populum. Et variæ quæstiones in scholis disputatæ. Sed & quædam alia, suo tempore in lucem producenda. Viuit adhuc ætate virili, Coloniæ residens, sub Maximiliano Imperatore, anno Domini mill. cccc. xcv. indictione XIII.

Iohannes Camerarius Dalburgius episcopus Wormacien sis.

IOHANNES Camerarius Dalburgius Episcopus Wormacien sis, Iurisconsultus celeberrimus, & tam in diuinis scripturis quam in secularibus literis eruditissimus, in tribus linguis principalibus, Hebræa, Græca & Latina peritus, Rhetor & poeta clarissimus, ingenio subtilis, eloquio disertus, & multarum rerum experientia insignis, qui nobilitatem generis sui moribus & doctrinis magnifice illustrat. Scripsit & scribit tam metro quam prosa quædam excellentis ingenij opuscula, quę nec dum in lucem venire passus est, propterea quod Reipublicę negotijs nimium occupatus, ea non vsq; adeo vt sui proposito est perficere potest. E quibus tamen aliqua nobis innotuerunt, Carmen saphicum de morte Rudolphi Agricolæ præceptoris sui Græci, viri doctissimi lib. 1. de origine & ratione monetæ lib. 1. Orationes elegantes quamplures. Carmina quoque & epigrammata multa. Sed & Epistolæ plures ornatissimę ad diuersos, & quædam alia. Viuit adhuc quadragenarius, & tam Græcę quam Latinę varia conscribit, sub Maximiliano Imperatore, anno Domini quo hæc scripsimus mill. cccc. xcv. indictione XIII.

Iohannes de Arundine.

IOHANNES de Arundine ordinis fratrum beatæ Marię semper virginis de monte Carmeli, conuentus Mechilinien sis Episcopus Vsbiten sis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, atque in seculari philosophia (quam Aristotelicam vocant) egregie doctus, ingenio subtilis, eloquio clarus, declamator sermonum popularium insignis. Scripsit multa præclara volumina, de quibus feruntur subiecta. Lectura notabilis in librum Sapientię lib. 1. In Epistolam Pauli ad Romanos lib. 1. Sermones super Psalmo, Beati immaculati lib. 1. Sermones quoque de tempore & de sanctis lib. II. Alia quoque multa scripsisse dicitur, quæ ad noticiam meam non venerunt. Viuit adhuc in ciuitate Traiectensi inferiori Vicarius Episcopi loci in pontificalibus existens, sub Maximiliano Imperatore, anno Domini quo hæc scripsimus, mill. cccc. xcv. indictione XIII.

Iohannes Capnion, alias Reuchlin.

IOHANNES Capnion alias Reuchlin, ex Pforcen oppido Sueuiæ oriundus, præceptor meus Græcus, Legũ imperialiũ doctor eximius, ac illustris ducis Eberhardi de Wirtenberg consul cũ facundissimus, tum iuris fideiq; integerrimus, omnis antiquissimę philosophiæ & literaturæ indagator solertissimus, triũ principaliũ linguarum Hebraicæ simul & Chaldaicæ, Græcæ pariter & Latinæ interpres peritissimus. Gallicanæ etiã atq; politioris nostræ vernaculæ in primis clarus, & tam in diuinis scripturis q̃ in secularibus literis omnifariam doctissimus, quippe qui Græcorũ Hebræorumq; secreta mysteria multis iã annis enixissime penetrauit. Dignus profecto qui solis literis, nõ etiã perstrepenti populari curiæ incũberet. Nullũ. n. nobis nõ modo Italia, sed nec seculũ quidẽ nostrũ huic tanto viro parẽ obijceret. Scripsit multa prędara volumina, quibus memoriã sui, posteris cõmendauit. Inter quæ extat volumẽ non minus eloquentia q̃ doctrina instructum, q̃ scripsit ad dominũ Iohannẽ Camerariũ Dalburgiũ Antistitem Vangionũ, de omnibus secretis & portẽtis mysterijs philosophiæ Græcæ Hebraicæ & Christianorum, q̃ prænotauit ex nomine familiæ suæ Græco titulo Capnion siue de verbo mirifico, lib. 3. de præexercitamentis Rethoricęs li. 1. de diuersitate quatuor idiomatũ Græcæ linguæ lib. 1. Epigrãmaton & elegiarũ li. 1. Oratio funebris in mortẽ Rudolphi Agricolæ, Epistolas tam ad me q̃ ad alios & orationes

scholasticas sine numero plures cōposuit. Multa præterea vtilitati nostræ cōmuni è Græco in Latinū vertit opuscula, Xenophontis apologiā pro Socrate, item Nestoriū Hæreticum quē sanctus Cyrillus Episcopus in concilio Ephesino conuicit. Confessionē quoq; cuiusdam Cypriani Græci. Proclum de laudibus beatæ Mariæ semper virginis. Luciani aliquos mortuorū dialogos. Eiusdē dialogū de cōcilio Deorum. Monomachiā quoq; Iliados Homeri de Paridis & Menelai duello, in linguam Germanicā metrice vertit. Item Epiphaniū de vita & morte prophetarum latinū fecit. Maximum quoq; Tyrium Platonicū philosophum, in oratione: Si Deus fecit bona, vnde veniant mala. Alia insuper nonnulla traduxit, quæ à memoria nostra iam tulit obliuio. Viuit apud Stuckardiā vinculo ligatus vxorio, literis tamen nihilominus incumbens & varia scribens sub Maximiliano Imperatore, anno Domini quo hæc scripsimus mill. cccc. xcv. indictione xiii.

Wilhelmus de Velde.

WILHELMVS de Velde patria Gelrensis, canonicus ordinis regularium sancti Augustini in Franckendaël Wormaciensis diœcesis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, Philosophus & Astronomus, cosmographusque celebris opinionis, ingenio profundus, acutus & valde subtilis, sermone compositus, vita & conuersatione deuotus. Scripsit & scribit quædam perpulchra & miranda volumina: quibus acrimoniam ingenij sui legentibus patenter ostendit. E quibus mihi nuper exhibuit ista. Statuta sororum ordinis sui lib. 1. Opus subtilissimum de toto vniuerso, id est de mundi principio, medio, & fine, quod prænotauit Empyreale maius lib. xxiiii. Item compendium hujus operis, quod prænotauit Empyreale minus lib. vii. Tabulas quoque multas in diuersis materijs non minus vtiles quā subtiles. Sermones etiam complures ad populum. Epigrammata & diuersa carmina. Sed & quædam non abijcienda in Mathematica, Epistolas quoque plures ad me & ad alios. Denique & alia nonnulla composuit, quæ suo tempore venient ad lucem. Viuit adhuc quinquagenarius in Darmstein villa Wormaciensis territorij, plebanus existens, sub Maximiliano Imperatore, anno Domini quo nos ista scripsimus, mill. cccc. xcv. indictione viii.

Petrus Bolandus Laudenburgēsis.

PETRVS Bolandus Laudenburgensis plebanus in oppido Schrieshemensi Wormaciensis diœcesis, vir vndecunque doctissimus, philosophus insignis, mathematicus, Theologus & poeta celeberrimus, ingenio promptus, eloquio disertus, carmine excellens & prosa, declamator quoque sermonum egregius. Scripsit nonnulla præclara volumina, quibus memoriam sui posteris commendauit. Pauca tamen ex his in noticiam meam peruenerunt. Carmen saphicum pro Frederico Imperatore tertio. Saphicum in mortem Rudolphi Agricolæ; Epigrammata innumera ex sententijs Senecæ & Platonis. Saphicum longum in diuam Mariam. Heroicum in opus de triplici candore. Heroicum in opus nostrum de miseria Prælatorum. Elegiaca, Saphica, & Epistolas ad Iohannem Camerarium Dalburgium Episcopum suum Wormaciensem scripsit. Carmen ad scholasticos Heydelbergenses, ob pestem. Epigrammaton & elegiarum pene innumerabilium li. 1. Sermones præterea multos & orationes elegantes, atque ornatissimas Epistolas plures ad diuersos, multa quoque alia scribere dicitur, sed celate. Viuit adhuc in Schrieshem nō longe ab Heydelberga annos ætatis habens 50. Sub Maximiliano Imperatore, anno Domini quo hæc scripsimus, mill. cccc. xcv. indict. xiii.

Iohannes Bertram Nuenburgensis.

IOHANNES Bertram Nuenburgensis, Georgij Molitoris de Nuenburg quondam auditor atque discipulus, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & in seculari philosophia probe instructus, ingenio clarus, eloquio compositus, primum Erffordiæ & nunc in gymnasio Maguntino Theologiam publice docens multosque erudiens. Scripsit in ea facultate quædam præclara opuscula, quibus memoriam sui posteris commendauit, è quibus extat volumen grande & insigne super prologo Bibliorum quē Galeatum vocant, quod ordinarie Moguntiæ legit lib. 1. Orationes quoque multas scripsit & habuit ad clerum lib. 1. Ad Bertholdum Archiepiscopum Maguntinum longā edidit epistolam in modum libelli, de valore Missarum lib. 1. Quæstiones etiam varias disputatas in scholis enodauit. Scribit iam & legit ordinarie in epistolas Pauli. Legerat antea per decennium ferme in Genesim opus magnum & iucundum. Viuit adhuc in gymnasio Moguntino annum ætatis quintum & quadragesimum prætergressus, sub Maximiliano Rege, anno Domini quo hæc scribimus mill. cccc. xcv. indict. xiii.

Rudolphus de Euschringen.

RVDOLPHVS de Euschringen Cancellarius reuerendissimi Domini Iohannis Badensis Archiepiscopi Treuerorum, vir vndecunque doctissimus, & omnis antiquitatis cultor & indagator solertissimus, philosoph⁹ summus, iuris interpres sagacissimus, & diuinarum scripturarum amator & enucleator disertissimus, ingenio subtilis & promptus, sermone

mone ornate compositus, vita & conuersatione presbyterio dignus. Scripsit ornatissimas orationes coram diuersis principibus à se habitas. Epistolas quoque tam ad me quam ad alios diuersos & multas & elegantissimas. Et quædam alia mihi adhuc prorsus incognita. Qui vtinam literis tam vacare posset atque curis Reipublicæ cogitur, parem eruditione & librorum editione tellus nostra Mosellana haberet neminem. Viuit adhuc apud archiepiscopum suum Treuerensem, cuius illustre nomẽ ingenio & prudentia sua illustrius reddit, sub Maximiliano Imperatore, anno Domini quo hæc scribimus, millesimo cccc. xcv. indictione XIII.

Heinricus Euticus.

HEINRICVS Euticus Francus orientalis de monte Norico alias Nurenberga oriundus, artium philosophiæ & medicinæ doctor peritissimus, qui multo tempore in Augusta, & nunc in Franckfordia practicam artis suæ profitetur, vir certe vndecunq; doctissimus, ingenio subtilis, eloquio disertus, metro excellens & prosa. Scripsit diuerso genere metri opus tersum & nitidissimum quod prænotauit: Scõmata seu vrbanos & lepidos iuuenum iocos lib. 1. Satyram quoque in Sophistas Dialecticos & humanitatis studij inimicos lib. 1. in laudes beatæ Mariæ semper virginis lib. 1. Epigrammata quoq; vatia. Et multas ad diuersos ornatissimas Epistolas. Et alia plura nobis incognita. Viuit adhuc in imperiali ciuitate Franckfordensi publico stipendio conductus, sub Maximiliano rege, anno Domini quo hæc scripsimus mill. cccc. xcv. indictione XIII.

Georgius de Gemmyngen præpositus Ecclesiæ Spirensis.

GEORGIVS de Gemmyngen præpositus Ecclesiæ Spirensis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, atque in secularibus literis egregie doctus, professor vtriusq; iuris, philosophus quoq; & Rhetor celeberrimus, ingenio promptus, sermone disertus, vita & conuersatione maturus. Scripsit quædam præclara Syntagmata, quibus & ingenium saluberiter occupat, & memoriam sui posteris commendat. Celat tamen quæ scribit, vel vt typum inanis gloriæ fugiat, vel ea quæ scripsit lima maturi examinis castiget. Nobis enim pauca eius innotuerunt: De ratione Monomachiæ lib. 1. de machinis quoque bellicis lib. 1. de cura equorum & militum lib. 1. Orationes elegãtes in Synodis & alias habitæ. Præterea multas Epistolas tam ad me quam ad alios omni lepore plenas edidit, quibus quantum valeat, tum eruditione tum eloquentia, tumque multarum rerum experientia facile patet legentibus. Viuit adhuc in Ecclesia Spirensi annos ætatis habens quinque & triginta, sub Maximiliano Imperatore, anno Domini quo hæc scripsimus mill. cccc. xcv. indictione XIII.

Sebastianus Titio, alias Brant.

SEBASTIANVS Titio, alias Brant, ciuis Argentinensis, vtriusque iuris doctor insignis, & tam in diuinis scripturis quam in alijs literis humanitatis eruditissimus, poeticam non mediocriter callens, ingenio subtilis, eloquio disertus, consilio & actione præcipuus, qui sua eruditione atque lucubrationibus inclytam Basileam Germaniæ nostræ vrbem, mirum in modum exornat. Scripsit tam metro quam prosa multa præclara opuscula, quibus nomen suum longe lateque diuulgauit. E quibus extant subiecta. Super titulis vtriusque iuris lib. 1. ad Maximilianum Romanorum Regem opus prosaicum insigne, de origine & conuersatione bonorum Regum, & laude ciuitatis Hierosolymæ, cum exhortatione eiusdem recuperandæ lib. 1. ad eundem epilogus Regum Hierosolymæ, carmine elegiaco lib. 1. In laudem glorioſę virginis Mariæ multorumque sanctorum varij generis multa carmina lib. 1. Variorum epigrammaton lib. 1. Carmen saphicum in librum nostrum de miseria prælatorum. Contra aduocatos calumniantes. De captiuitate Regis Maximiliani, Cõmendatitia carmina in varias impressiones. Compilauit præterea mira arte & industria, vulgari tamen & vernacula lingua libellum quendam, quem nauem Narragoniæ appellauit, in quo causam & radicem omnium stultitiarum adeo elegãter expressit, mores stultorum carpit, & quædam singulis remedia tradit, vt non iure stultorum librum, sed diuinam potius satyram opus illud appellasset. Nescio enim si quid tempestatis nostræ vsibus aptius aut iucundius legi posset. Aiunt eum magnopere anniti, vt Latine carmine pariter & oratione soluta illud quam primum prodeat. Viuit adhuc apud Basileam annos ætatis habens XXXVII. eiusq; opera & industria impressores plurimum in exornandis libris suis vtuntur. Varia enim conscribit, sub Maximiliano Imperatore, quẽ singulariter diligens plura de eo & ad eum suauissima (etiã secreta vt aiunt) carmina condidit, anno Domini quo hæc scripsimus mill. cccc. xcv. indictione XIII.

Conradus Sumenhart.

CONRADVS Sumenhart sacræ Theologiæ professor eximius, in scripturis sanctis studiosus & eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, atque in iure canonico egregie doctus, ingenio subtilis, sermone compositus, qui diuinas literas ordinarie legit & docet in gymnasio Tubingensi. Scripsit nonnulla præclara opuscula, quibus

se præsentibus vtilem, posterisque memorabilem reddidit. Equibus extat summa notabilis de contractibus, quantum ad conscientiæ forum pertinet, & Theologicam decisionem, plusquam per centum quæstiones distincta li. VII. Oratio quoque non inelegans de reformatione monachorum. Cætera quæ scripsit vsque adeo celate semper studuit, vt ne mihi quidem amicitiæ fœdus ea reuelare vnquam potuerit. Epistolas ad me & alios plures dedit. Viuit adhuc regens Theologicam scholam in gymnasio Tubingensi, oppido Sueuiæ Ducis Eberhardi Wirtenbergensis, & varia conscribit, sub Maximiliano Rege anno Domini mill. cccc. xcv.

Conradus Celtis Protucius.

CONRADVS Celtis Protucius, Francus orientalis, ex Svveinfordia natus, vir vndecunque doctissimus philosophus clarus, orator facundus, Astronomus & Cosmographus insignis, & Poeta laureatus, diuinarum quoque scripturarum non ignarus, Græcæ & Latinæ linguæ peritus: ingenio excellens & disertus eloquio. Scripsit metro & prosa multa præclara volumina: quibus memoriam sui posteris commendauit. E quibus mihi aliquando legit subiecta: Ad Maximilianum regem in vtramque Ciceronis Rhetoricam, Epitoma id est compendium seu Breuiarium lib. I. Carmen de laudibus eloquentiæ lib. I. de arte versificandi lib. I. de condendis Epistolis lib. I. de situ vrbis Norici montis, quod opus Nurenbergam prænotauit lib. I. Peregrinationem suam Sarmaticam lib. I. Carminũ seu Epigrammaton lib. IIII. Amnorum qui secundum quatuor Germaniæ latera, Istulæ inscribuntur lib. IIII. Panegyrin Duci Bauariæ lib. I. Carmen sapphicum in vitam sancti Sebaldi patroni Nurenbergensium, librum vnum; Germaniam lib. I. Orationes multas & varias lib. I. Epistolas tam ad me quam ad alios multas elegantissimas metro & prosa edidit, & in Cosmographia, cuius scientissimus est varia scripsit, quæ posthac in lucem suo tempore ventura sunt. Viuit adhuc in gymnasio Engolstatensi in Bauaria, ordinarie legens in poesi & oratoria, annos habens ætatis XXXV. sub Maximiliano Imperatore, anno Domini quo hæc scribimus, millesimo CCCC XCV. indictione XIII.

Iohannes de Veteri aqua, alias de Gauda.

IOHANNES de Veteri aqua, alias de Gauda, patria Hollandinus, educatione Brabantinus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, conuentus Mechlinienſis, hoc tempore Subprior Cassellensis in Hassia, vir in diuinis scripturis studiosus, & longa exercitatione peritus, in declamandis ad populum sermonibus excellentis ingenij, ordinisque sui feruens amator cultorque deuotus. Scripsit ad multorum fratrum instantiam & ædificationem, de initio & profectu ordinis sui commendabile opus, quod prænotauit: Fasciculum temporum tripartitum ordinis Carmelitarum lib. III. In quorum primo Heliam & Prophetas ordinis Carmelitici fundatores extitisse probat. in secundo sanctos & Canonisatos ex eodem enumerat, in tertio successiones Priorum generalium totius ordinis sui secundum tempora locat. Scripsit etiam de purissima semper conceptione beatæ Mariæ virginis lib. I. Sermones quoq; in numeros ad populũ lib. II. Epistolas tam ad me quam ad alios pene infinitas. Scripsit præterea multas Epistolas contra quendam Wigandum ordinis prædicatorum conuentus Franckfordensis lectorem, conceptionem purissimam Dei genitricis, temere impugnantem. Is enim septimum capitulum tractatus nostri de sancta Anna vesana loquacitate impugnans, contra me scripsit longam & procacem Epistolam, in qua se pensantem manus subscripsit, & nomen suum proprium fraudulenter subticuit, cuius temeritati tum per istum Iohannem Carmelitam, tum per alios viros eruditos satis admodum est responsum. Ego enim vnas tantum literas rescribens, nolui diutius cum Batthologo contendere verbis. Cætera vero quæ Iohannes iste composuit, in manus nostras non venerunt. Viuit adhuc in conuentu Cassellensi Subprioris gerens officium & varia conscribit. Annos ætatis habens plusquam sexaginta, sub Maximiliano Imperatore, anno Domini quo hæc scripsimus mill. cccc. xcv. indictione XIII.

Rutgerus Sicamber da Venray.

RVTGERVS Sicamber de Venray patria Gelrensis, ordinis canonicorum regularium sancti Augustini, cœnobij diui Apostoli Petri Dumetensis, vulgariter Heynensis, non longe à Wormacia, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & in secularibus literis egregie doctus, ingenio acutus, sermone disertus, vita & conuersatione deuotus, metro excellens & prosa. Scripsit tam carmine quam oratione soluta, multa commendanda opuscula, quorum lectio non minus vtilis est quam iucunda. Ex his legi subiecta. Dialogum de institutione puerili lib. II. Dialogum de inquisitione beatæ vitæ li. II. Hymnorũ de sancta Maria vario genere metri li. II. qui continent ferme duodecim millia versuũ. Dialogũ de vario vsu literarũ li. II. Dialogũ de re mirabili li. II. Dialogũ de re-

de rebus & nouis & iucundis lib.2. dialogum de metrorum generibus libr.2. dialogum de latinorum verborum accentibus libr.2. Panegyrin ad me lib.2. dialogum de fraternitate Rosarij lib.2. Epigrammaton quoque lib.1. dialogum ad me consolatorium suarum tribulationum & calamitatum horum temporum, in quo seipsum nostris verbis inuicem quondam prolatis consolatur, super eo, quod pellatur de cœnobijs amor & studium literarum odioque sint prælatis monachorum fratres studiosi & eruditi lib.1. item dialogum ad me de modulorum suorum expositione in hymnis Mariæ Dei parentis, vbi duo & quinquaginta metrorum genera inducit & exponit libr.1. ad dominum Iohannem Dalburgium episcopum Wormaciensem carmen Heroicum & saphicum lib.1. epistolas tam ad me quã ad alios pene innumerabiles. Contra fratrem pensantem manus ordinis prædicatorum supradictum purissimã conceptionem Dei genetricis impugnantem, epistolas multas edidit & versus. Et quædam alia quæ adhuc in manibus eius imperfecta versantur. Viuit adhuc annos ætatis habens ferme quatuor & quadraginta, in cœnobio Heynensi Wormaciensis diœcesis, sub Maximiliano Rege, Anno Domini quo hæc scribimus M. cccc xcv. indictione XIII.

Iacobus Vimpfelingus Sletstatinus.

Iacobvs Vimpfelingus Sletstatinus presbyter in ecclesia Spirensi, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis egregie doctus, Theologus, philosophus, orator, & poeta celeberrimus, qui primum Erffordiæ, deinde Heydelbergæ philosophiam & sacras literas publice docuit, magnamque eruditionis suæ gloriam acquisiuit, vir inquam vndecunque doctissimus, ingenio subtilis, eloquio disertus, qui & metro excellit & prosa. Scripsit vtroque genere multa præclara volumina, quibus nomen suum longe lateque diuulgauit. E quibus extant subiecta. Ad dominum Bertholdum Archiepiscopum Moguntinum, scripsit volumen celeberrimum Hexametro & pentametro elegantissime de triplici candore beatæ Mariæ semper virginis contra impugnantes purissimam conceptionem eius lib.1. item ad Theodericum Gresemundum iuniorem Moguntinum præcepta Rhetorices lib.1. laudes insignis Ecclesiæ Spirensis lib.1. Postilla breuis in Symbolum Athanasij lib.1. legendam & officium de compassione beatæ Mariæ semper virginis ad instantiam Ludouici episcopi Spirensis composuit, qui idipsum in sua diœcesi publice cantare instituit. De arte quoque poetica tractatum vtilem edidit, qui multum mẽdose ad finem Grammaticæ nouæ sine auctoris nomine impressus est. Historiam Stylphontis cuiusdam idiotæ lib.1. carmen quoque de nuncio angelico li.1. Prothimologiam de bono modo prædicandi, opus probe instructum ex fontibus oratorum li.1. Isodonium Germanicum de faciliori puerorum institutione lib.1. orationem contra inuasores sacerdotum. Orationem pro immunitate ecclesiastica. Orationem ad Cardinalem Tornacẽsem. Orationem ad Raymundum nuncium indulgentiarum. Orationem ad Gymnosophistas Heydelbergenses de sancta Catharina. Orationem ad eosdem de Spiritu sancto. Orationẽ ad eosdem de assumptione diuæ Parthenices, orationem ad synodum Wormaciensem. Orationem ad synodum Spirensem, orationẽ ad synodum ruralem Stetstatensem. Orationes multas in Decanatu & Rectoratu suo Gymnasij Heydelbergensis de principijs sententiarum, & vtriusque testamenti, atq; in promotione Licenciandorum; orationes etiam multas ex personis aliorum. Orationẽ pro Rege Francorum, epistolas tã ad mẽ q̃ ad alios pene innumerabiles. Ex persona Frederici comitis Palatini, Ludouici Episcopi Spirensis & aliorum multas epistolas ad Romanos Imperatores & põtifices scripsit. Quæstiones quoq; varias. Carmen heroicũ ad Eberhardum Ducẽ Wirtẽbergensem. Epigrammaton li.1. contra fratrẽ pensantem manus, conceptionem Dei genitricis & Basiliẽse concilium contemnentem, impugnantẽ, & proiicientem elegantes & instructas cõscripsit epistolas. Viuit adhuc in ciuitate Spirẽsi, Annos ætatis habens, quinq; & XL. sub Maximiliano Imperatore, Anno Domini quo hæc scripsimus M. cccc xcv. indictione XIII.

Philippus Alberti de Nussia.

Philippvs Alberti de Nussia oppido Colonienſis diœcesis oriundus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, conuentus Franckfordensis sacræ Theologiæ Baccalaurius, formatus vir in diuinis scripturis studiosus & eruditꝰ, atq; in philosophia Aristotelica egregie doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio: qui primum in Gymnasio Parisiensi, at nunc in Colonienſi palæstra, sua eruditione & morum honestate Carmelũ ornat. Scripsit quædã nõ abijciẽda volumina, de quibus ego tantũ vidi subiecta. Lecturã notabilẽ q̃ Coloniæ publice legit super cantica canticorũ lib.1. sermones quoque multos & varios Franckfordiæ prædicatos li.1. iam scribit & legit publice in conuentu Colonienſi singulare & pulchrum opus super sententias li.4. scripsit etiam prolixã epistolam auctoritate & ratione firmissimis instructã contra Wigandũ ordinis prædicatorũ, manuũ

pensatorem, de purissima conceptione Dei genitricis aliter quam Ecclesia determinauit sentientem, in qua omnes latratus eius sagaci disputatione compescuit. Sed & alias epistolas ad diuersos non inelegantes composuit. Viuit adhuc in Gymnasio Colonensi sacris literis studiose incumbens, sub Maximiliano Imperatore, Anno Domini quo hæc scribimus M.CCCCXCV. indictione XIII.

Theodericus Gresemundus iunior.

THEODERICVS Gresemundus iunior Moguntinus, natus ex patre Theoderico Gresemundo de Meschede, artium & Medicinæ Doctore clarissimo, adolescens excellentis ingenij, qui carmine & prosa multa scribit & scripsit miranda opuscula, cuiuscumque argumenti ornatissima, Ciceronianam disertitudinem præ se ferentia, tantum sui miraculum præbet, vt velut alter Adeodatus Augustini quondam filius, suo ingenio & scribendi argumentandique promptitudine, multis (etiam doctissimis viris) sit admirationi & stupori. Longe enim præcedit ætatem ingenium, quippe cum in eo tanta sit eruditio & eloquentia simul, vt pares ætatis suæ habuerit aut paucos aut nullos. Scripsit ad me insignem dialogum, de septem liberalibus disciplinis, in quo has ipsas artes non minus eleganter quam erudite defendit, enucleat, & commendat. libr. 1. orationem quoque ornatissimam nomine philosophiæ & oratoriæ, ad Rerumpublicarum gubernatores. Item de furia Germanorum elegantem dialogum composuit, qua tempore carnispriuij insaniunt lib. 1. in fratrem pensantem manus ordinis prædicatorum purissimam Dei parentis conceptionem stolide impugnantem, carmen scripsit & multas epistolas. Carmina quoque diuersi generis & epigrammata multa edidit. Epistolas ornatissimas etiam, tam ad me quam ad alios pene innumerabiles scripsit, ex quibus ingenij eius nobilissimi viuacitas & vena colligitur. Viuit adhuc Moguntiæ in domo paterna, Annos ætatis habens ferme decem & octo, sub Maximiliano Imperatore, Anno Domini quo hæc scripsimus mill. CCCCXCV. indictione XIII. Non mihi quisque succenseat, quod puerum hunc ætate, inter scriptores illustres posuerim, cum ingenio suo multos excellat seniores, quoniam ex ore infantium & lactentium laudem perfecit altissimus, nec ætatem requirimus, sed ingenium, sed lucubrationem, sed opus. Nam etsi adolescentulus est, non venit propterea contemnendus, quippe qui non puerorum ludos, sed virorum composuit libros. Qui cũ in pueritia hæc fecerit, quid putamus in senectute facturum esse? Mei propositi est nullum scienter omittere quem nouerim aliquid laude dignum in Germania scripsisse. Sed huius Theoderici ætatem prouectiorem Catalogus iste noster expectare non potuit.

Petrus de Riuo, sacræ Theologiæ Doctor.

PETRVS de Riuo, sacræ Theologiæ Doctor, & Gymnasij Louanensis ordinarius, decus & columen, vir certe in diuinis scripturis longo & diuturno studio eruditissimus, & secularis philosophiæ non ignarus, theologus insignis, & computista maximus, ingenio dulcis, sermone scholasticus, vita & conuersatione maturus. Fertur nonnulla commendanda scripsisse volumina, quibus memoriam sui posteris commendauit. Sed nihil eorum ad manus nostras memini peruenisse, præter opus illud celeberrimum quod magno labore composuit; de anno, die, & feria dominicæ passionis in tribus voluminibus. Cætera quæ scripsit & scribit, mihi sunt penitus incognita. Viuit adhuc sicut audio in Gymnasio Louanensi varia conscribens, sub Maximiliano Rege, Anno Domini quo hæc scripsimus M.CCCCXCV. indictione XIII.

Theodericus de Osenbruck.

THEODERICVS de Osenbruck ordinis fratrum minorum Colonensis prouinciæ, vir in diuinis scripturis exercitatum habens ingenium, declamator sermonum popularium famosissimus, cuius vitam omnes qui eum nouerunt sanctam & religiosissimã prædicant. In sermonibus enim faciendis ad populum tanta gratia diuinitus illustratur, tanta facundia loquitur, tanta denique compunctione & dulcedine auditores suos afficit, vt similem inter Germanos habuerit neminem, vnde & per totam prouinciam generalis prædicator constitutus est. Legit mihi nuper dum Coloniæ mecum esset, in cœnobio diui Martini, opusculum pulchrum & deuotioni congruum, de passione Domini & articulis eius, ad instantiam domini Hermanni Archiepiscopi Colonensis lib. 1. item manuale simplicium deuotorum lib. 1. de exercitio quotidiano interiori lib. 1. & varios sermones. Scripsit & quædam alia nobis incognita. Viuit adhuc in prouincia Colonensi verbo & exemplo multos erudiens in disciplina Dei. Sub Maximiliano Imperatore, Anno Domini quo hæc scripsimus, M.CCCCXCV. indictione XIII.

Theodericus Vlsenius.

THEODERICVS Vlsenius patria Phrisius, vir vndecunque doctissimus, philosophus, medicus, orator & poeta clarus, ingenio subtilis, eloquio disertus, carmine excellens simul & prosa. Scripsit quædam instructa opuscula, quibus ingenium exercitans, memoriam sui posteris commendauit. E quibus extat, elegiarum volumen libr. 1. Epigrammaton quo-

ton quoque lib.1.& varias ad diuersos epistolas scripsit. Viuit adhuc varia cudens, sub Maximiliano Imperatore, Anno Domini quo hæc scribimus M.CCCCXCV. indict. XIII.

Arnoldus Bostius.

ARNOLDVS Bostius ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis, de monte Carmeli, conuentus Gandensis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, ingenio subtilis, sermone compositus, vita & conuersatione deuotus, carmine exercitatus & prosa. Scripsit non spernendæ lectionis plura opuscula, de quibus extant subiecta: Volumen prosaicum interpositis quandoque carminibus de eo quod beata virgo Maria specialis patrona sit ordinis Carmelitici, vnde & prænotare illud voluit, de patronatu libr.1. de illustribus viris ordinis sui libr.1. de illustribus viris ordinis Carthusiensis libr.1. contra Vincentium de nouo castro ordinis prædicatorum purissimam Deigenitricis conceptionem impugnantem lib.1. de quatuor nouissimis lib.1. carmina & epigrammata multa. Epistolas tam ad me quam ad alios scripsit pene innumerabiles. Et quædam alia mihi incognita. Viuit adhuc in noua Syon cœnobio monialium prope Brugas, annos ætatis quinque & XL. supergressus, sub Maximiliano Rege. Anno quo hæc scripsimus M.CCCCXCV. indictione XIII.

Iudocus Beyfselius.

IVDOCVS Beyfselius regiæ vrbis Aquensis patricius & vnicum decus, vir tam in scripturis sanctis quam in secularibus literis eruditissimus, philosophus, orator & poeta insignis, & iuris vtriusque professor & interpres celeberrimus, ingenio subtilis, eloquio disertus, qui licet curis Rei suæ publicæ necessario sit intentus, incredibili tamen feruet amore scripturarum, multa scribens multa cudens multa componens carmine solutaque oratione, quibus nomen suum cum ingenti gloria diuulgatur. E quibus ista nobis innotuerunt, dialogus pulcherrimus, de optimo genere Musicorum lib.1. de Christiano ambitu libr.1. epitoma stimuli amoris lib.1. de rosacea Mariæ corona. libr.1. Rosarium metricum de beata virgine. Carmen de Sacramento altaris. Ad me scripsit rosarium carmine elegiaco de sanctissima matre Anna; Gesta quoque Flandrensium incepit, sed variis occupationibus præpeditus hucusque finire non potuit. Orationes etiam & varias & elegantissimas scripsisse dicitur. Epigrammata quoque multa scripsit, & diuersi generis carmina cõplura. Epistolas tam ad me quam ad alios ornatissimas pene innumerabiles dedit. Et alia. Viuit adhuc apud Aquisgrani, sub Maximiliano Rege, Anno Domini quo hæc scribimus M.CCCCXCV. indictione XIII.

Iudocus Badius Ascensius.

IVDOCVS Badius Ascensius oriundus ex Gandauo, homo in secularibus literis eruditissimus: & diuinarum scripturarum non ignarus, philosophus, Rhetor & poeta doctissimus, ingenio excellens & disertus eloquio, qui olim Ferrariæ Baptistã Guarinum literas Græcas docentem audiuit, & in ea quoque lingua peritus euasit. Scripsit carmine & prosa multa præclara volumina, quibus nomen suum & memoriam posteris commendauit. De his extant subiecta. Contra Vincentium de nouo castro. lib.1. de Grammatica li.1. Psalterium Beatæ Mariæ semper virginis carmine sapphico libr.1. comportauit ex diuersis auctoribus volumen insigne de vitijs & virtutibus, quod suis commentariis ornate enucleans syluas morales prænotauit lib.12. Epigrammaton quoque & diuersi generis carminum lib.1. epistolas etiam tam ad me quam ad alios ornatissimas metro & prosa pene innumeras edidit. Alia quoque nonnulla scripsisse dicitur, quæ ad manus nostras minime venerunt. Viuit adhuc Lugdunum Galliarum vrbem sua eruditione illustrans, & varia scribit. Annos habens ætatis XXXIII. sub Maximiliano Imperatore, Anno Domini quo hæc scribimus, M.CCCCXCV. indictione XIII.

Iacobus Sprenger.

IACOBVS Sprenger ordinis fratrum prædicatorum prouincialis Colonienſis, diuinarum scripturarum professor & interpres eruditus, atque in philosophia Aristotelica egregie doctus, ingenio clarus, sermone scholasticus, cum olim ab Innocentio papa Octauo, vna cum Henrico Institoris eiusdem ordinis Theologo, inquisitor hæreticæ prauitatis esset constitutus. Scripsit pro cautela & instructione simplicium, contra mulierculas maleficas, instrumenta Diaboli volumen non abijciendum quod prænotauit; Malleum Maleficarum lib.1. si quid amplius scripsit ad notitiam meam non peruenit. Viuit adhuc in conuentu suo Colonienſi residens, sub Maximiliano Imperatore, Anno Domini quo hæc scribimus M.CCCCXCV. indictione XIII.

Iohannes Tholasius.

IOHANNES Tholasius ex Franconia oriundus, canonicus Ratisponenſis & præpositus Forchemenſis, vir in scripturis sanctis studiosus & eruditus, atq; in secularib⁹ literis egregie doct⁹, philosoph⁹ & Cosmographus insignis, pontificij Iuris Doctor præclarus, ingenio subtilis & disert⁹ eloquio. Scripsit nõnulla opuscula in Mathematica & Astronomia, quibus ingenij sui viuacitatem cunctis ea legentibus clare ostendit. Epistolas quoque

multas ad diuersos. Alia etiam nonnulla scripsit nobis incognita. Viuit adhuc in ciuitate Ratisponensi, sub Maximiliano Rege, Anno Domini quo hæc scribimus M. CCCCXCV. indictione XIII.

Hartmannus Schedel Nurenbergensis.

HARTMANNVS Schedel Nurenburgensis, artium & Medicinæ Doctor, & diuinarum scripturarum non ignarus, ingenio præstans & clarus eloquio, comportauit & scripsit inter alia ingenij sui opuscula (sumptus & impensas ministrantibus Sebaldo Schreyer & Sebastiano Kamermeyster ciuibus Nurenbergensibus) volumen magnum historiarum ab initio mundi vsque ad hæc tempora Maximiliani regis. Si quid amplius scripsit nescio. Viuit adhuc in ciuitate Nurenbergensi, Anno Domini quo hæc scribimus. mill. CCCCXCV. indictione XIII.

Iacobus Philippi.

IACOBVS Philippi, plebanus Ecclesiæ Basiliēsis sacræ Theologiæ Baccalaurius formatus, in scripturis sanctis studiosus & eruditus, & secularis philosophiæ nō ignarus, ingenio excellens, sermone lucidus, vita & conuersatione honestus. Scripsit quædam præclara opuscula, quorum lectio deuotis maxime necessaria iudicatur. E quibus fertur libellus qui præcordiale sacerdotum inscribitur lib. 1. Reformatorium quoque vitæ & morum clericorum & sacerdotum lib. 1. feruntur & sermones eius ad populum complures, & alia multa nobis incognita. Viuit adhuc in ciuitate Basilienſi, sub Maximiliano Rege, Anno Domini quo hæc scripsimus M. CCCCXCV.

Bernardus, monachus ordinis Carthusiensis.

BERNARDVS monachus ordinis Carthusiensis, domus passionis Iesu Christi, prope ciuitatem Legnitz, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, ingenio promptus & clarus eloquio, fertur multa præclara scripsisse volumina, sed ego nullum eorum vidi præter Dialogum illum pulcherrimum quem de laudibus & miraculis beatæ Mariæ semper virginis eleganter composuit libr. 1. Claruit anno Domini, M. CCCCLXXX. sub Frederico Imperatore tertio, & credo eum adhuc viuere.

Iohannes Gerbrandi de Leydis.

IOHANNES Gerbrandi de Leydis, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, conuentus Harlemensis Supprior, vir valde studiosus & eruditus, ingenio præstans, sermone Scholasticus, declamator sermonum popularium præclarus, fertur insignem de ordine suo scripsisse historiam libr. 10. sermones quoque de tempore & de sanctis non abijciendos. Et alia complura nobis incognita, viuit adhuc in conuentu suo Harlemensi, sub Maximiliano Imperatore, Anno Domini quo hæc scribimus mill. CCCCXCV. indictione XIII.

Boualaus de Hassensteyn.

BOVSLAVS de Hassensteyn, vir nobilis & vndecunque doctissimus, philosophus, orator, & poeta præclarus, ingenio subtilis, & disertus eloquio, generis sui præeminentiam doctrina & eruditione illustrans, varia tam carmine quam prosa scribere dicitur, in quibus non minus honestas quam scientia relucere perhibetur. E quibus extat opus instructū, de proprijs inuentis Germanorum & Italorum libr. 1. carminum quoque & epigrammaton. lib. 1. epistolæ autem eius ornatissimæ complures feruntur ad diuersos. Et quædam alia indies publicanda. Viuit adhuc in castro suo Hassensteyn & varia conscribit, sub Maximiliano Imperatore, Anno Domini quo hæc scripsimus. M. CCCCXCV. indictione XIII.

Egidius Fabri de Bruxellis.

EGIDIVS Fabri de Bruxellis, oppido Brabantiæ oriundus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, Prior conuentus sui Bruxellensis, Doctor sacræ Theologiæ & philosophiæ scholasticæ clarus interpres, ingenio promptus, sermone cōpositus, vita & conuersatione maturus, fertur ab his qui eum prope nouerunt opus non spernendum cudisse super sententias lib. 4. quæstiones etiam varias disputatas, sermones quoque multos & elegantes ad populum, & quædam alia. Viuit adhuc in conuentu suo Bruxellensi in Brabantia, sub Maximiliano Imperatore, Anno Domini M. CCCCXCV.

Haringus Sifridi Sinnama de Hagis.

HARYNGVS Sifridi Sinnama de Hagys Frisiæ oriundus, qui vulgo Hermānus appellatur, Doctor vtriusque iuris, & tam in diuinis scripturis quam in philosophia scholastica probe instructus, ingenio viuax, consilio promptus, qui Coloniam Agrippinam docēdo, scribendo, & consultando exornat. Scripsit opus celeberrimum super titulis vtriusque iuris, omnibus in canonibus vel in legibus initiari cupientibus non minus vtile quam iucundum. Promisit se olim cum Coloniæ inuicem de scripturis aliquando loqueremur etiam alia quædam scripturum, quod an fecerit non satis certum habeo. Viuit adhuc ætate virili, sub Maximiliano Imperatore, Anno Domini quo hæc scripsimus M. CCCCXCV. indictione XIII.

Conradus Leontorius, vulgariter Leonberg.

CONRADVS Leontorius, vulgariter Leonberg, monachus ordinis Cistercienſis, cœnobij Mulbronnensis in Sueuia, vir tam in diuinis scripturis quam in secularibus literis studiosus & eruditus philosophus, orator & poeta non abiiciendus, ingenio prompus & diser-

& disertus eloquio, Hebraicæ & Græcæ linguæ non ignarus. Scripsit carmine & oratione soluta quædam præclara syntagmata, quibus memoriam sui posteris commẽdauit. E quibus extant epistolæ plures & ornatissimæ ad diuersos lib. 1. orationes quoque variæ. Carminum & Epigrammaton diuersi generis libr. 1. commentarios à Sebastiano Murrhonis Colmariensi in Baptistã Carmelitam Mantuanũ inchoatos, sed morte vrgente imperfectos relictos, compleuit & perfecit. Viuit adhuc in monasterio suo Mulbronnensi, annos ætatis habens ferme XXXV. & varia scribit sub Maximiliano Imperatore, Anno Domini quo hæc scribimus M.CCCCXCV. indictione XIII.

Engelhardus Funck, alias Scintilla.

ENGELHARDVS Funck, alias Scintilla, Francus orientalis de Suobach oriundus, vir doctus & vndecunque peritus, philosophus & poeta insignis, diuinarum quoque scripturarum & juris pontificij non ignarus, ingenio præstans & disertus eloquio. Fertur carmine & prosa quædam cudisse opuscula, quibus nomen suum longe lateque notificauit, è quorum numero est: Carmen elegiacum de laude patriæ suæ Franconiæ, carmen de annulo. Carmen de morte Cardinalis sancti Marci. Epigrammaton quoque diuerso genere metri libr. 1. epistolas etiam ornatissimas composuit, ad diuersos. Et quædam alia nobis incognita. Viuit adhuc sicut audio in vrbe Romana caussarum aduocatus, sub Maximiliano Imperatore, Anno Domini quo ista scripsimus Millesimo quadringentesimo XCV. indictione XIII.

Iohannes Langii de Bolckenham.

IOHANNES Langer de Bolckenhan presbyter Ecclesiæ Vratislauiensis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, ingenio excellens, sermone compositus, metro exercitatus & prosa. Scripsit gemino stylo quædam commendanda opuscula, quibus nomen suum notificauit. Ad Georgium de Lapide Dominum Steynauiæ, volumen præclarum de censibus & reemptionibus lib. 1. epistolas quoq; multas ad diuersos. Carmina multa, & quædam alia. Viuit adhuc in Vratislauia & varia conscribit, sub Maximiliano rege Anno Domini M.CCCCXCV. indictione XIII.

Paulus Niauis, vulgariter Schnefogel.

PAVLVS Niauis, vulgariter Schnefogel, vir in literis humanitatis (maxime in Rhetorica) doctus, & diuinarum scripturarum non ignarus, ingenio præstans & disertus eloquio, qui in Gymnasio Lypzensi docendo & scribendo magnam nomini suo famam eruditionis acquisiuit. Scripsit pro nouitijs religiosis de institutione latini sermonis libr. 1. visionem cuiusdam Heremitæ lib. 1. de coloribus Rhetorices lib. 1. Dialogum inter idiotam Beanum, & doctum Gymnosophistam lib. 1. epistolas formales ad iuuenum institutionẽ lib. 3. epistolas quoque familiares ad diuersos. Et quædam alia quæ in manus nostras non venerunt. Viuit adhuc in Marchionatu Mysnensi, & varia componit. Sub Maximiliano Imperatore, Anno Domini M.CCCCXCV. indictione XIII.

Heinricus ex Northeym.

HEINRICVS ex Northeym oppido Saxoniæ oriundus homo in secularibus literis studiosus & eruditus: & diuinarum scripturarum non ignarus, ingenio subtilis & clarus eloquio, metro magnifice exercitatus & prosa. Scripsit ad Fredericũ Marchionem Misniæ & Ducem Saxoniæ; Dymetromachiam de conflictu virtutum & vitiorum lib. 1. carmina quoq; multa & varias epistolas ad diuersos. Et quædam alia nobis incognita, credo eum adhuc viuere: sub Maximiliano Imperatore, Anno Domini quo hęc scribimus millesimo CCCCXCV. indictione XIII.

Nicolaus de Alsentia.

NICOLAVS de Alsentia, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis, de monte Carmeli, conuentus Crutzennacensis, in comitatu Spanhemensi, lector sacræ Theologiæ, in scripturis sanctis studiosus & eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, ingenio promptus, sermone Scholasticus, & declamator sermonum popularium longa consuetudine exercitatus. Scripsit in Exodum lib. 1. in Apocalypsin quoque Iohannis lib. 1. in officium Missæ & canonis longum & prolixum volum , libr. 1. sermones de tempore & de sanctis lib. 2. & quædam adhuc penes eum latentia. Viuit vsque hodie in conuentu suo Crutzennacensi ferme quadragenarius, sub Maximiliano Imperatore, Anno Domini quo hæc scripsimus M.CCCCXCV. indictione XIII.

Bartholomeus de Colonia Agrippina.

BARTHOLOMÆVS de Colonia Agrippina, vir in secularibus literis studiosus & eruditus, ingenio clarus & disertus eloquio, philosophus & vates insignis, qui in palæstra Dauantriensi docendo & scribendo non mediocris effulsit. Scripsit metro & prosa nonnulla commendanda opuscula, quibus nomen suum diuulgauit. Carmen de laudibus philosophiæ, quod prænotauit Syluam carminum lib. 1. Carmen de secta Diogenis philosophi lib. 1 cætera quæ composuit in manus nostras minime venerunt. Viuit adhuc Dauãtriæ oppido Traiectensis diœcesis, sub Maximiliano Rege, Anno Domini, M.CCCCXCV.

Nicolaus Simonis ex Harlem.

NICOLAVS Simonis ex Harlem oppido Hollandiæ, ordinis fratrum beatæ Mariæ

semper virginis de monte Carmeli, conuentus Harlemensis lector, & in diuersis locis aliquando Prior, vir certe studiosus & in diuinis scripturis exercitatus, ingenio promptus & declamator sermonum egregius. Scripsit non abiiciendos sermones de tempore & de sanctis, quos prænotauit sermones, vade mecum libr. 2. cætera quæ composuit, ad notitiã meam non venerunt. Viuit adhuc in conuentu Harlemensi, Anno Domini quo hæc scribimus. M.cccxcv. indictione XIII.

Adamus Wernerus Themarensis.

ADAM Wernerus Themarensis, vir in secularibus literis egregie doctus, & diuinarum scripturarum non ignarus: legum imperialium cultor & interpres, non minus eruditus quam facundus, ingeniõ subtilis & clarus eloquio, metro exercitatus & prosa. Scripsit non spernenda opuscula, quibus nomen suum posteritati & memoriæ consecrauit. Inter quæ extat ad me volumen diuersorum carminum & Epigrammaton lib. 1. carmina multa diuersi generis ad me scripsit de sancta Anna. Epistolas præterea tam ad me quam ad alios complures dedit, singularis eruditionis & eloquentiæ. Scripsit autem & alia nonnulla, suo tempore in lucem producenda. Huius discipulus est Iohannes Herbst Luterburgẽsis capellanus in arce Heydelbergensi, vir æque doctus & eruditus, qui & ipse de sancta Anna multa ad me carmina & epistolas ornatissimas scripsit. Sed & quædam alia propediem publicanda. Viuunt adhuc ambo in Gymnasio vrbis Heydelbergensis, sub Maximiliano Imperatore. Anno quo hæc scribimus M.cccxcv.

Iohannes de Lamsheim.

IOHANNES de Lamsheim vico non longe Wormacia posito oriundus, ordinis canonicorum regularium sancti Augustini, monasterij Horti beatæ Mariæ, quod alias Kyrsgarten dicitur extra muros vrbis Wangionum, vir studiosus & continua lectione scripturarum exercitatus, ingenio præstans & apertus eloquio, dignus profecto qui solis literis non etiam curis temporalium rerum incumberet (œconomus est enim) multa lectione digna componeret. Scripsit de institutione & vtilitate fraternitatis Rosarij diuæ Parthenices Mariæ lib. 1. speculum Missæ lib. 1. speculum nouissimorum libr. 1. alium inscribitur Arrha æternæ salutis libr. 1. & quædam alia. Viuit adhuc in præfato cœnobio iuxta Wormaciam, sub Maximiliano Rege, Anno Domini M.cccxcv. indictione XIII.

Franciscus Wyler.

FRANCISCVS Wyler ordinis fratrum minorum de obseruãtia, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, ingenio promptus & clarus eloquio, declamator sermonum egregius, cum ante hoc ferme triennium in conuentu Cruzennacensis oppidi vitam ageret, scripsit ad instantiam Alberti Latronis eiusdem ordinis professorem, insigne Repertorium epistolarum sancti Hieronymi presbyteri lib. 1. ad eundem de remedijs scrupulositatum conscientiarum lib. 1. contra quendam conceptionem Dei genitricis purissimam impugnantem in modum libelli prolixam epistolam. sermones quoque multos ad populum. Extant eius tam ad me quam ad alios complures Epistolæ. Item de passione Domini; de vitijs & virtutibus, de Musica & eius laudibus, varia & non abijcienda Syntagmata. Et quædam alia. Viuit adhuc sub Maximiliano Imperatore, Anno Domini quo hæc scribimus M.cccxcv. indictione XIII.

Thomas de Argentina.

THOMAS de Argentina ordinis fratrum prædicatorum, primum sacerdos secularis plebanus diui Thomæ Argentinensis, deinde curatus sancti Andreæ in Andelo, mox assumpta fratrum prædicatorum religione, confessor monialium sui ordinis in superiore Steyga & in Renthyngen eiectarum à Clyngental Basiliensi factus, pro Dei amore & deuotarum sororum multos labores fortianimo sustinuit, & sustinet vsque in præsens. Vir deuotus, mitis, humilis, studiosus, & doctus, solis literis & virtutibus deditus. Scripsit sermones elegantissimos, deuotioni & compunctioni adeo congruos, vt me nunquam similes legisse meminerim. Totus enim ardet, feruet, incendit, non more cæterorum superficialiter, sed ex corde loquens, tam erudite, tam diserte, tam deuote, vt lapidea corda mouere posse videatur. Neque enim superuacaneis allegationibus tempus insumit, sed veterum exemplo Rhetorio more incedit. Scripsit eodem spiritu & feruore Meditationes pulcherrimas libr. 1. epistolas ad diuersos & multas & ornatas, quæstiones profundas scripturarum sibi motas ab amicis tam proprie tam Catholice tam diserte enodauit, vt nihil aptius responderi ad propositum posset. Viuit adhuc in Steyga cœnobio monialium in diœcesi Argentinensi, sub Maximiliano Imperatore, Anno Domini quo hęc scribimus M.cccxcv. indictione XIII.

Godfridus Candelarij.

GODEFRIDVS Candelarij, Prior conuentus & fratrum ordinis beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, in vrbe regia Aquensi, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & in secularibus literis non mediocriter doctus, ingenio acutus & disertus eloquio, declamator sermonum egregius, fertur quædam præclara cudisse opuscula, quæ

necdum

necdum venire in lucem passus est. Extant eius sermones ornatissimi de tempore & de sanctis lib. 2. Orationes quoque variæ ad clerum. Epistolæ tam ad me quã ad alios cõplures elegantes. Audio eum orationem instructam cudisse, pro coronatione Reginæ propediem habendam ad petitionem amici ad perorandum in tempore deputati. Cætera quæ scripsit me latent. Viuit adhuc in conuentu suo Aquensi varia scribens, sub Maximiliano rege. Anno domini 1495. Indictione 13.

IVDOCVS Gallus Rubiacẽsis, homo in scripturis sanctis studiosus & eruditus, & in *Iodocus Gallus Rubiacensis.* secularibus literis egregie doctus Theologus & orator, ingenio clarus, sermone disertus, carmine excellẽs & prosa, iuuentutẽ Heydelbergensis gymnasii in literis humanitatis sedulo docens. Fertur multa nobis adhuc incognita cudisse Syntagmata, quibus memoriam sui posteris commendauit. Extant eius orationes ornatissimæ plures ad vniuersitatem & clerum, E quibus ego tantum reperi : Orationem de sancta Catharina, orationem de purificatione diuæ Parthenices matris. Orationẽ de natali domini, orationem de annunciatione dominica, orationes ad Synodum Spirensem duas. Orationem de sancto Iohanne baptista. Orationes de spiritu sancto duas. Orationem de Epiphania. Dialogum per modum orationis de purificatione. Ad clerum Wormaciensem orationem per alium dictam. Orationem ad clerum ruralem per alium dictam. Dialogos duos de promouendis ad Magisterium. Orationes plures pro baccalariis, & alia multa. Scripsit etiam carmina & epigrammata diuersi generis multa lib. 1. Epistolas quoq; ad diuersos & multas & ornatissimas. Viuit adhuc in Gymnasio Heydelbergensi, annos ætatis superans 35. sub Maximiliano Rege. Anno domini quo hæc scribimus 1495. Indictione 13.

EYTELWOLFFVS de Lapide, patria Sueuus, vir nobilis, & in literis humanitatis *Eytel Wolffus de Lapide patria Sueuus.* (maxime in philosophia & oratoria) doctissimus, ingenio subtilis, & eloquentiæ Romanæ amator & æmulator maximus, qui ob eruditionem & sapientiam naturalẽ apud Marchionem Brandeburgensem non paruo habetur in pretio. Scripsit ad Georgium de Lapide auunculum suum (amatorem literarum æque atque ipse) De laudibus Heroum & virorum illustrium lib. 1. Epistolas quoque ornatissimas ad diuersos lib. 1. Et alia multa nobis incognita. Hic quondam discipulus fuit Magistri Crafthonis Vdenhemii optimi & vigilantissimi iuuentutis Sletstatinæ institutoris, qui & ipse nonnulla cudisse dicitur, quæ nobis incognita sunt. Viuit adhuc cœpto fortiter perstans in studio & varia cõscribit. Sub Rege Maximiliano, Anno domini quo hæc scribimus 1495. Indictione 13.

IOHANNES de Bruxellis oppido Brabantiæ oriundus, ordinis Canonicorum re- *Iohannes de Bruxellis.* gularium sancti Augustini, monasterii diuę Agnetis prope Zwollis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, ingenio clarus & comptus eloquio. Scripsit volumen magnũ & non inutile ad institutionem omnium Christianorũ, quod prænorauit, Rosetum exercitiorum spiritualium & sacrarum meditationum lib. 2. Item de illustribus viris ordinis sui lib. 1. Et quædam alia nobis incognita. Viuit adhuc (vt intelligo) iuuenis in oppido campis socius cõfessoris monialium, & varia scribit, sub Maximiliano Romanorum Rege præstantissimo. Anno domini quo hæc scripsimus, 1495. indictione 13.

IOHANNES Tinctoris, patria Brabantinus, ex ciuitate Niuellensi oriundus, & in *Iohannes Tinctoris, patria Brabantinus.* Ecclesia eiusdem vrbis canonicus, doctor vtriusq; Iuris, Regis Ferdinandi Neapolitani quondam Archicapellanus & Cantor, vir vndecunque doctissimus, maximus Mathematicus, summus musicus, ingenio subtilis, eloquio disertus, multa scripsit & scribit præclara opuscula, quibus se & præsentibus vtilem, & posteris memorabilem reddit. Ex his solum reperi. In Musica de arte contrapuncti lib. 3. Item de tonis lib. 1. De origine quoq; Musicę lib. 1. Epistolas ornatissimas complures dedit ad diuersos, figuram vnam depinxit, in qua omnes vetustissimos Musicos comprehendit, & Iesum Christum summum cantorem dixit. Viuit adhuc in Italia varia scribens, annos habens ætatis ferme 60. Sub Maximiliano Rege, Anno domini quo ista scribimus 1495. Indictione 13.

THILMANNVS Dulmanensis patria Westphalus, ordinis sancti Augustini ca- *Thilmannus Dulmanensis.* nonicus in Bodiken quondam prior in Drutenhusen, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, ingenio promptus, sermone compositus, vita & conuersatione deuotus. Scripsit insigne volumen de laudibus beatæ Mariæ virginis, quod coronam sanctæ Mariæ prænotauit. Item super illis verbis Domini. Nisi quis conuersus fuerit sicut paruulus &c. longam & non inutilem tractationem lib. 1. Alia quoque nonnulla scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Viuit adhuc hodie sub Maximiliano Rege. Anno domini quo ista scripsimus 1495.

Matthæus Herbenus.

MATTHÆVS Herbenus de Traiecto ſuperiori ſuper Moſam oriundus, vir vndecunq; ſtudioſus, atq; doctiſſimus, philoſophus excellens & muſicus ſingularis eruditionis, ingenio ſubtilis & diſertus eloquio, metro exercitatus & proſa. Scripſit quædam præclara volumina, de quib. extant ſubiecta. De natura vocis ac ratione Muſicæ pulcherrimũ opus li. 5. De inſtitutionibus ſcholaſticis li. 2. Diaſyntheticæ lib. 1. De captione nigropontis lib. 1. De inſtauratione natalis ſoli oppidi videlicet Traiectẽſis lib. 1. Contra Wigandum Cauponis, ordinis prædicatorum de puriſſima conceptione beatæ Mariæ ſemper virginis li. 1. quem prænotauit Antilogion. Orationes quoq; diuerſi generis carmina. Scripſit etiã tam ad me quam ad alios multas ornatiſſimas Epiſtolas. Et quædam alia. Viuit adhuc in Traiecto ſuper Moſam varia ſcribens. Annos ætatis habens 44. Sub Maximiliano Rege, Anno Domini quo iſta ſcripſimus 1495. Indict. 13.

Gerardus de Marbays.

GERARDVS de Marbays, natus ex oppido Traiectenſi ſuper Moſam, & ibidem in Eccleſia beatæ Mariæ ſemper virginis canonicus, vir tam in diuinis ſcripturis quam in ſecularib. literis egregie doctus, in vtroq; iure peritus, Philoſophus & Rhetor facundus, q nobilitatẽ generis ſui eruditione & bonarum artium ſtudio plurimum illuſtrat, maximus librorum amator & cultor diſciplinæ. Scripſit perpulchrum dialogum de materia prima lib. 1. Alium quoq; dialogum de captione vrbis Tongrenſis hyeme præterita facta compoſuit lib. 1. vbi pulchre Tongrenſes eludit, qui dormiendo tam miſere ciuitatem ſuam amiſerunt. In his Andream Kantharum Friſium, Matthæum Herbenum ſupradictum Traiectenſem, & Ægidium de Holy Tongrenſem, inducit interloquentes. Sed & alia nonnulla ſcripſiſſe dicitur, quæ ad manus noſtras non venerunt. Viuit adhuc in ciuitate Traiectenſi ſuperiori cœpto fortiter perſtans in ſtudio, annos natus circiter 28. Sub Maximiliano Rege illuſtriſſimo. Anno Domini quo iſta ſcripſimus 1495. Indict. 13.

Matthias Mynnecomius.

MATTHIAS Mynnecomius ordinis eorum quos vulgo Cruciferos vocant, oriundus ex Traiecto ſuperiori, Matthæi Herbeni quondam auditor atq; diſcipulus, vir tam in diuinis ſcripturis quam in ſecularibus literis ſtudioſus & eruditus, in Mathematica peritus, & Muſicę artis doctiſſimus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio. Abbreuiauit mirabili ſtudio muſicam Boetii in vno volumine. Item Theologiam naturalem Raymundi Sebeidi ſimili compendio & induſtria in vnum volumen redegit. Fertur & alia nonnulla ſcribere propediem manifeſtanda. Viuit adhuc in cœnobio Crucigerorum Traiecti ſuper Moſam, annos habens ætatis ferme 30. ſub Maximiliano Rege Rom. anno quo hæc ſcribimus 1495.

Chriſtianus Maſſeeu.

CHRISTIANVS Maſſeeu presbyter ordinis & cœnobii diui Hieronymi in Gandauo, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus ac veterũ lectione diues, ſecularis quoque literaturæ non ignarus ingenio ſubtilis & clarus eloquio. Scripſit inter cætera ingenii ſui opuſcula, De titulis Pſalmorum & eorum Auctoribus tractatum eloquentia & eruditione inſtructum. Epiſtolas tam ad me quam ad alios nectareę diſertitudinis plures. Viuit adhuc in Gandauo iuuenis & ſpem dat nobis amplioris lucubrationis & operis ſub Maximiliano Rege, Anno Domini quo nos iſta ſcripſimus 1495. Indict. 13.

Iohannes Keſſeler Gyſſlingenſis.

IOHANNES Keſſeler Gyſslingenſis presbyter, natione Sueuus, Iacobi Vimpfelingi Sletſtatẽſis Theologi clariſſimi quondã diſcipulus, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & in ſecularib. literis egregie doctus, ingenio ſubtilis & diſertus eloquio, metro valens & proſa. Multa ſcribere dicitur, è quibus ego tantum legi carmen Sapphicũ prolixum & terſum nitidumq; de S. Nicolao Epiſcopo. Sapphicum quoq; de S. Andrea apoſtolo. Et varia Epigrammata. Cætera quæ ſcripſit ad notitiã meam non venerunt. Viuit adhuc in Gyſslingen vico Sueuiæ & varia ſcribit, ſub Maximiliano Rege. Anno domini quo hæc ſcripſimus 1495. Indict. 13.

Iohannes Trithemius Abbas.

IOHANNES Trithemius Abbas (licet indignus) monaſterii diui præſulis Martini, in Spanhem, ordinis ſancti Benedicti, Moguntinæ diœceſis patria Moſellanus, ex villa Trittenhem Treuerenſis diœceſis oriundus, Non exiſtimo me dignum qui locum inter ſcriptores & illuſtres Germaniæ viros occupare debeam, propter ingenii mei paupertatem: Sed ne mihi obueniat quod multis legimus contigiſſe qui titulos operum ſuorum ex humilitate occultantes, auctores eorum quoq; librorum æſtimati ſunt, quos fortitan non viderunt. Sed Apologiam cui ſcribimus? In his conſcientiæ teſtimonium vnicuiq; ſufficiat, nemo extra ſe amplius requirat. Celent alii ex humilitate quæ euderunt opuſcula, ego quæ ſcripſi, magis ex humilitate & charitate in lucem conſtitui producenda. Malo enim (ſicubi erratum eſſet) viuus corripi, quam mortuus, quoniam ſicut à mortuo perit confeſſio, ita in viuo prodeſt correctio. Neq; enim tam petulans ſum, vt memoriam nominis vanitati obnoxiã pro laboris mei merce de expoſtulẽ. Ne ergo compoſuiſſe videar, aliena, aut

celasse propria, exemplo diuorum patrum titulos operum meorum subiiciam. Et primo quidem iubente Capitulo nostro Generali, statuta ordinis abbreuiaui lib. 1. Deinde scripsi modum celebrandi ipsum Capitulū prouinciale lib. 1. De visitatione quoq; Monachorum lib. 1. Et hæc tria opuscula ex mandato ipsius Generalis Capituli Nurenbergæ nuper in vno volumine impressa sunt. Scripsi etiam in regulam Sancti patris nostri Benedicti lib. 2. Exhortationum ad monahos lib. 2. De tentationibus Religiosorum lib. 2. Ad Nicolaum presbyterum Mernicensem, de vita & institutione sacerdotali lib. 1. De vitio proprietatis Monachorum lib. 1. De vanitate & miseria huius vitæ lib. 1. Penthicum de ruina ordinis nostri lib. 1. De illustribus viris ordinis nostri lib. 4. Laudes ordinis Carmelitarum lib. 2. Ad Gerlacum Abbatem Tuiciensem de laude scriptorum lib. 1. Ad dominum Iohannem Camerariū Dalburgium Episcopum Wormaciēsem, de scriptoribus Ecclesiasticis à tempore apostolorum vsq; ad vltimum annum Frederici Imperatoris tertii lib. 1. Ad Rumoldū priorem Carmelitarum Franckfordensium, de laudibus sanctæ Annæ. lib. 1. Ad Rutgerū Sicambrum canonicum Dumetensem, de Græcis quæstionibus in Euangelium Iohannis li. 1. De miseria prælatorum clausralium lib. 1. Chronicon nostri cœnobii Spanhemensis li. 1. Rogante Dn. Blasio Hirsaugiensis cœnobii Abbate, scripsi Chronicon eiusdē monasterii sui Hirsaugiensis lib. 1. Historiam quoq; S. Irminæ virginis filiæ Dagoberti, cuius caput apud nos est li. 1. De laudibus S. Andreæ Apostoli li. 1. Laudes S. Ioseph sponsi Mariæ li. 1. Laudes S. Benedicti Abbatis li. 1. Laudes vitæ cœnobiticę li. 1. De laude pœnitentiæ li. 1. Soliloquium hominis ad animā li. 1. De laude amore, & studio scripturarū li. 1. De miraculis sanctæ Annæ lib. 1. Sermones quoq; varios tam ad fratres quam in summis festis aliquando ad populum habitos lib. 1. Epistolarum ad diuersos lib. 1. Orationes in capitulis vel alibi habitæ, sine certo numero sunt. E græco transtuli dialogum Maximi Abbatis, de incarnatione Domini Anathemata sancti Cyrilli Episcopi Alexandrini contra hæreticos in tertia synodo Ephesina promulgata. Et quasdam eiusdem synodi Epistolas. Hæc sunt quę me scripsisse ad præsens recolo. Sub Maximiliano imperatore, Anno domini quo & hunc Germanorū Illustrium Catalogum post primam editionē secundario emendaui, augmētaui & compleui 1495. Indict. 13. vltima die mensis cui Iulii. Ad honorem omnipotentis Dei, vtilitatem eorum qui nostra non spernunt, & decorem laudemq; nostræ Germanicæ nationis, cui debemus quicquid possumus.

Ecce Iacobe Vimpfelinge Sletstatine amantissime habes à me diu postulatum opus, in quo iuxta desiderium tuum illustres Germaniæ viros & ingenio excellentes in ordinem disposui, & quid scripserit tam veneranda cohors (quantum nobis licuit) indicaui. Neq; tamen omnes qui suo ingenio & lucubrationibus nationem nostram illustrem reddiderunt me conscripsisse putaueris, sed paucos ex multis, & qui mihi facile occurrerunt sum complexus. Sed nec paucos inserui huic opusculo tam ex viuis quam ex vita defunctis quorum in maiori catalogo nulla fit mentio, propterea quod mihi opera eorum pridem fuerunt incognita, quæ interea non sine labore facta sunt patula. Sed neq; ignoro quam multi hodie Germaniam nostram varia scribendo illuminent, qui nullam neque in isto, neque in maiore catalogo memoriam consequuti sunt, non quod eos indignos iudicauerim, sed quod mihi de opusculis eorum nihil penitus innotuit. Enimuero Deum testem inuoco qui nouit abscondita cordis, quod nullum vnquam scienter omiserim, cuius vel pauca nouissem opuscula. Si qui igitur de viuentibus aliqua scriptitantes à me prætermissi sunt, voluntati non imputent meæ sed necessitudini, & temporis breuitati. Non enim dabatur opportunitas perquirendi eos qui desunt. Tu interea suauissime Vimpfelinge fac valeas, & destinatum tibi opusculum cum Auctore amico habeto commendatum. Ex monasterio nostro Spanhem, vltima die mensis Iulii Anno Domini 1495.

Explicit liber Trithemii Abbatis Spanhemensis, de viris illustribus Germaniæ.

FINIS.

CATALOGVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM, SIVE ILLVSTRIVM VIRORVM, CVM APPENDICE eorum qui nostro etiam seculo doctissimi claruere.

PER VENERABILEM VIRVM, DOMINVM Iohannem Abbatem Spanhemensem, disertißime conscriptus.

IN HVIVS NOBILISSIMI OPERIS laudem, D. Sebastiani Brant Epigramma.

SCriptores quicunq; velis nouisse probatos
Ecclesiæ, & quicquid quisq; decoris habet,
Abbatis docti legito hoc epitoma Iohannis
Ex Spanhem, sua quem vita diserta probat.
Ordinis instaurat prisca hic ceu dogmata patrum,
Vtq; Benedicti iura sacra ille nouat.
Sic veterum curat scriptorum nomina sparsa
Comportare, vno colligere atq; libro.
Catalogum ponit, quo tempora supputat, & quid
Scripserit authorum tam veneranda cohors.
Vendicat à carie tot nomina digna virorum,
Sub pedibus temnit quos modo tempus edax.
Et mirum est potuisse vnum vt in ordine dignos.
Aut legere, aut tantos commeminisse viros.
Vt plane addubitem, si fors non legerit omnes,
Visa sit è cunctis pars sibi multa tamen.
Quo fit vt in numerum doctorum iure reponam
Hunc quoq; magnanimum, perspicuumq; virum.

VENE-

VENERABILIS ATQVE EGREGII IN CHRISTO PATRIS, DOMINI IOHANNIS A TRITTENHEM, ABBATIS Spanhemensis, ad reuerendissimum in Christo patrem, dominum IOHANNEM DE DALBERG, Episcopum Wormaciensem Epistola.

REuerendissimo in Christo patri & domino, domino Iohanni de Dalberg diuina prouidentia Wormacensi Episcopo: Frater Iohannes, vocatus abbas in Spanhem, ordinis sancti Benedicti modicum id quod est. Consueuerunt olim veteres (reuerendissime pater) si quid operis noui cudissent, vt robur & firmitatem acciperet perpetuam, id viris dicare præstantibus, quatenus æmulorum lingua venenata lumine maiestatis reuerberata, dentē praui morsus nusquam valuisset, infigere. Nec eos fallebat opinio quæ ex humilitate processit, cum doctis semper præsulibus amica sit in subditos laudibus attollenda benignitas, quæ bonorum studia remunerat, prauorum coercet. Hoc nostri quoq; vetustatis exemplum pro posse imitātes, opera quæ scriptitant dicata Ecclesiarum prælatis ac viris doctoribus solent submittere, vt eorum autoritate comprobata secure valeant in publicum prodire. In lucem enim sine timore prodeunt, quæ testimonio pontificis fulciuntur. Nemo quippe nisi stolidus facilem accusat, quod iudicio maiorum comprobari non ignorat. Tuto quiescit innocentia ouium, quam pastoris boni miseratio contuetur. Cum igitur exempla veterum nobis sint incitamenta virtutum, dignum est vt eorum imitemur mores sacros, quorum canimus laudes, quatenus dum nos ex illis atque ex nobis alii proficiunt ordo Ecclesiasticæ hierarchiæ inuiolabilis perseueret. Et licet minor sim quam vt meis opusculis quempiam delectari confidam, id tamen quod habeo in domini gazophilacium humiliter offerre institui, in quo Cræsi diuitiis æra duo vidua ture præferuntur. Cum itaque nuper ad instantiam amicorum librum de scriptoribus Ecclesiasticis multo labore comportassem, quemadmodum res ipsa testatur, ne vestigiis veterum oberrarē, hunc ipsum laborem meum alicui viro doctissimo & Ecclesiastica dignitate prælato submittere decreui, cuius authoritate & beneuolentia dentes inuidorum sine morsu transiret. Cumque hinc multa cogitatio mihi succreuisset, cui eandem lucubratiunculam confiderem gratiorem. se multi obtulere vacillanti, de quorum doctrina & beneuolentia spes non modica promissa vigebat, inter quos tu mihi pater reuerendissime, potior, eminentior, doctiorque occurristi, qui omnes doctrina vincis, & eruditione superas vniuersos. In te nobilitas generis alti relucet, Episcopalis authoritas eminet, honestas morum conspicitur, bonarum artium omnimoda scientia collaudatur. Nam talem poterimus virum præter te vsquam inuenire, in quo hæc omnia simul concurrant? Inter Alemannos neminem tibi pater reuerendissime noui æqualem, in quo genus, dignitas & eruditio tanta refulgeant. Non loquor ad aurem, testis adsit omnipotens, nec blandus capto laudator, quemadmodum Germania omnis te virum vndecunq; peritissimum non ignorat. Te colunt docti, te nobiles ac principes obseruant, tu nobis quod Plato narratur fuisse Antimacho, tuo comprobatus eloquio, doctus merito iudicatur. Publica fama quæ non mentitur agnouimus, quam profunda scientia in sacris literis tibi abundet, quam perspicax interpretatio iuris, quanta denique suauitas, dulcedo, leporque dicendi, ac perorandi, vt doctissimis viris, quorum in catalogo mentionem fecimus, te conferendum non dubitemus. Testantur hoc lucidissimæ orationes quas habuisse diceris, testantur Epistolæ, testantur Epigrammata plura. Siquidem clarissima nominis tui fama, non solum nostris Germanis, sed & Italis & Gallis cum laude innotuit. Hinc subiit animum, vt tanto tibi pontifici subiectum opus de scriptoribus Ecclesiasticis inscriberem, diceremque tuo nomini, quatenus

ſub vmbra pontificalis culminis quieſcerem ſecurus. Sed dum intueor coruſci luminis in te ſplendorem, reuerberor, retrahor, totusq; formidine tantæ maieſtatis tuæ concutior, ne forte tibi patri ſublimi atque doctiſſimo ſcientia, merito & dignitate prorſus inferior, inde diſpliceam, vnde placere præſumebam. Scio enim occupationes tuas plurimas, & ſacrata ſtudia non ignoro, quibus moleſtius eſſe meis neniis non debueram. Sed animat me doctrina tua, quam benignitas & humanitas tua cunctis reddit amabilẽ, quippe quæ literas nullius abhorret, neminemque in dignum ſuo cenſet alloquio. Ad tuam celſitudinem igitur, quanquam infimus ſim, accedo, tibi præſens opuſculum humiliter ſubmitto, te iudicem illius ac defenſorem conſtituo. Suſcipe quæſo pater reuerendiſſime atque doctiſſime hanc noſtram qualemcunque lucubrationem, examina, iudica & defende, eamque ſi dignam iudicaueris, benigno fauore proſequere. Et qui veterum ſcripta continua lectione reuoluis, eorum quoque, ſi quando vacat, catalogum digneris inſpicere. Ego autem adhuc nulli præſens communicaui opuſculum, donec agnoſcam id tuæ authoritatis teſtimonio comprobatum. Exſpectant illud amici, impreſſores præſtolantur, ſed paternitatis tuæ ſententiam omnibus cenſeo præferendam. Indulgeat mihi oro clementiſſima paternitas tua, quod auribus occupatis in arduis, ineptias meas præſumpſerim referare, quia tanta mihi de tua humanitate, manſuetudine & benignitate fiducia eſt, vt de beniuola ſuſceptione noſtri catalogi, minime liceat dubitare. Et pro maximis computabo deliciis, ſi te meis lucubratiunculis agnouero delectari. Vale reuerendiſſime pater & me famulum tibi deditiſſimum cum deſtinato volumine habeto commendatum. Ex Spanhem, ſexto Calend. Maii Anno Domini 1492.

REVE-

REVERENDI PATRIS DOMINI IOHANNIS DE TRITTENHEM ABBATIS SPANHEMENSIS, AD VENERANDVM DOCTISSIMVMQVE virum, patrem ALBERTVM MORDERER, Epistolæ responsiua, rationem reddens, cur inter Ecclesiasticos scriptores multos secularium literarum professores posuerit.

FRater Iohannes de Trittenhem, abbas in Spanhem, ordinis sancti Benedicti fratri Alberto Morderer, ordinis minorum de obseruantia, amico salutem dicit. Miraris te dicis (Alberte amantissime) quod professores secularium literarum qui nihil Ecclesiasticum scripserunt, inter viros illustres Ecclesiasticosque scriptores posuerim, cum harum rerum scriptores Hieronymus, Gennadius, Isidorus, Honorius, Sigebertus, & reliqui doctorum censores id minime fecisse inueniantur, indignum iudicans vt seculariibus disciplinis intenti, qui nihil ad Ecclesiæ vniuersalis ædificationem laborarunt inter Ecclesiasticos scriptores locum sortiantur. Non miror quod miraris, miranture & cæteri. Tibi ergo respondendo satisfecerim omnibus, qui eade opinione tenentur. Et primo quidem cur alii non fecerint quod me fecisse miraris, nihil ad me pertinet, ego vero quare fecerim quod illi non fecerunt breuiter narrabo. Equidem bonarum artium, professores in fide catholica manentes, philosophos, oratores, atque poetas, qui vtile honestum in sua facultate quippiam scriptitant, ego indignos catalogo illustrium virorum nequaquã censeo, quos iuuare Ecclesiam suis lucubrationibus non ignoro. Neque enim satis eruditum in diuinis scripturis quemquam dici posse arbitror, vbi secularis literaturæ disciplinam ignorarit. Quo autem eam discet Theologus, si non sit qui tradiderit? Quis nesciat quantum Christianus & fidelis philosophus prosit Ecclesiæ, qui gentilium errores destruit, argumenta, & fallaces syllogismos aperit, dogmata infidelium confundit? Lege veterum historias, & inuenies gesta fidem astruere verbis. Quotiens orthodoxi philosophi calliditatem hæreticorum disputando destruxerint, gentiles superarint, schismaticos vicerint? Quid multis vtar: Omnis Theologorum schola, a philosophia iam studendi sumit exordium, adeo, vt theologus esse non possit, qui prius philosophus apud eos non extiterit. De oratoribus quid dicam, sine quorum magisterio infructuosum antiqui omnem censebat theologum quippe qui bona quæ didicisset aliis persuadere non potuerit. Rhetor enim figuras scripturarum refert, tropos dilucidat, dissoluit nodos, colores ostendit, dubia enucleat, vmbras verborum efficit claras. Qui dum oratoris assumit officium, facile hæreticorum allegationes destruet, atque conuincet errores. Quis denique boni oratoris laudes digne persequi valeat, si quantum in persuadendo possit diligenter pensat? O vtinam omnes theologi nostri temporis oratoriam colerent, quantum in Ecclesia Dei suis exhortationibus fructum producere possent? Theologus orator, animos auditorum suorum in potestate sua habere dicitur, ad cuius persuasiones ad ea quæ sancta & iusta sunt, facile mouentur. Sed neque poetas Christianos abiicimus, quos theoriæ nostræ magis appropinquare non dubitamus, qui sub vmbra rei gestæ vel fictæ, quid agendum fugiendumue sit nobis compendio demonstrant. Neque ignoramus quantam iniuriam hodie suscipiant poetæ, theologis quibusdam indigestis & crudis, qui omnes poetas vna sententia damnant, mendaces eos asserentes atque turpiloquos, quasi non possint esse veraces & boni qui carmina veterum imitantur poetarum. Absit poetam bonum esse non posse, atque veracem, qui sanctos patres Augustinum, Hieronymum, Sedulium, Prudentium, Bedam aliosque innumerabiles in hac arte habuit præcessores. Sed non est mei officii, neque huius temporis horum ignauiam redarguere. Vt ergo claudam epistolam, ego philosophos, oratores, poetas, cæterarumque bonarum artium cultores fideles & Christianos, qui aliquid vtile scripserunt Ecclesiasticis scriptoribus, connumerandos existimaui triplici ratione. Prima, quod eorum opuscula ad scientiam sanctarum scripturarum, non modicum conducere posse arbitratus sum. Secunda, quod verisimile mihi visum sit eos aliqua Ecclesiastice scripsisse quæ me lateant. Vltima quod occasione sibi per nos datam, intelligant, vt Ecclesiastice deinceps scribentes, locum susceptum condignis laboribus exornent. Tantos ergo viros Ecclesia catholica tam vtiles, tu ne reiiciendos existimas? Absit a nobis vt tam temeratam illis iniuriam irrogemus, qua nos credant æmulationis studio prouocatos non ratione pietatis. Denique nobis illud quod vulgo iactatur prouerbium: Scientia non habet inimicum, nisi ignorantem. His itaque breuiter tibi respondere volui, vt scires non causa factum, quod factum ante mirabaris. Vale, nostri memor ad Deum in orationibus tuis. Ex Spanhem, quarto nonas Aprilis. Anno domini 1492.

Prologus Authoris.

MVLTORVM instantia sæpe rogatus sum, vt librum quem de scriptoribus Ecclesiasticis olim inchoaueram, iam pro notitia librorum habenda, quandoque nacta opportunitate perficiam. Diu fateor distuli, ne si tam ardua inconsulte aggredi præsumerem, æmulorum odia ex leuitate mea prouocarem. Nunc autem quemadmodum ad petitionem amicorum doctorum accessit consilium, qui ad hanc subeundam prouinciam me rationibus suis animarunt, non potui diutius eorum petitionibus resistere, maxime cum hoc nostrum opusculum tantorum virorum patrocinio fulciatur. Cur enim odia detractorum metuerem, cum doctorum refugium mihi patere videam? Erunt, non dubito, qui laborem hunc nostrum dignum laudibus existiment, erunt etiam qui eum studio æmulationis vituperent. Quid enim? Ergo ne bonorum operum exercitia intermittemus, ne odia æmulorum prouocemus? Absit. Malos quisque non imitatur offendit: qui autem inuidos offendere metuit, bonis iniuriam facit. Et quidem malis displicuisse laudabile est, qui nihil amare assolent, nisi eorum moribus comparetur. Iam nunc igitur amici importuni exactores suscipite librum de scriptoribus Ecclesiasticis compositum, quem sedulis precibus tanto cupiuistis desiderio terminari. Feci quantum potui, & huic operi promptas vires impendi licet in multis affectu sit minor ipsa facultas. Ego enim cæcutientium more, ductu præcedentium patrum hanc syluam ingressus sum, & de illorum opusculis singula congrua meo proposito colligens, in hunc fasciculum comportaui. Multos etiam scriptores diutina inuestigatione repertos magnis sudoribus & expensis, catalogo nostro inserui. Non mireris optime lector si in librorum annotationibus ac titulis non semper mea tuæ concordet opinio. Quis in tam multimoda varietate librorum, singulorum opiniones enumeret, ne dicam concordet? Dabis ergo veniam si aliquando volumen aliter vel aliter inueneris prænotatum quam tua capit opinio. Non enim singulorum diuersitates mihi licuit vbiq; exprimere. Nam (vt iam dixi) vestigia patrum sequutus sum, & vbi dissonabant illi quod verius credidi complexus: Tu autem si aliud quod solidiori veritate constet inueneris, libenter tuæ cedam sententiæ. Placuit autem mihi nouo scribendi modo procedere, vt lector ipse notitiam librorum ex principiis facilius possit inuenire. Incipiens itaque ab apostolorum discipulis, vsq; ad vltimum annum Imperatoris Friderici tertii, domini videlicet millesimum quadringentesimum ac nonagesimum tertium, illustriũ virorum deduxi catalogum, in quo non omnium, sed eorum duntaxat quos reperi nomina, dignitates, scripta, temporaq; signaui, apponensq; ex aduerso titulorum voluminum principia, inuisa autem spacio pertransiui. Quorundam tempora quibus claruerunt ad nutum reperire non potui, quos tamen vt visum mihi fuerat conuenienti loco collocaui. Et hunc in vtroque defectum scientis suppleat cognitio vt videlicet tempora singulorum computet, & transpositos ad loca sua reponat. Fateor me etiam plures præteriisse consilio, quorum nec scripta inueniuntur facile, nec tempora. Noui quoque adhuc multos viros doctissimos viuentes, qui varia dicuntur edere opuscula, de quibus cum nõ sit mihi certa cognitio, malo transire silentio, quam incerta cogitare. Et (vt Hieronymi verbis vtar) si qui de viuentibus adhuc scriptitant, à me in hoc catalogo prætermissi sunt, non mihi, sed sibi imputent, qui scripta sua celare maluerunt quam in lucem venire. Sed credo quod scriptis suis & ingenio contenti, mei silentii dispendia non curabunt. Nam & eorum quos reperi, non laudes volui depingere, sed libros. Hoc enim studium poscere voluminis prolixioris. Vade nunc igitur in vrbem opus nostro labore completum, vade & amatoribus librorum thesaurum expende quem contines. Quid times? Quid trepidas? Quid moraris? Noli timere prodire in publicum, odia æmulorum ne metuas, tot sanctorum patrocinio suffultum. Eia liber exilis quidem ingenii, sed magnarum rerum ostensor. Quid est quod velut ignauus inutilisq; formidas? Egredere confidenter, te laudabunt mille, dum vix vnus vituperat. Amor Dei quo scriptus es te cum authore semper & vbiq; clemens precor excuset. Tέλος.

COM-

COMMENDATISSIMI VIRI REVERENDIQVE IN CHRISTO PATRIS, DN. IOHANNIS DE TRITHEM Abbatis Spanhemensis.

Liber de Ecclesiasticis scriptoribus.

CLEMENS sanctæ Romanæ Ecclesiæ quartus à beato Petro (vt quibusdam placet) ordinatus Episcopus, natione Romanus, vir sanctus & Deo dilectus, morum quoque decore ornatus, cuius vita & passio in scripturis Ecclesiasticis habentur, sedit in pontificatu nouem annis & decem diebus in exilium pro fide Christi relegatus animo constanti. Obiit anno Traiani Cæsaris tertio, domini autē centesimo tertio. Hic beatissimus martyr nonnullas fide & eruditione plenas fertur in persona Romanæ Ecclesiæ scripsisse Epistolas, De quibus extant præcipua.

Ad Ecclesiam Corinthiorum	Epistola vna.	
Ad Iacobum quoq; Apostolum	Epistolæ duæ,	*Clemens Iacobo Domino.*
Prætereà itinerarii vitæ suæ	libri decem.	*Cum in vrbe Roma.*
Item disputationis Petri	liber vnus.	

Hæ autem duo vltima volumina inter apocrypha computantur, vt patet 15. dist. Sancta Romana. Feruntur eius & aliæ epistolæ, sed apocryphæ.

DIONYSIVS Ariopagita Athenienſis, philosophus insignis, per beatum Paulum Apostolum conuersus ad fidem, primus (vt quibusdam placet) Athenienſis Episcopus ordinatus est, vir eximiæ sanctitatis & incomparabilis doctrinæ. Hunc post decessum Apostolorum, beatus Clemens Romanæ vrbis Episcopus cum Rustico presbytero & Eleutherio diacono ad prædicandum gentibus verbum Dei misit in Franciam, alio in eius locum ordinato Episcopo. Scripsit autem græco sermone multa præclara opuscula. De quibus apud latinos tantum inueni subiecta.

De cœlesti hierarchia	lib. vnum.	*Omne datum optimum &.*
De Ecclesiastica hierarchia	lib. 1.	*Sacerdotii quidem nostri.*
De diuinis nominibus	lib. 1.	*Nunc iam vir Dei post.*
De mystica theologia	lib. 1	*Trinitas supersubstant.*
De symbolica theologia	lib. 1.	*Sanctus quidem Timo.*
Ad Caium	Epistolas 4.	*Tenebræ occultantur.*
Ad Dorothæum ministrum	epist. 1.	*Diuina caligo est in.*
Ad Zosipatrem sacerdotem	epi. 1.	*Non opineris hic victo.*
Ad Polycarpum	epi. 1.	*Ego quidem non sciui ad.*
Ad Demophilum	epi. 1.	*Hebræorum historiæ.*
Ad sanctum Iohannem Euangelistam	epi. 1.	*Saluto te sanctam animam.*
Ad Apollophanium philosophum	epi. 1.	*Apollophanio concre.*
De obitu Pauli ad Timo	epi. 1.	*Saluto te diuum disci.*

Hæ sunt quæ de scripturis beati Dionysii apud Latinos inuenio, si quid amplius edidit, apud Græcos remansit. VERVM cum prædicta opuscula magna obscuritate tegerentur, sequentium patrum explanatione facta sunt lucida. E quibus prior illa transtulit & exposuit Iohannes Scotus nostri ordinis monachus: deinde Hugo sancti Victoris, Rupertus Lincolniēsis, Albertus magnus, & Dionysius Carthusienſis, & alii multi quorum iam non est in promptu reminiscentia. Passus autē est beatus Dionysius in agro Parisiaco vna cum sociis supradictis, sub dominico Imperatore. Anno Dn. 96. Indictione 9. Ætatis vero suæ nonagesimo. Sepultus est Parisiis in Ecclesia nomini suo consecrata, clarens miraculis.

LVCIVS Anneus Seneca Cordubensis Philosophus, Fotini Stoici discipulus, & patruus Lucani poetæ, vir vitæ continentissimæ fuit. Quem testimonio beati Hieronymi celebratum in catalogo Ecclesiasticorum scriptorum idcirco posui, quoniam & Pauli Apostoli amicissimus extitit, & ad institutionem moralis vitæ multa eleganter composuit. Hunc biennio ante quam Petrus & Paulus coronarentur, Nero Cæsar infaustus necauit, cuius aliquando discipulus indignissimus fuit. De cuius opusculis subiecta reperi.

De mo-

De morum institutione.	librum vnum,	*Omne peccatum actio est.*
De quatuor virtutibus.	lib.1.	*Quatuor virtutum spe.*
De remediis fortunæ	lib.1.	*Licet cunctorum poetarum.*
Declamationum	lib.10.	*Exigitis rem magis io.*
De clementia ad Neronem	lib.2.	*Scribere de clementia.*
De beneficiis ad Brutum	lib.7.	*Inter multos ac varios.*
De ira ad Nouatum	lib.3.	*Exegisti à me Noua.*
De prouidentia.	lib.1.	*Quæsisti à me Lucili.*
De beata vita ad Gallionem.	lib.1.	*Viuere Gallio frater.*
De consolatione ad Marciam.	lib.1.	*Nisi te Marcia scirem.*
De consolatione ad matrem	lib.1.	*Sæpe iam mater opti.*
De tranquillitate vitæ.	lib.1.	*Inquirenti mihi in me.*
Quod in sapientem non cadit iniuria,	lib.1.	*Tantum inter Stoicos.*
De breuitate vitæ	lib. 1.	*Maior pars mortalium.*
De studiis moralibus	lib.1.	*De liberalibus studiis.*
De quæstionibus naturalibus	lib.7.	*Quãtum inter philosophiã.*
Suasoriarum sententiarum	lib.1.	*Sin vt cuiuscunq; rei.*
Controuersiarum	lib.5.	*Duo fratres inter se dis.*
De paupertate	lib.1.	*Honesta inquit Epicu.*
Ad Polybium consolationis	lib.1.	*Nostra compares firma.*
De ludis Senecæ	lib.1.	*Quid actum sit in cælo.*
De verborum copia.	lib.1.	
De matrimonio	li.1.	
Tragœdiarum	li.10.	
De morte Claudii	li.1.	
Epistolarum ad Paulum	lib.1.	*Credo tibi Paule nun.*
Epistolarum ad Lucilium	lib.22.	*Ita fac ergo mi Lucili.*

Ita sunt quæ de scriptis Senecæ ad præsens potui inuenire. Dicitur autẽ & alia nonnulla scripsisse opuscula, quæ ad manus nostras adhuc minime venerunt. Erat sane amator sapientiæ ardentissimus, & inquisitor illius studiosus, ac tam tenacis memoriæ, vt coram se lecta nominum duo millia memoriter mox recitauerit. Insuper cũ quidam poeta ducentos versus edidisset, & in charta congestos coram Nerone ex ordine recitaret, mox Seneca memoria vsus pro volumine, eosdem versus ab vltimo incipiens ordine retrogrado vsque ad primum singulos repetiuit. Omnium quoque ciuium suorum nomina memoria tenuisse legitur. Claruit Romæ temporibus apostoli Pauli sub Nerone Imperatore. Anno Domini 50.

MARCELLVS Marci vrbis Romæ præfecti filius, Simonis Magi quondam discipulus, literis secularibus sufficienter instructus, prædicatione beati Petri Apostoli ad fidẽ Iesu Christi conuersus, multa ad vtilitatem Ecclesiæ Dei composuit. Scripsit enim, rogantibus Christianis.

De conflictu Petri & Simonis, librum vnum.

Ad sanctos Nereum & Achilleum, lib.1.	De actibus Petri & Pauli li.1.
De artibus Simonis, li 1.	De obitu sanctæ Petronellæ, li.1.
De passione sanctæ Fœliculæ, lib.1.	De passione sancti Nicomedis, lib.1.

Alia quoque de sanctorum gestis edidit, quæ ad notitiam nostram non venerunt.

Claruit Romæ temporibus sancti Petri Apostoli Anno Dn. 50.

LINVS 1. post beatum Petrum Romanę vrbis Episcopus, natione Thuscus, vir sanctissimæ conuersationis, multis & in vita & post mortem miraculis coruscans, sedit in pontificatu annis vndecim, mensibus tribus, & diebus duodecim. Qui cum vir esset doctissimus, & Deo dilectus, Scripsit Græco sermone sanctorum Apostolorum Petri & Pauli vno die passorum.

Martyrium lib.1.

Et quasdam Epistolas.

Tandem à Saturnio perfecto cuius filiam à dæmone liberauerat, capitali sententia punitus martyr efficitur. Vndecimo Calend. Octobris. Claruit Romæ sub Galba Imperatore Anno Dn. 70.

PHYLO Iudæus natione Alexandrinus, de genere sacerdotum à beato Hieronymo inter scriptores Ecclesiasticos idcirco ponitur, quoniam in suis opusculis plerunque in Chri-

Christianorum laude versatur. Hic cum suę gentis legatus Romam missus esset, amicitiam beati Petri Apostoli habuisse memoratur, & ob hanc causam etiam sancti Marci discipuli eius sectatores apud Alexandriam laudibus ornauit suis. Erat autem vir vndecunq; doctissimus, & velut alter Plato habitus: ita vt vulgo diceretur: Aut Plato Phylonē, aut Philo imitatur Platonem. Tanta enim fertur similitudo sensuum & eloquii amborum. Scripsit autem libros & multos, & elegantissimos. De quibus subiecti feruntur.

De vita sapientis liber vnus.			
De conuersatione vitæ	lib. 1.	De hærede diuinarum rerum.	li. 1.
De confusione linguarum	lib. 1.	De diuisione inæqualium	li. 1.
De natura quadrupedum	lib. 3.	De tribus virtutibus	li. 1.
De his quæ sensu testamur	lib. 1.	De natura & inuentione	li. 1.
De eruditione	lib. 1.	De pactis	li. 1.
De generationis successu	lib. 1.	*Adam genuit tres filios.*	li. 1.
De mutatione nominum	lib. 1.	De Ebrietate,	li. 2.
De gigantibus	lib. 1.	De victimis & repromissionibus	li. 1.
In quinq; libros Moysi,	lib. 5.	De prouidentia.	li. 1.
De somniis	lib. 1.	De Ideis	li. 1.
De tabernaculo	li. 4.	De Alexandro	li. 1.
De vita contemplatiua	li. 1.	De ratione animalium	li. 1.
De agricultura	lib. 2.	Quod omnis insipiens seruus sit,	li. 1.

Alia quoq; multa scripsisse legitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Nerone principe. Anno domini 50.

Ioseph vs Iudæus natione Hierosolymitanus, religione sacerdos. Matthatiæ sacerdotis filius, philosophus, rhetor, temporumq; scriptor insignis, quem in cathalogo nostro non ponerem, nisi & eius scripta legeret Ecclesia, & beatus Hieronymus id prior fecisset, post excidium Hierosolymæ captus à Vespasiano & Tito principibus Romam ducitur, & propter ingenii excellentiam, à senatu & populo Romano magnifice honoratur. Qui etsi Iudæus permanserit, genus tamen Christianorum sæpe laudauit, & de domino nostro Iesu Christo in decimo octauo antiquitatum libro, insigne testimonium descripsit. Huius volumina tantæ authoritatis apud Romanos adhuc illo viuente habita sunt, vt bibliothecæ publicæ sint tradita, ipse vero post mortem statua ærea à senatu & populo donatus sit. De cuius opusculis ego tantum vidi subiecta.

De bello Iudaico.	libros 7.	*Quoniam bellum quod.*
Antiquitatum mundi.	lib. 24.	*Historiam conscribere.*
Contra Apionem	li. 2.	*Sufficienter vt arbitror.*
De potentia dicendi	li. 1.	

Claruit Romæ sub Vespasiano & Tito principibus. Et vsq; ad tempora Traiani Imperatoris durauit & in humanis. Anno domini 100.

Ignatius Ecclesiæ Antiochenæ tertius post beatum Petrum Episcopus, vir eximiæ sanctitatis, ac domini nostri Iesu Christi singularis & feruentissimus amator. Dicere consueuit Dionysio teste: Amor meus crucifixus est. Qui beatissimus præsul cum esset diuini verbi prædicator doctus & zelosus, scripsit nonnullas elegantes & plenas feruoris epistolas, in quibus amatorem sancti martyrii fuisse demonstrauit. E quibus istæ feruntur potiores.

Ad Ecclesiam Ephesiorum	Epistola vna.	
Ad Magnesianos.	Epi. 1.	
Ad Troienses.	Epi. 1.	
Ad Romanos.	Epi. 1.	
Ad sanctum Iohannem	Epi. 2.	*Iohanni sancto seniori.*
Ad beatam virginem	Epi. 1.	*Christifera Mariæ suus.*
Ad Philadelphios	Epi. 1.	
Ad Polycarpum	Epi. 1.	

Passus est Romæ sub Traiano Imperatore. Anno domini 111.

Papias auditor sancti Iohannis atq; discipulus, Hierosolymitanus in Asia Episcopus, fidei Christianæ constantissimus propagator, & defensor, sanctorumque Apostolorum discipulus, & studiosus imitator, scripsit non spernandæ authoritatis opuscula. E quibus extat opus insigne, quinque voluminibus distinctum, quod prænotauit sic. Explanationem sermonum domini, lib. 5. Alia quæ scripsit non vidimus. Hic nouitatē mille an-

norum primus inuenit, post quos Christum denuo in carne regnaturum cum electis super terram somniauit, quem errorem alii postmodum dilatantes, Chiliastæ à mille appellati sunt.

Claruit temporibus Traiani Cæsaris. Anno domini 100. & circa.

EGESIPPVS natione Iudæus, ad fidem Christi conuersus, doctrina & sanctitate in Ecclesia Dei admirabilis effulsit, cuius festum cum cæteris sanctis in martyrologio locũ obtinuit. Scripsit nonnulla excellentis ingenii opuscula, De quibus ego tantum reperi, à tempore dominicæ passionis vsq; ad suam ætatem, opus insigne.

Historiam Ecclesiasticorum actuum, lib. 5. *Bello Partico quod inter.*

Aliud operum eius nullum vidi.

Claruit vicinus apostolicorum temporum sub Antonio Pio. Anno Dn. 160.

IVSTINVS ex philosopho conuersus ad catholicam fidem, Christi amator & cultor insignis, cum in vrbe Roma, Crescentẽ Cinicum Christianos blasphemantem, gulosum & mortis timidium, ac luxuriæ & libidinum sectatorem redargueret, eius insidiis, quod Christianus esset, coram senatu accusatus, pro Christo martyrio coronatus est. Scripsit pro fidei nostræ defensione multa præclara opuscula, De quibus ista feruntur.

Contra gentes ad Anto.	lib. 1.	De anima.	lib. 1.
Ad Aurelium contra gentes	lib. 1.	Psalten prænotatus.	lib. 1.
Item aduersum gentes	lib. 1.	Contra Triphonem Iudæum.	lib. 1.
Castigationum contra gentes	lib. 1.	Contra Marcionem.	lib. 1.
De monarcha Dei	lib. 1.	Contra omnes hæreses.	lib. 1.

Alia insuper multa composuit quæ ad notitiam nostram non venerunt.

Claruit sub Antonio Pio. Anno Domini 150.

QVADRATVS Athenienſis post Publium martyrem Episcopus, sanctorum Apostolorum auditor quondam atq; discipulus, vir constans & incomparabilis doctrinæ, pro vtilitate Christianæ fidei multum laborans multum profecit, & Ecclesiam metu persequutionis dispersam, ad vnitatem fidei congregauit. Cum esset doctor insignis, scripsit inter alia pro Christianis ad Adrianum principem plenum instructione Apologeticum, lib. 1. Et alia nobis incognita. Tandem pro fidei catholicæ defensione passus est. 7. Cal. Iunii. Claruit sub Adriano principe. Anno Dn. 120.

ARISTIDES philosophus Athenienſis, vir in secularibus literis doctissimus, & in diuinis scripturis admodum studiosus, tanta eloquentia insignis emicuit, vt miraculum sui gentibus præberet, qui sub habitu philosophi Christianam & fidem & conuersationem baiulans, non sine sanctitatis opinione clarus effulsit. Scripsit Apologeticum pro Christianis. Ad Adrianum principem lib. vnum.

Et quædam alia. Claruit sub Adriano imperatore. Anno Domini 120.

MELITO Asianus, Episcopus Sardenſis, vir in diuinis scripturis eruditus & non minus sanctitate quam doctrina venerabilis, inter catholicos prædicatores clarus effulsit. Scripsit ad vtilitatem Ecclesiæ fidelium multa egregia volumina. De quibus ista feruntur.

De pascha	lib. 2.		
De vita prophetarum	lib. 1.	De Ecclesia	lib. 1.
De lapsis	lib. 1.	De dominica	lib. 1.
De corpore & anima	lib. 1.	De sensibus.	lib. 1.
De baptismate.	lib. 1.	De fide	lib. 1.
De veritate	lib. 1.	Philoxenia.	lib. 1.
De generatione Christi	lib. 1.	Qui clauis inscribitur	lib. 1.
De prophetia	lib. 1.	De diabolo	lib. 1.
Æglogarum	lib. 6.	De Apocalypsi Iohannis	lib. 1.

De transitu sanctæ Mariæ liber. vnus. *Melito seruus Christi.*

Alia etiam opuscula edidit, quæ ad nostram memoriam vetustas venire non permisit. Huius elegans & declamatorium ingenium, Tertullianus in quodam loco commemorans, vt prophetam à nostris habitum fuisse asserit. Notandum sane, quod liber de sanctæ Mariæ transitu illi ascriptus inter apocrypha reputatur 15. dist. Sancta Romana.

Claruit autem sub Marco Antonio Vero principe, Anno Dn. 160.

THEOPHILVS Ecclesiæ Antiochenę sextus Episcopus, vir in diuinis scripturis valde studiosus & eruditus, ingenio & eloquio clarus, ac declamator egregius. Scripsit ad vtilitatem fidelium multa volumina, & sermonum domini explanator egregius effulsit. De cuius opusculis subiecta feruntur.

Con-

Contra Marcionem	lib.1.	Commentariorum in Euangelia	libr.
Contra Hermogenem	lib.1.	quatuor.	
Ad Auctolicum	lib.3.	In prouerbia Salomonis	lib.1.

Alios etiam tractatus breues & plures ad ædificationem ecclesię catholicæ pertinentes composuit, qui apud latinos raro simul inueniuntur. Ordinatus autē fuit in episcopum, Anno domini. 173. Indictione. 11.

APOLLINARIS Hieropolitanus, in Asia episcopus, vir doctus & fidei Christianæ defensor insignis, ingenio clarus, & disertus eloquio. Scripsit non contemnendæ lectionis opuscula, quibus se virum non tam eruditum quam zelosum ostendit. E quibus ista feruntur.

Apologeticus pro Christianis	lib.1.	Aduersus gentes	lib.5.
De veritate	lib.3.	Aduersus Cathaphrygas	lib.2.

Sed alia nonnulla edidit, quorum nobis vetustas notitiā abduxit. Claruit sub Marco Antonio Vero. Anno domini. 165.

DIONYSIVS ecclesiæ Corinthiorum episcopus, vir eloquentissimus, & in diuinis scripturis valde eruditus, ouilis Christi vigilantissimus pastor, tantæ solicitudinis & industriæ fuit, vt non solum suæ ciuitatis populum salutaribus documentis instrueret, sed etiam exterarum plebes vrbium, per epistolas ad constantiam fidei prouocaret. Quæ quidem epistolæ tam vtiles & prolixæ feruntur, vt non ab re libri queant appellari. De quibus subiectæ recensentur.

Ad Lacedæmonios	epi.1.	Ad Athenienses	epist.1.
Ad Nicomedienses	epist.1.	Ad Cretenses	epist.1.
Ad Ignosianos	epist.1.	Ad Papam & Romanos	epist.1.
Ad Amasdrinenses	epist.1.	Ad Chrysophoram fœmin.	epist.1.

Claruit sub Marco Antonio Vero, & Lucio Aurelio principibus. Anno domini. 170. Non sine opinione sanctitatis, & varia conscripsit.

TATIANVS hæresiarches. Iustini martyris auditor atque sectator, quamdiu ab eius latere non discessit. Postea vero coronato sancto Iustino, inflatus eloquentiæ tumore, nouam hæresim condidit quæ encraticarum dicitur, quam postea Seuerus auxit, à quo eiusdem partes hæretici Seueriani appellati sunt. Carnes abominantur, vinum non bibunt, vetus testamentum non suscipiunt, nec resurrectionem credunt. Scripsit autem Tatianus pene infinita volumina, quæ tamen ad notitiam meam non venerunt. Nam propter docentis errorem, etiam volumina despecta perierunt. Extat eius teste Hieronymo, insigne volumen quod prænotauit.

Contra gentes	lib. 1.

Claruit sub Marco Antonio Vero. Anno Domini. 170.

PHILIPPVS episcopus Cretensis, hoc est vrbis Coritinæ, cuius Dionysius Corinthiorū episcopus supra positus, meminit in epistola sua quā scripserat ad eiusdem ciuitatis ecclesiam, vir nobilis & doctus, edidit ad vtilitatem credentium satis vt feruntur instructa volumina quæ ad manus nostras minime venerunt. Extat eius.

Contra Marcionem	lib.1.

Scripsit etiam quasdam ad diuersos epistolas, varioque tractatus, qui ad nostras manus adhuc minime venerunt. Claruit anno domini 170. temporibus Marci Antonii Veri imperatoris.

MODESTVS vir quidem florentis ingenii, licet cuius dignitatis, vel gradus fuerit à nobis ignoretur, scripsit teste beato Hieronymo, non contemnendæ lectionis opuscula, in quibus abundans ingenii eius vena conspicitur. E quibus extat volumen insigne.

Aduersus Marcionem	lib.1.	Cætera nobis incognita sunt.	

Claruit sub Marco Antonio Vero, & Lucio Aurelio Commodo principibus. Anno domini nostri Iesu Christi. 175.

HIRENÆVS Lugdunensis in Gallia post beati Fotini Martyris triumphum episcopus. Polycarpi martyris quondam auditor, vir in diuinis scripturis studiosus & valde eruditus, sub Papa Eleuterio legatus Romam missus non minus sanctitate quam doctrina clarissimus comprobatus est. Scripsit multa egregia volumina. De quibus ista feruntur.

Aduersum gentes	lib.1.	De monarchia Dei	lib.1.
De disciplina	lib.1.	De Ogdoade	lib.1.
Ad Blastum de schismate	lib.1.	De Pascha ad victorem Papam	lib.2.
Contra hæreses	lib.5.	De prædicatione apostolica	lib.1.

Quatenus veritatem re Variorum tractatuum lib.1.

Scripsit & alia multa quæ ad notitiam meam adhuc minime venerunt. Tandem sæuiente persequutione in Christianos, cum omni ferme ciuitatis suæ populo pro fide catholica martyrio coronatus est quarto Calend. Iunii. Claruit sub Marco Antonio. Anno domini. 175.

THEODOCION patria Ephesinus, Tatiani philosophi cum adhuc fidelis esset quõdam discipulus, vir certe vndecunque doctissimus, & diuinarum scripturarum tertius interpres. Præter translationem scripturarum, quam ex Hebræo latinam fecit, etiã alia quædã conscripsit opuscula, quæ tamen ad manus nostras adhuc minime peruenerunt. Claruit temporibus Commodi imperatoris. Anno domini. 180.

RHODON genere Asianus: Tatiani quondam auditor & discipulus, vir tam in diuinis scripturis quam etiam in secularib. literis eruditissimus, multa Græco sermone scripsisse dicitur, quorum exemplaria apud nostros raro inueniuntur. E quibus tamen potiora feruntur quæ subiecimus.

Contra Marcionem	lib.3	Ad Calistionem	lib.1.
Aduersum Cataphrygas	lib.1.	In Hexameron	lib.6.

Claruit sub Commodo & Seuero principibus. Anno domini. 200.

CLEMENS ecclesiæ Alexandrinæ presbyter: Pantheni Stoici quondam philosophi Christiani auditor atq; discipulus, qui scholam Ecclesiasticam post eum Alexandriæ multis annis tenuit, vir deuotus, doctus, & eloquentissimus fuit. Scripsit multa præclara volumina, de quibus ista feruntur.

Stromatum, id est, varietatum	lib.8.	De disputatione	lib.1.
Aduersum Gentes	lib.1.	De saluatione diuitis	lib.1.
Pædagogi	lib.3.	De obtrectatione	lib.1.
De Pascha	lib.1.	Aduersum iudaizantes	lib.1.
De Ieiunio	lib.1.	De canonibus ecclesiasticis	lib.1.

Epistolas etiam multas varioscque tractatus edidit, quorum titulos ignoramus. Claruit Commodi & Seueri principum temporibus. Anno domini. 200.

MELCIADES cuius Rhodon in opere suo quod aduersus Cathaphrygas, Montanum, Priscam, & Maximillam insanos vates composuit, recordatus est, vir in secularibus literis eruditissimus, & in diuinis scripturis iugi studio exercitatus, scripsit ad ædificationẽ fidelium non pauca opuscula. De quibus subiecta feruntur.

Aduersus Montanum	lib.1.	Contra Iudæos	lib.1.
Aduersum Gentes	lib.1.	Apologeticus pro nostra fide.	lib.1.

Alia quoque multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meã non venerunt. Claruit Marci Antonini Commodi temporibus. Anno domini. 170.

APOLLONIVS quidã vir doctus atq; disertissimus, non minus vita, quã eloquentia insignis, hæreticæ prauitatis debellator fortissimus, multa pro nostra fide composuit, & Montani insaniam, verbis & scriptis sæpe confutauit, sicut patet legentibus insigne illud volumen, quod maximis eloquentiæ leporibus composuisse dicitur.

Aduersus Montanum	lib.1.

Sed & alia complura edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Commodo & Seuero principibus. Anno domini. 180.

SERAPION ex Anachoreta, ecclesiæ Antiochenę octauus episcopus, vir acris ingenii in diuinis scripturis valde studiosus & eruditus, non minus vita quam scientia venerabilis: fertur ad vtilitatem credentium plura cudisse opuscula, in quibus se virum & doctũ & fidei Christianæ defensorem acerrimum ostendit. De quorum numero habentur.

Ad Dommonem iudaizantem	lib.1.
Ad Carinum de Montano	lib.1.
De Euangelio sub nomine Petri	lib.1.
Epistolæ breues sed plures	lib.1.

Ordinatus fuit in episcopum prefatę vrbis sub Commodo principe Romanorum. Anno domini. 193. Indictione prima.

APOLLONIVS Romanæ vrbis senator, vir tam in diuinis scripturis quam in secularibus literis eruditissimus, & non minus sanctitate quam scientia venerabilis, cum coram senatu proditus fuisset quod Christianus esset, & Christũ nollet abnegare, capitis sententiam accepit, veteri apud illos lege obtinente, absq; negatione non dimitti Christianos, qui semel ad eorum iudicium fuissent pertracti.

Scripsit

Scripsit autem inter alia.

Apologeticum pro fide nostra lib.1.

Quem cum coram senatu ex ordine recitasset capite truncatus fuit. Claruit Romæ sub Commodo & Seuero principibus. Anno domini. 190.

TERTVLLIANVS presbyter, patria Carthaginensis Aphricanæ prouinciæ, patre Centurione viro proconsulari, homo acris & vehementis ingenii, tam in diuinis quam in secularib. scripturis doctissimus: quippe qui apud Carthaginē Rhetoricā multis annis gloriose docuit: Scripsit Latino sermone pene infinita opuscula in quibus hæreticorū errores fortiter contriuit. Huius scripta beatiss. martyr Cyprianus in tanta veneratione habuit, vt nullum sine eorum lectione diem præteriret. Dicere enim ad notarium suum consueuerat. Da magistrum, Tertullianum videlicet designans. Tandem in errorem Montani dilapsus dicitur, propter quod eius opuscula inter apocrypha computantur. 15. di. sancta Romana. Et licet in aliquibus errauerit, in multis tamen bene scripsit, sicut eius volumina testantur. De quibus vidi.

De patientia Dei	lib.1.	*Confiteor ad dominum Deum*	
Aduersus Praxeam	lib.1.	*Variæ diabolus æmu.*	
Contra Marcionem	lib.5.	*Si quid retro gestum est.*	
Contra Iudæos	lib.1.	*Proxime accedit disci.*	
Contra omnes hæreses	lib.1.	*Diuorum hæreticorum.*	
De proscriptionibus hæreticorum	lib.1.	*Conditionem præsentium.*	
Aduersus Hermogenem	lib.1.	*Solemus hæreticis con.*	
Contra Valentinianos	lib.1.	*Valentiniani frequen.*	
De carne Christi	lib.1.	*Qui fidem resurrectionis.*	
De resurrectione carnis	lib.1.	*Fiducia Christianorum.*	
De corona militis	lib.1.	*Proxime factum est libera.*	
Ad Martyres	lib.1.	*Inter carnis alimenta.*	
De pœnitentia	lib.1.	*Pœnitentiam hoc genus.*	
De velandis virginibus	lib.1.	*Proprium iam negotium.*	
De habitu muliebri	lib.1.	*Si tanta in terra morare.*	
De cultu fœminarum	lib.1.	*Ancillæ Dei viui, conser.*	
Ad vxorem	lib.1.	*Dilectissima in domino.*	
De persecutione ad Fabium	lib.1.	*Quæsisti proxime Fab.*	
Ad scapulam	lib.1.	*Nos quidem neque expa.*	
Exhortatorium castitatis	lib.1.	*Non dubito frater te.*	
De Monogamia	lib.1.	*Hæretici nuptias au.*	
De pallio	lib.1.	*Principes semper Afri.*	
De spectaculis	lib.1.	De ieiuniis:	lib.1.
De extasi	lib.1.	Aduersus Apolonium	lib.1.
De pudicitia	lib.1.		

Scripsit quoque & alia plura, varioſque tractatus, qui ad manus nostras adhuc minime venerunt, vixitque vsque ad senectam & senium studiosus. Claruit Seueri imperatoris temporibus. Anno domini. 200.

ORIGENES qui & Adamantius presbyter, natione Alexandrinus: Leonidis martyris filius, Clementis Alexandrini quondam discipulus, vir magni & excellentis ingenii fuit, ita vt studio & eruditione similem nunquam habuerit. Anno Seueri pertinacis decimo, aduersum Christianos persecutione mota, ac Leonide patre fide Christi martyrio coronato, cum matre vidua & sex fratribus pauper derelictus est, annos natus circiter decem & septem. Substantiam autem omnem propter Christi confessionem fiscus occupauerat, ita vt vnde viuerent amplius nil haberent. Et licet annorum numerus minor supputaretur in iuuene, erat tamen iam mirabilis in eo doctrina, & fidei Christianæ admiranda constantia. Proposuerat enim cum patre suo Leonide pro fide Christi fortiter occumbere, si non matris fraude ad ecclesiæ vtilitatem magnus doctor futurus eum contigisset præseruari. Nam cum ad locū agonis patri mane, pridie deliberasset occurrere, sublatis à matre noctu vestimentis & obseratis tabernaculi valuis, domi cogitur remanere. Cum vero in virum creuisset, agere vitam amplificam instituit, & annuntians in circuitu suo verbum Dei, nudis pedibus multis annis incessit. Super lectū deniq; plumis stratū nunquā dormiuit, à vino & carnibus, præter infirmitatē, omnino se abstinuit, ieiuniis, vigiliis, orationibus & continuis diuinarū scripturarum studiis & expositionib. Deo deuote seruiens intentus

fuit. CHRISTI quoque consilio vnam tantum tunicam induere consuevit, & omnium mundanorum contemptor effectus, nihil de Crastino cogitauit. Amore castitatis vt mulieribus secure auderet prædicare, se castrari fecit, licet in hoc facto zelus sine scientia manserit. Ob eius doctrinam, eloquentiam & apostolicam vitam Mammea Alexandri imperatoris Christianissima mater, cum audiendi desiderio capta, ex Alexandria Antiochiam accessit, & eius mellifluam doctrinã cum ingenti admiratione audiuit. Erat autem in studio diuinarũ scripturarum adeo intentus vt nec cibum vnquam, nec somnum caperet, nisi vnus è fratribus lectionem scripturarum cunctis audientibus præmisisset. Nouum & vetus testamentũ velut alter Esdras memoriter nouerat, & iam senex contra suã ætatem linguã Hębraicã didicit, & omniũ interpretũ editiones præter septuaginta in vnam mirabili studio comportauit. In editionibus scripturarum dictãdis tam admirandę memorię & subtilitatis fuit, vt septem notarios, totidemq; in scribendo velocissimas puellas, præter alios iuuenes omnes insimul ex eius ore diuersa scribentes, incredibili pronuntiandi agilitate fatigaret. Et cum tantus haberetur & esset inter omnes ecclesiasticos doctor insignis, magnis tamen notatur erroribus, quibus vel ipse delapsus, vel aliis inserentibus falsa scriptis deprauatus fuit. Semper.n. de Origene varia fuit doctorum opinio, quibusdam hæreticum asserentibus aliis sibi fraudem affirmantibus impositam. Mirandum non est, si primus sine exemplo errauerit, qui tot volumina sine magistro præcedente explicuit. Nostrum tamen est ne dum de origene, sed de quibuscunq; scriptoribus cum S. Ecclesia Romana sentire, & superuacuas opiniones contemnere. Edidit autem pene infinita volumina. De quibus ego Latinis infusa vidi tantum subiecta.

In Genesim	ho.16.	*In principio fecit Deus.*
In Exodum	ho.13.	*Videtur mihi vnus.*
In Leuiticum	ho.16.	*Sicut nouissimis die.*
In Numeri	ho.28.	*In numeris non omnes*
In Iosue	ho.26.	*Donauit dominus nomen.*
In Iudicum	ho.9.	
In principium idide	ho.2.	
In Esaiam prophetam	ho.9.	*Quamdiu Ozias rex.*
In Ieremiam prophetam	ho.14.	*Deus ad benefaciendum.*
In Ezechielem	ho.14.	
In Euangelium Matthæi	ho.26.	
In Euangelium Lucæ	ho.39.	*Sicut olim in popu.*
De Helcharia	lib.1.	*Non ab initio tantummodo.*
In principium Iob	lib.3.	
In Cantica canticorum	lib.4.	
Item in cantica canticorum	lib.2.	*De cantico canticorum.*
In Psalterium tractatus	nu.150.	*Beatus vir, hunc Psal.*
Aduersum hæreticos	lib.5.	*Adamantius dixit q.*
Contra Celsum Philosophum	lib.8.	*Hortaris sacer Amb.*
Periarchon	lib.4.	*Omnes qui credunt.*
In epistolam ad Romanos	lib.15.	*Quod cæteris apostoli Pauli.*
In principium Iohannis	lib.1.	De martyribus lib.1.

Alia insuper multa composuit, quæ ad manus nostras non venerunt. Sunt qui scribant se Origenis tractatus sex millia legisse, qui numerus & magnus est, & Latinis incognitus. Nec dubium quin multa illius opuscula nouiter translata sint, quæ ad notitiam nostræ lectionis minime venerunt. Moritur autem senex & pauper, apud Tyrum sepultus, sub Valeriano & Galieno principibus. Anno domini. 261. Indictione nona. Ætatis suæ anno. 70.

AMMONIVS Alexandrinus, vir in diuinis scripturis eruditus, & in secularibus literis doctissimus, philosophus & rhetor omnium sui temporis celeberrimus, ingenio subtilis, & disertus eloquio, scripsit Græco sermone quædam præclara volumina, quibus memoriam sui posteris reliquit. De quorum numero extant subiecta.

De consonantia Iesu & Mosi	lib.1.	
Canonum Euangelicorum	lib.1.	*In primo canone quatuor*
Vnius ex quatuor	lib.1.	*Quoniam quidem multi.*

Et quædam alia. Hunc impiissimus Porphyrius Christianorum acerrimus hostis, Philosophus gentilis falso accusat, quod fide abnegata factus sit Ethnicus, quẽ constat vsq; ad mortẽ Christianũ deuotum permansisse. Claruit sub Alexandro Mãmeæ filio Anno 230.

AMBRO-

AMBROSIVS Origenis auditor, primo Marcionites, ac deinde ab ipso Origene correctus, Christianæ fidei confessor insignis, etiam ad officium diaconatus meruit promoueri, vir certe doctissimus & librorum studiosus amator, quo sumptus notarios ac scribas subministrante, Adamantius noster pene infinita volumina composuit, tantus lucubrationum illius cultor, vt die ac nocte ad scribendum aliquid noui verbis & scriptis eum prouocaret, adeo vt compulsor operis in quadam epistola familiari ab Origene nominetur. Hic dicere solebat se nunquam Origene præsente isse cubitum, neque sumpsisse cibum, nisi prius vnus è fratribus, qui semper præsto erant, sacris literis personasset. Scripsit de sua conuersione gratias agens ad Origenem.

Epistolarum lib. 1. Et quædam alia. Claruit cum Origene. Anno domini. 230.

TRIPHON Origenis auditor atq; discipulus, ad quem illius nonnullæ extant epistolæ, vir tam in diuinis scripturis quam in secularibus literis eruditissimus, ingenio subtilis, & disertus eloquio. Scripsit Græco sermone quædam præclara opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteris transmisit. E quibus extant subiecta

De vacca rufa in Deuteronomio	lib. 1.	De qualitate sacrificiorum	lib. 1.
De columba & turture	lib. 1.		

Claruit temporibus Alexandri imperatoris. Anno domini. 230.

MINVTIVS Felix causidicus, patria Romanus, vir in secularibus literis eruditissimus, & in diuinis lectionibus studiosus, ingenio excellens, & disertus eloquio, scripsit latino sermone quædam pręclara opuscula, quibus memoriam sui posteris commendauit. E quibus extat dialogus inter Christianum & hæreticum, qui

Octauus inscribitur	lib. 1.	De fato contra mathematicos	lib. 1.

Claruit Romæ sub Alexandro imperatore. Anno domini. 230.

BERILLVS Arabię Botrenus episcopus, vir in diuinis scripturis eruditus, & in secularibus egregie doctus, cum aliquanto tempore gloriose rexisset ecclesiã, in hæresim Paulianorum tandem lapsus est, qui Christum ante Mariam fuisse negabant, sed ab Origene correptus, multa scripsit. E quibus extat inter eos.

Dialogus habitus	lib. 1.	Epistolarum ad diuersos	lib. 1.

Et quædam alia. Claruit sub Alexandro imperatore. Anno domini. 235.

HIPPOLYTVS cuiusdam vrbis episcopus, cuius nomen Hieronymus non expressit, vir certe in diuinis scripturis & studiosus & eruditus, scripsit multa & pene incredibilia volumina, ita vt Ambrosius (de quo iam superius fecimus mentionem) Origenem ad eius imitationem cohortari consueuerit, atque ad exponendas diuinas scripturas fortiter persuaserit, præbens ei (vt diximus) septem notarios, totidemq; velocissimas in scribẽdo puellas, & librariorum parem numerum cum sumptibus & expensis eorundem. Cerneres pulchrum & delectabile certamen quo alter alterum in editione librorum superare magnopere cupiebat.

De opusculis Hippolyti subiecta feruntur.

In hexameron	lib. 6.	In Apocalypsim	lib. 1.
In Genesim	lib. 1.	In prouerbia Salomonis	lib. 1.
In Exodum	lib. 1.	In Ecclesiasten	lib. 1.
In Numeri	lib. 1.	De Saule & Phitonissa	lib. 1.
In Cantica Canticorum	lib. 1.	De Antichristo	lib. 1.
In Zachariam prophetam	lib. 1.	Contra Marcionem	lib. 1.
In Danielem	lib. 1.	Contra omnes hæreses	lib. 3.

In Psalmos quoque multos & varios tractatus edidit. Homilias etiam & sermones pene innumerabiles. Et alia plura nobis adhuc incognita. Claruit sub Alexandro principe. Anno domini. 220.

ALEXANDER episcopus Cappadociæ, cum desiderio sanctorum locorum Hierosolymam pergeret, ibidem diuina reuelatione post sanctum Narcissum episcopus ordinatus, multa sanctitate & doctrina clarus effulsit, & tandem pro fide Christi sub Decio impiissimo tyranno martyrium consummauit. Scripsit multas ad diuersos elegantes epistolas. De quibus in primis subiectæ feruntur.

De pace ecclesię ad Aaronitas	epist. 1.	Ad Antiochenses	epist. 1.
Pro Origene contra Demetrium	epist. 1.	Ad Origenem	epist. plures.

Passus est Cæsariæ sub Decio. Anno domini. 253. Indictione. 1.

IVLIVS Aphricanus vir vndecunq; doctissimus, philosophus, historiographus & theologus insignis, ac diuinarum scripturarum & librorum ardentissimus amator, suis

ſtudiis & ſumptibus apud Cæſaream Paleſtinæ inſignem bibliothecam condidit, in qua multa volumina, tam ſecularium quam diuinarum ſcripturarum cõgregauit. Scripſit præterea magnæ vtilitatis plura opuſcula. De quibus feruntur ſubiecta.

Chronicarum	lib.5.	De Paſcha	lib.1.
De ſancta Trinitate	lib.1.	De Sabbato	lib.1.
De circumciſione	lib.1.	Ad Origenem de Suſanna	lib.1.
De Attalo	lib.1.	Ad Ariſtidem Philoſophum	lib.1.

Et alia plura compoſuiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit ſub Marco Aurelio. Anno domini. 220.

GREGORIVS Neocęſarienſis Ponti epiſcopus, Origenis auditor atque diſcipulus, vir doctus & ſanctus, & multa ſcripſit, & miraculis viuens coruſcauit. Hic adhuc iuuenis cum fratre Anthenodoro ſtudium Philoſophiæ ſecularis quæritans, ſcholæ Origenis ſe ſubdidit à quo ad fidem Chriſti paulatim quaſi inſenſibiliter vna cum fratre conuerſus fuit, & in virum doctiſſimum atque ſanctiſſimum euaſit. De cuius ſcriptis extat ad Origenem

Panegericus	lib.1.	Interpretationum in Eccleſiaſten	lib.1.

Et plures epiſtolæ. Claruit ſub Gordiano principe. Anno domini. 240.

CORNELIVS Romanæ vrbis poſt Petrũ. 22. epiſcopus, patria Romanus, patre Caſtino, poſt Fabiani glorioſum martyrium papa creatus. Sedit in cathedra Petri annis duobus, vir doctus atque ſanctiſſimus, donec tandem etiam ipſe martyrio coronatus tranſiuit carne ſolutus ad ſuperos. Scripſit autem plures ad vtilitatem eccleſiaſticam epiſtolas. De quibus ego duntaxat reperi ſubiectas.

Ad fabium Antiochenum epiſcopum.

De Synodis	epiſt.1.	De Nouatiano	epiſt.1.
Ad eundem de Nouatianis	lib.1.	De geſtis Synodi	epiſt.1.

Ad Cyprianum Carthaginenſem epiſcopum plures ſcripſit epiſtolas, & alias ad alios. Claruit ſub Decio tyranno principe. Anno domini. 255.

CYPRIANVS eccleſiæ Carthaginenſis in Aphrica epiſcopus, vir doctus atque ſanctiſſimus, multis annis rhetoricam glorioſe docuit, & in omni literatura ſeculari doctor magnificus fuit. Deinde perſuadente presbytero Cecilio, à quo fortitus eſt cognomen, ad fidem Chriſti conuerſus, omnem ſubſtantiam ſuam pauperibus erogauit. Ac non multo poſt in presbyterum electus, etiam epiſcopus ordinatus eſt. Qui cum in diuinis ſcripturis ſtudioſus eſſet, ad ædificationem fidelium multa vtiliter edidit. Et ſubiecta volumina Latino ſermone conſcripſit. Videlicet

De gratia Dei ad Donatum	lib.1.	*Bene admones Don.*
Contra Demetrianum	lib.1.	*Oblatrante te, & aduer.*
De pietate & eleemoſyna	lib.1.	*Multa & magna ſunt.*
De laude martyrii	lib.1.	*Deſideraſti Fortunate.*
De zelo & liuore	lib.1.	*Zelare quod bonum vide.*
De bono patientiæ	lib.1.	*De patientia loquuturus.*
De mortalitate	lib.1.	*Etſi apud plurimos veſtrum.*
De virginitate	lib.1.	*Diſciplina cuſtos ſpei.*
De lapſis	lib.1.	*Pax ecce dilectiſſimi.*
De ſacramento calicis	lib.1.	*Cyprianus Cecilio fra.*
De vnitate eccleſiæ	lib.1.	*Cum moneat dominus & di.*
De oratione dominica	lib.1.	*Euangelica præcepta.*
De vanitate idolorum	lib.1.	*Quod idola Dii non ſint.*
De vita clericorum	lib.1.	*Promiſeram quidem vobis.*
De duobus montibus	lib.1.	*Probatio capitulorum.*
Ad Antonianum de Nouato	lib.1.	*Accepimus primas literas.*
De Iudæis ad Quirinum	lib.2.	*Iudæos in offenſam.*
Ad Cornelium papam	ep.8.	*Cognouimus frater cha.*
De aleatoribus	lib.1.	
Ad Iulianum amicum ſuum	lib.1.	Epiſtolarum ad diuerſos lib.1.

Sed alia multa compoſuiſſe dicitur, quæ ad manus noſtras non venerunt. Libellus de duodecim abuſionibus ſeculi, Cypriano à pleriſque aſcriptus, phraſim eius non redolet. Paſſus eſt tandem ſub Valeriano, eo die quo Cornelius Romæ, ſed non eodem anno. Videlicet Anno domini. 249. Indictione. 12. 8. Calend. Octob.

PONTIVS presbyter, beati Cypriani auditor atque diſcipulus, vir doctus & ſanctus, & decla-

& declamator egregius, post magistri sui gloriosum triumphũ veniens in Gallias apud Cymellam vrbem pro fide Christi martyrii palmã adeptus est. Hic Pontius sua melliflua prędicatione & industria duos Philippos Imperatores ad Christum conuertit, & primos ex Romanis principib. idolis renuntiare persuasit. Scripsit etiam eleganti stylo insigne volumen. Quod continet.

Vitam S. Cypriani lib.1.

Claruit sub Philippo Imperatore. Anno domini. 240.

DIONYSIVS Alexandrię vrbis tertius & decimus episcopus, Origenis quondã auditor atq; discipulus, cum adhuc esset presbyter, sub Heracla scholã publicam tenuit, & magnam doctrinæ suæ gloriam acquisiuit. Erat enim vir in omni scientia doctissimus, philosophus, rhetor, & theologus insignis, qui in Cypriani & Aphricanæ Synodi dogma consentiens de rebaptizandis hæreticis, plurimas super ea re ad diuersos scripsit epistolas. De quarum istæ numero feruntur.

De pœnitentia ad Fabium	epist.1.	De Sabbato	lib.1.
Ad Romanos	epist.1.	Ad Hermonionem	lib.1.
Ad S. Sixtum papam	epist.2.	De persecutione Decii	lib.1.
Ad Philemonẽ & Dionysiũ presb.	epist.2.	Contra nepotem, Chiliastem	lib.1.
Ad Dionysium papam factum	epist.1.	Aduersus Sabellium	lib.1.
Ad Nouatianum hæreticum	epist.1.	Ad Amonem Bericis episcopum	epi.1
Dionysius Nouatianus		Ad Dionysium papam	lib.4.
Ad Dionysium & Didymum	epist.1.	Ad Thelephorum	epi.1.
Ad Laodicenses de pœnitentia	epist.1.	Ad Euphranonem	epi.1.
Ad Origenem de martyrio	epist.1.	Ad Armenos de pœnitentia	lib.1.
De ordine delictorum	epist.1.	Canon de pœnitentia	lib.1.
Ad Alexandrinos de exilio	epist.1.	De natura ad Timotheum	lib.1.
De Pascha	lib.1.	De tentationibus	lib.1.
Ad Heraclam episcopum in Ægypto	lib.1.	Commentaria in Ecclesiasten	lib.1.

Ad Basilidem quoq; plures ipsius feruntur epistolæ: Aduersus Paulum Samosatenum insignis eius extat epistola, quam paucis ante mortem diebus descripserat. Alia quoqq; pro vtilitate ecclesiastica multa cõposuit quæ nos latent. Claruit sub Galba & Volusiano principibus. Anno domini. 255.

NOVATIANVS Romanæ ecclesiæ presbyter, aduersus Cornelium cathedram episcopalem conatus inuadere, cum non posset, primum in ecclesia Romana schisma concitauit, & hæresim Nouatianorum constituit, nolens apostatas pœnitentes recipere, atq; rebaptizans rite baptizatos. Huius erroris autor Nouatus Cypriani presbyter fuit.

Scripsit autem:

De Pascha	lib.1.	De cibis Iudaicis	lib.1.
De Sabbato	lib.1.	De instantia	lib.1.
De Circumcisione	lib.1.	De Attalo	lib.1.
De Sacerdote	lib.1.	De sancta Trinitate	lib.1.
De Oratione	lib.1.	Epistolas plures ad diuersos.	

Alia insuper nonnulla scripsse dicitur, quę ad notitiam meam nõ venerunt. Claruit tẽporibus Philippi Imperatoris. Anno domini. 250.

MALCHION Antiochenæ ecclesiæ presbyter, vir eruditus atq; disertissimus, quippe qui rhetoricam in eadem ciuitate multis annis florentissime docuit. Edidit nonnulla præclara opuscula, quæ suo tempore ad fidei Christianæ defensionem contra hæreticos multum conducere videbantur. De quibus extat opus insigne dialogorum.

Contra Paulum Samosatenum lib.1.

Ad Dionysium papam ex Synodo epi.1.

Claruit sub Claudio & Aureliano principibus. Anno domini. 270.

VICTORINVS episcopus Pictauiensis, vir in diuinis scripturis valde eruditus, Græco & Latino instructus eloquio, scripsit multa præclara opuscula, in quibus magnifice suũ exercitauit ingenium. Fuit autem diuini verbi prædicator insignis, & tandẽ pro fide Christi martyrio coronatus legitur. De cuius scriptis subiecta feruntur.

In Genesim	lib.1.	In Abacuc	lib.1.
In Exodum	lib.1.	In Ecclesiasten	lib.1.
In Leuiticum	lib.1.	In Cantica canticorum	lib.1.
In Esaiam prophetam	lib.1.	In Apocalypsim	lib.1.

In Ezechielem lib.1. Aduersum omnes hæreses lib.1.
Et alia multa. Claruit temporibus Valeriani & Galieni principum. Anno domini. 270.

PAMPHILVS presbyter Eusebii Cæsarienſis, tantos apud Cæsariam libros amore ſcripturarum congregauit, vt in omni terra eo tempore nulla bibliotheca celebrior extiterit. Magnam denique partem librorum Origenis propria manu deſcripſit, & in eandem librariam Cæsarienſem repoſuit. Ab eo cognomen Euſebius Pamphili ſortitus eſt. Scripſit autem antequam Euſebius ſcribere inciperet non ſpernendæ authoritatis opuſcula. De quibus tantum reperi.

Contra Mathematicos lib.1.
Apologeticum pro Origene lib.1.

Fertur etiam quaſdam plenas fide & eruditione ſcripſiſſe epiſtolas. Tandem poſt beata ſtudia, & multos pro eccleſia Dei labores, pro fide Chriſti apud Cæsaream Palæſtinæ martyrio coronatus eſt, ſub perſecutione Maximiani qui imperauit circa annos domini. 240.

ANATHOLIVS Alexandrinus, Laodiceæ, Syriæ epiſcopus, vir in diuinis ſcripturis peritus, & in ſecularibus literis nulli ſuo tẽpore ſecũdus, Rhetor, Aſtronomus, & Geometer inſignis, reliquit ingenii ſui multa præclara opuſcula, de quibus tamen pauciſſima ad noſtram notitiam peruenerunt. Extat eius inſigne volumen prænotatum.

De Paſcha lib.1. De arithmetica inſtitutione lib.10.
Claruit ſub Probo & Charo principibus. Anno 285.

ARCHELAVS epiſcopus Meſopotamię, Syrię, vir doctus & diſputator acutus. Scripſit Syro ſermone nonnulla opuſcula, quæ apud Latinos raro inueniuntur. Hic contra Manichæum hęreſiarcham exeuntem de Perſide valenter diſputauit, & omnia eius argumenta confudit, quamuis ab errore illum reuocare nequiuerit. Scripſit autẽ eandem diſputationem.

Contra Manichæum lib.1.
Alia vero nobis incognita ſunt. Claruit ſub Aureliano & Probo principibus. Anno domini. 280.

LVCIANVS Antiochenæ eccleſiæ presbyter, & poſtea Nicomediæ epiſcopus, vir doctus atque diſertus, in declamandis Homiliis ad populum excellentis ingenii fuit, & non minus vita quam eruditione ſcripturarum venerabilis ſub perſecutione Maximiani pro fide CHRISTI martyrio laureatus eſt. Helinapoli Bithyniæ ſepultus. Scripſit inter cætera.

De fide noſtra lib.3.
Et alios diuerſos tractatus, ſermones & homilias atque epiſtolas. Claruit ſub Maximiano Imperatore. Anno domini. 240.

PIERIVS eccleſiæ Alexandrinæ presbyter, vir tantæ doctrinæ & eloquentiæ, vt Origenes iunior vocaretur, in homiliis ad populum declamandis excellentiſſimus fuit. Hic ſub Theona epiſcopo Alexandrinorum, vita & doctrina clariſſimus effulgens, voluntarię paupertatis pro Chriſti amore cultor fuit inſignis, & doctor populi admirabilis. Scripſit infinitos tractatus, qui tamen ad notitiam noſtram non venerunt. Extat eius longiſſimus in vigilia Paſchæ ad populum habitus.

In Ozee prophetam lib.1.
Claruit ſub Diocletiano Imperatore. Anno domini. 290.

PHILEAS epiſcopus Thebaidæ ciuitatis in Ægypto, vir nobilis atque doctiſſimus, non minus moribus quam eruditione ſcripturarum inſignis, poſt multos labores, & editos pro vtilitate fidelium varios tractatus, tandem ſub Maximiano Imperatore pro fide Chriſti martyr effectus euolauit ad ſuperos. De cuius ſcriptis extat diſputatio habita.

Contra iudicem iniquum lib.1. De laude martyrum lib.1.
Alia quæ ſcripſit nobis incognita ſunt, quamuis multa ferantur à patribus. Claruit ſub Maximiano principe. Anno domini. 240.

ARNOBIVS presbyter, philoſophus & rhetor inſignis, cum adhuc gentilis rhetoricam doceret, diuina miſeratione vocatus, Chriſtianum ſe cœpit profiteri. Cumq; ad epiſcopos accedens ſe baptizari expeteret, non credebant, veriti ne vir ſeculari tumens eloquentia ſacramentis fidei conaretur illudere, & ideo ſententiam differebant. Arnobius vero cernens ſibi fidem minime adhiberi, in argumentum ſynceritatis ſuæ ſcripſit & obtulit epiſcopis inſigne volumen.

Aduerſum Gentes lib.7.
In Pſalterium quoque lib.1.

De he-

De Rhetorica institutitone lib.1.

Alia quoque multa edidit quæ ad notitiam meam non venerunt.

Docuit in Aphrica rhetoricam sub Diocletiano principe, habuit multos egregios & nobiles discipulos qui viri doctissimi euaserunt. Claruit ergo circa annos domini nostri Iesu Christi. 300.

IOHANNES Clymachus quod latine sonat scholasticus, abbas montis Synai, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, ingenio excellens, mitis, & humilis, vita & conuersatione deuotus atque sanctissimus, cum adhuc sedecim esset annorum, mundum cũ suis oblectamentis deseruit, & in dicto cœnobio monachum se fieri instantissime petiit & obtinuit. Deinde post annos decem & nouem cum iam solitarius pugnare & vincere secundum regulã monachorum didicisset, cum licentia abbatis sui heremum petiit, in qua multis annis in omni sanctitate solus cum Deo habitauit. Postremo cum vita eius sanctissima omnibus innotuisset, vnanimi omnium consensu in abbatem eligitur, & renitens, ad cœnobium reuocatur. Scripsit ad Ioannem abbatem de Raythu opus celeberrimum, & pro institutione monachorũ valde accommodũ, habens sermones triginta quod prænotatur.

De triginta gradibus	lib.1.	*A bono & super bono.*
Ad pastorem sermonem	lib.1.	*In inferiori quidem libro.*
Epistolas plures ad monachos	lib.1.	

Et quædam alia

In quibusdam locis, maxime vbi de hominis spiritalis mortificati impassibilitate tractat, à modernis theologis reprehenditur, sicut apud Iohannem de Gerson in certis tractatibus inuenitur.

Claruit circa tempora Constantini, Constantii & Constantis, fratrum imperatorũ, qui regnauerunt. Anno domini. 346.

HILDEFONSVS Toletanæ sedis post S. Eugenium episcopus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & secularis quoq; literaturæ non ignarus, metro excellens & prosa ingenio subtilis, sermone disertus, & super omnes sui temporis episcopos facũdus & eloquens, vita & conuersatione Deo dignus atque sanctissimus. Fuit enim timoris Dei instantia præditus, religione deuotus, compunctione profusus, incessu grauis, honestate laudabilis, patientia singularis, disserendi ingenio clarus, sapientia summus. Qui cum adhuc puer esset diuino spiritu attactus, res mundi, parentũq; affectiones contemnens, Agalienſe monasteriũ petiit, monachũq; se in eo multis annis decenter exhibuit. Cœnobiũ quoq; virginum in Deibiensi villula constituit, quod de parentum suorum opibus dotauit. Abbas deinde effectus Agaliensis cœnobii, monachorum mores exercuit, rem discreuit, vitamque seruauit. Principali post hæc violentia Toletum reducitur, atque inibi post decessoris sui obitum pontifex surrogatur. Scripsit multa præclara opuscula. De quibus feruntur subiecta.

De sancta Trinitate	lib.1.	De cognitione Baptismi	lib.1.
De imbecillitate propria	lib.1.	De progressu spiritalis deserti	lib.1.
De virginitate S. Mariæ	lib.1.	Hymnorum diuersi generis	lib.1.
Domina me dominatrix mea		Sermones varii	lib.1.
Annotationes actionis diurnæ	lib.1.	Epigrammata multa	lib.1.
Annotationum in sacris	lib.1.	De missa quoque	lib.1.
Annotationum in sacramentis	lib.1.	Epistolarum ad diuersos	lib.1.

Et alia cõplura. Cum beatissimus iste præsul Hildefonsus librũ de virginitate purissimæ Dei genitricis Mariæ ad finem vsque complesset, cui omni studio quo poterat semper deuotissime seruire solebat, apparuit ei domina mundi sacratissima ipsum librum habens in manibus, & gratias agens illi pro tali seruitio, quod sibi gratissimum esse affirmabat, Ille vero cupiens eam altius honorare, constituit vt celebraretur solennitas eius singulis annis octaua die ante natalem domini, quæ solennitas iam obtinuit, vt per vniuersam fidelium ecclesiã in honore purissimæ conceptionis illius celebretur. 6. Iduũ Decemb. Vnde rursum ei beata Dei genitrix apparens vestimentum sacerdotale, quod nos Albam vocamus, & cathedram illi attulit, de quibus multa miranda & glorioſa narrantur. Claruit.

FIRMIANVS Lactantius, Arnobii rhetoris quondam auditor atque discipulus, vir in secularibus literis abundanter doctus, & in diuinis scripturis nobiliter instructus, ita vt in arte dicendi post Ciceronem facile obtinuerit principatum: rhetoricam primum Nicomediæ, deinde Romæ sub Dyocletiano ab eo vocatus glorioſe docuit. Vbi cum penuria discipulorum ad paupertatem deuenisset, ad extremum Cæsaris Cryspi filii Constantini præceptor, iam senex in Gallia factus est.

Scripsit

Scripsit multa præclara volumina. De quibus ista feruntur.

De diuinis institutionibus	lib.1.	*Magno & excellenti.*	
De origine erroris	lib.1.	*Quamquam primo libro.*	
De falsa sapientia	lib.1.	*Vellem mihi declarari.*	
De vera sapientia	lib.1.	*Cogitanti mihi & cum animo.*	
De iustitia ad Constantinum	lib.1.	*Non est apud me dubium.*	
De vero cultu	lib.1.	*Quod erat officium suf.*	
De beata vita	lib.1.	*Bene habet.*	
De ira Dei ad Donatum	lib.1.	*Animaduerti sæpe Do.*	
De opificio Dei	lib.1.	*Quam minime sim quietus.*	
Ad Asclepiadem	lib.1.		
De persequutione	lib.1.	Epistolarum ad Probum	lib.4.
Epistolarum ad Seuerum	lib.2.	Symphosion hexametro versu	lib.1.
Epitomen contra gentes	lib.1.	Grammaticus inscriptus	lib.1.
De paradiso hexametro	lib.1.	*Est locus in primo fœlix.*	

Alia insuper non pauca scripsisse dicitur, sed in manus nostras non venerunt. Claruit sub Constantino principe, cui amicissimus fuit. Anno. 320.

EVSEBIVS ecclesiæ Cæsarienſis Palęstinæ episcopus, cognomento Pamphili, Dorotheæi Eunuchi viri doctissimi quōdam discipulus, in diuinis scripturis studiosissimus, & bibliothecæ ecclesiasticæ vna cum Pamphilo martyre diligentissimus instaurator, qui cum Arrianus esset, ad primum concilium patrum apud Niceam habitū accedens, errorē deposuit, patrumq; sententiam sequutus, eorum iussu symbolum (quod Nicęnum dicitur) composuit, & in fidei suę purissime testimonium illis obtulit legēdum & confirmandum. Inquo errores Arrianorum fortiter contriuit, nihilq; eius editioni vel additum est vel subtractum, sed vsq; in hodiernum diem in ecclesia Dei publice cantatur. Post hac in orthodoxa fide perseuerans sanctissime consummatus est. Scripsit græco sermone multa præclara volumina. De quibus apud Latinos feruntur subiecta, Videlicet.

Contra Porphyrium	lib.30		
In Esaiam prophetam	lib.10.	*Explicationes Euangelicæ*	*lib.*20
De præparatione Euangelica	lib.14.	*Cum quid sit Christianis.*	
Ecclesiastica historia	lib 10.	*Successiones sanctorum.*	
Epitoma chronicæ	lib.1.	*Mosen gentis Hebrai.*	
Tophanias	lib.5.	De dissonantia Euangelistarum	lib.1.
Topicorum	lib.1.	Apologia pro Origine	lib.6.
De vita Pamphili	lib.3.	In Psalterium totum	lib.1.
Martyrologium	lib.1.		

Alia quoq; multa composuit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Constantino imperatore magno, cui amicissimus fuit propter eximiam doctrinam, & vitæ sanctitatem. Anno domini. 320.

RETHICIVS Eduorum Augustudunensis episcopus, vir in diuinis scripturis studiosus, & suo tempore doctor famatæ opinionis. Fertur non pauca scripsisse opuscula, & præcipue in diuinos libros commentarios, sed paucos ad notitiam nostram meminimus peruenisse. Videlicet.

In Cantica canticorum	lib.1.	Contra Nouatianum	lib.1.

Expositionem eius in Cantica, S. Hieronymus vt ineptam reprehendit. Claruit in Gallia sub Constantino magno. Anno domini. 320.

IACOBVS, cognomento sapiens, Nisebenę vrbis Persarum episcopus, vir magnæ doctrinæ, & incomparabilis sanctitatis, vnus ex numero confessorū sub Maximiano persequutore vincentium. Nicæno concilio interfuit, & Arrium impiissimum homousion appositione damnauit. Hic vir sanctissimæ conuersationis, vrbem sibi commissam orationibus suis à multis periculis sæpe liberauit. Scripsit ad ædificationem fidelium, sermone Syro non pauca opuscula, de quibus feruntur.

De fide	lib.1.	Contra omnes hæreses	lib.1.
De charitate generali	lib.1.	De dilectione proximi	lib.1.
De ieiunio	lib.1.	De oratione	lib.1.
De resurrectione	lib.1.	De vita post mortem	lib.1.
De humilitate	lib.1.	De patientia	lib.1.
De pœnitentia	lib.1.	De satisfactione	lib.1.

De vir-

De virginitate	lib.1.	De sensu animæ	lib.1.
De circumcisione	lib.1.	De azymi benedictione	lib.1.
De Christo, quod filius Dei sit	lib.1.	De castitate	lib.1.
Aduersum gentes	lib.1.	De constructione tabernaculi	lib.1.
De conuersione gentium	lib.1.	De regno Persarum	lib.1.
De persequutione Christianorum	lib.1.	Chronica temporum	lib.1.
De verbis Esaiæ	lib.1.		

Comprehendit ergo totum opus iam signatum in libris 25.

Claruit sub Constantino principe magno. Anno domini. 330.

METHODIVS Olympi Lycię, & postea Tyri episcopus, in diuinis scripturis eruditus, & secularium literarũ non ignarus, fidei Christianę confessor & defensor insignis, & Euãgelicæ perfectionis diligens æmulator, post multorum voluminum editionem pro fide Christi sub vltima persequutione, siue (vt alii affirmant) sub Decio & Valeriano in Calcide Græciæ martyrio coronatus est. Scripsit nitido & composito sermone non pauca volumina, de quibus ista feruntur.

Contra Porphyrium	lib.2.	De decem virginibus symposion	lib.1.
De resurrectione	lib.1.	De Phitonissa	lib.1.
De exitu animæ	lib.1.	In Genesim	lib.1.
In Cantica canticorum	lib.1.		
De nouissimis temporibus	lib.1.	*Sciendum namque est fratres*	
Chronica quoque	lib.1.		

Claruit sub Constantino principe magno, vel (vt aliis placet) sub Decio & Valeriano. Anno domini. 255.

ANTONIVS monachus & abbas, natione Ægyptius, vir sanctissimus, heremiq; cultor insignis, cuius præconia laudum vniuersus personat orbis, multis religiosæ ac beatæ vitæ normam præbuit, qui etsi literas non didicerit, in diuinis tamen scripturis adeo eruditus fuit, vt nullus doctorum se ei præferre præsumeret. Habebat memoriam pro libris, intellectũ & sensum pro literis, gratiã pro studio lectionis. Dictauit Ægyptiaco sermone ad diuersa cœnobia apostolici sensus atq; sermonis, varias epistolas. E quib. extat insignis illa.

Ad Arsenoitas	epist.1.	Ad alia cœnobia	epist.6.

Eius vitam beatus Athanasius episcopus Alexandrinus insigni volumine Græco sermone descripsit. Claruit sub Constantino magno & filiis eius regnantib. Anno domini. 330. multis coruscans miraculis.

IVVENCVS presbyter natione Hispanus, vir nobilis atq; doctissimus philosophus, poeta, rhetor & theologus insignis, & non minus conuersatione quam scientia scripturarum ecclesiæ venerabilis, edidit pro ædificatione legentium tam metro quam prosa multa præclara volumina, sed pauca eorum ad notitiam meam peruenerunt. Legi opus insigne quod hexametris pentametrisq; versibus composuit.

De quatuor Euangeliis	lib.4.	*Immortale nihil mun.*	
De sacramentis	lib.2.		

Cætera quæ composuisse dicitur, ad manus nostras non venerunt. Claruit sub Constantino magno & filiis eius. Anno domini. 330.

EVSTACHIVS genere Pamphylus, primo Beriæ Syriæ, ac deinde Antiochenus vicesimus & tertius post Petrum episcopus, vir doctus & sanctus, multa pro catholica fide ab Arrianis sustinuit incommoda, In exilio namque Traianopolim Thraciarum relegatus ibidem moritur, cuius Arriani ecclesiam inuadentes, multis eam annis tenuerunt. Scripsit autẽ maxime contra Arrianos plurima opuscula, alioscq; diuersos & varios tractat. Scil.

Aduersum Arrianos	lib.3.	De anima	lib.1.
Aduersum Origenem	lib.1.	Epistolas pene innumerabiles	lib.1.

Claruit temporibus Constantini & filiorum eius. Anno Domini. 330.

ATHANASIVS Alexandrinę vrbis nonusdecimus episcopus, vir sanctus atque in diuinis scripturis doctissimus, multas pro fide catholica persecutiones ab Arrianis sustinuit. Totus siquidem orbis illi angustus erat Arrianis vbiq; persequentibus, qui nusquã tutus, nusq; videbatur esse secur. Nã & inimici hominis domestici eius erant. Fugiẽs ergo à facie imperatoris & Arrianorum, venit ad Treuerim vrbem Galliarũ, & à S. Maximiano archiepiscopo honorifice susceptus 7. annis apud eum latuit in cisterna sine aqua, quæ vsq; in hunc diem apud monasterium S. Maximini Treueris in crypta ostenditur. In hoc loco multis annis, vt diximus, latitans, solem non vidit, ibiq; symbolũ: Quicunq; vult saluus esse com-

composuit, donec tandem à quadam puella traditus, Dei nutu fuga lapsus est. Cuius gesta si quis plenius agnoscere desiderat, tripartitam historiam legat. Scripsit autem græco sermone pene infinita opuscula, de quibus apud Latinos subiecta reperi.

De vnitate Trinitatis	lib.1.	*Tu vnus Deus, Deus pater.*	
De proriis personis trinitatis.	lib.1.	*Nunc per singula no.*	
De hominis assumptione	lib.1.	*Quemadmodum in vna.*	
De nominibus trinitatis	lib.1.	*Hic tam de singulis nomina.*	
De vnica substantia trinitatis	lib.1.	*Hic contradicens persona.*	
De beatitudine fidei	lib.1.	*Posco à te de vnico.*	
De professione regulæ catholicæ	lib.1.	*Propter quod impensissime.*	
De vnitate fidei	lib.1.	*Sine initio temporum super.*	
De patre & filio & Spiritu Sancto	lib.1.	*Cum legeris hanc fidem.*	
De trinitate & Spiritu Sancto	lib.1.	*His qui filium Dei creatum.*	
Ad Luciferum episcopum	lib.1.	*Domino beatissimo ac.*	
Contra obiecta Arrianorum	lib.1.	*Prima eorum obiectio est.*	
Altercationem contra Arrium, &c.	lib.1.	*Cum apud Nicæam vrbem.*	
Contra Valentem & Vrsatium	lib.1.		
De virginitate	lib.1.	De Psalmorum titulis	lib.3.
Ad episcopos Ægypti & Libyæ	lib.1.	*Omnia quæcunque dominus noster.*	
De Spiritu Sancto	lib.1.	*Literæ sanctæ charitatis.*	
Contra Gentes	lib.2.	*Diuini cultus & vni.*	
Contra Arrianos	lib.1.	*Hæreses quot quot ipse.*	
Aduersus eosdem	lib.1,	*Insanientes Arriani.*	
De patris & filii homousion	lib.1.	*Qui maligne diuinas.*	
Dialogum cum Arriano	lib.1.	*Prouidentia Dei actum est.*	
Exhortatorium ad monachos	lib.1.	*Et si quid gloriari in.*	
Vitam sancti Antonii	lib.1.	*Optimum in istis fratres.*	
Symbolum fidei suæ	lib.1.	*Quicunque vult saluus.*	
In omnes epistolas Pauli	li.14.	*Paulus, &c. Nec Moy.*	
De persecutione Arrianorum	lib.2.		
De fuga & exilio suo	lib.1.		

Epistolas plures ad diuersos edidit, sermones quoque & varios tractatus qui vel necdum translati sunt in latinum, vel ad notitiam meam non venerunt. Moritur tempore Valentiniani & Valentis imperatorum. Anno Domini. 379. sacerdotii sui. 46. 6. nonas Maii. Indictione. 7.

THEODORVS Heracliæ Thraciarum episcopus, in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & declamator egregius elegantis compositiq; sermonis, edidit in sacris voluminibus non contemnendæ lectionis commentarios. De quibus subiecti feruntur.

In Psalterium	lib.1.	In Euangelium Iohannis	lib.1.
In Euangelium Matthæi	lib.1.	In epistolas Pauli	li.14

Alia quoq; nonnulla scripsisse dicitur, sed ad notitiam meam non venerunt. Claruit temporibus Constantini secundi. Anno domini. 340.

EVSEBIVS episcopus Emisenus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in declamandis homiliis ad populum nulli suo tempore secundus, rhetor, & theologus omnium opinione celeberrimus. Fertur multa & pene infinita scripsisse opuscula, sed nos paucorũ solos titulos & numeros potuimus inuenire. Scilicet

Aduersum Gentes	lib.1.	In epistolam ad Galatas	li.10.
Aduersum Iudæos	lib.1.	Homiliarum multarum	lib.1.
Ad Nouatianos	lib.1.	Sermones ad populum	

Claruit Constantino & fratribus eius regnantibus. Anno domini 350.

TRIPHILIVS Cyprilitensis siue Leucontheon episcopus, vir tam in diuinis quam in secularibus scripturis eruditissimus, ac sua ætate omnium præsulum facile eloquentissimus, fertur nõ pauca scripsisse volumina, & diuinas scripturas multipliciter exposuisse, sed nihil suorum operum ad manus nostras meminimus peruenisse. Fertur eius expositio

In Cantica canticorum	lib.1.		

Claruit temporibus Constantii Imperatoris. Anno domini. 350.

SERAPION ex monacho Thomuseos episcopus, & beato Antonio abbati amicissimus, vir tantę eruditionis & eloquentiæ, vt propter excellentiam ingenii cognomentum scho-la-

scholastici sortitus fuit. Multa fertur scripsisse opuscula. De quibus extant subiecta.

Contra Manichæum. lib. 1. De Psalmorum titulis lib. 1.
Epistolæ plures ad diuersos. Floruit sub Constantio principe. Anno domini. 340.

ACHACIVS Cæsariensis Palæstinæ episcopus, vir quidem in diuinis scripturis exercitatus, sed Arriana impietate peruersus, in tanta reuerentia à Constantio Imperatore habitus, vt in locum Liberii papæ Romæ Fœlicem presbyterum Arrianum episcopum constitui obtinuerit. Hic Achacius quia luscus erat monoculus vocabatur. Scripsit autem multos & varios tractatus, qui reuera fuissent vtiles, si catholicum habuissent authorem. E quibus potiores feruntur quos subiecimus.

In Ecclesiasten lib. 17. Sethematon lib. 1.
Simmicton. lib. 1.
Claruit sub Constantio Imperatore. Anno domini. 350.

HILARIVS Pictauiensis Aquitaniæ episcopus, vir moribus, vita, & doctrina valde venerabilis, multas ab Arrianis pro fide Christi sustinuit iniurias. Nam factione Saturnini Arelatensis episcopi, de synodo Biterensi Phrygiam relegatus, annis quatuor constanti animo durum portabat exilium, vbi orationibus suis mortuum legitur reuocasse ad vitam. Qui cum esset vir vndecumq; doctissimus, multa composuit opuscula. De quorum numero feruntur subiecta.

Contra Dioscorum. lib. 1. Contra Valentem & Vsatium, lib. 1.
De sancta trinitate contra Arrianos, lib. 12. *Circumspicienti mihi*
Defensio catholicæ fidei lib. 1. *Deus qui vbiq; est*
Contra Arrianos. lib. 1. *Dilectissimis fratribus*
In Euangelium Matthæi lib. 1. *Gradus quem Matthæus*
De synodis ad episcopos Galliarum, lib. 1. *Constitutum habebam.*
In aliquos Psalmos trac. 42.
In psalmum: Beati immaculati trac. 22.
Ad Constantium Imperatorem lib. 3. *Tempus loquendi iam.*
In Constantium. lib. 1. Hymnorum lib. 1.
Mysteriorum lib. 1. In librum Iob. lib. 1.
Contra Auxentium lib. 1. *Beatissimis & glorio.*
De hæresibus. lib. 1. In Cantica canticorum lib. 1.
Chronica lib. 1. Epistolarum ad diuersos lib. 1.

Alia quoq; nonnulla edidit, quę ad manus nostras non venerunt. Moritur tandem, ad vrbem suam de exilio suo reuersus, sub Valentiniano Imperatore. Anno dom. 371. Indictione quartadecima, cuius natale celebratur, idibus Ianuarii.

VICTORINVS Afer, vir consularis, rhetor omnium suo tempore celeberrimus qui in vrbe Roma sub Constantino imperatore diu rhetoricam docuit, vbi propter excellentiam doctrinæ in foro Traiani æream statuam promeruit. Conuersus ad fidem Christi in senectute sua multos in scripturis sanctis tractatus edidit more dialectico satis obscuros, & viris doctissimis vix peruios. De quibus extant subiecti.

Contra Arrianos lib. 2.
De sancta Trinitate lib. 1. *In primo sermone*
Contra hæreticos lib. 1. *Logos vel, &c.*
De homousion quoq; lib. 1. *Viuit ac vita vnum.*
De trinitate hymnorum. lib. 1. *Adesto lumen verum.*
In epistolas apostoli Pauli lib. 14.
Et quædam alia.
Claruit Romæ sub Constantino Imperatore. Anno secundo 360.

TITVS episcopus Botrenus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus litteris egregie doctus, ingenio acer & vehemens, multa fertur cudisse opuscula, quibus memoriam sui nominis cum gloria transmisit ad posteros. De quorum numero subiecta feruntur.

Contra Manichæos lib. 2. Commentariorum Euangelii, lib. 1.
Et alia complura.
Claruit Anno Domini. 340. Et sub Valente Imperatore mortuus est.

DAMASVS papa natione Hispanus, sedit post Liberium in cathedra Petri annis decem & octo, vir in diuinis eruditissimus, & in secularibus litteris egregie doctus, rhetor, & poeta celeberrimus, & in componendis versibus peritissimus, ingenio subtilis,

vita deuotus atq; sanctissimus, diui Hieronymi presbyteri amantissimus. Scripsit vtroque genere varia opuscula. De quibus extant subiecta.

Gesta summorum pontificum	lib. 1.	*Beatus Petrus apostolus*
De fide contra hæreticos	lib. 1.	*Quoniam post Nicænum conci.*
Epistolarum ad diuersos	lib. 1,	*Damasus episcopus*

Diuersa carmina. Et alia.

Claruit sub Valentiniano & Valente. Anno domini. 370.

APOLLINARIS Laodicenus Syriæ episcopus, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & grammaticæ institutionis longe doctissimus ingenio acer & vehemens, sermone clarus, scripsit pro defensione catholicæ fidei quædam præclara volumina, quibus nomen suum posteritati commendauit. E quibus extat opus celeberrimum.

Contra insanum Porphyrium, lib. 30. Et quædam alia.

Claruit sub Gratiano Imperatore. Anno domini. 380.

DIDYMVS Alexandrinus, captus à parua ætate oculis, & ob hoc elementorum quoq; penitus ignarus, tantum miraculum sui præbuit, vt dialecticam & geometriam quæ vel maxime visu indigent ad perfectum didicerit. In diuinis vero scripturis doctissimus fuit, beati Hieronymi præceptor, & sancti Antonii amicissimus, ingenio acer & vita præclarus, scripsit græco sermone opera subiecta.

Contra Arrianos	lib. 2.		
De dogmatibus quoq;	lib. 1.		
In epistolas canonicas.	lib. 7.	*Iacobus, &c. sicuti mor.*	
De spiritu sancto.	lib. 1.	*Omnes quidem quæ diuina*	
In librum sancti Iob.	lib. 1.	In Esaiam prophetam	lib. 10.
In Osee ad Hieronymum	lib. 3.	In Zachariam ad eundem	lib. 5.
In Euangelium Matthæi	lib. 1.	In Euangelium Iohannis	lib. 1.
In psalterium quoq;	lib. 1.		

Et quædam alia.

Claruit octogenarius sub Theodosio Imperatore Anno Domini. 395.

OPTATVS episcopus Mileuitanus, natione Afer, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, ingenio præstans, vita deuotus & catholicus, fertur pro defensione fidei nostræ quædam præclara scripsisse opuscula, quibus abundans ingenium magnifice exercitauit. E quibus extare dicitur grande & insigne volumen quod scripsit

Contra Donatistas, lib. 6. Et plures epistolæ. Et multa alia.

Claruit sub Valentiniano & Valente principibus. Anno dom. 370.

BASILIVS Cæsariensis Cappadociæ episcopus, vir doctus atq; sanctissimus, tantæ apud Græcos authoritatis extitit, vt eius doctrinæ vel scriptis nemo vnquam quantumlibet sciolus in aliquo contradicere ausus fuerit. Scripsit græco sermone multa præclara opuscula, sed pauca eorum ad manus nostras peruenerunt.

De spiritu sancto	lib. 1.	
Contra Eunomium	lib. 1.	
In hexameron	lib. 9.	*In principio, &c. Conue.*
Regulam monachorum.	lib. 1.	*Humanum genus.*
Exhortatorium monachorum	lib. 1.	*Audi fili mi admo.*
De institutione puerorum.	lib. 1.	
De fide.	lib. 1.	*Dei quidem sine inter.*
De sermone occulto	lib. 1.	*Sermonis vsum deus*
In plures Psalmos.	lib. 1.	*Omnis scriptura diuini*
Ad virginem lapsam.	lib. 1.	*Tempus est exclama.*

Homilias plures.

Alios insuper tractatus, sermones & epistolas ad diuersos composuit.

Claruit sub Valentiniano & Valente. Anno. 380.

EFFREM monachus, heremique cultor insignis, & diaconus Edissenæ ecclesiæ à beato Basilio presbyter ordinatus, propter humilitatem ad diuina mysteria conficienda nunquam acceßit, quamuis apud Deũ & homines dignus haberetur. Nihilominus, quantum ad officium suum pertinebat, in monendo populum infinitas homilias declamabat. Hic (sicut in vita sanctorum patrum legitur) ab angelo visus est librum aureis literis scriptum recepisse, vnde mox altera die, & deinceps, loquente in eo spiritu sancto, tantam declamandi gratiam habuit, vt nullum sibi similem suo tempore inueniret. Scripsit Syro sermone

mone pro instructione legentium quædam deuota opuscula. Ex quibus apud Latinos inueniuntur subiecta, videlicet.

De spiritu sancto.	lib.1.	
De compunctione cordis.	lib.1.	*Dolor me compellit.*
De contritione cordis	lib.1.	*Venite charissime.*
De pœnitentia.	lib.1.	*Dominus noster Iesus Christus.*
De luctaminibus seculi	lib.1.	*In luctaminibus huius*
De die iudicii.	lib.1.	*Venite dilectissimi.*
De resurrectione.	lib.1.	*Gloria omnipotenti Deo.*
De beatitudine animæ	lib.1.	*Beatus qui odio habuit.*
De cogitationibus.	ho.1.	*In scripturis sanctis.*
De prædicatione dura	ho.1.	*Quotiens cunq; fratres.*
De celebratione mysteriorum,	ho.1.	*Rogo vos fratres*
Planctus super Edissenam vrbem,	lib.1.	

Alia etiam non pauca edidit, maxime sermones & homilias ad populum, quæ nec dum ad notitiam meam peruenerunt.

Claruit sub Valentiniano, & Valente, beato Basilio amicissimus, sicut in eius legenda poteris inuenire. Anno. 380.

GREGORIVS episcopus Emisenus, frater beati Basilii Cæsarienſi Cappadociæ præsulis, vir in diuinis scripturis admodum studiosus & eruditus, prouocatus studio fratris etiam ipse nonnulla conscripsit opuscula sermone Græco. De quibus apud nostros duntaxat reperi.

De imagine & conditione hominis.	lib.1.	*Hominem ex anima intellec.*
Contra Eunomium.	lib.2.	

Claruit fratre iunior sub Valentiniano & Valente principibus, & varia composuit. Anno domini, 380.

GREGORIVS ex monacho episcopus Nazianzenus, vir tantæ doctrinæ integritatis & eloquentiæ, vt nec aduersarii quidem eius his quæ ab illo dicebantur vllatenus contradicere auderent, ita vt ad confirmationem authoritatis Gregorium tantum aliquid dixisse sufficeret. Hic monasticæ conuersationis cultor & amator, cum propter excellentiam doctrinæ & vitæ sanctitatem ad Episcopatum vocaretur, fugiens se abscondit, malens abiectus esse in domo domini, quam in turba honoribus caducis extolli. Sed omnipotens Deus noluit tam clarum iubar sub modio præfatæ conuersationis abscondi, quod ad multorum salutem potuit extendi. Inuentus ergo diuino indicio, ad sedem episcopalem a populo ducitur, moxque in fugæ suæ excusationem solennis homilia dictatur, in qua ars artium animarum regimen esse ostenditur. Hic ob insignem doctrinam & vitæ sanctitatem Gregorius magnus, ante beatum Papam eiusdem vocabuli dicebatur. Scripsit autem græco sermone plura opuscula. De quibus extant subiecta.

De morte fratris Cæsaris.	lib.1.	De laude Maximi philosophi.	lib.1.
De laude Cypriani mar.	lib.1.	In eundem vituperationis.	lib.1.
De laude Athanasii episcopi.	lib.1.	De virginitate, hexametro.	lib.1.
De spiritu sancto.	lib.1.		
Apologetici cum fugisset.	lib.2.	*Victus sum & fateor*	
De natiuitate domini.	lib.1.	*Christus nascitur, glori.*	
De secundis Epiphaniis	lib.1.	*Iterum Iesus meus.*	
De spiritu sancto in die Pente.	lib.1.	*De solemnitate huius.*	
In semetipsum de agro regressus.	lib.1.	*Desiderabam vos*	
De Hieremia præsente imperatore.	lib.1.	*Ventrem meum doleo.*	
De reconciliatione monachi.	lib.1.	*Linguam nostram sol.*	
De grandinis vastatione.	lib.1.	*Quid laudabilem sol.*	
Contra Eunomium.	lib.2.	Contra Iulianum apostatam.	lib.1.

Sermones & homilias plures edidit, & de diuersis materiis varios tractatus, qui ad notitiam meam non venerunt. Tandem senio confectus, cum se ad regimen populi non posse amplius sufficere conspiceret, ordinato in locum suum alio episcopo, ad derelictæ solitudinis studium remeauit.

Claruit sub Valentiniano & Theodosio. Anno domini. 390.

EVTROPIVS monachus & presbyter, vir religiosissimæ conuersationis, in diui-

nis scripturis valde studiosus & eruditus, atq; in secularibus literis ad plenum instructus, fertur nonnulla composuisse opuscula. E quibus extant ista nobis duntaxat titulis not.

Ad virgines duas sorores. lib. 2. Chronicarum vsq; ad sua tempora. lib. 1.

Claruit sub Valentiniano & Valente principibus. Anno domini tricentesimo, septuagesimo. Sunt etiam qui scribant eum Augustini fuisse discipulum, & floruisse. Anno domini. 400. & 30.

ESYTIVS presbyter & monachus, beati Gregorii Nazianzeni episcopi quondam auditor & discipulus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, exemplo sui præceptoris admonitus, fertur in diuinos libros multa explanationum scripsisse opuscula, & tam in nouum quam in vetus testamentum varia lucubrasse volumina, quæ necdum ad manus nostras peruenerunt. Legi tantum opus illud insigne & magnæ quantitatis, quod scripsit ad Eutichianum venerabilem diaconum.

In Leuiticum. lib. 1. Venerabili diacono.

De cæteris nihil vidi.

Claruit sub Archadio & Honorio principibus. Anno domini. 400.

AMBROSIVS episcopus Mediolanensis, patria Romanus vir fide & sanctitate celeberrimus, in diuinis scripturis atq; in secularibus literis omnium facile doctissimus, græco atq; latino sermone ad perfectum instructus, cuius meritum totus orbis personat, cuius opera & libros magno authoritatis præconio sancta mater ecclesia confirmat. Qui in exponendis, declarandisq; diuinis scripturis omnes doctores vicit, cuius fidem nulla vnquá potestas terrena infringere potuit, ita vt multis episcopis pro fide relegatis exilio, Ambrosium nullus vnquam auderet contingere. Fuit enim velut malleus hæreticorum constantissimus impugnator, cuius linguæ in fide Christi loquenti, nulla potuit vnquam authoritas humana indicere silentium. Pro fide semper paratus quælibet subire pericula, domino protegente liber vbique & illæsus euasit. Scripsit multa præclara opuscula, de quibus ego duntaxat reperi subiecta.

De officiis.	lib. 3.	*Non arrogans videri.*
De vocatione gentium.	lib. 2.	*Inter defensores lib.*
Hexameron.	lib. 6.	*Tantum ne opinionis.*
De dignitate humana.	lib. 1.	*Factamus hominem*
De paradiso.	lib. 1.	*De paradiso adorien.*
De Cain & Abel	lib. 1.	*De paradiso in superiori.*
De Noe & arca	lib. 1.	*Noe sancti adorimur.*
De Abraham patriarcha	lib. 2.	*Abraham libri huius.*
De Isaac & anima.	lib. 1.	*In patre nobis sancti*
De bono mortis	lib. 1.	*Quoniam de anima superiore.*
De fuga seculi	lib. 1.	*Frequens nobis de effu.*
De Iacob & vita beata	lib. 2.	*Necessarius ad disci.*
De Ioseph patriarcha	lib. 1.	*Sanctorum vita cæteris.*
De benedictionibus patriarcharum	lib. 1.	*Primum omnium quantam.*
De Nabuthe Letzraelita	lib. 1.	*Nabuthe historia tem.*
De Helia & ieiunio	lib. 1.	*Diuinum ad patres re.*
De Tobia	lib. 1.	*Lecto prophetico libro*
De interpellationibus	lib. 4.	*Multas nobis perturba.*
Apologiam Dauid	lib. 1.	*Apologiam Prophetæ*
De Salomone	lib. 1.	*Mirum satis est dilectiss.*
De mysteriis initiandis.	lib. 1.	*De moralibus quotidia.*
De sacramentis.	lib. 6.	*De sacramentis quæ*
De cura pastorali.	lib. 1.	*Si quis fratres oraculi.*
De fide ad Gratianum.	lib. 5.	*Regina Austri venit*
De spiritu sancto.	lib. 3.	*Hieroboal sub arbore.*
De fide & symbolo	lib. 1.	*Multas quidem & gra.*
De incarnatione domini.	lib. 1.	*Debitum fratres cupio.*
De mysterio Paschæ	lib. 1.	*Paschæ mysterium de.*
De excessu fratris	lib. 1.	*Deduximus fratres*
De fide resurrectionis.	lib. 1.	*Superiore libro aliquid.*
De pœnitentia	lib. 2.	*Si virtutum finis ille est*
Adhortationem pœnitentiæ	lib. 1.	*Admoneo vos fratres.*

De virginibus lib.3. *Si iuxta cæleſtis ſen.*
De viduis. lib.1. *Bene accidit fratres*
Exhortationis ad virgines lib.1. *Qui ad conuiuium magnum*
Ad virginem deuotam. lib.1. *Audi filia & vide &.*
Ad virginem lapſam lib.1. *Audite me nunc qui.*
Contra Symachum. lib.1. *Ambroſius Epiſcopus bea.*
Conſolatorium Valentiniani. lib.1. *Et ſi incrementum.*
Contra Auxentium lib.1. *Dalmatius me tribu.*
Detradendis Baſilicis lib.2. *Video vos præter ſolitum.*
De inſtitutione virginis. lib.1. *Commendas mihi pignus.*
De morte Theodoſii lib.1. *Hoc nobis motus ter.*
De inſtructione ſacerdotum lib.1. *Suſcepiſti munus ſacer.*
De circumciſione. lib.1. *Non mediocris plæ.*
De ſynagoga ad Theodoſium. lib.1. *Exercitus ſemper iugi.*
Reuelationem Geruaſii Prothaſiiq; lib.2. *Dominæ ſorori vitæ atq.*
De paſſione ſanctæ Agnetis lib.1. *Ambroſius virginibus*
De eligendo pontifice lib.1. De iudiciis lib.1.
De ſancto Iob lib.1. De 42. manſionibus lib.1.
Hymnorum & præfationum. lib.1. In Epiſtolas Pauli lib.14
In pſalmum: Beati immaculati lib.22. *Licet myſtico quoq.*
Epiſtolarum ad diuerſos lib.10. *Pulchre admones frater.*
In Euangelium Lucæ. lib. 10. *Scripturi in librum Euan.*
Sermonum multorum. lib.1. *Libenter nos prædicare.*
In quoſdam pſalmos. lib.11.

Alia quoq; nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Fertur deniq; Egeſyppum & quoſdam alios de græco feciſſe latinos.

Claruit ſub Theodoſio Imperatore clementiſſimo. Anno domini 380.

PHILASTRIVS epiſcopus Brixienſis, vir in diuinis ſcripturis doctiſſimus, & ſecularium literarum non ignarus, beato Ambroſio Mediolanenſi, & notus familiaris, cuius meminit ſanctus Auguſtinus in quadam epiſtola, ad Quod vult deum, ſcripſit pro vtilitate communi quædam præclara opuſcula, è quibus nullum ad manus noſtras memini peruenisſe. Fertur eius beato Auguſtino vbi ſupra teſtante inſigne opus quod ſcripſit.

De 156. hæreſibus. lib.1. Symoniani à Symone

Cætera non vidi.

Claruit ſub Theodoſio Imperatore Chriſtianiſſimo. Anno domini 380.

EVAGRIVS monachus & diſcipulus ſancti Macharii, Ægyptii, & poſtea epiſcopus Antiochenus, vir vndecumq; doctiſſimus, & tam ſecularibus quam diuinis ſcripturis eruditus, Græco & Latino peritus eloquio, etiam in epiſcopatu prioris vitæ auſteritatem cuſtodiens, tantæ abſtinentiæ fuit, vt miraculo haberetur. Hic primus vitam ſanctorum patrum ſcriptis commendauit, & de ſua vena multa opuſcula edidit. De quibus tamen pauciſſima ad notitiam meam peruenerunt. Feruntur autem eius ſubiecta.

Ad Anachoretas valde vtilis, lib.1. De octo vitiis principalibus lib.1.
Ad Cœnobitas quoque, lib.1. Exhortatorii ad virginem lib.1.
Vitam Antonii Latinam fecit. lib.1. *Presbyter Euagrius.*
De vita ſanctorum patrum lib.1.

Alia quoque multa ſcripſit, & de Græco in Latinum tranſtulit incognita nobis. Claruit ſub Gratiano principe. Anno domini 380.

MAXIMVS epiſcopus Conſtantinopolitanus, natione Alexandrinus, philoſophus & theologus inſignis, in cuius laudem Gregorius Nazianzenus librum edidit, multas iniurias ab Arrianis ſuſtinens, epiſcopatu tandem pulſus, multa in eos ſcripſit. E quibus extat ad Gratianum opus inſigne.

Contra Arrianos. lib.1. Cætera mihi incognita ſunt.

Claruit in Græcia ſub Gratiano principe. Anno domini 380.

AMBROSIVS presbyter natione Alexandrinus, Didymi cæci quondam auditor atque diſcipulus, quo explanante ſcripturas diuinas magnifice didicit, & varias in illas explanationes compoſuit, quæ apud Græcos eo tempore magno pretio habebantur. E quibus hæc apud nos feruntur.

Commentariorum in Iob. lib.1. Contra Apollinarem Laodicænum. lib.1.

Claruit sub Theodosio & Archadio principibus. Anno. 400.

PETRONIVS episcopus Bononiensis, conuersatione monachus, in diuinis scripturis valde doctus & eloquens, & non minus sanctitate, quam scientia reuerendus, qui multis in vita & post mortem miraculis coruscauit, sicut in eius historia legitur. Scripsit inter cætera.

De vita sanctorum patrum. lib.1. De ordinatione episcopi. lib.1.
Et alia nobis incognita.
Moritur sub Theodosio & Valentiniano. Anno domini. 385.
Indictione. 13.

BACHOMIVS Abbas & monachorum sui temporis institutor permagnificus, fundator multorum cœnobiorum, ac vir sanctissimæ conuersationis, multis in vita & post mortem coruscans miraculis, cum esset vir doctus, & in diuinis scripturis eruditus. Scripsit ad ædificationem fratrum multas epistolas, de quibus subiectæ referuntur.

Ad Cornelium abbatem. epi.1. Ad præpositos cœnobiorum. epi.1.
Ad Syrum abbatem. epi.1. Ad fratres operantes. epi.1.
Regula quoque monachorum. lib.1.

Claruit sub Valentiniano & Theodosio principibus. Anno. 390.

AVRELIVS Clemens Prudentius, poeta Christianus, vir in secularibus literis eruditissimus, & in diuinis scripturis satis peritus, metro excellens & prosa, per quinquaginta septem annos mundi amoribus retentus, multa poetarum opuscula legit & exposuit, ac de sua vena multa profunda poemata scripsit. Tandem vero in senectute repulsa mundi vanitate, ad sacras scripturas se contulit, & carmine ac prosa multa vtriusque testamenti obstrusa exposuit. Scripsit autem multa præclara opuscula. De quibus mensura metri facta reperi subiecta.

Contra Symachum idololatram. lib.2. *Paulus præco Dei.*
De compugnantia. lib.1. *Senex fidelis prima.*
De diuinitate. lib.1. *Est tria summa Deus*
Contra Patripassionos. lib.1. *Plurima sunt sed*
Contra Sabelliones. lib.1. *Cede prophanator.*
Contra Iudæos. lib.1. *Hæc si Iudaicos si in.*
Contra Homuncionitas. lib.1. *Sunt qui Iudaico cog.*
Contra phantasmaticos. lib.1. *Est operæpretium nebu.*
De origine peccatorum. lib.1. In hexameron. lib.6.
De sancta trinitate. lib.2.
Hymnorum diuersorum. lib.2. *Ales diei nuntius lucem.*
Laudes sancti Vincentii. lib.1. *Beate martyr prospe*
Laudes sancti Laurentii. lib.1. *Antiqua phanorum pa.*
Laudes Romani contra gentiles. lib.1. *Romanæ Christi fortis.*
Historiarum. lib.1. *Eua columba fuit.*
De Animæ natura. lib.1. *Occurrit dubitans hic*
De resurrectione carnis lib.1. *Posco meum in Christo.*
De martyribus. lib. 1. *Scripta sunt cælo*
De statu animæ lib.1. *Errat quisquis animas.*
Amartigenian. lib.1. *Fratres Ephebi fossor*
De spe veniæ orationem siue. lib.1. *O Deæ cunctiparens.*
Contra Marcionitas. lib.1. *Quo te præcipitat rabi.*
Peristephanon. lib. 1. *Pius fidelis innocens.*
Epistolas etiam scripsit non paucas.
Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad manus nostras non venerunt
Claruit sub Gratiano imperatore. Anno domini. 380.

IOHANNES monachus & presbyter Damascenus, vir doctus & sanctus, de quo miranda narrantur propter excellentiam doctrinæ & vitæ syncritatem, in magno pretio habitus apud Constantinopolim prælatus monachorum constitutus, multos ab iniquitate auertit. Scripsit græco sermone nonnulla profundi sensus opuscula, sed pauca eorum ad manus nostras peruenerunt. Legi tantum opus illud insigne.

Traditionis orthodoxæ fidei. lib.4. *Deum nemo vidit vnquam*
Historiam Barlaam & Iosaphat. lib.1. De cæteris nihil vidi.
Claruit sub Theodosio deuotissimo principe. Anno domini. 390.

Tico

TICONIVS Afer, quem beatus Augustinus in tertio libro de doctrina Christiana donatione partis fuisse commemorat, quamuis in quibusdam ab illis dissentiat, vir certe acutus & in diuinis scripturis multum exercitatus. Scripsit non pauca opuscula. E quibus ista feruntur, videlicet.

De bello intestino. lib. 3. Expositorium diuersarũ causarum lib. 1.
In Apocalypsin Ioannis, lib. 1. Regularis sacræ scripturæ, lib. 1.
Epistolæ plures ad diuersos. Et alia multa. Claruit, Theodosio & filiis eius imperantibus Anno domini. 390.

HERACLIDES monachus, vir moribus sanctus, & diuinarum scripturarum eruditione insignis, sanctorum patrum Anachoretarum ac monachorum diligentissimus inquisitor & imitator, qui velut argumentosa apis de singulorum conuersatione flores virtutum in alueolum pectoris sui conferens, mel spiritalis dulcedinis procreauit. Scripsit inter alia ad ædificationem legentium opus insigne de vita & conuersatione sanctorum patrum in heremo vel in cœnobiis degentium sub regula, cuius titulus est.

Paradisus. lib. 1.

Claruit temporibus Gratiani imperatoris. Anno domini. 380.

AMPHILOGIVS episcopus Iconii, vir in diuinis scripturis valde studiosus & eruditus, atque secularibus literis sufficienter imbutus, & non minus conuersatione quam scientia scripturarum sacerdotio dignus. Scripsit inter alia opus vtile.

De spiritu sancto lib. 1.

De cæteris quæ composuisse dicitur, nihil ad notitiam meam peruenit.

Claruit Theodosii deuoti imperatoris temporibus. Anno domini. 390.

EPIPHANIVS Cypri Salaminæ vrbis episcopus, vir in diuinis scripturis satis eruditus, & tantę sanctitatis, vt spiritũ prophetiæ meruerit illustrari, multorumq; patrator miraculorum fieri. Hic beato Hieronymo amicissimus extitit, & plures ad eum epistolas scripsit. Huius acta si quis nosse desiderat, tripartitam historiam legat. Composuit autem nonnulla opuscula, de quibus ista feruntur.

De 90. hæresibus lib. 1. *Symoniaci à Symone.*
Contra omnes hæreses lib. 2. De erroribus Origenis lib. 1.
Ad Theophilum Alexandrinum lib. 1.
Epistolarum ad diuersos lib. 1. *Domino amantissimo filio*
Et quædam alia.

Claruit sub Theodosio religiosissimo principe. Anno 390.

THEOPHILVS Alexandrinæ Ecclesiæ vicesimusprimus episcopus, vir in scripturis studiosus, & Origenistarum expugnator acerrimus, qui in magna discordia cum S. Iohanne Chrysostomo arserit, cumque insidiis episcopatu pulsum in exilio mori coegerit, sicut in veterum historiis plenius continetur. Scripsisse fertur quædam opuscula, de quibus ad meam notitiam pauca peruenerunt. Extat eius ad diuersos in variis negotiis.

Epistolarum. lib. 1.
Ad Epiphanium de hæresibus lib. 1. *Domino dilectissimo & a.*
De pascha. lib. 1.

Alia quoque multa edidit, sicut ex epistola beati Hieronymi ad eum directa colligitur quæ sibi vel legenda vel vertenda postulat destinari.

Claruit sub Theodosio & Valentiniano principib. Anno. 390.

ANTIOCHVS cuiusdam vrbis episcopus, vir in diuinis scripturis studiosus & doctus, atque in secularibus literis nobiliter eruditus, cuius mores, doctrinam populo suo commendarunt. Scripsit ad ædificationem legentium quædam præclara volumina. De quibus ista feruntur potiora.

Contra auaritiam lib. 2. De illuminatione cæci nati, lib. 1.
Homiliæ ad populum plures lib. 1. Et alia nobis incognita.

Claruit sub Theodosio & Archadio principibus. Anno 390.

MACHARIVS monachus Ægyptius, & beati patris Antonii quondam discipulus, vir deuotus & sanctissimæ cõuersationis, de quo multa miracula narrãtur, quomodo etiam mortuorum voces de sepulchris pro fidei confirmatione impetrauerit. Misit omnibus religiosis vtilem epistolam.

Ad monachos lib. 1. *In primis quidem fi cæ.*

Et alias ad alios. Claruit multa sanctitate sub Constantino & Constantio principibus. Anno domini. 350. Cuius gesta habentur.

FAVSTINVS presbyter in sacris scripturis valde eruditus & secularium literarum

rum ignarus, partis Luciferiani, & ob id merito reprehensibilis. Scripsit multa egregia volumina, quæ ad hæreticorum confutationem vtilia iudicantur. E quibus ego paucorum vel solos titulos inueni.

Contra Arrianos & Macedonianos lib. 7. Apologiam ad Valentinianum lib. 1.

Claruit sub Valentiniano & Theodosio. Anno domini. 390.

HIERONYMVS presbyter & monachus, patre natus Eusebio ex oppido Stridonis, vir in secularibus literis valde eruditus, & in diuinis scripturis inter omnes doctores eruditissimus, multarum linguarum peritia insignis, sacræ legis interpres, hæreticorum malleus & expugnator fortissimus. Hic est verus dispensator euangelicus, fidelis & prudens, qui proferens de thesauro suo noua & vetera, dansque in tempore spiritalis tritici mensuram conseruis suis, Hebræos superbos spoliauit humilesque ditauit latinos. Hic est Ecclesiæ Christi doctor egregius qui vestes Esau per deuia errorum vagantis domi otiose reconditas cum pia matre Rebecca, id est gratia Dei protulit, ac mansuetum Iacob fidelemque Christo seruientem vestiuit. Hic est Hieronymus Iesu Christi syncerus amator, qui nullum tempus otiose transiens, die ac nocte in lege domini meditabatur, & vix corpori necessario somno indulto, semper diebus ac noctibus scripsit, legit, docuit vel orauit, quod testantur pene infiniti libri quos edidit. Hic veritatis defensor, cultor virtutis, vitiorum acerrimus hostis, cum esset Ecclesiæ Ramanæ presbyter, & scelera clericorum constanter argueret, eorum inuidia secessit ex vrbe, veniensque in Iudæam gloriosum domini visitauit sepulchrum, atque iuxta præsepe Bethleemiticum locum sibi habitationis constituens, toti mundo clarus innotuit, disponente id nimirum diuina prouidentia, vt ibi lux mundi quiesceret, vbi verus sol iustitiæ hominibus nascendo innotuisset. Sanctissimi loci habitator sanctus atque conueniens, fide firmus, charitate ignitus conuersatione maturus qui seduci rebus secundis non potuit, quem à sancto proposito nulla vnquam aduersitas deiecit. Sed quid fœdus laudator viri sanctum verticem labris contingo impuris? Silẽdum magis humiliter mihi fuerat, quam de sanctissimo viro insufficienter loquendum. Nunc ergo quã de scriptis & opusculis eius inuenimus per ordinẽ cõsignemus. De quib. ista sunt.

De fide ad Damasum.	lib. 1.	*Credimus in Deum patrem.*
De fide Nicenì concilii.	lib. 1.	*Credimus in vnum Deum.*
De essentia Trinitatis	lib. 1.	*Omnipotens Deus pater.*
Contra Iouinianum.	lib. 2.	*Pauci admodum dies.*
Contra Heluidium.	lib. 1.	*Nuper rogatus à fratribus.*
Contra Vigilantium.	lib. 1.	*Multa in orbe monstra.*
Contra Luciferianum.	lib. 1.	*Proxime accedit vt qui.*
De libero arbitrio	lib. 1.	*Non audacter vt falso.*
Contra Pelagianos.	lib. 1.	*Scripta iam ad Theosi.*
Contra origenistas de resurrect.	lib. 1.	*Ante annos circiter. 10.*
Contra Iohannem Hierosolymita.	lib. 1.	*Si iuxta Paulum apostolum*
Contra Rufinum monachum	lib. 2.	*Et vestris & multorum.*
In eundem.	lib. 1.	*Lectis literis prudentiæ*
De virginitate & nuptiis.	lib. 1.	*Quod ad te hucusque non.*
De vnius vxoris viro	lib. 1.	*Nunquam sibi Ociane fore*
De 5. quæstionibus ad Damasum.	lib. 1.	*Beatissimo Papæ Da.*
De visione Esaiæ.	lib. 1.	*Et factum est in anno quo.*
De Melchisedech.	lib. 1.	*Misisti volumen mihi*
De vera circumcisione.	lib. 1.	*Superiore epistola quam,*
De 42. mansionibus.	lib. 1.	*In 77. psalmo quem*
De filio prodigo.	lib. 1.	*Beatitudinis tuæ inter*
De 12. quæstionibus.	lib. 1.	*Ignota vultu fidei*
De 11. quæstionibus.	lib. 1.	*Filius meus Apodemius*
De Anna & Ioachim	lib. 1.	*Petitis à me vt vobis*
De resurrectione carnis.	lib. 1.	*In ipso iam profectionis.*
De reprehensione Petri à Paulo	lib. 1.	*Domino vero sancto & beato.*
Ad Cyprianum in psal. 89.	lib. 1.	*Prius te Cypriane pres.*
In psalmum 44.	lib. 1.	*Scio me principia.*
De vinculis beati Petri.	lib. 1.	*Sæpissimo rogatu*
De locis hebraicis.	lib. 1.	*Eusebius qui à beato Pa.*
De 10. tentationibus in deserto	lib. 1.	*Hæc sunt verba quæ*

De illu-

	De illustribus viris	lib.1.	*Hortaris dexter vt tran.*
	De præcipuis scriptoribus	lib.1.	*Vis nunc acriter mi fra.*
	De optimo genere interpretandi	lib.1.	*Paulus apostolus præsente*
	De correctione psalterii	lib.1.	*Dilectissimis fratribus.*
	De omnibus Bibliæ libris.	lib.1.	*Frater Ambrosius tua*
	De homine perfecto	lib.1.	*Ecce iterum ad te scribo*
	De obedientia & iuramento.	lib.1.	*Præsumptionem meam*
	De tribus virtutibus.	lib.1.	*Tres quodammodo vir*
	De institutione filiæ.	lib.1.	*Beatus apostolus Paulus.*
	De parentibus honorandis	lib.1.	*Parentum meritis sub.*
10	De vita clericorũ ad Nepotianum.	lib.1.	*Petis à me Nepotiane.*
	De eadem re ad Oceanum.	lib.1.	*Sophronius Eusebius.*
	Ad Rusticum de vita episcopi.	lib.1.	*Sufficere quidem fidei*
	Regula monialium ad Eusto.	lib.1.	*Tepescens in membris.*
	De virginitate ad Eusto.	lib.1.	*Audi filia & vide &.*
	Item de virginitate.	lib.1.	*Quantam in cœlestibus.*
	Ad Demetriadem de eadem re.	lib.1.	*Inter omnes materias quas.*
	De recto modo viuendi.	lib.1.	*Vetus scripturæ cele.*
	De viduitate ad Furiam	lib.1.	*Obsecras literis & suppl.*
20	De Monogamia.	lib.1.	*In veteri via nouam se.*
	Ad Heliodorũ nondum episcopum.	lib.1.	*Quanto amore & stu.*
	De cæreo paschali	lib.1.	*Hieronymus præsidio fra.*
	De vita monastica ad rusticum	lib.1.	*Nihil christiano fœli.*
	Consolatio ægrotantis amici.	lib.1.	*Quanquam certissime no.*
	De continentia ad Rusticum.	lib.1.	*Quod ignotus ad igno.*
	Ad Susannam lapsam	lib.1.	*Quid taces anima? quid.*
	Ad Sabinianum diaconem lapsum	lib.1.	*Samuel quondam luge.*
	De duobus filiis	lib.1.	*Omnium quidem de scri.*
	De octoginta quatuor hæresibus,	lib.1.	*Symoniact à Symone*
30	Contra hæreticos	lib.1.	*Omne quod est aut inge.*
	Aduersus Montanum	lib.1.	*Testimonia de Iohanne*
	De origine animæ ad Augustinum	lib.1.	*Domino vere sancto ac beato*
	De vita monastica	lib.1.	*Bonus homo de the.*
	De assumptione sanctæ Mariæ.	lib.1.	*Cogitis me o Paula.*
	De testamento Gerontii.	lib 1.	*Cuncti mei sensus.*
	Vita Pauli primi heremitæ	lib.1.	*Inter multos sepe.*
	Vita sancti Hilarionis.	lib.1.	*Scripturus vitam beati*
	Vita captiui monachi	lib.1.	*Qui nauali prælio di.*
	Vita sanctæ Paulæ	lib.1.	*Si cuncta mei corporis.*
40	De muliere septies percussa.	lib.1.	*Sæpe à me innocenti.*
	Vita sanctorum patrum	lib.1.	*Benedictus Deus qui.*
	De morte Nebridii	lib.1.	*Vereor ne officium pu.*
	De vita & obitu Marcellæ	lib.1.	*Sæpe & multum fla.*
	Epitaphium Nepotiani	lib.1.	*Grandes materias*
	Epitaphium Fabiolæ.	lib.1.	*Plures anni sunt quod super.*
	Interpretationes nominũ hebraicorũ,	lib.1.	*Philo disertissimus*
	De fide & cõuersatione Christianorũ,	lib.1.	*Dauid glortosus in psal.*
	De humilitate & patientia,	lib.1.	*Quanquam mihi multa.*
	Chronica omnimodæ historiæ	lib.1.	*Eusebius Hieronymus.*
50	De Hebraico alphabeto	lib.1.	*Aleph mille vel duc.*
	Ad Marcellam de 5. quæstionibus	lib.1.	*Magnis nos prouocas*
	De quæstionibus Geneseos	lib.1.	*Qui in principiis libro*
	De quæstionibus regum	lib.3.	*Fuit vir vnus de ra.*
	De quæstionibus Paralipo.	lib.2.	*Heber nati sunt duo*
	In canticum Delbore	lib.1.	*Cecinerunt q, Debbora*
	In Esaiam prophetam.	lib.18.	*Expletis longo vix.*
	In Hieremiam.	lib.20.	*Post explanationem 22.*
	In Ezechielem	lib.14.	*Finitis in Esaia, 18.*

In Danielem	lib.2.	*Contra Danielem prophet.*
In Ozeam prophetam	lib.3.	*Stin explanationibus.*
In Iohelem.	lib.3.	*Non idem ordo.12.prophe.*
In Amos prophetam.	lib.1.	*Amos propheta qui sequitur*
In Abdiam.	lib.1.	*Cum essem paruulus.*
In Ionam.	lib.1.	*Triennium circiter fluxit.*
In Michæam	lib.2.	*Temporibus Ionathæ*
In Naum prophetam.	lib.1.	*Iuxta.70.interpretum.*
In Abacuc	lib.2.	*Primum chromati episcopo.*
In Sophoniam.	lib.1.	*Verbum domini quod factum.*
In Aggæum.	lib.1.	*Hieremias propheta.*
In Zachariam.	lib.3.	*Secundo anno Darii.*
In Malachiam.	lib.1.	*Deus per Moysen populo.*
In Ecclesiasten	lib.1.	*Memini me ante hoc.*
In Prouerbia Salomonis	lib.5.	*Parabolæ græcæ lati.*
In Cantica canticorum	lib.3.	*Epithalamium libellus*
In Euangelium Matthæi	lib.4.	*Sciendum ne quem igna.*
In Euangelium Marci	lib.1.	*Omnis scriba doctus.*
In Euangelium Lucæ	lib.1.	In Euangelium Iohannis lib.1.
In quatuor Euangelia anagogice	lib.4.	*Primum quærendum est*
In epistolam Pauli ad Romanos,	lib.5.	In duas ad Corinthios epistolas, lib.2.
In epistolam ad Galatas	lib.3.	*Pauci admodum dies.*
In epistolam ad Ephesios.	lib.3.	*Sapientem virum quid*
In epistolam ad Philippenses	lib.1.	In epistolam ad Colossenses lib1.
In epistolam ad Thessalonicen.	lib.4.	In duas ad Timotheum lib.3.
In epistolam ad Titum	lib.1.	*Licet non sint digni.*
In epistolam ad Philemonem.	lib.1.	*Qui nolunt inter epistolas.*
In epistolam ad Hebræos.	lib.1.	In Actus apostolorum lib.1.
In Apocalypsim.	lib.7.	In epistolas Canonicas lib.7.
In quosdam psalmos	lib.6.	*Omne psalterium saga.*
De veste sacerdotali.	lib.1.	*Vsq; hodie in lectione.*
Ad Dardanum de terra promissionis	lib.1.	*Quæris Dardane*
Ad Pammachium Apologeticus,	lib.1.	*Quod ad te hucusq; non*
Epistolarum ad diuersos	lib.1.	*Quoniam vetusto oriens.*
Sermones plures	lib.1.	*Dignum est fratres ap.*

Hæc sunt quæ de scriptis beatissimi doctoris Hieronymi ad præsens nobis consignanda occurrerunt. Nec dubitamus eum plura scripsisse quæ in hoc cathalogo non habentur, ob id vel maxime quod vel nobis incognita, vel inter multa dispersa remanserunt. Inter omnes enim ecclesiæ doctores nullus plus Hieronymo profuit, qui præter innumera opuscula vetus testamentum de Hebraico in Latinum transtulit, ac nouum ad Græcam veritatem correxit, atque legendum ecclesiæ fideliter obtulit. Multa quoque volumina græcorum latina fecit. Videlicet Origenis, Iosephi Iudæi, Eusebii Cæsariensis, Didymi Alexandrini, Victorini martyris, & aliorum.

Moritur tandem post multos labores plenus dierum, sub Honorio & Theodosio principibus. Anno domini. 422. Indictione quinta, vltima die mensis Septembris, hora complectorii. Aetatis suæ anno nonagesimo nono, sepultus apud Bethleem multis coruscans miraculis, cuius vitam Eusebius discipulus eius descripsit.

AVDENTIVS episcopus Hispanus, vir in diuinis scripturis exercitatum habens ingenium, scripsit aduersus Manichæos, Sabellianos & Arrianos præcipua tamen intentione contra Fotiniacos, qui postmodum Bonosiaci vocati sunt, opus insigne, quod præ- notasse dicitur.

De fide contra hæreticos lib.1.

Alia quoq; nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam minimè venerunt.

RVFINVS monachus & Aquilegiensis ecclesiæ presbyter vir eloquens, & in diuinis scripturis valde eruditus, græco & latino peritus eloquio, inter ecclesiasticos doctores non paruæ opinionis fuit. Eius scripta licet multa sint, tamen inter apocrypha computantur, 15. dist. Sancta Romana, propterea quod in sanctissimum virum Hieronymum scripserit inuectiuas epistolas, sicut ex earum lectione intelligi potest.

Sed po-

Sed postea in concordiam dilectionis fraternæ redeuntes, facta sunt opuscula Rufini autentica, in quantum Hieronymi dictis non fuerint contraria. De scriptis ergo Rufini subiecta referuntur.

In Osee prophetam.	lib.1.	In Amos prophetam.	lib.1.
In Iohel prophetam.	lib.1.		
De sua fide ad Laurentium episcopũ.	lib.1.	*Mihi quidem fideliſt.*	
Inuectiuarum contra Hieronymum.	lib.2.	*Perlegi ſcripta tua.*	
De sua fide ad Anastasium	lib.1.	*Audiui quoſdam cum*	
De benedictionibus patriarcharum.	lib.1.	De sacramentis.	lib.1.
Exhortationis ad Probam.	lib.1.	Additiones eccleſiasticæ hiſto.	lib.2.
Epistolarum ad diuersos.	lib.2.		

Alia insuper multa composuisse dicitur, sed ad manus nostras non venerũt. Multorum quoque volumnia græcorum in latinum transtulit, videlicet Clementis, Origenis, Basilii, Gregorii magni episcopi, Pamphili martyris, Eusebii Cæsariẽsis, Euagrii, Sixti philosophi, & aliorum multorũ, quæ omnia suis præfationibus & epistolis præsignauit. Claruit Archadii & Honorii imperatorum temporibus, & multa ac varia conscripsit. Anno domini. 400.

Iohannes Episcopus Constantinopolitanus, Eusebii Emiseni episcopi apud Antiochiam adhuc presbyter quondam auditor atq; discipulus, qui ob venustatẽ eloquii, Chrysostomus. i. os aureũ nominatur, vir in diuinis scripturis eruditissimus. in declamandis homiliis ad populum excellentis ingenii fuit, & non minus sanctitate quam eruditione præclarus, à populo in magna reuerentia & amore habebatur. Hic beatissimus Antistes multas iniurias à Theophilo Alexandrino sustinuit, eiusque fraudulentis & dolosis machinationibus ab episcopatu in exilium pulsus fuit, sicut in vita eius & tripartita historia inuenitur. Scripsit autem græco sermone multa volumina. De quibus ego apud latinos duntaxat vidi subiecta.

De compunctione.	lib.2.	*Cum intueor te beate.*
Quod nemo læditur nisi à seipso.	lib.1.	*Scio quod crasſioribus.*
De reparatione lapsi	lib.1.	Quis dabit capiti
In euangelium Matthæi.	lib.2.	*Sicut referunt Matthæum.*
In euangelium Iohannis ho.87.	lib.1.	*Qui agonum certamina*
In epistolam Pauli ad Hebræos.	lib.1.	*Multifariam & multis.*
De laudibus sancti Pauli.	lib.6.	*Nihil proculdubio eſt.*
Ad stagirium monachũ arreptitium.	lib.3.	*Oportuerat quidem ho.*
De sacerdotio cum Basilio.	lib.6.	*Mihi quidem multi.*
Ad Eutropium quoq;	lib.1.	*Semper quidem ſed nunc*
In principium Marci.	lib.1.	*Animal illud quod in io*
De diuite secundum Lucam.	lib.1.	*Homo quidam erat di.*
De cruce & latrone.	lib.2.	*Hodierna die dominus.*
In psalmum Miserere.	ho.2.	*Pictores imitantur ar.*
In psalmum.122.	ho.1.	*Ad te leuaui oculos.*
De psalmo.150.	ho.1.	*Laudate dominum in ſanctis.*
De beato Iob	ho.1.	*Veruntamen fratres chariſſ.*
De ascensu Heliæ.	ho.1.	*Apud quoſdam veteres*
De septem Machabæis.	ho.1.	*Quod ſpecioſa & grata*
De tribus pueris	ho.1.	*Trium puerorum ſermo.*
De Susanna in Daniele.	ho.1.	*Diuinæ lectiones &.*
De pœnitentia	ho.1.	*Prouida mente & pro*
De diuite & paupere.	ho.1.	*Prata & nemoroſa lo.*
De resuscitatione Lazari.	ho.1.	*Grandi fratres ſtupo.*
De muliere Chananæa.	ho.1.	*Multæ tempeſtates in*
De scandalis huius mundi	ho.1.	*Væ mundo ab ſcandalis.*
De sancto Iohanne Baptista.	ho.1.	*De Iohanne dicitur, fuit*
De Seueriano episcopo recipiendo.	ho.1.	*Sicuti capiti corpus.*
De ieiunio & lectione Geneſis	ho.1.	*Iocundum quidem natis eſt.*
De eruditione disciplinæ.	ho.1.	*Eruditio diſciplinæ.*
Cum de suo exilio ageretur.	ho.1.	*Multi quidem fluctus.*
De militia spiritali	ho.1.	*Bona quidem ſunt & uti.*
De militia Christiana	ho.1.	*Omnes homines qui ſe ſtu.*

De patre & duobus filiis	ho.1.	*Olim quidem de scriptu.*
Ad Neophitas	ho.1.	*Benedictus deus ecce.*
De turture	ho.1.	*Turtur amatrix here.*
De Asia regressus	ho.1.	*Moses magnus ille.*
Post reditum prioris exilii	ho.1.	*Quid dicam, quid loquar.*
De fide in Christo	ho.1.	*Si credis quod Deus erat.*
De proditione Iudæ	ho.1.	*Paucis hodie necessa.*
De cruce dominica	ho.1.	*Quid dicam, quid loquar.*
De ascensione domini	ho.1.	*Quando de cruce nostra proces.*
De pentecoste	ho.1.	*Hodie nobis terra fact.*
De natiuitate domini	ho.2.	*Et reclinauit eum in præ.*
Decollationis Iohannis	ho.1.	*Heu me quid agam.*
De primi hominis dignitate	ho.1.	*Dignitas humanæ.*
De lapsu primi hominis.	ho.1.	*Nemo qui nesciat à prin.*
De fide Abrahæ	ho.1.	*Fides est religionis fan.*
De Iacob & Esau	ho.1.	*Portabat Rebecca.*
De Ioseph	ho.1.	*Mittitur à Iacob patre.*
De misericordia dei.	ho.1.	*Confitemini domino, quoniam.*
Contra auaritiam.	ho.1.	*Euertendi sunt nobis.*
De causa peccati	ho.1.	*Age tandem si placet.*
De gula & voluptatibus	ho.1.	*Corpus nobis reliquis.*
De humanitate & misericordia	ho.1.	*Audite fratres Paulum.*
De inani gloria fugienda	ho.1.	*Quid tandem inanis glo.*
Quomodo deo grati simus	ho.1.	*Gratiæ sunt per nos deo.*
Quod merita parentum nulli nocent,	ho.1.	*Paulum & ipsi imite.*
Contra desperationem	ho.1.	*Si quis natura in mentis.*
De eleemosyna largienda.	ho.1.	*Quid stipem deposcen.*
De maledicis benedicendis	ho.1.	*Ingemiscendi mihi cu.*
De refrenanda concupiscentia	ho.1.	*Excitatus è somno.*
De misericordia in pauperes	ho.1.	*Quo tandem digni ipsi.*
De cauendo scandalo	ho.1.	*Animaduertite quantum.*
De amandis persequutoribus	ho.1.	*Iungamus nosipsos.*
De consolationibus	ho.1.	*Quemadmodum cibo vi.*
De erogandis diuitiis	ho.1.	*Si opifices qui manu.*
De laudando deum fide formata	ho.1.	*Imitemur & ipsi patri.*
De charitate Dei	ho.1.	*Sectemur & nos super.*
De præmiis sanctorum & gehenna	ho.1.	*Haud æque idem beatis.*
De occultandis bonis operibus.	ho.1.	*Rerum tuarum dispensa.*
De spe & præsumptione	ho.1.	*Nemo desperet si per.*
De contemptu mundi	ho.1.	*Quemadmodum inquit in.*
De charitate	ho.1.	*Charitatem optimum.*
Exhortationis bonæ vitæ	ho.1.	*Eo ipsi proxime ad per.*
Ad Theodorum monachum	lib.1.	*Si possem literis la.*
Ad Ciriacum episcopum de exilio	lib.1.	*Age rursus exhauriam.*

Homilias etiam multas, sermones & epistolas fertur scripsisse innumerabiles, quæ ad manus nostras non venerunt. Tandem post multos labores & sancta exercitia dolo Theophili Alexandrini & Eudoxię Augustæ in exilio Ponti moritur. 6. Cal. Feb. Ann. domini. 411. Indictione. 9.

SEVERIANVS episcopus Gauellensis, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in declamandis homiliis ad populum doctor admirabilis, incredibilis eloquentiæ fuit, vnde & frequenter à B. Iohanne supradicto episcopo & Archadio imperatore ad faciendum sermonem Constantinopolim euocabatur. Huic S. Iohannes populum suum commendabat dum vrgeretur in exilium, non tantum doctrinam, sed & vitæ meritum veneratus. Seuerianus autem plus quam decebat se populo commendans, inter eum & Iohannem discordiæ fomitem ministrauit. Sed reuerso patriarcha de exilio ad fœdera fraternæ dilectionis reuersi sunt, sicut homilia testatur in ecclesia Constantinopolitana desuper habita. De scriptis autem Seueriani doctissimi viri apud latinos pauca habentur, & ad manus nostras pauciora venerunt.

In epi-

In epistolam ad Galatas lib.1. De baptismo & epiphania, lib.1.
In Ecclesia Constantinopolitana, ho.1. *In aduentu domini & salua.*
De morte Innocentum. ho.1. *Zelus quo tendat, quo*

Extant illius apud nos & aliæ quædam homiliæ, breues quidem, sed valde vtiles. De cæteris opusculis eius, & si multa ferantur, nihil adhuc reperi. Claruit sub Archadio & Honorio, eo tempore quo & Iohannes Chrysostomus. Anno domini 400.

VITELLIVS Afer, Donatianorum schisma defendens, vir quidem in diuinis scripturis exercitatus, si in Ecclesiastica vnitate permansisset, satis vtilem doctrinam composuerat. Sed quia veros Catholicos velut traditores & persequutores arguit, me-
10 rito cum suis voluminibus contemptus fuit. Extant de scriptis illius subiecta volumina.

Aduersus gentes lib.1. Quod odio sint mundo serui Dei. lib.1.
Aduersum nostros querimoniarũ li. 1.

Multa præterea volumina composuisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Constante filii Constantini magni imperatoris. Anno domini 360.

THEODORVS Antiochenæ Ecclesiæ presbyter, vir doctus & disertus, atque in lectione veterum authorum scripsit aduersus Apollinaristas & Eunomianos elegantissimum volumen, in quo euidentissima ratione & authoritate prauas hæreticorum doctrinas confudit.

20 Prænotauit autem hoc opus magnificum & insigne.

De incarnatione domini lib.15.

Alia quoque multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

MACROBIVS presbyter, & postea in vrbe Roma Donatistarum occultus Episcopus. Cum adhuc presbyter esset in Ecclesia Dei, scripsit ad confessores & ad virgines Christi volumen, moralis quidem, sed valde necessariæ doctrinæ. In quo præcipue agit & tractat.

De custodia castitatis lib.1.

Claruit inter nostros primum Aphricæ, inter suos Donatistas Monteses postea Romæ.

30 HELIODORVS quidam presbyter in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularium literarum non ignarus, ad disputandum satis acuti & scholastico more vehementis ingenii, vt omnium rerum vnum ostenderet esse principium, nec quicquam materialium aliunde quam à Deo creatum, scripsit satis elegans & insigne opus, quod prænotauit.

De naturis rerum exordialium lib.1.

Alia etiam complura scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

THEODORVS monachus, beati Pachomii discipulus, atque post illius decessum cœnobiorũ eius præpositus, vir in diuinis scripturis eruditus, & regularis disciplinæ strenuus gubernator, & non minus sanctitate quam doctrina venerabilis. Scripsit ad mona-
40 steria scripturarum sanctarum luculentos sermones.

Exhortationis epi.3.

Claruit sub Honorio & Theodosio principibus Anno 420.

ORIESIESIS monachus & discipulus sancti Pachomii & eius successoris Theodori collega, vir in diuinis scripturis ad perfectum instructus, & tam vita quã eruditione spectabilis. Scripsit pro ædificatione monachorum opus diuino sale conditum, totiusq; monasticæ disciplinæ instrumentis constructum, quod prænotare possumus.

De institutione monachorum, li.1. Si quid amplius scripserit nescio.

Claruit sub Honorio & Theodosio principibus. Anno 420.

IOHANNES Cassianus, natione Scyta, beati Iohannis Chrysostomi Constantino-
50 politani Episcopi quondam auditor atque discipulus, & ab eo diaconus ordinatus, post aliquot annos ab eodem, nescio propter quam causam expulsus, apud Massyliam presbyter consecratus, duo monasteria, virorum scilicet & mulierum, condidit, in quibus regularis disciplinæ feruor magnus, pluribus annis permansit. Scripsit experientia magistra plura opuscula, in quibus etiam apud interpretem venustas eloquii conspicitur. E quorum numero feruntur. Rogatus à Leone archidiacono, postea Romanæ vrbis Episcopo, scripsit aduersus Nestorem hæreticum.

De incarnatione domini lib.7.

De institutis monachorum lib.4. *De institutis acre.*

De octo vitiis capitalibus.	lib.8.	*Quintus nobis iuuante.*
Collationes sanctorum patrum	lib.24.	*Cum in heremo Scyti.*

In his collationibus sanctorum vtilis & necessaria monachorum institutio est, sed quia per beatum Prosperum de arbitrii libertate in certis reprehenditur, opuscula eius inter apocrypha computantur. Moritur tandem post multorum editionem librorum apud Massyliam non sine opinione sanctitatis, Theodosio & Valentiniano regnantibus. Anno domini 435.

LVCIANVS Ecclesiæ Hierosolymitanæ presbyter, vir in diuinis scripturis admodum eruditus, vita & conuersatione sanctissimus, cui temporibus Honorii & Theodosii omnipotens Deus locum sepulchri, & reliquiarum sanctissimi prothomartyris Stephani reuelauit. Fertur nonnulla scripsisse opuscula. E quibus extat prolixa Epistola.

De inuentione sancti Stephani	lib.1.	*Lucianus presbyter.*

De cæteris nihil vidi.

Scripsit autem ipsam reuelationem Græco sermone, quam Auitus presbyter genere Hispanus in latinum vertit eloquium, & adiecta epistola sua per Orosium Orientalibus misit legendam. Claruit sub Honorio & Theodosio principibus, circa annos domini 410.

SEVERVS presbyter cognomento Sulpitius, ex Aquitanica prouincia ortus, vir genere & literis nobilis, & paupertatis atque humilitatis amore conspicuus. Charus etiam sanctorum virorum Martini Thuronensis & Paulini Nolani Episcoporum, in senectute sua deceptus à Pelagianis, & agnoscens loquacitatis culpam, silentium vsq; ad mortem tenuit, vt peccatum quod loquendo contraxerat, tacendo salubriter emendaret. Scripsit non spernendæ lectionis opuscula. De quibus referuntur subiecta.

De vita sancti Martini Episcopi	lib.3.	*Plerique mortalium.*
Collatio Posthumiani & Galli	lib.3.	*Cum in vnum locum ego.*
Epistolarum ad Sororem	li.1.	Epistolarum ad diuersos li.1.
Ad Paulinum Nolanum Episcopum,	lib.2.	

Alia quoque nonnulla scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

Claruit cum sancto Martino Turonensi Archiepiscopo, sub Archadio & Honorio principibus. Anno domini 420.

AVSONIVS Episcopus Burdegalensis, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis suo tempore nulli secundus, metro excellens & prosa, non minus sanctitate quam eruditione clarus effulsit. qui apud Treuerim in concilio sub Maximo principe vna cum sanctis Martino, Ambrosio Mediolanensi, & Hieronymo presbytero multa præclara gessit. Scripsit ibidem existens inter cætera metrice opusculum insigne quod prænotatur.

Mosella	lib.1.	De laude eiusdem patriæ li.1.

Sed & alia multa fertur scripsisse opuscula quæ ad nos minime venerunt. Claruit sub Maximo. Anno domini 410.

AVGVSTINVS Episcopus Hipponensis, natione Carthaginensis in Aphrica, vir tam in diuinis scripturis quam in secularibus literis omnium doctorum eruditissimus, sermone disertus, eloquio clarus, sensu profundus, vita & conuersatione sanctissimus. Tanta scripsit opuscula, vt neminem crediderim omnia posse vel legere vel habere. Vnde sine dubio mentiri conuincitur, qui se Augustinum inuenisse totum confitetur. Cunctos enim scriptores & numero librorum & vtilitate præcedit, qui plusquam mille tractatus insignes composuit. Nemo sic profunde sacram scripturam vt Augustinus explanauit, Christianos mores nemo sic vtiliter instituit, nec fidē catholicam aliquis eo ardentius defensauit. Introduxit eum rex in cellam vinariam, tantaque fortitudine induit, quod omnes aduersarios fidei oris sui gladio fortiter prostrauit. Hunc si doctorem habueris, etiam deficientibus cæteris, sufficit ipse tibi. Nunc itaque de multis libris quos edidit, vel paucos consignemus.

De sancta Trinitate.	lib.15.	*Lecturus hæc quæ de.*
De ciuitate Dei.	lib.22.	*Glorioſissimam ciuitatem.*
De prædestinatione sanctorum	lib.2.	*Dixisse quidem Apostolum.*
In Genesim ad literam.	lib.12.	*Omnis diuina scriptu.*
In Genesim imperfectus	lib.1.	*De obscuris naturalium.*

De Ge-

De Geneſi contra Manichæos	li.2.	*Si eligerent Manichæi.*
De Academicis.	li.3.	*Vtinam Romaniane.*
De vita beata	li.1.	*Si ad philoſophiæ por.*
De ordine quoq;.	li.3.	*De ordine rerum.*
Soliloquiorum.	li.2.	*Volenti mihi multa.*
De moribus Eccleſiæ catholicæ	li.2.	*In aliis libris ſatis opi.*
De quantitate animæ	li.1.	*Quoniam video te abundare.*
De libero arbitrio.	li.3.	*Dic mihi quæſo te.*
De magiſtro.	li.1.	*Quid tibi videmur*
De muſica	li.6.	*Modus qui pes eſt di.*
De vera religione	li.1.	*Cum omnis vitæ bonæ.*
De vtilitate credendi	li.1.	*Si mihi honorare vnum.*
De duabus animabus	li.1.	*Opitulante Dei miſeri.*
Acta cum fortunato Manichæo.	li.1.	*Quinto ca.ſeptem ar.*
De fide & ſymbolo.	li.1.	*Quoniam ſcriptum eſt.*
De ſermone domini in monte.	li.2.	*Sermonem quem locutus.*
De octoginta tribus quæſtionibus	li.1.	*Vtrum anima à ſeipſa ſit.*
Pſalmum contra partem Donati	li.1.	*Omnes qui gaudetis de.*
Contra epiſtolam Donati.	li.1.	*Abs te ipſo præſente.*
Contra Adamantium.	li.1.	*De eo quod ſcriptum eſt.*
De mendacio	li.1.	*Magna quæſtio eſt de.*
Contra mendacium.	li.1.	*Multa mihi legenda.*
Ad Simplicianum Epiſcopum	li.2.	*Gratiſſimam plane atq;.*
Contra epiſtolam, fundamentum	li.1.	*Vnum Deum verum omnipotentē.*
De agone Chriſtiano	li.1.	*Corona non promittitur.*
De doctrina Chriſtiana	li.4.	*Sunt præcepta quædam.*
Contra partem Donati.	li.2.	*Quoniam Donatiſtæ nobis.*
Confeſſionum	li.13.	*Magnus es domine Deus*
Contra Fauſtum Manichæum.	li.33.	*Fauſtus quidem fuit ge.*
Contra Felicem Manichæum	li.2.	*Honorio Auguſto ſex.*
De natura boni.	li.1.	*Summum bonum quo ſu.*
Contra Secundinum	li.1.	*Beneuolentia in mē quæ.*
Contra Hilarium	ll.1.	*Qui dicunt mentionem.*
Quæſtiones Euangeliorum	li.3.	*Hoc opus non ita ſcri.*
Propoſitionum ex Epiſtola ad Roman.	li.1.	*Senſus hi ſunt in epiſtola.*
In epiſtolā ad Roman. imperfectū opus.	li.1.	*In epiſtola quam Apoſtolus Pau*
In epiſtolam ad Galatas	li.1.	*Cauſa propter quam ſcri.*
Annotationum in Iob.	li.1.	*Opera magna erant eius.*
De catechizandis rudibus	li.1.	*Petiſti me frater Deo.*
De conſenſu Euangeliſtarum	li.4.	*Inter omnes diuinas auc.*
Contra epiſtolam Parmeniani	li.3.	*Multa quidem alias ad.*
De baptiſmo contra Donatiſtas	li.7.	*In libris quos aduerſus.*
Contra quod attulit Centurius,	li.1.	*Dicit eo quod ſcriptum eſt.*
Ad inquiſitiones Ianuarii	li.2.	*Ad ea quæ me interro.*
De opere monachorum,	li.1.	*Iuſſioni tuæ ſanct. frater.*
De bono coniugali.	li.1.	*Quoniam vnusquisq; homo.*
De virginitate,	li.1.	*Librum de bono coniug.*
Contra literas Petuliani Donatiſtæ	li.3.	*Noſtis nos ſæpe volu.*
Ad Creſconium grammaticum	li.4.	*Quando ad te Creſconi.*
Teſtimoniorum contra Donatiſtas	li.1.	*Qui timetis conſentire.*
Contra neſcio quem Donatiſtam	li.1.	*Probationes rerum neceſ.*
Admonitionis Donatiſtarum,	li.1.	*Quicunque calumniis ho.*
De diuinatione dæmonum	li.1.	*Quodam de in diebus.*
Contra Paganos quæſtiones 6.	li.1.	*Mouet quoſdam & requi.*
In epiſtolam Iacobi	li.1.	*Duodecim tribubus quæ.*
De baptiſmo paruulorum,	li.3.	*Quamuis in mediis &.*
Dialogum Eccleſiæ & ſynagogæ	li.1.	*Duarum matronarum,*
De vnico baptiſmo,	li.1.	*Reſpondere diuerſa.*

De Maximianistis contra Donatistas,	li.1.	*Multa iam diximus mul.*
De gratia noui testamenti,	li.1.	*Quinq; mihi proposuisti.*
De spiritu & litera	li.1.	*Lectis opusculis quæ.*
De fide & operibus	li.1.	*Quibusdam videtur.*
Breuiculum colla,cum Donatistis	li.3.	*Cum & catholici Episcopi.*
Collationis contra Donatistas.	li.1.	*Quid adhuc Donatistæ.*
De videndo Deo,	li.1.	*Memor debiti quo.*
Commonitorium Donatistarum,	li.1.	*Sicut præsens rogaui.*
De natura & gratia	li.1.	*Librum quem misistis*
Ad Orosium contra Prisillianistas	li.1.	*Respondi tibi quæren.*
De origine animæ ad Hieronymum	li.2.	*Deum nostrum qui nos vo.*
Ad Emeritum Episc.Donatistarum	li.1.	*Simul nunc frater Eme.*
De gestis Pelagii	li.1.	*Posteaquam in manus me.*
De correctione Donatistarum,	li.1.	*Laudo & gratulor &.*
De præsentia Dei ad Dardanum,	li.1.	*Fateor frater dilectissime.*
De gratia & originali peccato.	li.2.	*Quantum de vestra &.*
Gesta cum Emerito Donatista	li.1.	*Glorioſissimo Hono.*
Contra sermonem Arrianorum	li.1.	*Eorum præcedenti dispu.*
De nuptiis & concupiscentia	li.2.	*Hæretici noui dilectis.*
De adulterinis coniugiis	li.2.	*Prima quæstio est frater.*
Locutionum in Heptateuchon,	li.7.	*Locutiones scriptura.*
Quæstionum in Heptateuchon	li.7.	*Cum scripturas sanctas.*
De anima & eius origine	li.2.	*Synceritatem tuam erga.*
Contra aduersarium legis & prophe.	li.2.	*Librum quem misistis fra.*
Contra Gaudentium Donatistam	li.2.	*Gaudentius Donatista.*
Contra duas Epistolas Pelagianorum	li.4.	*Noueram te quidem sa.*
Contra Iulianum Episc.Pelagianorum	li.6.	*Contumelias duas &.*
Enchiridion ad Laurentium	li.1.	*Dici non potest dilectissi.*
De cura pro mortuis	li.1.	*Diu sanctitati tuæ coep.*
De octo quæstionibus ad Dulcitium	li.1.	*Quantum mihi videtur.*
De gratia & libero arbi.ad monach.	li.1.	*Propter eos qui hominis lib.*
De correctione & gratia	li.1.	*Lectis literis tuis Valen.*
De 21.sententiis scripturarum,	li.1.	*Omnis qui beate vult vi.*
De Epicureis & Stoicis	li.1.	*Aduertit nobiscum.*
De illo: Ego sum qui sum,	li.1.	*Cum diuina lectio lege.*
De fide contra Manichæos	li.1.	*Vnus Deus pater & filius &.*
De pastoribus,	li.1.	*Spes tota nostra quia in.*
De ouibus	li.1.	*Verba quæ cantaui.*
Meditationum	li.1.	*Domine Deus meus da cor.*
Manuale de verbo Dei	li.1.	*Quoniam in medio laqueo.*
De contritione cordis	li.1.	*Nihil certius morte,ni.*
De contemptu mundi,	li.1.	*Audite fratres charissimi.*
De conuenientia decem plagarum	li.1.	*Non est sine causa.*
De cognitione veræ vitæ	li.1.	*Sapientia Dei quæ os.*
De fide ad Petrum	li.1.	*Epistolam filii Petre tuæ*
De diffinitionibus ortho. fidei	li.1.	*Credimus vnum esse Deum.*
De vita Christiana	li.1.	*Ego peccator primus.*
De quatuor virtutibus charitatis	li.1.	*Desiderium charitatis*
De disciplina Christiana	li.1.	*Locutus est ad nos.*
De decem chordis	li.1.	*Dominus & Deus noster miseri.*
De vanitate huius seculi	li.1.	*In hac vita positi fra.*
De bono disciplinæ,	li.1.	*Multo sunt qui sanæ do.*
De incarnatione domini	li.1.	*Legi literas tuas in.*
De sacraficiis ad Marcellinum,	li.1.	*Illustri vltro ad eloquen.*
Ad Vincentium	li.1.	*Accepi Epistolam quam tuam.*
Ad presbyterum Deo gratias de 6. quæ	li.1.	*Syncerissimo fratri & com.*
De vera beatitudine	li.1.	*Quamuis sapientiam quam mi.*
De reis liberandis ad comitem	li.1.	*Negotiosissimum in re.*

Ad Dio-

	Ad Dioscorum	lib.1.	*Tume innumerabilium.*
	Ad Glorium Eleusium Fœlicem	lib.1.	*Dixit quidem Apostolus.*
	Ad Esycium de fine seculi	lib.1.	*Ad sanctitatem tuam.*
	Ad eundem de iudicio	li. 1.	*Accepi literas vene.*
	Ad Consentium de trinitate	li.1.	*Cogitationis carnalis.*
	De ieiunio sabbati	li.1.	*Nescio vnde sit factum*
	Ad Hilarium de quæstionibus	li.1.	*Ex literis tuis didici.*
	De anima Christi apud inferos	li.1.	*Quæstio quam mihi pro.*
	Ad Euodium	li.1.	*Si ea quæ me magis.*
10	10 Ad Sixtum presbyterum de gratia	li.1.	*In epistola quam per charissi.*
	Ad Paulinum contra Pelagianos	li.1.	*Tandem aliquãdo prouidit.*
	Ad Vitalem	li.1.	*Cum de te mihi essent.*
	Increpationis monialium	li.1.	*Sicuti parata est seue.*
	Ad Julianum comitem	li.1.	*O mi frater charissi.*
	De consuetudine Ecclesiarum	li.1.	*Lectis literis tuis vbi.*
	De orando Deo ad Probam	li.1.	*Et petisse te, & promisit.*
	De incarnatione Christi	li.1.	*Quantum ad oculos at.*
	De origine animæ ad Optatum.	li.1.	*Quamuis tuæ sanctitatis.*
	20 Ad Donatistas	li.1.	*Charitas Christi cui.*
20	Ad Pascentium comitem Arrianum,	li.1.	*Volueram quidem petente*
	Altercationis cum eodem	li.1.	*Laurentius vir clariss.*
	De cauendo Iudaismo,	li.1.	*Literas sanctitatis tuæ.*
	De mirabilibus sacræ scripturæ,	li.3.	*Omnium mirabilium velut.*
	De vera innocentia	li.1.	*Innocentia vera est.*
	De natura animæ ad Iohannem	li.1.	*Deum nemo vidit vnquam.*
	Regulam monialium	li.1.	*Hæc sunt præcepta quæ.*
	Regulam communem canonicorum,	li.1.	*Ante omnia fratres charis.*
	Quæstiones noui & vet. testamenti,	li.1.	*Deus est hoc quod nulla.*
	30 In totum psalterium tractatus seu	li.150.	*Diuersa sunt genera*
30	In Euangelium Iohannis	ho.124.	*Intuentes quod modo au.*
	In Epistolam beati Iohannis	ho.10.	*Quod erat ab initio.*
	Contra quinq; hæreses	lib.1.	*Debitor sum fateor.*
	De 88. hæresibus	li.1.	*Simoniaci à Simone.*
	Ad Iulianam de viduitate.	li.1.	*Augustinus episcopus seruus.*
	De renuntiatione seculi	li.1.	De moribus Donatistarum, lib.1.
	Contra Maximum	li.1.	*Cum Augustinus Hip.*
	Contra eundem	li.1.	*Res iam postulat in eo.*
	De cantico nouo	li.1.	*Omnes qui baptizati.*
	De blasphemia in spiritum sanctum	li.1.	*Magna quæstio est.*
40	40 Ad Hieronymum de reprehensione Pe	li.1.	*Iampridem tuæ charita.*
	Ad Bonifacium	lib.1.	*Quæris à me vtrum.*
	Consolationis ad Lætum.	li.1.	*Legi epistolam quam misis.*
	Contra Felicianum Arrianum	lib.1.	
	De perfectione iustitiæ hominis,	lib.1.	De cataclysmo li.1.
	De miseria hominis,	lib.1.	*Fratres charissimi quam.*
	De immortalitate animæ,	li.1.	*Si alicubi est discipli.*
	De verbis domini homil. 65.	li.1.	
	Ad Armentarium & Paulinum	li.1.	*Vir egregius filius me.*
	Ad Paulinum de quæstionibus	li.1.	*Quid de peruetione tã pros.*
50	50 Ad Nebrium de memoria	li.1.	*A proœmio super sede.*
	De visione Dei ad Fortunatianum	li.1.	*Commonitorium sancto.*
	De honestate mulierum	li.1.	*Nemo dicat fratres, quod.*
	De vita & moribus clericorum	li.2.	*Propter quod volui &.*
	De charitate	li.1.	*Diuinarum scripturarum.*
	De visitatione infirmi,	li.1.	
	De pœnitentia	li.2.	*Quod sit vtilis & necess.*
	De patientia	li.1.	
	De continentia,	li.1.	*De virtute animæ.*

Expositionis symboli contra infideles, lib. 2.
De ebrietate lib. 1. *Frequenter charitatem.*
De obedientia & humilitate, lib. 1. *Nihil sic Deo placet.*
Retractationum operum suorum, li. 1. *Iam diu est vt facere.*
De verbis apostoli, Caute ambu. li. 1. *Apostolum cum legeretur.*
Expositionis orationis dominicæ li. 1. *Symbolum reddidistis.*
De prædestinatione diuina li. 1. *Dum sacrarum scriptura.*
De fide rerum inuisibilium, li. 1. *Sunt qui putant.*
De natura rerum, li. 1. De habitatione Dei inaccessibili li. 1.
De illo, Quis est homo qui vult vitam li. 1.
In Euangelium Matthæi quæstiones, li. 1. *Cum diceret dominus, nemo.*
Da tabernaculo li. 1. De cõcupiscentia carnis tract. seu li. 4.
De incommutabili essentia Dei, li. 1. De iuramento li. 1.
De pulchro & apto, li. 3. Ad Ambrosium presbyterum, li. 1.
De tempore barbarico, li. 1. De verbis apostoli tract. siue li. 20.
De muliere Samaritana, li. 1. De huius vitæ instabilitate, li. 1.
De arbore scientiæ boni & mali, li. 1. Vnde malum, li. 2.
De Iacob & Ioseph, li. 1. In beato Iacob fratres di.
De quarta feria, li. 1. De septem artibus liberalibus, li 1.
Confutationis falsorum articulorum li. 1. Contra Porphyrium, li. 1.
Exhortationis ad fidem, li. 1. De timore Dei, tract. siue li. 1.
De defectu solis, tract. siue li. 1. De resurrectione tract. 2.
Contra Iudæos tract. 2. De incompetentibus nuptiis li. 2.
De Eucharistia tract. 1. De sancto Cypriano, tract. 4.
De Iacob & Esau li. 1. De Grammatica. li. 1.
De temporibus æternis tract. 1. De charitate inquieta, tract. 1.
Ad Victorem, li. 4. De timore casto tract. 1.
De spe, tract. 1. De suaui iugo domini, tract. 1.
De placendo hominibus vel non, tract. 1. De duobus cæcis tract. 1.
De Abraham & Isaac tract. 2. De virgis Iacob. tract. 1.
De vtilitate pœnitentiæ tract. 2. De Golia & Dauid li. 1.
De peregrinatione Christianorum, li. 1. De iudicio Salomonis, li. 1.
De cantico Exodi, li. 1. De cantico Esaiæ, li. 1.
De vocatione apostoli Pauli, li. 1. De depositione episcopi Carthag. li. 1.
De nouissimo die tract. 1. De voce & verbo tract. 1.
De venatoribus Dei & seculi, tract. 1. De Emorroissa, tract. 1.
De depositione Restituti episcopi, tract. 1. De vtilitate ieiunii tract. 1.
De ebrietate Noe tract. 1. De operibus sex dierum, tract. 6.
De luctatione Iacob cum angelo, tract. 1. De virga Mosi in serpentem, tract. 1.
De operibus misericordiæ, tract. 1. De muliere forti ex prouerb. tract. 1.
De octo beatitudinibus tract. 1. De correctione fraterna, tract. 1.
De Rubo quem vidit Moses tract. 1. De auaritia quoq; tract. 1.
De amore Dei, tract siue li. 1. De ordinatione clerici, tract. 1.
De eligendo Episcopo tract. 1. De adolescentum luxuria, tract. 1.
De mortuis à domino suscitatis, tract. 1. De charitate, tract. 2.
De natiuitate domini, tract. 7. De Epiphania quoq; tract. 7.
De quadragesima tract. 5. De passione domini, tract. 2.
Per vigilias paschæ, tract. 23. De symbolo tract. 3.
Exhortationis ad competentes, tract. 1. De ascensione domini tract. 2.
De S. Perpetua & Felicitate, tract. 3. De sancto Vincentio, tract. 2.
De eleemosyna spiritali tract. 1. De eleemosynis corporalium, tra. 1.
De Samson, tract. 1. De Susanna & Ioseph, tract. 1.
De dedicatione templi tract. 2. Sermones de diuersis 200. li. 1.
Epistolas plusquam 200. lib. 1.

Alia quoque multa edidit, quæ si quis plenius nosse desiderat, Indiculum librorũ eius à Possidonio editum, de quo & nos complura recepimus, legat. Scribit Iacobus Vorago Episcopus Ianuensis in tractatu suo, quem de libris Augustini composuit, quod numerus librorum, tractatuum, sermonum & epistolarum eius, vltra mille triginta ascendat. Concluditq;

eluditq; ita. Et ideo nullus vnquam repertus est, qui omnes libros Augustini potuerit inuenire. Et Possidonius: Mentitur qui se te totum Augustine legisse fatetur. Ego autem in hoc opere quosdam tractatus non absque consilio obmisi, qui à plerisq; beato Augustino ascribuntur. E quibus est liber, De spiritu & anima, in cuius 37. capitulo Boetius allegatur, qui longo tempore post Augustinum natus est. Sed & stilus ipse Augustinum non redolet. Item liber qui de vera & falsa pœnitentia sub Augustini nomine iam impressus ist, illi mendaciter ascribitur, quoniam in 17. capitulo circa finem ipse Augustinus allegatur. Liber de conflictu virtutum & vitiorum, qui incipit, Apostolica vox, & stylum Gregorii Papæ resonat, & cum antiquioribus exemplaribus concordat. Item liber de scala paradisi, cuius initium est. Cũ quadam die, in antiquis exemplaribus beato Bernhardo inscribitur, cuius & spiritum & phrasin eloqui videtur. Quid multis nitar? Tot sunt tractatus & sermones qui beato Augustino falso inscribuntur, vt eorum recensio proprium volumen exquirat. Nec meum est vt arbiter sedeam, & quæ aliena sunt, titulis priuem. Lector prudens quid in his sibi faciendum vel tenendum sit, solerter prospiciat. Moritur autem sanctus doctor Augustinus in ciuitate Hipponensi, cũ obsideretur à Wandalis. Anno domini 430. Indictione 13. ætatis suæ 76. sacerdotii vero 40. secundum Marianum Scotum, quinto Calend. Septembris, obsidionis vrbis mense tertio. Libris Iuliani Manichæi inter impetus obsidentium Wandalorum, in ipso dierum suorum fine respondens, & glorioſe in defensione Christianæ fidei perseuerans. Testamentum nullum condidit, quia vnde conderet non habuit, præter bibliothecam Ecclesiæ, quam fratribus diligentissime custodiendam etiam in morte commendauit. Rebus pauper, meritis & scientia diues Augustinus pontifex in domino quieuit, cuius vitam Possidonius Calamensis Episcopus descripsit.

Atticvs Constantinopolitanæ vrbis post beatum Iohannem Chrysostomum episcopus, vir tam in diuinis scripturis, quam in secularibus literis eruditus, in hoc tamen reprehensibilis, quod in locum viuentis Episcopi & iniurioſe expulsi, se passus est ordinari, ex quare multa scandala in Ecclesia Dei suborta sunt. Scripsit autem non spernenda nobis opuscula. De quibus extat opus insigne ad reginas, filias imperatorum Constantinopoleos.

De fide & virginitate	lib. 2.	
Et quædam Epistolæ	Et alia non pauca.	

Claruit sub Honorio & Theodosio principibus Anno 420.

Pavlinvs presbyter, discipulus sancti Augustini Hipponensis, & postea Episcopus Nolæ Campaniæ, ad quem Augustini & Hieronymi multæ feruntur Epistolæ, variiq; tractatus, vir in scripturis sanctis eruditissimus, & in secularibus literis nulli suo tempore secundus, non minus sanctitate quam eruditione clarus effulsit, de quo beatus Gregorius Papa in tertio libro dialogorum scribit, quod tantæ pietatis & miserationis fuerit, vt postea quam omnia sua in pauperum vsus, & captiuorum liberationem expendetat, etiã seipsum in seruitutem pro filio cuiusdam viduæ tradiderit à qua tandem cum multis captiuis ob vitæ meritum dimissus fuit. Scripsit tam metro quam prosa multa volumina, de quibus ista feruntur. In primis sancto Augustino petente scripsit.

Vitam sancti Ambrosii Medi.	li. 1.	Vitam sancti Felicis Nolani Episc.	li. 1.
De sacramentis quoq;	li. 1.	De morte baptizati infantis,	li. 1.
Panegiricum Theodosii	li. 1.	Hymnorum diuerso carmine.	li. 1.
De contemptu mundi	li. 1.	De pœnitentia.	li. 1.
De benedictionibus patriarcharum,	li. 1.	De laude martyrum.	li. 1.
Ad Seuerum Sulpitium	epi. 4.	Epistolarum ad diuersos	li. 1.

Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Honorio & Valentiniano principibus. Anno domini 420.

Niceas Romacianæ vrbis Episcopus, vir in diuinis scripturis studioſus & eruditus, ingenio acutus sermone apertus & nitidus, scripsit ad ædificationem legentium non contemnendæ lectionis opuscula. De quibus subiecta feruntur. Ad competentes qui ad baptismum disponuntur.

Præparatorium,	li. 1.	De erroribus gentilitatis	li. 1.
De fide vnicæ maiestatis,	li. 1.	Aduersus Genealogiam	li. 1.
De symbolo quoq;	li 1.	De victima agni paschalis	li. 1.
Ad virginem lapsam,	li. 1.	Et quædam alia.	

Claruit tempore Theodosii & Honorii principum Anno 420.

SIMPLICIANVS Mediolanensis post sanctum Ambrosium Episcopus, vir in diuinis scripturis studiosus, & amator paupertatis, multis Epistolis hortatus est Augustinum adhuc presbyterum agitare ingenium, & expositionibus vacare scripturarum, vt velut alter Ambrosius Origenis compulsor operis videretur. Vnde & multas ad eius personam Augustinus absoluit quæstiones & epistolas. Sed & ipse ad Augustinum aliosque diuersos vtiles conscripsit Epistolas, quæ partim hinc inde reperiuntur. Claruit sub Theodosio & Honorio principibus. Anno domini 420.

ISIDORVS senior, Episcopus Cordubensis, vir in diuinis scripturis valde peritus, & secularium literarum non ignarus, ingenio promptus, & satis disertus eloquio, non minus conuersatione morum quam scientia scripturarum insignis, cuius eruditio apud veteres in magno pretio existebat: scripsit non pauca in diuinis voluminib. opuscula, de quibus ego tamen reperi, opus egregium quod edidit ad sanctum Orosium presbyterum Hispanum.

In quatuor libros Regum. lib. 4.

De cæteris nil reperi. Claruit sub Theodosio & Honorio principibus. Anno domini 420.

OROSIVS presbyter, natione Hispanus, beati Augustini quondam auditor, vir in diuinis scripturis eruditus, & in seculariboς literis peritissimus, vita & conuersatione clarissimus fuit. Hunc beatus Augustinus pro discēda quæstione de natura animæ ab Hispania ad se venientem, ad sanctum Hieronymum in Bethleem Iudæ misérat, vbi aliquantulum moratus quæstionem pro qua venerat, luculenter didicit, & ad Hipponem remeans, reliquias prothomartyris Stephani secum portauit. Ad hunc studiosissimum virum, plura extant beati Augustini opuscula, & resolutiones variæ quæstionum scripturarum. Scripsit vero & ipse subiecta volumina, Apologeticum.

Contra Pelagianos, lib. 1.
De Hormesta mundi chronicam li. 7. *Præceptis tuis parui.*
De ratione animæ lib. 1. *Cum apud vos cælestis.*
Epistolas plures ad Augustinum, li. 1. Epistolarum quoq; ad diuersos li. 1.
In Cantica canticorum lib. 1. Claruit vita & doctrina illustris cum sancto Augustino. Anno domini 420.

IOHANNES Episcopus & patriarcha Hierosolymitanus, in scripturis sanctis studiosus & eruditus, sed Origenis dogmatibus nimium intentus, patrum in se scripta concitauit, Hieronymi videlicet sanctissimi presbyteri, & Epiphanii Episcopi, sicut in eorum ad eum missis inuenitur epistolis. Ipse autem Iohannes studii sui rationem reddens: dicit se non fidem Origenis imitatum, sed ingenium. Scripsit enim ob hanc causam vel maxime opus notatu dignum.

Contra obtrectatores sui studii, li. 1. Et epistolas quasdam ad diuersos. Et quæ dam alia. Claruit Archadii & Honorii Imperatorum temporibus. Anno domini 400.

MAXIMVS Episcopus Thaurinensis, in scripturis sanctis eruditissimus, in declamandis homiliis ad populum nulli suo tempore secundus, non solum doctrina insignis fuit, sed etiam vitæ sanctitate clarissimus emicuit. Scripsit multa egregia opuscula, quæ sancta mater Ecclesia cum magna authoritate legenda suscepit. E quibus subiecta feruntur.

De Euangeliorum capitulis li. 1. In actus Apostolorum li. 1.
In laudem Apostolorum, li. 2. *Glorioſiſſimos Chriſti.*
In laudem Iohannis Baptistæ li. 2. *Solennitates nobis.*
De vita Eusebii Vercellensis li. 2. *Sanctorum patrum me.*
De sancto Cypriano martyre, lib. 2. *Sancti Cypriani feſti.*
De gratia baptismi li. 1. De auaritia li. 1.
De hospitalitate li. 1. Defecta Lunæ. li. 1.
De eleemosynis li. 1. De verbis Esaiæ li. 1.
De passione domini, li. 1. De ieiunio quadragesimæ li. 1.
De ieiunio seruorū Dei generali li. 1. De Iudæ traditione li. 1.
De cruce domini li. 1. De sepulchro domini. li. 1.
De officio missæ, li. 1. De accusatione domini ho. 1.
De resurrectione domini, ho. 4. *Non immerito fratres ho.*
De sancto Laurentio ho. 3. *Sanctum eſt fratres ac Deo.*
De sancto Stephano ho. 1. *Lectio actuum Apoſtolorum.*

De Ca-

De Calendis Ianuariis ho.1. De natali domini. ho.3.
De Epiphania domini ho.2. De Pascha ho.3.
De Pentecoste ho.3. De pœnitentia Niniuitarum. ho.1.
De non timendis hostibus carnalibus ho.1.
De gratias post cibum agendum. ho.1.

Scripsit & alia multa: Sermones, Tractatus, Epistolas, & homilias, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Archadio & Honorio principibus. Anno domini 420. Et sub Theodosio iuniore moritur.

IVLIANVS Episcopus Campanus, vir acris & vehementis ingenii, eruditus in scripturis sanctis, græco & latino sermone scholasticus. Priusquam impietatem Pelagii in se aperiret, clarus in doctoribus Ecclesiæ fuit. Postea vero hæresim illius defendere cupiens, scripsit contra sanctos doctores suæ opinioni conuenientia opuscula. De quibus extant.

Aduersus sanctum Augustinum lib.4.
Aduersus eundem alii li.7.
Altercationis partium dialogus li.1.

Et alia plura, quæ omnia propter authoris errores ab Ecclesiastica bibliotheca merito abiecta sunt. Hic tempore famis & angustiæ omnia sua in eleemosynis pauperibus distribuit, & multos nobiles & religiosos, sub pietatis specie deceptos suæ hæresi sociauit. Claruit sub Archadio & Honorio principibus. Anno domini 420.

INNOCENTIVS Papa primus, vir doctus atque sanctissimus, natione Albanus, post beatum Petrum quadragesimus & secundus, vniuersali Ecclesiæ annis quindecim præfuit, & multa pro eius vtilitate gloriose ordinauit. Ad hunc cum adhuc esset presbyter, beatus Hieronymus historiam mulieris septies percussæ composuit, quod prologus eiusdem operis ostendit. Qui cum in diuinis scripturis esset eruditissimus scripsit nonnulla pro ædificatione fidelium præclara opuscula. De quibus ego duntaxat ista reperi.

Decretum contra Pelagianos li.1.
Contra Bonosiacos li.1. *Diu mirati sumus.*
Epistolarum ad diuersos li.1. *In requirendis de his.*

De cæteris nihil vidi. Moritur anno domini 417. Indict. 15. 4. Cal. Augusti.

EVSEBIVS Cremonensis monachus, & discipulus beati Hieronymi presbyteri, vir studiosus & eruditus, vita & conuersatione venerabilis, orationibus sanctis & diuinis lectionibus magistri sui reuerendissimi exemplo iugiter intentus magnum sanctitatis opinionem consecutus est. Scripsit ad Damasum Portuensem Episcopum, & Theodosium senatorem Romanæ vrbis, satis elegans & prolixum volumen.

De transitu sancti Hieronymi, li.1. *Reuerendissimo Da.*

Claruit tempore sancti Hieronymi. Anno domini 420.

POSSIDONIVS Afer, Episcopus Calamensis, beati Augustini quōdam auditor atque discipulus, vir in diuinis scripturis studiosus, & secularium literarum non ignarus, multis annis cum sancto Augustino familiariter conuersatus, vita & doctrina inter Ecclesiasticos præsules clarus effulsit. Scripsit autem inter cætera ad ædificationem fidelium.

Vitam sancti Augustini, li.1. *Inspirante rerum omnium.*
Indiculum librorum eius li.1. *Contra Paganos de.*

Claruit sub Theodosio principe. Anno domini 430.

SIRICIVS Papa, natione Romanus, sedit post Damasum in pontificatu annis 15. vir doctus & sanctus, & catholicæ fidei defensor acerrimus, omnes Manichæos quos in vrbe reperit, auxilio damnauit. Conuersos autem pro agenda pœnitentia vsq; in finem vitæ ad monasteriū relegauit. Scripsit autē inter cætera, ad Hemerium Episcopū Terraconēsem.

Decretale opusculum li.1. Contra Iouinianum & Auxentiū. li.1.

Moritur sub Theodosio & Valētiniano imperatorib. An. Dn. 398. Indict. 6. 9. Cal. Mar.

FASTIDIVS Episcopus Britannorum, vir in scripturis sanctis eruditus, & verbi Dei prædicator egregius, vita quoq; & conuersatione illustris, sermone & ingenio clarus, scripsit nonnulla deuota opuscula. De quibus fertur ad Fatalem volumen quoddam sana doctrina conscriptum.

De doctrina Christiana li.1. De viduitate seruanda li.1.

Claruit sub Honorio & Theodosio principibus Anno 420.

CELESTINVS Papa primus, natione Romanus, vir doctus & sanctus cuius iussu beatus Cyrillus Episcopus Alexandrinus apud Ephesum synodum ducentorum patrum celebrauit, in qua Nestorius & Pelagius cum suis dogmatibus iniquis damnati sunt. Ibi quoq;

quoq; statutum est, vt beatissima virgo Maria Dei mater deinceps vocaretur. Scripsit autem beatus Cœlestinus inter cætera solenne decretum.

Contra Nestorium lib.1. Epistolarum ad diuersos li.1.

Et quædam alia. Moritur sub Theodosio iuniore princ. Anno domini 433. pontificatus sui 10. Indictione prima 6. Iduum Aprilis.

THEODORICVS Episcopus vrbis quæ à fundatore suo Persarum rege Cyro, Cyria est vocata, vir in diuinis scripturis valde doctus, & in secularium literarum disciplinis sufficienter eruditus, dicitur nonnulla composuisse in sanctis voluminibus opuscula, sed in manus nostras non venerunt. Fertur autem eius insigne opus post Hieronymum editum.

Ecclesiasticæ historiæ, li.1. De incarnatione domini cõtra Eutycen, li.1.

Claruit temporibus Theodosii sacratissimi principis. Anno domini 390. Cuius historia nunc tripartitæ historiæ inserta est.

EVODIVS Episcopus in Africa, discipulus beati Augustini Hipponensis Episcopi, ad quem idem tractatum scripsit de anima Christi apud inferos, & multas epistolas vir doctus in scripturis sanctis, & cõuersatione vitæ integerrimus, qui in catalogo sanctorum merito venerit locandus. Fertur quædam deuota scripsisse opuscula. De quibus extat volumen de factis in Africa miraculis per reliquias ab Orosio presbytero allatis.

S. Stephani martyris. li.1. Et plures epistolæ ad diuersos. li.1.

Et quædam alia.

Claruit temporibus sancti Augustini. Anno domini 420.

PALLADIVS Britannorum seu Scotorum insulæ Hibernien sis à Cœlestino Papa primus ordinatus Episcopus, natione Græcus, vir doctus & sanctus sua dulcissima prædicatione gentem sibi commissam ad fidem Christi conuertit. Post quem sanctus Patricius genere Brittus à sancto Cœlestino Papa consecratus, in archiepiscopum Hibernien sem per annos 40. signis & miraculis coruscans, totam insulam conuertit ad fidem. Scripsit autem Palladius Vitam sancti Iohannis Chrysostomi. lib.1.

Missus autem fuit in Scotiam à Cœlestino Papa primo. Anno domini 432. Indict. 15. secundum Marianum Scotum.

CYRILLVS Episcopus Alexandrinus, natione Græcus, montis Carmeli quondam decus & cultor insignis, vir doctus, & sanctus, iussu Cœlestini Papæ primi, in concilio ducentorum patrum apud Ephesum præsedit, in quo Nestorium & Pelagium cum erroribus eorum condemnans, multas elegantes sententias dixit. Qui cum in scripturis sanctis esset eruditissimus, multa conscripsit opuscula. De quibus ista feruntur.

De fide contra hæreticos, lib.1. Contra Nestorium lib.1.
De defectu synagogæ, lib.1. De ortu & laude S. Mariæ. lib.1.
De cyclo paschali, annorum 95. lib.1. In Euangelium commentariorum li.4.

Epistolas insuper, homilias & sermones plures composuit, & alios diuersos tractatus, qui ad notitiam meam non venerunt.

Claruit in Concilio Ephesino præsidens sub Theodosio minore imperatore. Anno domini 432. Indict. 5.

THEODORVS Anchiranus Galaciæ Episcopus, vir in diuinis scripturis studiosus, & in secularibus literis valde eruditus, in dialectica maxime valens, eloquio disertus & disputator acutus, in concilio Ephesino satis clarus existens, scripsit ibidem dialectico more valde obscure.

Contra Nestorium lib.1. Et quædam alia.

Claruit sub Theodosio iuniore principe. Anno domini 430.

ZOZOMÆNVS natione Græcus, secularium literarum cultor egregius, & in diuinis scripturis satis eruditus, fertur nonnulla ad ędificationem Ecclesiæ scripsisse opuscula, De quibus extat opus insigne ad Theodosium iuniorem principem, à tertio consulatu Cryspi & Constantini Cæsarum, vsque ad eiusdem Theodosii 17.

Historiæ Ecclesiasticæ lib.9. *Cogitatio mihi aliquando.*

Cætera quæ composuit ad notitiam meam non venerunt.

Claruit sub præfato imperatore Theodosio. Anno 430.

SOCRATES quidã natione Græcus, vir doctus & eloquens, historiographus insignis, & magnarum rerum experientia præclarus, scripsit à tempore primi Constantini magni imperatoris, vsq; ad imperium Theodosii iunioris volumen.

Ecclesiasticæ historiæ lib.1.

Alia

Alia quoque nonnulla scripsisse dicitur, sed in manus nostras non venerunt.

Et notandum quod tres Græci authores, videlicet Theodoricus Episcopus Cyriæ, Zozomenus, & Socrates iste, rerum Ecclesiasticarum singuli scripserunt, pene vno tempore historias, quas Epiphanius scholasticus in latinum, vt iacebant, transtulit, ex quibus Cassiodorus senator & monachus vnã historiam continuã fecit, quam tripartitam appellauit.

VIGILIVS Diaconus & monachus, vir in scripturis sanctis studiosus & eruditus, monasticæ disciplinæ custos & rector, fertur ad ædificationem monachorum quædam cudisse opuscula, quæ ad nostram memoriam venire & locorum & temporum distantia prohibuit. Dicit autem presbyter Gennandius scripsisse illum valde vtilem regulam.

De conuersatione monachorum lib. 1. De cæteris non loquitur.

Claruit sub Honorio & Theodosio principibus. Anno 420.

OSIVS Episcopus Cordubensis, ante Isidorum, ad quem Calcidius grammaticus Timæum Platonis traduxisse memoratur vir quidem doctus & eloquens, in concilio Sardicensi præsidens multas egregias sententias dixit sicut in gestis eiusdem synodi continetur. Hic in senectute sua nimis perterritus à Constantio principe Arriano, metuens ne senex & dines, aut exilium pateretur aut damna rerum Arrianæ mox impietati consensit. Sed vitam vt meruit, non diu post exitus crudelis finiuit. Nam post impiam præuaricationem, cũ sanctus Gregorius Eliberitanus Episcopus ex imperiali decreto venisset Cordubam, & nollet cõmunicare Osio, commotus ille rogauit Clementinũ Constantii præfecti vicarium, vt in exiliũ depelleret Gregorium. Cui vicarius: Nõ audeo inquit Episcopum in exilium mittere, nisi prius ab Episcopatu deposueris illum. Nec morę patiens Osius, cathedram vt iudex ascendit. Gregorium regali citat edicto, quo comparente in conspectu multitudinis, cum Osius fastu superbus, sententiam depositionis conaretur exprimere, Gregorius totis viribus Christum appellat, ne tam iniustam eius præsumptionẽ sineret inultã. Et ecce Osius impius residens cũ sententiam vellet proferre, os vertit distorquẽs pariter & ceruicem, & cadens in terrã subito expirauit. Hinc omnes inuadit metus, Gregorium post hac nemo audet contingere. Scripsit autem Osius adhuc catholicus, Ad sororem suam.

De laude virginitatis. li. 1. In concilio præfato: sententias 18. li. 1. Et plures Epistolas. Claruit sub Constantio senex valde, à quo etiam deceptus interiit. Circa annum domini 390.

IDACIVS Lemice Hispaniarum vrbis Episcopus, vir in diuinis scripturis eruditus cognomento & eloquio clarus, qui cũ Vrsacio Episcopo propter necem Priscilliani quẽ Treueris accusauerant à communione Ecclesiæ sequestratus in exiliumq; detrusus ibidem mortuus est. Scripsit autem non contemnenda opuscula. De quibus ista feruntur.

Aduersus Priscillianum. lib. 1. Chronicarũ à tempore Theodosii. li. 1.

Et quædam alia. Claruit sub Theodosio venerabili imperatore. Anno domini 400.

LEPORIVS presbyter & monachus, in diuinis scripturis studiosus, sed nimiũ præsumens de puritate vitæ, arbitrio & conatu proprio se non gratia Dei viuere religiose dogmatizabat. Pelagianum defendens errorem. Admonitus autem à Gallicanis doctoribus, & in Africa per sanctum Augustinum correptus, cessit errori, & hæresim quam prius prædicabat, acriter postmodum impugnauit. Agens itaque gratias de sua emendatione, scripsit.

Correctorium aduersus hæresim. lib. 1. Et quædam alia.

Claruit sub Theodosio iuniore principe. Anno domini 430.

SEDVLIVS presbyter natione Scotus, Hildeberti Scotorum Archiepiscopi ab ineunte ætate discipulus, vir in diuinis scripturis exercitatus, & in secularibus literis eruditissimus, carmine excellens & prosa, amore discendi Scotiam relinquens venit in Franciam, deinde Italiam perlustrauit & Asiam, postremo Achaiæ finibus excedens, in vrbe Roma mirabili doctrina clarus effulsit. Scripsit autem & metro & soluta oratione pluta opuscula, de quibus ego tantum reperi subiecta. Ad Macedonium Abbatem, opus insigne iuxta seriem totius Euangelii quod prænotauit.

Carmen paschale metrice	li. 4.	*Paschales quicunque dies.*
In omnes epistolas Pauli prosaice	li. 14.	*Antequam Apostolica verba.*
De miraculis Christi.	li. 1.	*A solis ortus cardine.*
Ad Theodosium imperatorem.	li. 1.	*Romulidum ductor eia.*
In maius volumen Prisciani.	li. 1.	In secundam editionem donati. li. 1.
Exhortatorium ad fideles	li. 1.	*Cantemus socii domino.*

Episto-

Epistolas plures ad diuersos lib.1. *Sedulius scotigena.*
De miraculis Christi prosaice lib.2.

Alia quoq; nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Hic tandem vt Sigebertus scribit, Episcopus ordinatus fuit, sed ecclesiam vel vrbem vbi, nō exprimit. Claruit sub Theodosio Anno 430.

VICTORINVS Massiliēsis rhetor, vir in secularibus literis eruditissimus, & in scripturis sanctis admodum studiosus, conatus est sanctas scripturas exponere, sed seculari literatura occupatus, & campum diuinorum eloquiorū sine præceptore ingressus, quod voluit non perfecit. Vnde quæ scripsit opuscula Christiano quidem sensu & pio studio præstant, sed leuiori pondere sententiæ figurantur. Edidit autem ad filii sui Etherii personam commentariorum à principio vsque ad mortem Abrahæ patriarchæ.

In Genesim. lib.4. Et quædam alia quæ nos latent.

Claruit sub Theodosio & Valentiniano. Anno 430.

PHILIPPVS monachus & presbyter, beati Hieronymi quondam auditor atque discipulus, vir studiosus & eruditus, voluntariæ paupertatis amator præcipuus, qui verbo & exemplo ad pietatem multos erudiuit, post magistri obitum in diuinis scripturis quosdam commentarios edidit. De quibus extat opus vt ferunt egregium.

In Iob lib.1. Epistolarum ad diuersos lib.1.

Claruit sub Theodosio & Valentiniano principibus. Anno domini 430. Et sub Marciano moritur.

VINCENTIVS monachus & presbyter monasterii Lyrinensis insulæ, natione Gallus vir in diuinis scripturis eruditissimus, & secularium literarum non ignarus, vita & moribus, clarus. Extat eius insigne opus quod sub peregrini nomine composuit, à veteribus doctoribus percelebre laudatum, de erroribus & collegiis hæreticorum fugiendis.

Contra omnes hæreticos lib.2.

Alia quoq; nonnulla scripsisse legitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Theodosio & Valentiniano regnantibus. Anno domini 430.

PAVLVS presbyter, natione Pannonius, quæ Hungaria nunc dicta est vir in sacris literis studiosus, & satis eruditus, non minus religionis cultu quam scientia scripturarum venerabilis, Christianæ fidei propugnator zelosus, fertur non pauca scripsisse volumina, quorum lectio ad confundendos hæreticos satis accommoda perhibetur. Extant eius ad Constantiam Christo dicatam virginem.

De virginitate & contemptu mundi lib.2.

De aliis nihil adhuc reperi. Claruit sub Theodosio iuniore. Anno domini 430.

ISAAC ex monacho Antiochenæ Ecclesiæ presbyter, vir in diuinis scripturis eruditus, & in declamandis homiliis ad populum celeberrimæ opinionis, vita & conuersatione Deo dilectus, & hominibus venerabilis, scripsit Syro sermone, ad imitationem sancti Effren plura deuota opuscula, quorum lectio religiosis hominibus valde vtilis iudicatur.

E quibus inter nostra subiecta reperi.

Contra Nestorianos & Euty.	lib. 2.	
Exhortatorium vitæ spiritalis	lib. 1.	*Anima quæ Deum diligit*
De pugna vitiorum,	lib.1.	*Multorum honorem de.*
De accessu ad Deum,	lib.1.	*Quando aliquis in aliquā ruinā*
De difficultate virtutum	lib.1.	*Quamlibet virtutem sine.*
Dialogum de profectu spiritali	lib.1.	*Quo vinculo retinetur.*
De ordine monasticæ vitæ	lib.1.	*Ex operatione violenta.*
De humilitate	lib.1.	*Beatus homo qui scit infir.*
De tribus ordinibus proficientium	li.1.	*Tres sunt ordines in.*
De solitudine monachorum,	li.1.	*Homo multæ sollicit.*
De diuersis tentationibus	li.1.	*Virtutes inuicem sibi.*
De informatione nouitiorum	li.1.	*Hic est ordo sobrius.*
De pœnitentia	li.1.	*Fortitudinem quam po.*
Carmen super Antiochię desola.	li.1.	

Homilias plures ad populum habuit, sed in manus nostras minime venerunt. Claruit sub Theodosio iuniore. Anno domini 440.

EVCHERIVS Episcopus Lugdunensis in Gallia, vir doctus, & monachorum disciplina à iuuentute imbutus, ingenio promptus, & sermone compositus, vita & conuersati-

one

one Deo & hominibus gratus, quippe qui multos & verbo & exemplo ab iniquitate auertit. Scripsit plura egregia volumina sed ad notitiam meam adhuc pauca peruenerunt. Reperi enim tantum ista.

De contemptu mundi, li.1.
Expositiones diuinorum nominum li.1. *Formulas spiritalis.*
Ad filios Solonis & Vrani li.1. Epitomen Cassiani li.1.
Epistolas quasdam ad diuersos li.1. Ad Hilarium episcopū de laude here. li.1.

Claruit sub Theodosio iuniore. Anno domini 440.

HILARIVS Episcopus Arelatensis, ad quem heremi deserta petentem Eucherius Lugdunensis antistes librum edidit de laude heremi, vir doctus in scripturis diuinis, & satis disertus eloquio, cujus merita sanctitatis catholica personat Ecclesia. Tantæ pietatis extitit in pauperes, vt omnibus suis in eorum vsus hilariter dispersis, pater pauperum deinceps vocaretur & esset. Scripsit inter cætera satis præclaro eloquio prædecessoris sui.

Vitam sancti Honorati Episcopi lib. 1.
Homilias pene infinitas Et quædam alia.

Claruit sub Theodosio principe iuniore. Anno domini 440.
Moritur autem sub Valentiniano & Marciano principibus.

ZOZIMVS Papa, natione Græcus, sedit in pontificatu post sanctum Innocentium anno vno, mensibus octo, vir doctus, sanctus, & Deo dilectus; qui verbo & exemplo commissam sibi strenue gubernauit Ecclesiam, pro cuius ædificatione multa eleganter constituit, sicut in gestis illius continetur. Scripsit pro statu Ecclesiastico ad diuersos.

Epistolarum li.1. *Ex relatione fratris nostri*
De Pascha ad Hilarium li.1.
De sacerdotio ad Esytium, li.1. *Exigit dilectio tua præ.*

Moritur sub Honorio & Theodosio imperatoribus. Anno domini 419. Indict. 2. septimo Calendas Ianuarias.

BONIFACIVS Papa primus beato Zozimo succedens, præfuit Ecclesiæ annis tribus & mensibus quatuor, vir magnæ doctrinæ, & ad regimen animarum satis idoneus, qui multa pro vtilitate Ecclesiastica constituit, quæ in canonibus sanctorum patrum sparsim habentur. Scripsit ad ædificationem fidelium, vt ferunt nonnulla opuscula. De quibus ego tantum reperi.

Epistolarum decretalium. li.1. *Ecclesiæ Romanæ cui.*

Moritur sub Honorio & Theodosio principibus. Anno domini 422. Indict. 5. octauo Calendas Nouembris.

PROBA mulier elegantissima, vxor Adelphi proconsulis Romani, fœmina in secularibus literis eruditissima, & diuinarum scripturarum non ignara, mirabili studio feruens sexum vicit eruditione sua Græcis ac latinis literis ad perfectum instructa, metroque excellens & prosa, cum Virgilium mente teneret ad verbum, cogitauit ex illius versibus nouum & vetus testamentum describere, & quasi sic ille sensisset suis carminibus demonstrare. Aggressa itaque fortiter opus mente repositum, omnes Virgilii libros solicite percurrens, nunc istum, nunc illum versum, aliquando dimidium, nonnunquam particulas minores versuum assumens mirabili industria seruata vbique mensura pedum, catholica volumina poetæ carminibus descripsit, hocque opus in septingentis ferme versibus comportatum prænotauit Græco vocabulo.

Virgiliocentonam. li.1. *Iam dudum temerasse.*

Si quid amplius scripsit, nescio.

Nihilominus hoc opus inter apocrypha computatur, quoniam & si mulier deuota pium studium assumpserit, tamen Virgilius nunquam ad Christi honorem, vel ad fidem nostram suos versiculos referendos æstimauit. Est enim huius negotii non propria, sed ficta per Probam assumpta interpretatio. Claruit autem vt quibusdam placet sub Theodosio minore. Anno domini 430.

EVDOXIA Theodosii iunioris vxor, mulier in Christiana religione deuotissima, & tam in diuinis scripturis quam in secularibus literis eruditissima, ab Hierosolymis remeans, reliquias sanctissimi protomartyris Stephani secum detulit, & in basilica beati martyris Laurentii honorifice collocauit. Hæc cum doctissima esset, carmine & prosa excellens, fertur ad imitationem Probæ vxoris Adelphi Homeri carmina reflexis-

se ad fidem Christianam, titulum similiter præponens opusculo edito talem.

Homerocentonas. lib.1. Sed & ipsum apocryphum est.

Scripsit etiam quædam alia. Cum sanctus Hieronymus in Epistola quadam se Homerocentonas & Virgiliocentonas legisse perhibeat, ante eius obitum conscriptæ sint necesse est.

Claruit cum Theodosio marito, quæ sumpsit imperium. Anno domini 423.

PRIMASIVS Episcopus Africanus, & vt quidam volunt beati Augustini quondam discipulus, vir sane in scripturis sanctis eruditus, & disciplinis secularium literarum gloriose imbutus, ingenio subtilis, & eloquio disertus, multa dicitur composuisse opuscula, quæ apud veteres magno in pretio habebantur. De quibus ego tantum reperi.

Contra hæreses ad Fortunatum Episc. lib. 3.

In Apoca. Iohan. ad Castorium. lib. 5. De libro Apo. beati Iohan.

Cætera autem quæ composuit, ad notitiam meam adhuc non venerunt. Claruit sub Theodosio Imper. 2. Anno domini 440.

IVNILIVS Episcopus cuiusdam vrbis in Africa, nomen autem ciuitatis inuenire non potui, vir certe in sacris scripturis valde doctus, & in secularibus disciplinis meo iudicio sufficienter instructus, sensu profundus, eloquio dulcis & ornatus, multa dicitur conscripsisse opuscula sed ego tantum vidi opus insigne quod scripsit ad Primasium supradictum Episcopum, quod prænotauit.

De partibus diuinæ legis. lib. 1. *Sancto ac beatissimo Episcopo.*

De cæteris nullum vidi.

Claruit eo tempore quo & Primasius. Anno domini 440.

PROTERIVS Episcopus Alexandrinus, vir tam in diuinis scripturis quam in secularibus literis eruditissimus, Theologus & computista insignis, quem Leonis Augusti temporibus, successores Dioscori hæretici seditione facta authore Timotheo crudeliter peremerunt. Ipsumq; Timothæum in locum eius pro Alexandrino Episcopo idolum erexerunt. Scripsit inter cætera ad sanctum Leonem Papam.

De celebratione paschæ. Epist. 3.

Ad Hilarium de eadem re Epist. 1. *Quoniam sanctitas vestra orta.*

Epistolas plures ad diuersos.

Et quædam alia.

Claruit sub Leone imperatore. Anno Domini 460.

PASCASINVS Sicilienſis Episcopus, in diuinis scripturis eruditus, & in secularibus literis nobiliter doctus, non minus conuersatione quam scientia reuerendus, vice beati Leonis Papæ magni in Calcedonensi concilio præsedisse dicitur, in quo vna cum sanctis patribus numero ducentorum Eutycen & Dioscorum hæreticos damnauit. Erat autem Eutyces presbyter & abbas celeberrimi monasterii Constantinopolitani, qui asserebat Christum Deum tantum esse & non hominem, & varia scripsit pro suo errore, quæ omnia cum autore damnata sunt. Pascasinus vero scripsit ad Leonem Papam.

De quæstione paschali Epist. 2. *Apostolatus vestri scripta.*

Ad eundem de fontis miraculo, Epist. 1. *Non nos dies vna longi.*

Acta Concilii Calcidonensis lib. 1. *Regulas sanctorum per sin.*

Claruit sub Theodosio iuniore. Anno domini 450.

LEO Papa primus, natione Tuscus, post Sixtum tertium sedit in cathedra Petri annos viginti vnum, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in declamandis homiliis ad populum adeo celebris & facundus, vt superiorem in Ecclesia Romana habuerit neminem, quod sermones eius clarissimi testabuntur. Fuit enim Ecclesiasticæ dictionis Tullius, sacræ Theologiæ Homerus, rationum fidei Aristoteles, authoritatis Apostolicæ Petrus, & in Christiano pulpito Paulus. Eius sermones cor penetrant, afficiunt animum, fidem catholicam dulci breuiloquio confirmant. Nec mirum, ignem diuini amoris gestans accensum in pectore, quid aliud quam verba ardentia loqueretur. Scripsit autem plura opuscula. De quibus ego tantum reperi subiecta, videlicet.

Contra Eutycen presbyterum, lib. 2. *Sicut peritorum dilectiss.*

De symbolo Nicæno, lib. 1. *Credimus in vnum Deum.*

Ad Leonem Augustum testimonio, lib. 1. *Vnum igitur hoc immobi.*

Ad inquisitiones Ianuarii Episcopi, lib. 1. *Nulla ratio sinit vt in.*

De passione domini, homiliæ 24. lib. 1. *Semper quidem dilectiss.*

Homili-

Homilias multas ad populum lib.1. *Multis diuinarum scrip.*
Ad Flauianū Episcopū contra Eutycen lib.1. *Lectis dilectionis tuæ.*
Ad Leonem Augustum contra Eutycen li.1. *Promisisse me memi.*
Ad Turibium Episc. contra Priscilli. lib.1. *Quam laudabiliter pro cath.*
Ad Rusticum Narbonensem Episc. lib.1. *Subditis responsionibus.*
Ad Anastasium Episcopum Thessal. lib.1. *Quanta fraternitati.*
Epistolarum multarum ad diuersos lib.1. *Dilectissimo filio Euty.*

De cæteris nihil reperi. Moritur tandem post multos pro Ecclesiastica vtilitate labores, sub Leone Augusto. Anno domini 461. Indictione quartadecima 4. Ca. Iulii.

PETRVS Episcopus Rauennatis, vir eruditus atque sanctissimus in vita multis coruscans miraculis, in declamandis homiliis ad poplum excellentis ingenii fuit, multosque tam verbo quam exemplo ad veritatis tramitem conuertit, multa scripsit pro ædificatione fidelium. De quibus feruntur.

Sermones & homiliæ plures, lib.1.
Ad Eutycen presbyterum Epist.1. *Tristis legi tristes literas.*
Scripsit etiam Epistolas alias plures.
Claruit sub Marciano Augusto. Anno domini 450.

FLAVIANVS Episcopus Constantinopolitanus, ad quem beatus Leo Papa multas scripsit Epistolas, vir quidem eruditus, & catholicæ vnitatis amator præcipuus, qui Eutycen presbyterum & Archimandritam, impie de Christi humanitate sentientem, deposuit, & excommunicauit, sicut in quadam Epistola præfato Papæ Leoni missa testatur, multa pro hæresium extirpatione patrauit & sustinuit. Scripsit Græco sermone quædam non contemnenda opuscula. De quibus feruntur.

Acta cum Eutyce presbytero, lib.1. Contra eiusdem errores, lib.1.
Ad Leonem Papam de eodem, Epi.1. *Nulla res diaboli ve.*
Epistolarum ad diuersos lib.1. Et nonnulla alia quæ nescimus.
Claruit sub Theodosio iuniore & Marciano. Anno 454.

HILARIVS Papa, natione Sardus post Leonem magnum sedit in pontificatu annis sex, mensibus totidem, vir in scripturis diuinis doctissimus, & multarum virtutum decore insignis, qui eleemosynis & sanctis operibus iugiter intentus, non sine magna sanctitatis opinione refulsit. Hic Romæ synodo quinquaginta Episcoporum habita, nonnulla constituit pro Ecclesiastica honestate. Scripsit autem quædam necessaria opuscula. De quibus ego tantum reperi.

Decretum synodale, lib.1. *Quoniam religiosus spiritus sanctus.*
Ad Episcopos Terraconen. prouinciæ, Epi.1. *Post quam literas vestræ.*
Ad Ascanium Terraconen. Episcopum Epi.1. *Diuinæ circa nos gratiæ.*
De concilio Nicæno, Epi.1. De concilio Ephesino, Epi.1.
De Concilio Calcidonensi Epi.1. Epistolarum ad diuersos, lib.1.

Moritur sub Leone Augusto. Anno domini 468. Indictione sexta, Nono Calend. Martii, cui Simplicius successit.

EVSEBIVS Episcopus Mediolanensis, in scripturis sanctis valde eruditus, & secularium literarum non ignarus, beatissimo pontifici Leoni & familiaris & dilectus, pro fide sancta catholica contra hæreticos fortiter pugnans & scribens. Fertur nonnulla ad ædificationem fidelium edidisse opuscula, sed ad notitiam meam non venerunt. Vide enim vnam eius duntaxat Epistolam, quam in causis fidei scripsisse dicitur.

Ad sanctum Leonem Papam, Epi.1. *Reuersus domino annuen.*
Claruit sub Marciano imperatore. Anno domini 450.

ASCLEPIVS Afer, Vagensis Territorii Episcopus, vir studiosus & eruditus, homiliarum ad populum declamator egregius, & hæreticorum expugnator acerrimus, multa volumina scripsit ad ædificationem populi, quorum editione gloriosus in omni terra nominatus est, quippe qui non tantum verbis, sed & operibus se doctorem vtilem plebi exhibuit. Ætatem enim suam multi eruditissimi viri claram reddiderunt. De cuius scriptis feruntur.

Aduersum Donatistas. lib.1. Aduersum Arrianos. li.1.
Homiliæ infinitæ ad populum lib.1.
Et alia multa nobis incognita.
Claruit sub Theodosio iuniore. Anno domini 440.

PROSPER Episcopus Reginensis, post Fauentium, natione Aquitanicus, vir in di-

uinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis nobiliter doctus, carmine excellens & prosa, eloquio disertus, sensu profundus, ingenio subtilis, assertione neruosus, vita & conuersatione sanctissimus apparuit. Hic beati Leonis Papæ magni quōdam notarius fuit & multas in eius persona Epistolas dictauit. Scripsit etiam de sua vena multa præclara opuscula. De quibus ego tantum reperi subiecta. Ex sententiis beati Augustini Episcopi versibus hexametris & pentametris, mixtum prosa, opus pulcherrimum quod prænotare voluit.

Epigrammata.	li.1.	*Dum sacris mentem placet.*	
De vitæ contemplatiua.	li.3.	*Contemplatiua vita in.*	
De libero arbitrio	li.1.	*Domino fratri dilectiss. Ru.*	
Ad capitula Gallorum responsiones	li.1.	*Doctrinam quam sanctæ.*	
Ad obiecta Vincentianorum.	li.1.	*Quidam Christianæ ac.*	
Ad excerpta Genuensium	li.1.	*In libris beatæ memo.*	
Summam grandē 330. positionum.	li.1.	*Scientia vera est quæ.*	
Contra Cassianum de libe. arbi.	li.1.	Chronicon historiarum.	li.1.
Epistolarum ad diuersos	li.1.	De illustribus viris.	li.1.
De captiuitate Romæ.	li.1.		

Alia insuper nonnulla scripsisse dicitur, sed ad manus nostras non venerunt.

Claruit temporibus Leonis imperatoris magni. Anno domini 460. Cuius festum celebratur septimo Calendas Iulii.

VICTOR Cartennæ Mauritaniæ ciuitatis Episcopus, in scripturis sanctis doctus, & declamator sermonum egregius, hæreticorum persecutor insignis, multa dicitur conscripsisse volumina, in quibus & populum eruditi deuotum, & errantes circa fidem fortiter contriuit. De quorum numero ista feruntur.

Aduersum Arrianos.	li.1.		
Aduersum Donatistas	li.1.	Ad Basilium consolatorius.	li.1.
De pœnitentia quoq;	li.1.	Homiliarum ad populum.	li.2.

Alia quoque non pauca edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Marciano Augusto. Anno domini 450.

VICTORINVS natione Aquitanicus, vir in diuinis scripturis admodum studiosus, & in secularibus literis eruditissimus, dicitur quædam sui ingenii reliquisse opuscula, quæ ad notitiam meam adhuc minime venerunt. Hic iubente Papa Hilario scripsit pro inueniendo termino paschali.

Cyclum magnum annorum 532. li.1.

Hic dicitur magnus cyclus annorum 532. quibus euolutis omnes supputationes luminarium in idem redeunt, quem Dionysius Abbas emendauit postea, & vsque in hanc nostram ætatem, licet in aliquibus defecerit, tamē perseuerat. Scripsit etiam Victorinus iste quasdam Epistolas. Claruit sub Leone imperatore. Anno domini 460. & scripsit cyclum suum sub Hilario Papa. Anno eius tertio.

PETRVS Edissenæ Ecclesiæ presbyter in scripturis sanctis doctus & exercitus, vim & ingenium declamandi homilias ad populum nactus excellentissimum, adeo vt suis temporibus secundum non haberet. Scripsit Syro sermone multa præclara volumina. De quibus ad notitiam meam solis titulis pauciſſima venerunt.

In psalmos commentarii.	li.1.	In psalmos etiam metro lusit.	li.1.

Homilias ad populum dictauit, & habuit pene infinitas, quæ apud nos raro inueniuntur. Sed neq; tractatuum eius nobis certus est numerus. Claruit sub Marciano Imperatore. Anno domini 450.

SABATIVS Episcopus prouinciæ Gallicanæ, vir in diuinis scripturis doctus, & in secularibus literis sufficienter eruditus, ingenio subtilis & acer, contra hæreticorum veniam cum scribendo, tum disputando multotiens certauit. Vnde rogatus à secunda quadam Christo dicata virgine, scripsit insigne & memorabile volumen.

Contra Marcionem & Valentinum.	li.1.	Contra Eunomium & Etium.	li.1.

Alia quoq; nonnulla edidit, sed ad notitiam meam nondum venerunt. Claruit sub Theodosio iuniore, circa annos domini 440.

VRSINVS monachus, in diuinis scripturis eruditus, & literarum humanitatis non ignarus, ingenio subtilis & cautus eloquio, multos ad vtilitatem fidelium tractatus com-

compoſuiſſe dicitur, ſed nihil eorum ad manus noſtras vſquam memini peruenisse. Fertur autem eius opus insigne contra eos qui rebaptizant ſemel rite baptizatos, cuius titulus eſt.

De modo rebaptizandis hæreticis. li.1.

Claruit vt reperi ſub Theodoſio iuniore. Anno domini 440.

IVLIANVS Epiſcopus Eccleſiæ Toletanæ Hiſpaniarum, natione Maurus, ad quẽ ſanctus Proſper tres libros de contemplatione ſcripſiſſe dicitur, vir in diuinis ſcripturis valde eruditus, & ſecularibus doctrinis ſufficienter inſtructus, eloquio ſcholaſticus, ſenſu apertus. Scripſit multa inſignia volumina. De quibus referuntur ſubiecta.

De ſancta virginitate	li.1.	De natura animæ	li.8.
De reſurrectione quæſtionum,	li.1.	De contemptu mundi	li.1.
Prognoſticon futuri ſeculi,	li.3.	Naſcentis fidem Eccleſiæ.	
De vitiis & virtutibus	li.1.	Epiſtolarum ad diuerſos	li.1.

Alia quoq; nonnulla compoſuiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit ſub Marciano Imperatore. Anno domini 450.

VICTORIANVS Buconius, Caſtellianę vrbis Mauritaniæ Epiſcopus, vir in diuinis ſcripturis iugi ſtudio exercitatus, & ſecularium literarum diſciplinis non mediocriter doctus, hæreticorum malleus fortiſſimus, & fidelium populorum doctor egregius, multa dicitur pro tutatione fidei catholicæ ſcripſiſſe opuſcula. De quibus præcipua feruntur iſta.

Aduerſum Iudæos,	li.1.	Aduerſum Arrianos	li.1.
Aduerſum omnes hæreticos	li.2.	De ſacramentis quoq;	li.1.

Claruit ſub Marciano Imperatore. Anno domini 450.

MVSÆVS presbyter Eccleſiæ Maſſilienſis, vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus, & in earum ſenſibus ſubtiliſſima exercitatione limatus, lingua ſcholaſticus & nitidus, hortatu ſancti Venerii Epiſcopi, de ſcripturis ſanctis excerpſit lectiones & reſponſoria ſingulis diebus feſtiuis totius anni apta, pſalmosque ordinauit ſingulis aptos temporibus in Eccleſia decantandos. Scripſit etiam ad Euſtaſium Epiſcopum egregium opus.

Sacramentorum li.7. Homilias plures ad populum.

Et quædam alia. Claruit ſub Marciano & Leone principibus. Anno domini 440.

VINCENTIVS presbyter, natione Gallus, in diuinis ſcripturis multũ exercitatus, linguam habens vſu loquendi, & maiorum lectione politam, ſecularium quoque literarum non ignarus. Scripſit vt refert Gennadius noſter, opus egregium & deuotis viris maximopere amplectendum.

In pſalmos commentarios, li.1. Et quædam alia.

Claruit ſub Marciano Imperatore. Anno domini 450.

CYRVS genere Alexandrinus, arte medicus, ex philoſopho monachus pro Chriſti amore factus, vir in ſecularibus literis eruditiſſimus, dicendi peritia inſignis. In ſcripturis ſuis ſyllogiſmis magis vtens quam authoritatibus diuinarum lectionum, dum aduerſus Neſtorem nimis inuehitur. Timotheanum dogma fouere perhibetur, ambiguisque ſui ſuſpendit animum à conſenſu concilii Calcedonenſis, nec acquieſcendum putat, filium Dei poſt incarnationem duabus conſtare naturis. De ſcriptis autem eius fertur.

Aduerſus Neſtorem li 1. Aduerſum hæreticos, li.1.

Claruit ſub Leone Auguſto. Anno domini 460.

SALVIANVS Maſſilienſis Eccleſiæ presbyter, vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſecularibus literis ſufficienter inſtructus, Epiſcoporum ſui temporis magiſter, ſcripſit ſermone ſcholaſtico & aperto multa & varia opuſcula, de quibus ſubiecta feruntur. Ad Claudium Epiſcopum Viennenſem plures ſcripſit Epiſtolas ſale ſapientiæ conditas. Ad Marcellum presbyterum.

De bono virginitatis	li.3.	Aduerſus auaritiam	lib.4.
De præſenti iudicio,	li.5.	Ad Solonum Epiſcopum	li.1.
Ad Claudium Viennen. Epiſcopum	li.1.	In principium Gene. hexameron.	li.1.
In extremam partem Eccleſiaſtes,	li.1.	Epiſtolarum ad diuerſos	li.1.
Homilias ad Epiſcopos factas	li.1.	De ſacramentis quoque	li.1.
Homilias plures ad populum	lib.1.		

Alia quoque multa edidit, quæ ad notitiam meam minime venerunt. Claruit ſub Zenone Imperatore. Anno domini 480.

SAMVEL Ediſſenę Eccleſiæ presbyter, in diuinis ſcripturis iugi exercitatione do-

ctus, homiliarum ad populum declamator egregius, Græco & Syro sermone peritus, claruit primum Edissæ, postea ad Constantinopolim veniens, ibidem in magno pretio habitus, diem clausit extremum. Scripsit tam Græco quã Syro sermone pene infinita opuscula. De quibus ad notitiam meam pauciſſima peruenerunt. Reperi enim tantum.

Aduersum Nestorianos li.1. Aduersum Eutycianos li.1.
Aduersum Timotheanos lib.1.

Claruit sub Zenone Augusto. Anno domini 480.

GENNADIVS Constantinopolitanæ vrbis Episcopus, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularium literarum non ignarus, ingenio subtilis & disertus eloquio, scripsit Græco sermone nonnulla in sacris voluminibus opuscula, sed in manus nostras minime peruenerunt. Fuit enim homiliarum declamator egregius, & non minus vita quam scientia scripturarum insignis. Fertur autem inter cætera opus eius commentariorum instructum.

In Danielem prophetam li.1.
Homiliæ multæ ad populum li.1. Moritur sub Leone Imperatore primo qui imperauit. Anno domini 460.

CLAVDIVS Episcopus Viennensis, ad quem Saluianus presbyter librum vnum composuit, vir in diuinis scripturis doctus, & in secularibus literis eruditissimus, non minus sanctitate quam scientia clarus, temporibus suis emicuit, qui propter frequens terræmotus letanias primus instituit, quas Romana Ecclesia deinceps continuandas suscepit. Scripsit autem.

De statu animæ. li.3. Epistolarum quoq;.

Et quædam alia. Claruit sub Zenone imperatore. Anno domini 480. Et ne quem Claudium nomen offendat ignarum, nouerit eundem dici Mamertum.

SIDONIVS Episcopus Auernorum, in diuinis scripturis doctus, & in disciplinis secularium literarum suo tempore omniũ opinione eruditissimus, carmine excellẽs & prosa, ingenio subtilis & disertus eloquio. Scripsit tam metro quam soluta oratione multa præclara opuscula. De quibus ego tantum reperire potui ea quæ subieci, videlicet.

Panegiricum Anthemio Augusto	lib.1.	*Auspicio & numero.*
Panegiricum Iulio Valerio	lib.1.	*Concipe præteritos.*
Panegiricum socero suo	li.1.	*Phœbe peragrato tam.*
Ad Felicem.	li.1.	*Dic dic quod peto ma.*
Epithalamium Ruricio & Hiberiæ	li.1.	*Inter cyaneas epiera.*
Epithalamium Polemio.	li.1.	*Forte procelloſi reme.*
Eucharisticon ad Faustum.	li.1.	*Phœbum & ter ternas.*
Epigrammatum quoq;.	li.1.	*Quatuor ante dies.*
Ad Pontium Leontium Burgi.	li.1.	*Bistonii regis stabulum.*
Laudem Narbonensis vrbis.	li.1.	*Salue Narbo potens.*
Epistolarum ad diuersos	li.9.	*Diu præcipis domine ma.*

Scripsit & alia multa breuia quidem, sed satis erudita syntagmata quorum titulos compendii amore transiui. Claruit temporibus Zenonis Augusti. Anno domini 480.

SIMPLICIVS Papa, natione Tyburtinus post sanctum Hilarium Romanæ & vniuersali Ecclesiæ præfuit annis 15. vir doctus & sanctus, qui non tantum simplex iuxta nomen suum, sed & rectus apparuit, recedens à malo ac timens Deum, Ecclesias multas nimia vetustate collapsas instaurauit, statuta Christianæ reipublicæ necessaria edidit, & ad ædificationem fidelium nonnulla conscripsit. De quibus legi tantum.

Ad Iohannem Rauennatis Episcopum. Epist.1. *Si quis esse intuitus Eccle.*
Ad Florentium & Equitium Episcopos. Epist.1. *Relationes vestræ.*
Ad Seuerum Episcopum. Epist.1.

Sed & alias multas & valde vtiles scripsit Epistolas, quas nondum vidi. Moritur sub Zenone Augusto. Anno domini 483. Indictione sexta 6. Nonas Martii, relatus in sanctos.

SERVVSDEI cuiusdam Ecclesiæ Episcopus, nomen vrbis inuenire non potui, vir in diuinis scripturis iugi exercitatione doctus, & veterum lectione diues, ingenio subtilis, apertus eloquio, fertur nonnulla cudisse opuscula. De quibus extat volumen sacris scripturis instructum, contra eos qui dicunt Christum in hac vita degentem non vidisse carneis suis oculis patrem, cuius operis prænotatio est:

Quod filius viderit patrem. lib.1.
Alia etiam quædam scripsit.

In hoc

In hoc opere ostendit quod filius Dei etiam ex hora conceptionis suæ in vtero virginis Mariæ de spiritu sancto carnalibus oculus suis Deum patrem viderit semper & deinceps & nunc carne vestitus humana. Claruisse dicitur sub Leone Imperatore. Anno Domini 480.

VICTOR Episcopus Capuanus, in scripturis sanctis eruditus, & in secularibus literis sufficienter imbutus, theologus & computista egregius acer ingenio, & eloquio clarus, in sacris voluminibus fertur nonnulla scripsisse opuscula, sed pauciſſima eorum ad notitiam meam peruenerunt. Redarguit errorem Victorii Aquiranici, qui iubente Hilario Papa, scribens cyclos paschales docebat esse celebrandum pascha 15. Cal. Maii in Anno domini 455. quod rectius erat celebrandum eo anno 7. Calend. Maii. Scripsit ergo hac occasione suborta.

De pascha. li. 1. Vnum Euangelium ex quatuor. li. 1.

Claruit sub Zenone Augusto. Anno domini 480.

CEREALIS Episcopus Africanus, vir in diuinis scripturis valde peritus, & secularium disciplinarum nõ ignarus, rogatus à Maximino Arrianorum Episcopo, si posset paucis diuinæ scripturæ testimoniis absq; disputationis duntaxat assertione consubstantialitatem patris & filii & spiritus sancti assignare. Respondit non paucis vt irridens ille petierat, sed multis vtriusque instrumenti testimoniis opus insigne componendo.

Aduersum Arrianos. li. 1. Scripsit etiam alia.

Claruit temporibus Leonis imperatoris Anno domini 460.

IOHANNES Antiochenæ Ecclesiæ presbyter, in scripturis sanctis veterum lectione diues, cum Antiochiam aliquot annis docuisset grammaticam, cœpit clericum velle profiteri, factusq; successione legitima presbyter, ad diuinas lectiones se contulit, quibus doctior effectus, tantum in declamandis homiliis valuit, quod similem suo tempore neminem habuerit. Scripsit satis instructum volumen.

Contra Timotheanos. li. 1. Homilias plures ad populum li. 1.

Et alia multa.

Claruit Zenonis Augusti temporibus. Anno domini 480.

THEODOLVS presbyter natione Italus, vir in diuinis scripturis eruditus, & in secularibus literis nobiliter doctus, veniens de Italia in Cælesyriam, ibidem presbyter & tãdem Episcopus ordinatus memoratur, multaque scribens & componens, nomen suum transmisit ad posteros. De cuius opusculis ego tantum reperi opus metricum de miraculis veteris testamenti & fabulis poetarum imposuit.

Æglogarum li. 1. *Aethiopum terras.*

De consonantia scripturarum lib. 1. De cæteris nihil reperi.

Claruit anno domini 480. sub Zenone Augusto, sub quo & moritur.

EVGENIVS Episcopus Carthaginensis in Aphrica, vir doctus & sanctus trinitatis indiuiduæ confessor publicus, multas ab Arrianis iniurias sustinuit, sub Hunerico rege Wandalorum, qui post Gensericum patrem suum Christianos persequebatur in Aphrica. Nam cum aliis Episcopis multis, linguis abscissis, in exilium missus fuit. Scripsit autẽ plena fidei & eruditionis nonnulla opuscula. De quibus subiecta feruntur.

Expositio fidei catholicæ, li. 1. Altercatio cum Arrianis habita, li. 1.

Apologeticus pro fide li. 1. Ad Eccles. suã dum in exiliũ perg. epi. 1.

Alia nihilominus scripsisse dicitur, sed ad notitiam meam non venerunt.

Claruit temporibus Augusti Zenonis. Anno domini 480.

FELIX papa tertius, natione Romanus, post sanctum Simplicium pontificem sedit in cathedra Petri annis octo, vir bonus, doctus, & sanctus, qui zelo fidei accensus, Petrum & Achacium Eutycianos Episcopos damnauit, relegans in exilium. Hic ob eam rem synodum Romæ celebrans, multa ad Ecclesiasticam vtilitatem constituit, & scripsit.

Decretum synodale, li. 1. *Flauio Boetio, mi conn.*

Epistolas decretales plures li. 1.

Moritur sub Anastasio imperatore. Anno domini 493. Indict. 1.

GENNADIVS Massylienſis Ecclesiæ presbyter, vir in diuinis scripturis eruditissimus & secularium literarum non ignarus, Græco simul & Latino ad perfectum instructus eloquio, multa conscripsit opuscula, & de græco in latinum sermonem non pauca volumina antiquorum patrum traduxit. De suis autem scriptis ipse per se in fine illustrium virorum subiecta recensuit.

De fide sua ad Gelasium Papam, li. 1. Aduersus Nestorium, li. 6.

Aduersus Eutycen,	li.9.	Aduersus Pelagium,	li.3.
Aduersus omnes hæreses,	lib.8.		
De illustribus viris	li.1.	*Iacobus cognomento.*	
De hæresi mille annorum	lib.1.		

Scripsit hæc & alia quædam, sed ad notitiam meam necdum venerunt. Claruit sub Anastasio imperatore. Anno domini 490.

GELASIVS Papa primus, natione Afer, sedit post Felicem in pontificatu annis quatuor, vir sanctus & in diuinis scripturis eruditissimus, mox initio pontificio munere, Manichæos quos in vrbe reperit, in exilium misit, & libros eorum apud basilicam sanctæ Mariæ maiorē publice cremauit. Multa pro Ecclesiastica vtilitate constituit, & plurima contra hæreticos scripsit. De cuius opusculis subiecta feruntur.

Decretum synodale,	li.1.	*Necessarium rerum dif.*	
Contra Arrianos,	li.2.	Contra Eutycen & Nestorem,	li.5.
Hymnorum instar Ambrosii,	li.1.	Epistolarum ad diuersos,	li.1.

Orationes plures & graues. Et quædam alia, Gradalia, Alleluia & Tractus cum præfationib. ad missam congruentes ordinauit, & libros sanctorū patrum authenticos ab apocryphis sequestrauit, sicut habetur dist. 15. Sancta Rom. Moritur imperante Anastasio Augusto. Anno domini 496.

FAVSTVS ex abbate Lirinensis monasterii, Episcopus Regiensis in Gallia, vir quidem doctus & eloquens, sed Pelagiano errore fœdatus, vnde & opuscula eius inter apocrypha computantur, sicut patet 15. di. Sancta Rom. Tandem à beato Fulgentio Ruspensi Episcopo correptus & emendatus, errorem deseruit, & ad veritatem catholicæ fidei reuersus est, in cuius rei argumentum egregium volumen edidit contra pristinos errores, quod de gratia Dei prænotauit. De cuius opusculis feruntur. Idem volumen.

De gratia Dei,	lib.1.	Aduersum Arrianos,	li.1.
Contra Anthropomorphitas,	li.1.		
De spiritu sancto	lib.1.	*Fides catholica in vni.*	
Ad Gratum diaconum contra Nesto.	li.1.	Ad Felicem præfectum	li.1.

Homiliæ plures ad populum.

Claruit sub Anastasio Imperatore. Anno domini 490.

FVLGENTIVS Episcopus Ruspensis in Africa, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis nobiliter doctus, ingenio subtilis, sensu profundus, eloquio dulcis, disertus & nitidus, ad docendum facilis, ad arguendum acer, ad persuadendum idoneus atque mitissimus fuit, qui non minus vitæ sanctimonia, quam scientia scripturarum clarissimus effulsit. Scripsit multa egregia volumina. De quibus subiecta feruntur.

De gratia Dei & libero arbi.	li.7.	De sancta trinitate	li.1.
De veritate prædestinationis,	li.2.	De remissione peccatorum,	li.2.
Altercatio cum Trasemundo rege,	li.1.	Regula veræ vitæ,	li.1.
De prædestinatione ad Monimi.	li.3.	*Literæ tuæ fili charissi.*	
Ad Ferrandum diaconum,	li.1.	*Epistola tua sancte frater & condi.*	
De continentia coniugali,	li.1.	*Epistolam tuam sancte sollici.*	
De virginitate ad Probam	li.1.	*Spiritali desiderio atque.*	
De oratione ad eundem	li.1.	*Domine in Christo pluri.*	
De charitate ad Eugipium abbatem	li.1.	*Vtinam sancte frater tanta.*	
De pœnitentia ad Venantiam,	li.1.	*Sicut vera lux nullate.*	
Ad Theodorum senatorem,	li.1.	*Vt ignotus corpore.*	
Ad Gallam viduam,	li.1.	*Ante menses aliquot.*	
De fide ad Donatum,	li.1.	De mysterio mediatoris,	li.5.
De sacramento incarnationis,	li.1.	Epistolarum ad diuersos,	li.1.
Sermonum multorum,	li.1.	Homiliæ quoq; innumerabiles,	li.1.
Quæstionum diuersarum,	li.1.	Adam sine a, Abel sine b, &c.	li.1.
Mitologiarum ad Catum presbyterum	li.3.	*Quamuis in efficacem pet.*	
De obstrusis sermonibus	li.1.	*Ne de tuorum præceptorum.*	
Virgilianę continentiæ moraliza	li.1.	*Expetebat quidem leui.*	
De immensitate filii Dei,	li.1.	De passione Domini,	li.1.

Sed & alia multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Erat enim tam græco quam latino sermone imbutus. Notandum vero quod liber de Adam sine a titulus

tulus est. Liber sine literis s. de Adam sine a, de Abel sine b, de Cain sine c, & sic de cæteris secundum consequentia literarum. In libro autem cuius titulus est, Expositio Virgilianæ continentiæ secundum philosophos morales, mirabili industria aurum in luto (vt sic dicam) quæsiuit, & inuenit, dum opus poetæ ad physicam rationem inclinauit. Scripsit hoc opus ad quendam diaconum. Aliud vero mitologiarum ad Catum presbyterum Carthaginensem, & de abstrusis antiquorum sermonibus ad Calcidium grammaticum, iam senem, cum ipse adhuc iuuenis esset, & literarum humanitatis scholæ doctor & rector. Claruit temporibus Trasemundi regis Wandalorum, catholicas Ecclesias persequentis sub Anastasio imperatore. Anno domini 500.

LERRANDVS diaconus Ecclesiæ Carthaginensis, ad quem S. Fulgētii supradicti nonnulla extant opuscula, vir in diuinis scripturis & studiosus & eruditus, & non minus sanctitate conuersationis, quam doctrina venerabilis. Fertur quædam viuacis ingenii cudisse volumina, de quibus ad notitiam meam subiecta tantum peruenerunt. Ad Regium comitem.

De 7. regulis innocentiæ,	li 1.	*Socialis vitæ labori.*	
Ad sanctum Fulgentium,	Epi. 1.	Epistolarum ad diuersos,	lib. 1.

Claruit cum Fulgentio sub Anastasio imperatore. Anno domini 500.

ANASTASIVS Papa secundus, natione Romanus, sedit post sanctum Gelasium pontificem anno vno, mensibus decem, vir quidem eruditus, sed ab Achatio Constantinopolitano Episcopo seductus, non diu post debitas luit pœnas erroris. Cum enim necessitati naturæ vellet obsequi, intestina cum fecibus à Deo percussus miser effudit, vt patet 19. dist. Anastasius. Et hic infamis Papa secundus fuit. Scripsit ad Anastasiū imperatorem.

De pace Ecclesiæ	Epi. 1.	*Exordium pontificatus.*

Alias quoq; fertur scripsisse Epistolas, sed in manus nostras non venerunt. Moritur diuino iudicio percussus, cum Achatium Constantinopolitanum Episcopum, ab Ecclesia damnatum & eiectum, ab exilio reuocare occulte voluisset sub Anastasio Augusto. Anno domini 498.

PASCHASIVS Romanæ Ecclesiæ Diaconus, vir doctus & sanctus, pater pauperum, eleemosynarum largitioni totus intentus, tantæ virtutis & sanctitatis extitit, vt eius Dalmaticæ attactu dæmoniacum fuisse curatum post mortem Gregorius Papa scribat in quarto libro Dialogorum. Huius animam in pœnis purgatorii vidit sanctus Germanus Capuanus Episcopus, ob nihil aliud torqueri, nisi quod in electione Symmachi Papæ Laurentium ipse magis elegerit, & in hac sententia, licet cum pace perseuerauerit vsque ad mortem. Scripsit (Gregorio teste) insigne volumen contra errores Græcorum.

De spiritu sancto,	lib. 3.

Et quædam alia.

Claruit sub Anastasio imperatore. Anno domini 500.

SYMMACHVS Papa, natione Sardus, vir doctus & sanctus, non sine discordia partium Laurentii pontificatum adeptus post Anastasium, sedit annis quindecim, mensibus sex. Homo in pauperes elemens & munificus, clerum dilexit, Ecclesias ditauit, ex vrbe fugauit hæreticos. Habita synodo Romæ centum viginti Episcoporum de obiectis criminibus, se canonice purgauit, & Petrum Rauennatis Episcopum cum suis complicibus in exilium trusit. Scripsit quasdam Epistolas & non contemnenda opuscula. De quibus ego reperi.

Decretum primæ synodi,	li. 1.	*Propter frequentiam.*
Decretum synodi Romanæ,	li. 1.	*Cum in vnum apud beatum.*
Gesta alterius synodi Romanæ,	li. 1.	*Quarta Synodus habi.*
De excessibus clericorum,	li. 1.	*Bene quidem fraterni.*
Epistolarum ad diuersos	li 1.	

Moritur sub Anastasio imperatore. Anno domini 515. Indict. 8. 14. Cal. Augusti. Cui Hormisda Papa successit.

SYMMACHVS Patricius, senator & consul Romanus, socer Boetii, Philosophus & rhetor insignis, ac Christianæ fidei cultor magnificus, quem Theodericus rex Italiæ ob suspicionem affectatæ libertatis vna cum Boetio apud Papiam in exilium relegauit, ac nō post multum temporis crudeliter iugulauit. Qui cum esset vir eruditus & eloquentissimus, fertur nonnulla composuisse opuscula, De quibus ego tantum reperire potui volumen quidem breue, sed elegans.

Epistolarum ad diuersos,	li. 1.	*Nempe derides quod de.*

De cæteris nihil vidi. Moritur imperante Anastasio, à Theodorico rege Italiæ interemptus apud Rauennam. Anno domini 524. Indict. 2.

AVITVS Episcopus Viennensis, vir in diuinis scripturis eruditus, & in secularibus literis doctissimus, theologus, rhetor, & poeta clarissimus qui non minus vitæ sanctitate quam eruditione scripturarum suo tempore pretio fuit. Scripsit tam carmine quam soluta oratione non pauca opuscula sed ad meam notitiam paucissima venerunt. E quibus feruntur heroico & eleganti metro composita subiecta.

De origine mundi	li. 1.	De peccato originali.	li. 1.
De sententia Dei	li. 1.	De diluuio mundi.	li. 1.
De transitu maris rubri	li. 1.	De virginitate ad Fuscinam sororē	li. 1.
Epistolarum ad diuersos,	li. 9.	Homiliarum multarum,	li. 1.

Et alia multa. Claruit sub Zenone & Anastasio principibus. Anno domini 500.

GODELBERTVS presbyter, in diuinis scripturis iugi exercitatione doctus, & veterum lectione diues, atq; in secularibus literis eruditissimus theologus profundus, orator clarus & poeta insignis, ingenio subtilis & ornatus eloquio, scripsit heroico metro clarissimum opus per historias & allegorias elegantissime currens ab initio mundi vsque ad partum virginis. Cuius operis titulus est.

Allegoriæ scripturarum,	li. 4.

Sed & alia plura scripsit.

Claruit vt ferunt temporibus Anastasii Augusti. Anno domini 500.

EVGIPIVS presbyter & abbas, in scripturis sanctis eruditus, & in lectione librorū sancti Augustini singulariter deuotus, atq; in literis secularium artium sufficienter instructus, vita q uoq; & conuersatione monasticæ institutionis præclarus, ad quem sancti Fulgentii Ruspensis nonnullæ feruntur Epistolæ. Scripsit quædam necessaria opuscula. De quibus ego tantum reperi subiecta. Volumen grande capitula habens trecenta exlibris beati Augustini Episcopi defloruit, ad Probam. Cuius sic incipit.

Prologus	Epist. 1.	*Dominæ merito venera.*
Liber autem sic,	lib. 1.	*Quod ad te scripsit ho.*
Vitam sancti Seuerini monachi.	lib. 1.	
Regulam monachorum eius	lib. 1.	

Claruit sub Anastasio Imperatore, secundum Honorium presbyterum. Sed secundum Sigebertum, tunc claruit sub Tyberio Constantino temporibus Pelagii Papæ 2. Anno domini 580.

BENEDICTVS abbas Cassinensis primus & fundator, patria Nursensis, institutor & princeps monachorum occidentalium, vir sanctissimæ conuersationis, & prophetico spiritu illustratus, de cuius ordine multi & eruditissimi & sanctissimi viri deinceps claruerunt, infinitos populos verbo & exemplo ab iniquitate conuertit ad Christum. Ex cuius ordine Romana sedes pontifices habuit decem & octo. Cardinales plus quam ducentos. Archiepiscopos in diuersis Ecclesiis mille sexcentos, Episcopos quatuor ferme milia. Abbates insignes, qui doctrina & scriptis claruerunt vel vita, quindecim milia septingentos. Canonizatos autem & sanctorum cathalogo insertos, vt veterum monumentis instruimur, quindecim milia sexcentos, Exceptis illis quorum in omnibus his ad nos nomina non venerunt. Et de his illustribus viris nostri ordinis iam quatuor libros speciales cōscripsimus. In quibus quorundam nomina & si non omnium signauimus. Sanctus autem Benedictus scripsit luculento sermone & præcipua discretione.

Regulam monachorum	lib. 1.	*Ausculta ô fili præcepta.*

Habet capitula septuaginta tria.

Sub hac regula viginti ordines militant quos in primo libro de illustribus viris nostri ordinis singulatim expressimus, quamuis apud nos aliqui rari sint. Claruit sub Iustino seniore. Anno domini 530. Et moritur sicut nonnulli volunt. Anno domini 542. Indict. 5. die 21. mensis Martii cum esset annorum 62. sabbato sanctæ Paschæ. Sed Marianus Scotus Computista egregius aliter scribit, dicens sic: Si sanctus pater Benedictus abbas sicut aliqui scribunt 12. Cal. April. sabbato sanct. Paschæ obiit. Anno domini 601. videtur obiisse. Nisi enim in anno 96. ante istum annum obitus eius non habetur, quia tunc si natus valde paruus fuit. Moritur ergo sanctus pater Benedictus secundum hanc Mariani supputationem, vltimo anno Mauricii Imperatoris. Anno videlicet domini 601. Ætatis suæ plus minusve nonagesimo. Indict. 4. 12. Cal. Aprilis.

BOETIVS Manlius Seuerinus, consul ordinarius Romanus, philosophus, orator & poeta

poeta insignis, in diuinis scripturis doctus, & in secularibus literis omnium suo tempore eruditissimus, gener Symmachi patricii fuit. Vir Græco & Latino copiosissime imbutus eloquio, quippe qui multa volumina tam Aristotelis quam aliorum Philosophorum de Attica lingua transtulerit in latinam, ingenio subtilis, sensu promptus atque catholicus, sermone nec Tullio inferior, quem sancti Benedicti constat amicitiã habuisse, & in monte Cassino cum Tertullio Placidi monachi patre senatore in eius mensa comedisse. Scripsit multa præclara volumina, de quibus ego reperi subiecta. Ad Symmachum socerum suum Romanæ vrbis patricium.

De sancta Trinitate,	lib.1.	*Inuestigatam diutiß.*
De vnitate Trinitatis,	lib.1.	*Quæro an pater & filius.*
De duabus naturis in Christo,	lib.1.	*Anxie te quidem diuq;.*
De fide ad Iohannem diaconum,	lib.1.	*Christianam fidem noui.*
De vnitate & vno,	lib.1.	*Vnitas est qua vna.*
De Isagogis Porphyrii	lib.2.	*Hyemantis anni tempore in.*
In secundam eiusdem editionem	lib.1.	*Secundus hic arrepte.*
In categorias Aristotelis,	lib.2.	*Expeditis his, quæ ad.*
In Perihermenias eiusdem	lib.1.	*Magna quidem libri.*
In editionem eiusdem secundam	lib.6.	*Alexander in commenta.*
De diuisionibus,	lib.1.	*Quam magnos studioßs.*
De diffinitionibus	lib.1.	*Dicendi ac disputandi.*
Ad categoricos syllo. introdu.	lib.1.	*Multa veteres philoso.*
In topicam Ciceronis	lib.6.	*Exhortatione tua pa.*
De differentiis topicis	lib.4.	*Omnis ratio disserendi.*
De syllogismo cathegorico	lib.2.	*Multa Græci veteres.*
De syllogismo hypothetico.	lib.2.	*Cum in omnibus philoso.*
De hebdomatibus	lib.1.	*Postulas vt ex hebdo.*
De Arithmetica	lib.2.	*Inter omnes priscæ autho.*
De Musica	lib.5.	*Omnium quidem perceptio.*
De philosophica consolatione,	lib.5.	*Carmina quia quondam.*
In Geometriam Euclidis	lib.3.	*Qui vero mi patrici.*
De disciplina scholariũ vt aliqui volũt,	lib.1.	*Vestra nouit intentio.*
De locis rhetoricis,	lib.1.	De prædicatione potestatis li.1.
Epistolarum ad diuersos	lib.1.	

Alia quoq; nonnulla scripsisse dicitur, sed ad notitiam meam non venerunt. Moritur eodem anno quo Symmachus patricius & Iohannes Papa sub Anastasio Imperatore, iussu Theoderici regis ad Rauennam post diuturnum exilium in carcere iugulatus. Anno domini 524. Indict. 2. Et sub nomine Seuerini catalogo sanctorum insertus dicitur.

HORMISDA Papa, natione Campanus, post Symmachum pontificem præfuit Ecclesiæ annis nouem, vir bonus, doctus & strenuus, qui Romæ congregata synodo, Eutychianam hæresim damnauit, ac Manichæos rursum pullulantes, libris errorum combustis, in exilium relegauit.

Scripsit inter cætera ingenii sui opuscula.

Decretum synodale,	lib.1.	
Ad Iustinum Augustum	Epist.1.	*Interea quæ ad vnitatem.*
Ad clericos secundæ Syriæ	Epist.1.	*Lectis literis dilectionis.*
Epistolas plures ad diuersos	lib.1.	

Moritur sub Iustino seniore Augusto. An. 521. Indict. 14. 8. Id° Aug. Iohannes successit.

EVODIVS Episcopus Ticinensis, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularium literarum, non ignarus, singularis eloquentiæ, tam græce quã latine, missus ab Hormisda Papa Constantinopolim in causis fidei ad Anastasium Imperatorem hæreticum, multis acceptis iniuriis vna cum sociis ab vrbe depellitur, dicente Anastasio. Quid nobis mandata porrigitis, qui sub nullius ditione sumus? Oportet Romanum pontificem nobis obedire, non etiam præcipere. Scripsit autem Euodius ad Symmachum Papam.

De fide catholica.	lib.1.

Et quædam alia. Claruit sub Anastasio Imper. Anno domini 510.

IORDANVS ex monacho Episcopus Gothorũ, vir in diuinis scripturis studiosus, & in secularibus literis competenter eruditus, ingenio mitis & apertus eloquio, scrutatur temporum & rerum gestarum scriptor insignis. Fertur quædam præclara compo-

fuisse volumina, de quibus ad meã notitiam paucissima peruenerunt. Reperi enim tantũ.

Historiarum. li. 2.

In quorum primo recensuit gestaRomanorum, in secundo vero originem & gesta Gothorum vsque ad finem regni ipsorum. Claruit autem sub Iustiniano Imperatore. Anno domini 530.

FAVSTVS monachus, & discipulus sanctissimi patris nostri Benedicti, natione Italus, vir scientia & moribus venerabilis, cum septem annorum esset, diuo patri Benedicto à parentibus suis fuit oblatus, à quo tandem post perfectam regularis propositi institutionem, cum beato Mauro missus fuit in Galliam ad construendum cœnobium vbi in magna sanctitate multis annis conuersatus mortuo sancto Mauro ad montem Cassinum reuersus est. Petentibus autem fratribus, scripsit claro admodum eloquio ad Bonifacium Romanæ vrbis pontificem secundum.

Vitam sancti Mauri abbatis lib. 1.

Claruit sub Phoca Imperatore. Anno domini 600.

IVSTINIANVS Imperator magnus, Iustini senioris ex sorore nepos, Imperauit post annis 38. vir magni & excellentis ingenii, locum inter Ecclesiasticos scriptores merito acquisiuit, qui & contra hæreticos volumen clarissimum edidit, & Romanas leges amplius quam in duobus milibus libris iacentes per manus Iohannis patricii, Theophili ac Dorothei consulum mirabili breuitate correxit. Nam omnes constitutiones principum quæ in multis voluminibus habebantur, ad 12. libros redigens Codicem appellauit. Rursum leges singulorum magistratuum & iudicum quæ vsque ad duo millia pene librorum (vt diximus) erant extensæ, ad numerum quinquaginta librorum in tribus voluminibus redigens, Codicem Digestorum siue Pandectarum nuncupauit. Quatuor etiam institutionum libros composuit, in quibus nucleus legum comprehenditur & exponitur. Nouas quoq; leges quas ipse statuerat, in vnum volumen redegit. Omnium librorum itaq; Iustiniani Imperatoris qui ad nos peruenerunt, ordo est iste subiectus, videlicet.

Codex Iustiniani lib. 12. *Hæc quæ necessario.*
Digestum siue pandecta, lib. 50.
Institutionum, lib. 4. *Imperatoriam Maiesta.*
Epitoma legum lib. 1. De incarnatione domini contra Euty. li. 3.

Aduersum Episcopos Africanos, lib. 1. Quis dubitet eum & alia, præsertim Epistolas & multas & elegantes scripsisse, quæ ad manus nostras non venerunt? Hic tandem in senectute sua amens & stultus effectus moritur. Anno domini 565. Indictione 13. Iustinus iunior ei successit.

DIONYSIVS abbas Romanus, cognomento (vt fertur) exiguus, vir certe ingenio & scientia magnus atque clarissimus, in scripturis sanctis eruditus, & in disciplina secularium literarum nobiliter doctus, Græco & Latino eloquio clarus, computista & calculator temporum egregius. Scripsit latino sermone nonnulla opuscula. De quibus ego tantum reperi subiecta, Annorum 532.

Cyclum paschalem magnum lib. 1.
De ratione festi paschalis, lib. 1. *Paschalis festi rationem.*

De cæteris nihil reperi. Transtulit autem de Græco in latinum vitam S. Bachomii abbatis, librum quoque Gregorii Emisæni de conditione hominis, & scripta Protherii Alexandrini Episcopi ad Leonem Papam, & quædã alia. Inchoauit autem cyclum suum anno domini 532. qui fuit vltimus annus magni cycli paschalis, qui semel exactus, in eundem semper reuertitur.

Claruit ergo sub Iustiniano Imperatore magno Anno domini 540.

FECVNDVS Episcopus Ermianensis, in scripturis sanctis veterum lectione & diues & eruditus, atq; in secularibus literis sufficienter doctus. Fertur nonnulla pro ædificatione legentium scripsisse volumina. De quibus ad nos tantum peruenit opus grande & eximium eleganti stylo conscriptum, & magnis veterum authoritatibus instructum.

Pro defensione trium capitulorum, lib. 12.

Claruit sub Iustiniano imperatore. Anno domini 540.

IVSTINIANVS Episcopus Valentinus, vir in diuinis scripturis eruditus, & humanarum literarum non ignarus, de vna matre tres fratres habuit Episcopos, Iustum videlicet, Nebridium, & Elpidium, viros doctos & eruditos, qui varia conscripserunt opuscula, quæ tamen ad manus nostras minime venerunt. Ipse autem inter cætera composuit ad quendam Rusticum nomine.

De quinq;

De quinque quæstionibus lib. 1. Et quædam alia.

Claruit in Hispania sub Iustiniano imperatore. Anno domini. 540.

IVSTVS Orgelitanæ ecclesię episc. frater præfati Iustiniani præsulis, vir & ipse in scripturis sanctis exercitatus & doctus, in exponendis diuinis & canonicis voluminibus excellentis ingenii. Scripsit satis elegans & commendabile volumen scholastico sermone.

In Cantica Canticorum lib. 1. Et alia multa.

Claruit cum fratre suo sub Iustiniano imperatore. Anno domini. 540.

APRIGIVS ecclesiæ Pacensis Hispaniarum episcopus, in diuinis scripturis doctus, & in secularibus literis eruditissimus, ingenio subtilis, & lingua disertus, tam glorioſe & profunde sacras scripturas exposuit, vt in eius comparatione veteres scriptores nō exposuisse viderentur. De cuius opusculis extat insigne volumen subtili sensu & illustri sermone.

In Apocalypsin Iohannis lib. 1. In Cantica Canticorum lib. 1.

Alia quoque multa edidit, quæ ad manus nostras non venerunt.

Claruit temporibus Theodoti regis Gothorum, sub Iustiniano imperatore magno. Anno domini. 530.

CASSIODORVS monachus, & abbas cœnobii apud vrbem Rauennatensem, vir in diuinis scripturis valde doctus, & in secularib. literis omniū suo tempore facile eruditissimus, non minus sanctitate quam scientia clarissimus effulsit. Hic primum fuit Cancellarius Theoderici regis Italiæ, & senator Rauennatis, ac Romanæ vrbis consul, postea contemptis vanis honoribus seculi pro Dei amore monachus factus est. Extunc studium literarum humanitatis ad expositionem sanctarum scripturarum conferens, multos elegantissimos tractatus composuit. De cuius opusculis subiecta feruntur, Ex persona tam sui quam regis Theoderici scripsit.

Epistolarum ad diuersos	li. 28.		
De ratione animę	lib. 1.	*Cum iam suscepti.*	
In totum Psalterium	lib. 1.	*Beatus vir, &c. Nimis.*	
Institutionem diuinarum lectionum	li. 2.	*Cum studia secularium.*	
In Cantica Canticorum	lib. 1.	*Salomon inspiratus.*	
Institutionem secularium literarum	lib. 9.	*Intentus nobis est de.*	
Historiam tripartitam comportauit	li. 12.	*Vtiliter nimis in capi.*	
Catalogum consulum Romanorum	lib. 1.	De etymologiis	lib. 1.
Sacerdotem prænotatum	lib. 1.	De schematibus & tropis	lib. 1.
Memoriale scripturarum	lib. 1.	De Orthographia,	lib. 1.
Complexiones in Apocalypsin	lib. 1.	In epistolas canonicas	lib. 7.
In actus Apostolorum	lib. 1.		

Alia quoque multa composuit, quæ ad notitiam nostræ lectionis non venerunt. Claruit temporibus Iustini senioris vsque ad imperii Iustinini iunioris pene finem, annos habens ætatis plusquam. 95. Anno domini. 575.

ARATOR sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ subdiaconus, vir in diuinis scripturis exercitatus, & in secularium disciplinarum literis nobiliter doctus, carmine valens & prosa, ingenio subtilis, eloquio clarus & nitidus, scripsit valde insigne volumen ad Florianum quendam abbatem metro compositum.

In actus Apostolorum	lib. 2.	*Vt sceleris Iudæa sui.*
Ad Florianum abbatem	epi. 1.	*Qui meritis florem ma.*
Ad Vigilium papam	epi. 1.	*Mœnibus vndosis bel.*

Et quædam alia quæ non vidi.

Arator iste poeta clarissimus & theologus insignis, Codicem in actus Apostolorum quē eleganti metro composuit, papæ Vigilio ante confessionem S. Petri. 7. Idus Aprilis, multis episcopis & viris doctis pręsentibus obtulit, eumque iubente pontifice magna parte publice coram omnibus recitauit. Hora labente papa Vigilius codicē, venerabili Surgentio primicerio in scrinio locandū tradidit, vt eius lectionem vacante tempore perficeret. Cuius sanctitatem omnes viri docti obnixe rogabant, quatenus librum ex integro coram eis legi præciperet. Quod cum fieri præcepisset in ecclesia S. Petri ad vincula, religiosorū & nobilium laicorum magna turba conuenit, atq; ipso Aratore recitante distinctis verbis ambo libri 4. vicibus sunt auditi, cum vno die medietas libri tantummodo legeretur propter assiduas repetitiones, quas auditores cum multiplici fauore postulabant. Vbi nunc his temporibus tale studium literarum? Vbi amor scientiæ salutaris? Religiosi nostri & nobiles clerici quoq; & pontifices nō libros sed census cumulāt nō literas sed auaritiā colūt. Iam legit

Antimachus plura carmina,& rece dentib.singulis vix vnicus Plato inuenitur & remanet. Sed de his importune iã loquimur. Claruit Arator sub Iustiniano imp. Anno domini. 540.

VICTOR episcopus Cummenensis ecclesiæ Africanæ, vir in diuinis scripturis eruditus,& in secularibus literis nobiliter doctus pro defensione trium capitulorum à Iustiniano imperatore & Eutycio episcopo vrbis Constantinopolitanæ in Ægyptum exilio relegatus fuit, vnde rursus euocatus Constãtinopolim, dum imperatori & episcopo obtrectatoribus eorundẽ capitulorum resisteret, in monasteriũ eiusdẽ vrbis custodiẽdus mittitur, atq; in eadem damnatione, vt dicunt permanens moritur. Scripsit inter cætera sui ingenii opuscula, ab initio mundi vsq; ad primum Iustini Iunioris imperii annum. De rebus gestis & bellis ecclesiasticis valde vtilem.

Historiam lib.1. Pro defensione trium capitulorum lib.1.
Et quædam alia.

Claruit sub Iustiniano imperatore. Anno domini. 540.

GREGORIVS Papa primus ex monacho ordinis S. Benedicti, patria Romanus, post Pelagiũ pontificem sedit in cathedra Petri annis. 13. mensibus. 6. vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis vtiq; doctissimus, theologorum princeps, splendor philosophorum, & rhetorum lumen, vita & conuersatione integer atque sanctissimus, cui diuinas scripturas explanãti, Spiritus Sanctus aliquotiens visibili specie apparuit, eiq; arcana mysteriorum eorundem in visibili magisterio reserauit. Hic Romæ apud S. Petrum habita Synodo viginti quatuor episcoporum, multa ad ecclesiæ vtilitatem constituit, & decretum immunitatis monasteriorum promulgauit. Scripsit autem plura necessaria volumina. De quibus feruntur subiecta.

Ad Leandrum Hispalensem episcopum.

Moralium in librum Iob	li.35.	*Inter multos sæpe.*
De cura pastorali	li.2.	*Pastoralis curæ me.*
Dialogorum de miraculis sanctorum	li.4.	*Quadam die nimis quo.*
In Cantica canticorum	li.4.	*Post quam à paradisi gau.*
In Ezechielem prophetam	li.2.	*Dei omnipotentis aspira.*
Homiliæ Euangeliorum.40.	li.2.	*Dominus ac redemptor noster.*
Explanatio. 4. Euangelhorum bre.	li.4.	*Mattheus sicut in or.*
In 7. Psalmos pœnitentiales	li.1.	*Si ille rex.*
Epistolarum ad diuersos	li.10.	*Gregorius episcopus seruus. aliter Valde neces-*
Rationale diuinorum	li.1.	*sarium.*
Procemiorum no. & ve. test.	li.1.	De Sacramentis. lib.1.

Cum adhuc esset leuita ex persona Pelagii Papæ conscripsit valde insignẽ epistolam ad Heliam Aquilegiensem episcopũ, nolentẽ tria capitula Calcedonensis Synodi suscipere, quę inter epistolas eius non habetur. Fertur & alia cõplura conscripsisse, videlicet in prophetas, in libros Regũ, in libros quoq; Moysi, & in alias scripturas sanctas quæ post mortẽ eius necdũ multiplicatę, æmuli sui nequissimi glorię & sanctitati eius inuidẽtes igni eas cõbusserũt, sicut Ioan. diaconus in libro vitę eius cõqueritur. Moritur aũt beatissimus papa Gregorius secundo anno Phocæ Imperatoris, qui fuit domini 605. Indictione octaua. 4. Idus Martii. multis coruscans miraculis.

LEANDER episc. Hispalensis ex monacho, patria Carthaginens. puinciæ Hispanię, patre natus Seueriano, vir studiosissimus, & tã in diuinis scripturis q̃ in secularib. literis nobiliter, eruditus, suauis eloquio, ingenio præstantissimus, vita quoq; & cõuersatione sanctus & Deo dilectus, cuius prædicatione & industria Hermigildus filius Leuigildi regis Gothorũ Arriani, ad fidei orthodoxæ cõfessionẽ reductus, in vigilia Paschæ à patre hæretico interfectus martyrii coronã accepit. Cuius frater Richardus mox vt defuncto patre, regnum suscepit, instante & prædicante Leandro, hæresi renuntiauit, & totã gentẽ Wesogotorum sibi subditã, ad fidẽ catholicã conuertit. Ad hunc Leandrum beatus Gregorius volumina cõmentariorum in Iob edidit. Scripsit autẽ & ipse nonnulla opuscula. De quibus feruntur subiecta. Cum propter fidẽ catholicã esset ab Arrianis relegatus in exilium. Scripsit.

Aduersum hæreticos	lib.2.	Contra instituta Arrianorum	lib.1.
De virginitate ad Florentinam	lib.1.	Orationes duplici editione in Psal.	lib.1.
De contemptu mortis ad fratrem	lib.1.	De sacrificiorum laude	lib.1.
Epistolarum ad diuersos	lib.1.		

Sed & alia nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit anno domini. 590. sub Mauritio Imp. Moritur sub Richardo deuotissimo Gothorum principe, miraculis clarens.

PRISCI-

PRISCIANVS Grammaticus, patria Cæsariensis, vir in secularibus literis eruditissimus, Græco & Latino peritus eloquio apud Cosdram regem Persarum in pretio magno habitus. Scripsit in arte Grammatica quædam præclara volumina, quæ apud veteres in magna authoritate habebantur. E quibus ista feruntur. Ad Iulianum patricium.

De partibus orationis	lib. 2.	De constructione	lib. 1.
De accentibus	lib. 1.	De Cosmographia	lib. 1.

De naturalibus quæstionibus ad cos. lib. 1.

Alia quoque nonnulla scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit vt quibusdam placet, temporibus Cosdræ regis Persarum, & Heraclii Imperatoris. Anno domini. 620.

MARCVS monachus & discipulus sancti patris Benedicti, & ab eo familiarissime dilectus, vir in diuinis scripturis eruditus, & in secularibus literis peritissimus, orator & insignis poeta, moribus & conuersatione præclarus. Scripsit post beatum Gregorium papã, superaddens aliqua heroico carmine elegantissime currente.

Vitam sancti Benedicti	lib. 1.	Et quædam alia.	

Claruit vsque ad imperium Heraclii Augusti. Anno domini. 610.

FORTVNATVS episcopus Pictauiensis, natione Italus, vir in diuinis scripturis doctus, & in secularibus literis eruditissimus, ingenio subtilis, eloquio disertus & nitidus, carmine & prosa excellens inter cunctos suæ ætatis doctores non minus sanctitate conuersationis, quam scientia eruditionis clarus effulsit. Hic virtute S. Martini à dolore oculorum liberatus, pro agenda gratiarum actione Thuronis ad eius sepulchrum venit, & Pictauis progressus, primo presbyter, deinde episcopus ibidem ordinatus, magna doctrina & religione claruit. Scripsit eleganti carmine multa vtilia & deuota opuscula. De quibus ego tantum vidi subiecta. Ad sanctam Radegundem regis Thuringorum vltimi filiam, & regis Francorum captiuam: postea Pictauiensis cœnobii abbatissam, versu hexametro.

Excidium regni Thuringorum	lib. 1.	*Conditio belli tristis.*	
Ad Iuuinium de Radegunde	lib. 1.	*Aonias auido qui lã.*	
Ad Iustinum iuniorem	lib. 1.	*Gloria summi patris natique.*	
Ad Sophiam Augustam	lib. 1.	*Cui meritis compar nu.*	
In persona Radegundis	lib. 1.	*Post patriæ cineres.*	
In laudem Martini episcopi	lib. 1.	*Lumen Apostolicum cum spar.*	
De Leontio venerabili episcopo	lib. 1.	*Inter quos genuit radi.*	
De eodem laudis	lib. 1.	*Agnoscat omne seculum.*	
Hymnorum septuagintaseptem	lib. 1.	*Agnoscat omne seculum.*	
De miraculis sancti Martini	lib. 4.		
Vitam S. Hilarii Pictauiensis	lib. 1.	Ad Oporicum vitæ suæ	lib. 1.
Vitam S. Maurilii episcopi	lib. 1.	Epistolarum ad diuersos	lib. 1.
Carminum ad amicos	lib. 1.	*Rex regionis apex, &.*	

Alia quoque multa composuit, quæ cum breuia sint, sub librorum nomine nolui consignare. plura enim epitaphia & versus breues scripsit quos vidi. Claruit sub Iustino iuniore Augusto. Anno domini. 570.

GREGORIVS episcopus Thuronensis ex monacho discipulus quondam S. Auiti præsulis Auernorum, vir doctus, & nobilis, mitis quoq; & humilis, tantæ sanctitatis & puritatis extitit, vt etiam in vita miraculis coruscauerit. Hic Apostolorum Petri & Pauli limina visitans, à beato papa Gregorio cum maxima reuerentia & charitate, vt vere sanctus susceptus est & amicus singularis & vnicus ab eo dilectus. Scripsit simplici & aperto sermone nonnulla volumina. De quibus extant.

De laude sanctorum martyrum	lib. 1.	*Hieronymus presbyter.*	
De vita quorundam confessorum	lib. 1.	*Statueram illa tantum scri.*	
De miraculis S. Iuliani martyris	lib. 1.	*Magnum in nobis quo.*	
De miraculis S. Martini	lib. 4.	*Omnibus sanctis & in Christi.*	
Historia Francorum	li. 10.	*Scripturus bella regum.*	
Epitoma eiusdem	lib. 1.	Chronica ecclesiasticæ historiæ	lib. 1.

Cætera quæ composuit, ad notitiam lectionis nostræ nondum venerunt. Claruit temporibus Mauricii imperatoris. Anno domini. 600.

MARTINVS episcopus Dumiensis cœnobii rector quondam & abbas, vir tam in diuinis scripturis quam in secularibus literis eruditus, veniens à partibus orientis in Galliam, Sueuorum populum doctrina & miraculis ab Arriana impietate ad rectam fidē con-

uertit, regulas orthodoxæ fidei constituit, monasteria condidit, ecclesias reformauit. Scripsit ad Mitonem regem Galitiæ de quatuor virtutibus, quas cardinales appellant, instructum volumen quod prænotare voluit.

Formulam honestæ vitæ lib.1. *Glorioſiſſimo & tran.*
Epistolarum moralium lib.1. *Et quædam alia quæ non vidi.*

Claruit sub Theudemiro rege Sueuorum, imperium Constantinopolitanum gubernante Iustiniano Augusto. Anno domini. 540.

PATERIVS Romanæ ecclesiæ Notarius & Secundicærius, vir in diuinis scripturis iugi studio exercitatus, & literarū secularium non ignarus, colligens omnia diuinę scripturæ testimonia, per quæ beatus Gregorius papa obscura suæ expositionis dilucidauit, tres libros edidit, duos videlicet de testimoniis Veteris testamenti, & vnum de testimoniis Noui testamenti, ipsumque codicem prænotauit.

Testimoniorum lib.3. Dum beatissimi atque apostolici

De cæteris nihil vidi. Claruit Romæ eodem tempore quo Gregorius papa vniuersali ecclesiæ præfuit, & eo hortante præfatum volumen comportauit. Imperiū tenente Mauritio Augusto, & post eum Phoca. Anno domini. 600.

COLVMBANVS primus fundator & abbas Luxouiensis cœnobii, natione Scotus, vir eximiæ sanctitatis, meriti & doctrinæ, pater multorum millium monachorum, & monasteriorum plurium fundator, diuini verbi seminator egregius, ex Hybernia veniens in Galliam & Germaniam, velut olim Druidum princeps, cultus diuini & cœnobia auxit & famulos. Cum adhuc iunior esset magnum studium literis sanctis impendit, adeo vt eleganti stylo scripserit.

In totum Psalterium eōmentariorum li.1. Et quasdam ad fratres epistolas

Moritur sub Mauricio imperatore. Anno domini. 598. Indictione prima, 11. Cal. Dec.

IOHANNES episcopus Constantinopolitanus, natione Cappadox vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, inęstimabilis abstinentiæ & sanctitatis, adeo intentus eleemosynis & operib. pietatis, vt imperator Mauritius aduersus eū auaritiæ zelo permot⁹, omnes pauperes mendicātes de ciuitate Constantinopolitana expelli præciperet. Scripsit Græco sermone ad S. Leandrum episcopum Hispalensem. De quo supra diximus.

De sacramento baptismi lib.1. Epistolarum ad diuersos lib.1.

Et quædam alia. Claruit sub Mauritio imperatore. Anno domini. 600.

LICINIANVS Carthaginis Spartariæ episcopus, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularium literarum non ignarus, post multa studiorum exercitia apud Constantinopolim ab æmulis suis veneni poculo extinctus est sub Mauritio imperatore. Nec eum læsit mors subita, dicente scriptura: Iustus quacunq; morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Tunc enim veraciter viuere incipit, cum bonis operib. ornatus ad Christū per mortē nunquam moriturus vadit. Scripsit autem non contemnendę lectionis quędam opuscula. De quibus adhuc nullum videre merui. Fertur autem eius opusculum.

De Sacramento baptismatis lib.1. Ad Eutropium abbatē epistolarum lib.1.
Ad diuersos quoque epistolarum lib.1. Et quædam alia

Claruit sub Mauritio imperatore. Anno domini. 590.

SEVERVS Malacitanæ vrbis episcopus, socius & collega quondam præfati Licinianiantistitis, vir in scripturis sanctis eruditus, & in secularium literarum disciplinis nobiliter doctus, ingenio acutus, eloquio clarus. Scripsit contra Vincentium Cæsaraugustanæ vrbis episcopum, qui de catholica fide in Arrianam prauitatem fuerat deuolutus.

Correctorium lib.1. De virginitate ad sororem lib.1.
Epistolarum ad diuersos lib.1.

Claruit Anno domini. 580. sub Mauritio imperatore, sub quo & moritur.

EVTROPIVS episcopus Valentinæ ecclesiæ, quondam abbas monasterii Sirbitani ordinis S. Benedicti, ad quē Licinianus episcopus adhuc in præfato cœnobio cōmorantē multas conscripsit epistolas, vir tam in diuinis scripturis quam in secularibus literis magnifice doctus, & monasticis disciplinis apprime imbutus. Cum adhuc esset abbas, scripsit ad Licinianum episcopum cur baptizatis infantibus post hæc tribuatur.

Chrismatis vnctio lib.1. De cohortatione monachorum lib.1.

Et plures epistolas ad diuersos.

Claruit temporibus Mauritii imperatoris. Anno domini. 600.

IOHANNES episcopus Gerundensis ex monacho ordinis nostri, natione Gothus, ex prouincia Lusitaniæ, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, moribus quoque

quoque & conuersatione clarus, Græco & Latino sermone doctus & inclytus fuit, qui cũ adolescens Constantinopoli amore discendi peteret septennio elapso ad Hispanias reuersus est. Quem rex Leuigildus cum ad Arrianam impietatem vellet traducere & non posset, per decenniũ duro satis exilio damnauit. Indeà Richardo rege Christianissimo reuocatus, monasterium condidit, vbi fratribus suis verbo & exemplo regularis disciplinæ tramitem ostendit. Scripsit.

Exhortatorium ad monachos lib.1. Additiones in Chronicam lib.1.

Alia quoque multa composuit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

Claruit sub Richardo Wesogothorum rege Christianissimo in Hispaniis, temporibus Mauricii & Phocæ imperatorum. Anno domini. 600.

MAXIMVS Cæsaraugustanæ vrbis episcopus, in diuinis scripturis doctus, & in secularibus non mediocriter eruditus ingenio promptus, & nitidus eloquio, carmine excellens & prosa, edidit vtroque stylo satis præclara volumina, quæ ad notitiam lectionis nostræ adhuc minime venerunt. Fertur autem eius insigne volumen & opus amœnum.

Degestis Gothorum in Hispaniis lib.1.

Claruit temporibus Phocæ imperatoris. Anno domini. 610.

IONAS monachus & discipulus S. Columbani abbatis & socius peregrinationis eius, natione Scotus, vir studiosus, eruditus & scientia clarus non minus religione quam doctrina venerabilis, ad multorum ædificationem rogantibus fratribus composito sermone scripsit.

Vitam sancti Columbani lib.1. Vitam sancti Attalæ monachi lib.1.

Vitam sancti Eustasii abbatis lib.1.

Claruit sub Heraclio imperatore. Anno domini. 630.

LEONTIVS Neopolitanæ vrbis insulæ Cypri episcopus, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularium literarum non ignarus, vita quoque & conuersatione clarissimus, & dignus Deo præsul. Scripsit inter cætera ingenii sui opuscula, volumen insigne de actibus & conuersatione admirabilis illius patriarchæ Alexandrini, qui ob incredibilem pietatem & miserationem in pauperes cognominatus est.

Iohannes eleemosynarius lib.1. *De cæteris nihil reperi.*

Claruit temporibus Phocæ imperatoris. Anno domini. 610.

ISIDORVS iunior, episcopus Hispalensis post Leandrum, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis nulli suo tempore secũdus, ingenio subtilis, sensu clarus, eloquio compositus, carmine excellens & prosa, non minus sanctitate quam doctrina insignis effulsit. Hic dicitur iunior ad differentiam senioris episcopi Cordubẽsis, cuius suprà fecimus mentionem, vel alterius etiam, qui eum præcessit, Hispalensis episcopi.

Scripsit autem iste Isidorus iunior multa præclara opuscula. De quibus duntaxat reperi subiecta. Ad Braulionem episcopum.

Etymologiarum	lib.20.	*Disciplina à discendo.*	
In Genesim allegorice	lib.1.	*Historia sacræ legis.*	
In Exodum	lib.1.	*Quædam mysteria.*	
In Numeris	lib.1.	*Ideo hic liber vnus.*	
In Leuiticum	lib.1.	*Sequens Leuiticus li.*	
In Deuteronomium	lib.1.	*Liber Deuteronomii.*	
In Iosue	lib.1.	*Post mortem Mosi.*	
In Iudicum	lib.1.	*Historia Iudicum.*	
In Regum	lib.4.	*Post librum Iudicum sequitur.*	
In Ruth	lib.1.	In Paralipomenon	lib.2.
In Esdram & Neemiam	lib.3.	In Tobiam	lib.1.
In Iudith	lib.1.	In Hester	lib.1.
In Iob	lib.1.	In Psalterium	lib.1.
In prouerbia Salomonis	lib.1.	In Ecclesiasten	lib.1.
In Cantica canticorum	lib.1.	In librum Sapientiæ	lib.1.
In ecclesiasticum	lib.1.	In Esaiam prophetam	lib.1.
In Hieremiam	lib.1.	In Ezechielem	lib.1.
In Danielem prophetam	lib.1.	In 12. Prophetas minores	lib.12.
In Machabæorum	lib.2.		
In quatuor Euangelia	lib.4.	*Liber generationis, &c.*	
In epistolas Pauli	lib.14.	In epistolas canonicas	lib.7.

In Actus Apostolorum	lib.1.	In Apocalypsin	lib.1.
Interpretationis noui & vet. test.	lib.2.	*Domino meo & Dei seruo.*	
Procœmiorum	lib.1.	*Quinque libri Mosi.*	
Differentiarum	lib.1.	*Inter Deum & Dominum.*	
De ortu & obitu sanctorum	lib.1.	*Adam protoplastus & co.*	
Ad sororem contra Iudæos	lib.2.	*Dominæ sanctæ flore sō.*	
Synonymorum vel soliloquiorum	lib.2.	*Venit nuper ad manus.*	
De illustribus viris	lib.1.	*Osius Cordubensis ciui.*	
De summo bono sententiarum	lib.3.	*Summum bonum Deus est.*	
De origine officiorum	lib.2.	*Ea quæ de officiis di.*	
De sancta Trinitate	lib.1.	De corpore & sanguine Domini	lib.1.
De officio missæ	lib.1.	Decretum canonum	lib.1.
De computo & natura rerum	lib.1.	De proprietate rerum	lib.1.
Sermonum	lib.1.	Ecclesiasticorum dogmatum	lib.1.
Lamentum pœnitentis	lib.1.		
De astronomia	lib.1.	*Domino & filio chariß.*	
Historiam seu Chronicam	lib.3.	De Cosmographia	lib.1.
De Grammatica & vocabulis	lib.1.		
Allegoriarum quoque	lib.1.	*Mysteria sacræ scrip.*	
De hæresibus	lib.1.	Epistolarum ad diuersos	lib.1.

Alia quoq; multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Heraclona imperatore filio Heraclii. Anno domini. 630. temporibus Sisebuti regis Gothorum in Hispania, & ob sanctissimam vitam & conuersationem suam catalogo sanctorum insertus est, cuius festum celebratur. 18. Cal. Februarii.

CÆSARIVS ex monacho Lirinensis cœnobii episcopus Arelatensis, vir in diuinis scripturis valde eruditus, ingenio placidus, eloquio dulcis & ornatus, & mira sententiarum breuitate decorus, vita & cōuersatione sanctissimus, quippe qui ab adolescentia sua monasticis disciplinis institutus, abbas Lirinensis multo tempore fuit. Scripsit non spernendæ lectionis quædam pręclara opuscula, quæ monasticis & religiosis Deoq; dicatis personis valde necessaria & vtilia sunt. De quibus extant.

De gratia & libero arbitrio	lib.1.		
Sermonum ad monachos	lib.1.	*Vereor in Christo ve.*	
Decretum trium conciliorum Arelat. li.3.		De cæteris nihil reperi.	

In tertio sermone, qui est de pugna monachi contra vitia, & se & eos, quibus loquitur, professores & monachos ordinis & regulæ sanctissimi patris nostri Benedicti confitetur.

Claruit temporibus Constantini imperatoris filii Heraclii & filiorum eius. Anno domini. 670. sub quibus, Synodo Arelatensi glorioſe præsedit.

ANDOENVS qui & Dado, episcopus Rothomagensis, natione Gallicus, frater sancti Adonis monachi, vir doctus atque sanctissimus, fundator cœnobii Resbacensis, cum esset eruditus tam in scripturis sanctis quam etiam in literis secularibus, scripsit elegantissimo stylo ad Rupertum episcopum Parisiensem.

Vitam S. Eligii episcopi Nouiomensis li.3. Et quædam alia.

Claruit multa sanctitate virtutibus & signis, temporibus Constantini supradicti imperatoris. Anno domini. 660.

THEODORVS septimus archiepiscopus Cantuariensis à Vitelliano papa consecratus, natione Græcus ex Tarso Ciliciæ monachus ordinis nostri in vrbe Roma. vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis nulli suo tempore secundus, Græco & Latino sermone peritissimus, carmine quoque excellens & prosa, & non minus sanctitate quā scientia clarus, habita Synodo in Anglia, multa ad Anglicanę ecclesiæ vtilitatem constituit. Scripsit autem inter cætera ingenii sui monimenta, egregium opus de qualitate pœnitentiæ iniungendæ his qui inmultis criminib. deliquissent. Cuius operis titulus est.

Pœnitentiale Theodori	lib.1.	Epistolas nonnullas ad diuersos.	

Moritur autem non sine opinione sanctitatis, sub Iustiniano minore imperatore. Anno domini. 690. Indictione. 3. Anno ætatis suæ. 78. episcopatus autem sui. 22.

LEO papa secundus, natione Siculus, sedit in cathedra Petri post Agathonem mensibus duntaxat vndecim, vir in diuinis & secularibus scripturis eruditissimus, Græca & Latina lingua sufficienter instructus, subtilis & eloquens, & non minus sanctus quam doctus, transtulit de Græco in Latinum sextam Synodum, quæ tempore Agathonis papæ prę-

prædecessoris sui celebrata fuit in vrbe Constantinopoli, in qua damnatus est Macharius Antiochenus episcopus cũ complicib. suis, Cyro, Sergio, Honorio, Pirrho, Paulo & Petro episcopis, qui vnam voluntatem & operationem tantum in Domino nostro Iesu Christo dogmatizabant. Scripsit etiam.

Epistolas multas ad diuersos lib. 1. Et quædam similia.

Moritur sub Constantino imperatore filio Constantini. Anno domini. 677. Indictione quinta. 5. Nonas Iulias.

ADAMANNVS presbyter & abbas monasterii Huensis, quod S. Columbanus quõdam constructit in insula Scotiæ, vir in diuinis scripturis valde studiosus & eruditus, secularium quoque literarum non ignarus, ingenio cautus & dulcis eloquio, vita & conuersatione præclarus, non sine opinione sanctitatis, pater multorum monachorum fuit. Scripsit inter cætera satis compositio sermone volumen

De locis terræ sanctæ lib. 1.. Et quasdam epistolas.

Claruit sub Iustiniano iuniore Augusto. Anno domini. 690.

BENEDICTVS abbas in Britannia, vir in diuinis scripturis & studiosus & eruditus, atque regularis disciplinæ conseruator & dilatator egregius, scripsit insigne opusculum ad monachos, in quo omnes regulas sanctorum patrum regulæ beatissimi patris nostri Benedicti conferens, ostendit quod omnium aliorum regulæ eædem consonent, & illa à nulla penitus discordet. Ob hanc causam codicem suum prænotauit.

Concordiam regularum lib. 1. Scripsit & alia.

Claruit sub Constantino Imperatore. Anno domini. 670.

ADELMVS episcopus occidentalium Saxonum ex abbate Maildubensis cœnobii in Scotia ordinis S. Benedicti, vir deuotus & eximiæ sanctitatis in scripturis sanctis studiosus & doctus atque in secularibus literis in Anglia suo tempore omnium eruditissimus, carmine excellens & prosa, prædicator verbi diuini feruentissimus. Scripsit gemino stylo quædam instructa volumina. De quibus ego tantum reperi subiecta. Cum adhuc abbas esset iubente Synodo gentis suæ, scripsit aduersus errorem Britonum insigne & vtile opus.

De celebratione Paschæ lib. 1.

De virginitate sanctorum metrice lib. 1. *Omnipotens genitor mun.*

De eadem re prosaice lib. 1. *Reuerendissimus Christi vir.*

Epistolas plures ad diuersos lib. 1.

Alia quoque multa scripsisse legitur, quæ ad notitiam nostræ lectionis non venerunt. Claruit sub Iustiniano minore. Anno domini. 680.

CEOLFRIDVS post Benedictum secundus abbas monasterii sanctorum Petri & Pauli Apostolorum in Anglia ordinis sancti Benedicti, præceptor & nutritor Bedæ presbyteri, vir deuotus & eruditus, ac regularis disciplinæ gubernator strenuus. Scripsit ad regem Pictorum petentem satis prolixam epistolam in modum libelli.

De obseruatione Paschæ lib. 1.

Claruit in Anglia temporibus Iustiniani iunioris Imperatoris. Anno domini. 680. Tandem cum limina visitans Apostolorum reuerteretur, moritur in ciuitate Lingonensi. Anno ætatis suæ. 74.

EGIDIVS monachus ordinis sancti Benedicti, natione Græcus, in diuinis scripturis eruditus, & in secularibus literis peritissimus, medicus, philosophus, & poeta insignis, & non minus conuersatione quam scientia venerabilis. Scripsit non spernendæ vtilitatis quædam opuscula, de quibus ego duntaxat reperi subiecta. Opus insigne metro compactum.

De pulsibus lib. 1. *Ingenii vires modicis.*

De venis quoque lib. 1. *Dicitur hinc vena quando fit.*

De aliis nihil vidi

Claruit sub Tyberio Imperatore. Anno domini. 700.

BEDA monachus & presbyter monasterii sanctorum Petri & Pauli Apostolorum, quod est in Anglia, ordinis sancti Benedicti, vir in diuinis scripturis studiosissimus, & valde eruditus, atque in secularibus literis peritissimus, philosophus, astronomus, calculator, & poeta insignis, Græci sermonis non ignarus, ingenio præstans, eloquio non curiosus, dulcis tamen & compositus. Multa scripsit volumina, in quibus acumen ingenii eius comprobatur. Hic cum esset septem annorum cura propinquorum datus fuit educandus Benedicto abbati, ac deinde Ceolfrido dicti monasterii Muramutha cunctumque ex

eo tempus vitæ in eiusdem monasterii habitatione peragens, omnẽ meditandis scripturis operam dedit atque inter obseruãtiam disciplinæ regularis, & quotidianã cantandi in ecclesia curam semper aut discere, aut docere, aut scribere dulce habuit. Nonodecimo autẽ ætatis suæ anno diaconatum, tricesimo presbyteratus gradum, vtrumque per ministerium Iohannis episcopi, iubente Ceolfrido abbate suscepit, ex quo tempore accepti presbyteratus vsque ad finem vitæ suæ subiecta opuscula composuit.

In Genesim vsque ad Isaac	lib. 4.	In Exodum	lib. 1.
In Numeros	lib. 1.	In Leuiticum	lib. 1.
In Deuteronomium	lib. 1.	De tabernaculo & vasis eius	lib. 3.
In principium Regum	lib. 3.		
In Regum triginta quæstionum	lib. 1.	*Dilectissimo fratri no.*	
De ædificatione templi	lib. 2.	*Hortatur nos vas elec.*	
In Iosue	lib. 1.	In Iudicum	lib. 1.
In Paralipomenon	lib. 2.		
In Prouerbia Salomonis	lib. 3.	*Parabolæ Græce, Lati.*	
In Ecclesiasten.	lib. 1.		
In Cantica canticorum	lib. 6.	*Scripturis iuuante gra.*	
In Esdram & Neemiam	lib. 3.	*Eximius sacræ inter.*	
In Tobiam	lib. 1.	*Liber sancti patris nostri*	
In Esaiam prophetam	lib. 2.	In Hieremiam	lib. 2.
In Ezechielem	lib. 1.	In Danielem	lib. 1.
In duodecim prophetas minores	li. 12.		
In Euangelium Marci	lib. 4.	*Expositionem Euangelii.*	
In Euangelium Lucæ	lib. 6.	*Beatus Euangelista Lucas.*	
Homilias Euangeliorum	lib. 2.	*Exordium nostræ redempti.*	
In epistolas Pauli	li. 14.		
In Epistolas Canonicas	lib. 7.	*Iacobus, &c. dixit de.*	
In Actus Apostolorum	lib. 2.	*Actus vero Apostolorum &.*	
In Apocalypsim	lib. 3.	*Apoca. sancti Iohannis.*	
De temporibus & natura rerum	lib. 1.	*De natura rerum & ratione.*	
Aliud minus volumen	lib. 2.		
Scintillarum ex sententiis patrum	lib. 1.	*Dominus dicit in Euangelio.*	
Gesta Anglorum	lib. 5.	*Britannia oceani insu.*	
Flores beati Gregorii Canintica	lib. 2.	*In expositione Cantici.*	
Gesta diuersorum sanctorum	lib. 1.	De passione sancti Felicis	lib. 1.
Vitam sancti Alberti episcopi	lib. 2.	Chronicam sui cœnobii	lib. 1.
Martyrologium	lib. 1.		
Hymnorum diuerso carmine	lib. 1.	*Primo Deus globum cæ.*	
Epigrammata heroico metro	lib. 1.	De locis sanctis	lib. 1.
Lectiones in vetus testamen.	lib. 1.	Lectiones noui testamenti	lib. 1.
Distinctiones in Hieremiam	lib. 1.	Distinctiones in Iob	lib. 1.
De Christo & ecclesia	lib. 2.	De cantico Abbacuc	lib. 1.
De arte metrica	lib. 1.	*Qui notitiam metricæ.*	
De Schematibus	lib. 1.	*Solet aliquotiens in.*	
De Orthographia	lib. 1.	Epistolarum ad diuersos	lib. 1.

Alia insuper multa edidit, quæ ad nostræ lectionis notitiam non venerunt. Huius opuscula etiam adhuc eo viuente & semper noua scribente, tantæ authoritatis erant, vt ordinatione præsulum Angliæ in ecclesiis publice legerentur. Cumque in homiliarum impositione nomen ex more autoris venerabilis Bedæ presbyteri scriberent, aliter eum cum viueret, prædicare non valentes, obtinuit vsq; in hodiernum diem titulus semel à principio attributus, vt Beda venerabilis potius dicatur quam sanctus. Viuentẽ enim aliter nuncupare (& si sanctus fuerit) non licebat. Sunt qui alias rationes huius tituli venerabilis fingant, alii ex inscriptione Epitaphii, alii cæcum fuisse Bedã somniantes. Sed errant, quoniam Beda nec cęcus fuit, nec sepulchro eius tale epitaphium inscriptum nouimus. Et quidem nisi breuitati consuletem, deliramenta hæc facilime confutarem. Moritur sub Leone Imperatore. Anno domini. 732. Indictione. 15. Ætatis suæ. Anno. 72. pridie Calend. Iunii.

GREGORIVS papa secundus, patria Romanus, sedit in cathedra Petri post Constan-

stantinum pontificem annis 16. mensibus. 9. vir certe doctus atq; sanctissimus, qui Bonifacium monachum Anglicum natione Moguntinum ordinauit episcopum. Scripsit plena eruditionis quædam opuscula, de quibus feruntur subiecta. Ad interrogata Iustiniani.

Responsionum lib.1. Contra Leonem Augustum lib.1.
Ad Iohannem epis. Constantinop. lib.1. Epistolarum ad diuersos lib.1.

Moritur sub Leone Imperatore. Anno domini. 731. Indictione. 14. 3. Idus Februarii. Cui Gregorius tertius successit.

BONIFACIVS primus archiepisc. Moguntinus, natione Scotus, monachus ordinis S. Benedicti, cum esset puer quinq; annorum, à parentib. suis monasterio in Anglia, quod Mischele dicitur, oblatus est, in quo literis ac moribus studium impendens, vir & doctus & sanctissimus euasit. Ordinatus autem presbyter, amore peregrinandi pro Christo venit in Germaniam, ibiq; prædicans verbum Dei, à Gregorio papa primo episcopus Moguntinensis ordinatus est, & ab eius successore Gregorio tertio in archiepiscopū & primatem Germaniæ sublimatus. Qui cum esset vir eruditus, non tantum verbo, sed & scriptis commissam sibi docebat plebem. De cuius opusculis ego tantum reperi.

Epistolarum ad diuersos lib.1. Vitam quorundam sanctorum lib.1.

Moritur in Frisia prædicans, martyrio coronatus, temporibus Pippini Imperatoris. Anno domini. 755. Indictione octaua. Episcopatus sui Anno 36. Nonis Iunii. Cuius corpus beatus Lullus quem post se ordinauerat archiepiscopum, ad monasterium Fuldēse in Buchonia situm reduci fecit, & honorifice sepeliri.

VERVS episcopus Hispalensis prouinciæ Beticæ vbi Isidorus olim præsulatum gerebat, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularium literarum non ignarus, ingenio acutus, sermone luculentus, non minus vita quam eruditione spectabilis. Scripsit ad ædificationem fidelium, & pręcipue Aranficæ Galliarū ecclesię virtutibus & miraculis claram.

Vitam Eutropii episcopi lib.1. Et quædam alia.

Claruisse dicitur temporibus Pippini Imperatoris. Anno domini. 760.

WALAFRIDVS abbas S. Galli vt dicitur, natione Germanus, vir in diuinis scripturis studiosus & in secularibus literis omnium suo tempore doctissimus, ingenio & eloquio clarus, carmine valens & prosa, monarcha disciplinæ regularis, & multorum pater monachorum. Scripsit ad ædificationem omnium fidelium deuote legentium.

Vitam S. Galli prosaice lib.1. Eandem postea metrice lib.1.
De officiis diuinis lib.1. Epistolas plures ad diuersos

Et alia nonnulla scripsisse dicitur, quæ ad manus nostras non venerunt.

Claruit temporibus Augusti Tiberii. Circa annos domini. 700.

GREGORIVS papa tertius Romanæ & vniuersali Ecclesiæ præsedit post Gregorium secundum annis vndecim, vir pius, clemens, atq; sanctissimus, & tam in secularibus literis, quam in diuinis scripturis eruditissimus, Græca & Latina eloquentia insignis, habita Romæ Synodo Leonem & Constantium Imperatores, imagines sanctorum contemnentes excommunicauit, ac de imperio deposuit. Scripsit etiam inter cætera ad eosdē Imperatores.

Commonitorium lib.1. Ad eosdem lib.1.
Contra eosdem lib.1. Epistolarum ad diuersos lib.1.

Et quædam alia. Moritur sub Leone & Constantio Imperatoribus. Anno domini. 742. Indictione Decima. 4. Cal. Decemb.

IOHANNES monachus & presbyter, cognomento Chrysoras, natione Damascenus ex Syria, vir in diuinis scripturis & in secularibus literis eruditus, & non minus vita quā scientia clarus, animatus & prouocatus scriptis Gregorii papæ tertii, quibus impugnabat errorem Leonis imperatoris. Scripsit & ipse Græcis suis Græco sermone.

Contra Leonem imperatorem lib.2.

Et quædam alia. Claruit sub Leone imperatore. Anno 730.

WILLIBALDVS primus episcopus Eistetensis, natione Scotus, frater S. Walpurgis virginis abbatissæ Heidenhemensis, monachus & discipulus S. Bonifacii martyris, ordinis S. Benedicti, vir doctus atq; sanctissimus, ingenio & eloquio clarus. Scripsit ad ædificationem fidelium, petente S. Lullo archiepiscopo Moguntino satis illustri sermone.

Vitam S. Bonifacii episcopi lib.1. *Illustrem igitur ac vere.*

Nescio si quid amplius edidit

Claruit sub Pippino patre Caroli Magni. Anno domini. 760.

ZACHARIAS papa natione Græcus, post Gregorium III. præfuit vniuersali ecclesiæ an-

clesiæ annis decem, vir doctissimus, qui propter eruditionem & vitæ sanctitatem optimis pontificibus comparandus iure censetur. Quatuor libros dialogorum beati Gregorii papę magni de Latino in Græcum transtulit, & plures Latini sermonis ignaros, lectione eorum illuminauit. Scripsit etiam sua vetta Latino sermone valde elegantes & vtiles.

Ad diuersos epistolas lib.1.

In quibus ad sanctum Bonifacium archiepiscopum Moguntinum plures extant. Moritur sub Pipino biennio ante martyrium eiusdem S. Bonifacii. Anno domini. 752. Indictione quinta. Idibus Marcii.

ALCVINVS siue Albinus monachus & diaconus, abbas monasterii sancti Martini Thuronensis, natione Anglicus, S. Bedæ presbyteri quondam auditor, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularium literarum peritia nulli suo tempore secundus, carmine excellens & prosa, de Britannia ab imperatore Carolo Magno euocatus, in tanta familiaritate apud eum habitus est, vt imperatoris magister deliciosus fuerit appellatus, cuius magisterio ipse imperator omnib. liberalium artium disciplinis initiari satagebat. Scripsit multa præclara volumina, de quibus feruntur.

De sancta Trinitate & fide	lib.3.	*Domino glorioso Carolo im.*	
Ad quæstiones Fredigisi	lib.1.	*Desiderantissimo filio.*	
Ad Eulaliam de ratione animæ	lib.1.	*Charissimæ in Christi cha.*	
Ad Guidonem comitē de virtutibus	lib.1.	*Dilectissimo filio Guid.*	
Sententiarum	lib.1.	In Genesim	lib.1.
In Cantica Canticorum	lib.1.	In ecclesiasten	lib.1.
In Euangelium Iohannis	lib.7.	In epistolas Pauli	li.14.
In Apocalypsin Iohannis	lib.1.		
De adoptione filiorum Dei	lib.1.	*Venerabili & in Christi.*	
De ecclesiasticis dogmatibus	lib.1.	*Credimus vnum Deum.*	
Speculum paruulorum	lib.1.	*In scriptura diuina le*	
De nominum Dei proprietate	lib.1.	Ad discipulos dialogus	lib.1.
Vita S. Vedasti episcopi	lib.1.	Enchiridion in quibusdam Psal.	lib.1.
Epistolarum ad diuersos	lib.1.	De artibus liberalibus	lib.1.

Alia quoque multa scripsisse dicitur, quæ tamen ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub imperio Caroli Magni. Anno domini. 770.

ISVARDVS monachus ordinis S. Benedicti, natione Gallus, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularium literarum non ignarus, ingenio promptus & clarus eloquio, iussu Caroli imperatoris Magni post Eusebium, Hieronymum, & Bedam ex scripturis veterum comportauit gesta & passiones sanctorum martyrum, confessorum & virginum in vnum non paruæ quantitatis volumen, quod nos prænotare solemus.

Martyrologium lib.1. Et quædam alia.

Claruit sub eodem Carolo imperatore. Anno domini. 770.

PAVLVS monachus Cassinensis cœnobii, ordinis sancti Benedicti, natione Italus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis nobiliter doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio, propter scientiam literarum apud Carolum imperatorem in magno pretio habitus fuit. Hic olim ante conuersionem suam diaconus fuit Aquilegiensis ecclesiæ, & Desiderii vltimi regis Longobardorum cancellarius, & cum eodem captus a Carolo in Galliam ductus, demum monachus factus est. Scripsit tam metro quā prosa non pauca volumina. De quibus ego tantum reperi subiecta. Rogatu Aldeburgæ filiæ Desiderii regis addidit.

Ad Chronicam Eutropii	lib.2.	Gesta episcoporum Metensium	lib.1.
Vitam Gregorii papę primi	lib.1.	Vitam S. Arnulphi episcopi	lib.1.
Vitam sancti Benedicti mettice	lib.1.		
Gesta Longobardorum	lib.6.	*Septentrionalis plaga.*	
Hymnos plures diuerso metro	lib.1.		
Epistolarum ad diuersos.	lib.1.		

Iussu Caroli ordinauit historias & lectiones per totum annū singulis festiuitatibus sanctorum congruentes. Et alia multa digessit & scripsit.

Claruit eiusdem Caroli Magni temporibus. Anno domini. 780.

ADRIANVS papa primus, natione Romanus, post Stephanum tertium sedit in pōtificatu annis viginti tribus, vir doctus atque sanctissimus, apud Carolum imperatorem in maximo honore habitus, multa ad vtilitatem ecclesiasticam constituit, & Felicianam hæresim

resim in Synodo trecẽtorũ quinquaginta episcoporũ iussu Caroli imperatoris apud Francfurdiam damnauit. Qui cum studiosus & eruditus esset in scripturis diuinis libros 13. epistolarum S. Gregorii papæ abbreuiauit in duos, vtiliora decerpens. Scripsit etiam de sua vena ad Leonem iunioré & Constantinum filium eius imperatores Constantinopoli.

De veneratione imaginum lib.1. Ad Carolum imperatorem. lib.1.
Epistolarum ad diuersos lib.1.

Moritur Carolo magno imperatore Anno domini. 795. Indictione. 3. In die natalis Domini. 7. Cal. Ianuarii.

RVGGANDVS episcopus Metensis, Pippini regis ex sorore nepos, nobilitatem generis nobilitas sanctis moribus & studio scripturarum, corporum sanctorum martyrũ venerator egregius, clerum & populum sibi commissum verbo & exemplo ad iustitiam erudire cupiens. Scripsit pro clericis Metensis ecclesiæ satis instructam & vtilem.

Regulam canonicorum lib.1. Et quædam alia.

Hic corpora sanctorum martyrum Gorgonii, Naboris & Nazarii, de Roma in Franciã transtulit, & corpus S. Nazarii in monasterio Laurissa, tunc ordinis diui Benedicti Wormaciensis diœcesis reconditum est.

Claruit sub Pippino rege patre Caroli imperatoris. Anno domini. 760.

LEO Papa tertius, natione Romanus, post Adrianum pontificem sedit annis viginti, vir in scripturis tam diuinis quam secularibus valde eruditus, morum quoq; & vitæ sanctimonia clarissimus, qui Carolum cognomento & opere magnum ad imperium Romanorum vnxit, & hanc dignitatem à Græcis in Francos transtulit. Scripsit inter alia.

Epistolarum ad diuersos lib.1.

Moritur sub Carolo idibus Iunii. Anno domini. 816. Indictione. 9.

HAYMO tertius episcopus Halberstatensis ecclesiæ in Saxonia ex abbate Hirsfeldensis cœnobii ordinis S. Benedicti, natione Theutonicus, Alcuini monachi quondam auditor, ad quem Rabanus Fuldensis tunc abbas. 22. libros de vniuerso composuit, vir certe vndecunq; doctissimus, diuinarum scripturarum sagacissimus interpres, in declamandis homiliis ad populum excellentis ingenii fuit. Hic primo fuit monachus Fuldensis cœnobii cum Rabano, postea factus est tertius Abbas Hirsfeldensis, postremo tertius episcopus Halberstatensis consecratus. Eandem ecclesiam verbo & exemplo strenue gubernauit annis tredecim. Scripsit autem pene infinita opuscula, de quibus ista quæ subiecimus, feruntur.

In quinq; libros Moysi	lib.5.	In Iosue	lib.1.
In Iudicum	lib.1.	In Ruth	lib.1.
In Regum	lib.1.	In Paralipomenon	lib.1.
In Tobiam	lib.1.	In Esdram & Neemiam	lib.1.
In Iudith	lib.1.	In Hester	lib.1.
In Iob	lib.1.	In Cantica canticorum	lib.1.
In Esaiam prophetam	lib.3.	*Esaias propheta nobili*	
In Hieremiam	lib.1.		
In Ezechielem	lib.1.	*Et factum, &c. dicit beatus.*	
In Danielem	lib.1.		
In 12. Prophetas minores	li.12.	*Verbum quod factum est.*	
In Psalmos quoque	lib.1.		
In Euangeliis homiliarum	lib.2.	*Consulens dominus huma.*	
In omnes epistolas Pauli	lib.1.	*A Corintho metropo.*	
In epistolas canonicas	lib.7.	In actus Apostolorum	lib.1.
In Apocalypsin	lib.1.	*Legimus in ecclesiastis.*	
De veritate librorum	lib.3.	*Cum sis vnicum & sanctissi.*	
De sancta Trinitate	lib.1.	De Christianarum rerũ memoriã	lib.1.

Alia quoq; multa scripsisse dicitur, epistolas, sermones & diuersos tractatus, qui ad notitiam meam non venerunt. Moritur sub Ludouico imperatore filio Caroli Magni. Anno domini. 834. Indictione. 12. Sepultus in ecclesia S. Stephani Halberstatensi.

CLAVDIVS monachus ordinis S. Benedicti, discipulus quondam (vt ferunt) Bedæ in Anglia, & collega Albini leuitæ & abbatis, natione Scotus, vir in diuinis scripturis valde studiosus & eruditus, & secularis doctrinæ non ignarus, carmine exercitatus & prosa, multa in sacris voluminibus composuit opuscula. De quibus feruntur.

In quinq; libros Moysi lib.5. In Iudicum quoq; lib.1.

In li-

In librum Ruth lib.1. In Euangelium Matthæi lib.1.
Et alia multa

Claruit in Gallia sub Carolo Magno. Anno domini. 800.

FRECVLPHVS episcopus Lexouiensis, in prouincia Rothomagẽsi, monachus ordinis sancti Benedicti, ad quem Rabanus adhuc Abbas multis voluminibus exercitauit ingenium, vir in diuinis scripturis studiosissimus & valde peritus, atq; in docenda plebe satis idoneus non minus conuersatione quam scientia insignis, fertur quædã præclara scripsisse opuscula. De quibus tantum legi volumen grande & insigne, continens ab exordio mundi vsque ad natiuitatem Domini nostri Iesu Christi.

Rerum gestarum historiam lib.7. *Dum aliquam temporis.*

Dealiis nihil vidi. Scripsit autem præfatum opus ad Helisacharum, in quo etiam difficiliores quęstiones scripturarum enodauit, & res tam Iudæorum quam etiam Gentilium ab initio mundi vsque ad partum virginis gestas, luculento sermone conscripsit.

Claruit sub Ludowico. Anno domini. 840.

THEODVLPHVS episcopus Aurelianensis, ex abbate Floriacensis cœnobii ordinis sancti Benedicti, vir in diuinis scripturis doctus, & in secularibus literis à iuuentute instructus, carmine excellens & prosa. Fertur nonnulla vtroque stylo composuisse opuscula sed in manus nostras adhuc minime venerunt. Hic à Ludouico Imperatore nescio ob quã suspitionem innocenter missus in carcerem, hymnum, Gloria laus composuit, quem cum in die Palmarum transeunte Imperatore iuxta carcerem alta voce cecinisset adeo imperatori complacuit, vt statim abire liberum permiserit. Scripsit autem inter cætera diuerso metro.

Hymnorum lib.1. Epistolarum lib.1.

Claruit sub imperio Ludouici. Anno domini. 840.

EINARDVS cancellarius Caroli Magni Imperatoris, natione Teutonicus, & postea monachus ordinis diui patris Benedicti, vir in secularibus literis eruditissimus, & diuinarum scripturarum non ignarus. Scripsit non spernendæ lectionis opuscula, de quibus feruntur subiecta. Imitatus Bedam qui abbreuiauit hebraicum Psalterium, excerpendo de illo omnes versus verba orationis habentes, abbreuiauit & ipse gallicanum Psalterium, excerpens de eo omnes versus verba orationis habentes. Scripsit etiam tam ex persona sui quam imperatoris.

Epistolarum ad diuersos lib.1. Vitam Caroli imperatoris lib.1.
Historiam temporum lib.1. Et quędam alia.

Claruit sub Carolo & Ludouico eius filio. Anno domini. 820.

IOHANNES Scotus monachus ordinis sancti Benedicti, Bedæ monachi & doctoris clarissimi quondam auditor atque discipulus collega Albini, veniẽs cum eo de Britannia in Galliam apud Carolum Imperatorem magnum in pretio fuit. Qui cum esset vir in omnibus scripturis doctissimus, edidit claro sermone clarissima opuscula, de quibus ista feruntur.

In Euangelium Matthæi lib.3. De officiis humanis lib.1.
De diuisione naturæ lib.1.

Alia quoque multa composuit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

Claruit temporibus Caroli Magni Imperatoris. Anno domini. 800.

HILDVINVS abbas monasterii sancti Dionysii Parisiensis, ordinis diui patris Benedicti, sacri Palatii archicapellanus, ad quem Rabanus abbas Fuldensis in quatuor libros Regum commentarios edidit, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis valde peritus, excellens tam metro quam prosa. Scripsit ad Ludouicum Imperatorem vtroque stylo.

Vitam sancti Dionysii lib.2. Et quædam alia.

Claruit sub Ludouico Imperatoris Caroli filio. Anno domini. 840.

HINCMARVS archiepiscopus Remensis, ex monacho sancti Dionysii Parisiensis, vir in diuinis scripturis singulariter doctus, & in secularibus literis nulli suo tempore secũdus, sapientia & morum honestate conspicuus atque eloquentissimus. Scripsit non contemnendæ authoritatis plura opuscula, de quibus ego tantum reperi subiecta. Sub persona Caroli Magni Imperatoris scripsit valde instructe.

Ad ecclesiam Rauennatensem lib.1. Vitam sancti Remigii episcopi lib.2.
Ad Walonem episcopum Metensem li.1. Epistolarum multarum lib.1.

De cæteris nihil vidi. Claruit sub Carolo Magno & Ludouico eius filio Imperatorib.

Anno

Anno natiuitatis dominicæ. 800. Et multa dogmata scripsit.

HAMVLARIVS Fortunatus archiepiscopus Treuerēsis, natione Teutonicus, monachus Lexouiensis, & Romanæ ecclesiæ Cardinalis vir doctus & eloquētissimus, Græcæ & Latinæ eloquentiæ insignis, missus a Carolo imperatore magno Constātinopolim ad imperatorē Michaelē, pacem & amicitiā inter eos mirabili industria & eloquentia sua cōfirmauit, sicut in gestis Treuerorum continetur. Scripsit autem inter cætera.

De ecclesiasticis officiis	lib. 1.	*Satis & nimium quidem.*	
Ad Ludouicum de eadem re	lib. 4.	De mysteriis missę	lib. 1.
Ad diuersos epistolas	lib. 1.		

Moritur sub Ludouico imperatore. Anno domini. 813. Indictione. 6. Episcopatus sui anno circiter. 16.

ANGELOMVS monachus Lexouiēsis, ordinis S. Benedicti, vir in diuinis scripturis exponēdis nobile sortitus ingeniū, vt quę ipse exposuit, veteres in eius cōparatione nō exposuisse videantur, seculariū quoq; scripturarū non ignarus, iussu Dragonis episcopi Metēsis, qui fuit filius Caroli Magni & frater Ludouici Imperatoris, scripsit excellentissimum opus, & quale me in scripturis sanctis alias legisse non memini.

In libros Regum	lib. 4.	*Igitur cum a quampluribus.*	
Ad Lotharium in cantica	lib. 1.	*Priusquam augustale decus.*	
De diuinis officiis	lib. 1.	Et quædam alia.	

Claruit sub Ludouico & Lothario eius filio. Anno domini. 830.

RABANVS Maurus sextus archiepisc. Moguntinus, ex abbate Fuldēsis monasterii ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus ex ciuitate Fuldensi in Buchonia, Albini Anglici quōdam auditor, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularib. literis nobiliter doctus Philosophus, Rhetor, Astronomus & Poeta subtilissimus, cui (vt absq; inuidia loquar) nec Italia similē, nec Germania peperit æqualē. In monasterio siquidē Fuldensi adhuc iuuenis monachū induit, & tā morib. quā scientia mirabiliter profecit, vnde & quartus eiusdem cœnobii abbas consecratus, ouibus sibi cōmissis verbo & exemplo 24. annis præfuit, & pene infinita opuscula scripturarum cōposuit. Tandē offensus improbitate monachorum suorū, qui eum dicebant nimiū scripturis intentum temporalia negligere, agēte id in eis diabolo, displicentiā contra eū acceperunt, scandalizati in eo, quo maxime debuerant ædificari. Dans igitur locū irę, nec cum ingratis ouibus diutius manere consentiens, monasteriū & habitatores eius deseruit, & ad Ludouicum Imp. filium Caroli transmigrauit, cum quo & multis dieb. permānsit. Monachi autē pœnitentia ducti, legationē ad eum mittentes rogabant, vt rediret ad monasterium, sed non impetrarunt. Mansit ergo cū imperatore vsq; ad mortem Otgarii Moguntinensis archiepiscopi, in cuius locū suffectus præfuit ecclesiæ præfatæ Mogūtinę annis 9. Habita quoq; Synodo multa ad vtilitatem fideliū constituit. Scripsit autē in monasterio Fuldensi adhuc constitutus, tā carmine quā soluta oratione multa volumina, maxime in scripturis sanctis quas à principio vsq; ad finē omnes explanauit. De cuius scriptis subiecta feruntur. Ad Freculphum episcopum Lexouiensem, cuius supra fecimus mentionem, scripsit insigne opus.

In Genesim	lib. 4.	*In princi. &c. plurima. su.*	
In Exodum	lib. 4.	*Exodus exitus dici.*	
In Numeros	lib. 4.	*Numerorum librum multi.*	
In Leuiticum	lib. 4.	*Sequentis libri. 1. Leui.*	
In Deuteronomium	lib. 4.	*Filii Israel. castra mo.*	
In Iosue	lib. 2.	*Domino beatissimo vereq.*	
In Iudicum	lib. 2.	*Post mortem Iosue.*	
In librum Ruth	lib. 1.	*Scrutantibus ergo histo.*	
In Regum ad Hilduinum	lib. 4.	*Fuit vir, &c. Dicamus.*	
In Paralypomenon	lib. 4.	*Adam, &c. decimus ab.*	
In Esdram & Neemiam	lib. 3.	In Tobiam	lib. 1.
In Iudith	lib. 7.	*Domine electe & merito.*	
In Hester	lib. 1.	*Liber Hester quem he.*	
In Iob	lib. 1.	In Psalmos	lib. 1.
In Prouerbia Salomonis	lib. 1.	In Ecclesiasten	lib. 1.
In Cantica canticorum			
In librum Sapientiæ	lib. 3.	*Diligite, &c. Admo.*	
In Ecclesiasticum	li. 10.	*Omnis sa. &c. prin. ergo.*	

In Esaiam prophetam	lib.8.	*Domino reuerendissimo &.*	
In Hieremiam	li.20.		
In Ezechielem	li.20.	*Et factum est, &c. vsus.*	
In Danielem	lib.3.	In 12. Prophetas minores	li.12.
In Machabæorum	lib.3.	*Et factum est postquam per.*	
In Euangelium Matthæi	lib.8.	*Expectationem itaque.*	
In Euangelium Lucæ	lib.3.	In Euangelium Marci	lib.4.
In Euangelium Iohannis	lib.1.	*Inter omnia diuinæ histo.*	
In omnes epistolas Pauli	li.23.	*Venerando fratri Lupo*	
In epistolas canonicas	lib.7.	In Actus Apostolorum	lib.1.
In Apocalypsin Iohannis	lib.1.		
De laude sanctæ crucis	lib.2.	*Rex regum Dominus mundum.*	
Ad Haymonem episc. de vniuerso	li.22.	*Primum apud Hebræos.*	
De vniuersali natura	lib.1.	*Vniuersitatis disputa.*	
De institutione clericorum	lib.3.	*Domino re. ac reli. haistul.*	
De diuinis officiis	lib.1.		
De computo, dialogum	lib.1.	*Quia te venerande pater.*	
Ad Ludouicum regem	lib.1.	De quæstionibus canonum	lib.1.
Ad Reginbaldum episcopum	lib.1.	De benedictionibus patriarcharum	lib.1.
Epistolarum ad diuersos	lib.1.	Sermonũ innumerabilium pene	lib.1.

Alia insuper multa edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Moritur sub Ludouico & Lothario principibus. Anno domini. 855. Indictione tertia, episcopatus sui anno nono. Sepultus in monasterio sancti Albani prope Mogumtiam, non sine opinione sanctitatis, cuius epitaphium in viginti ferme ornatis versibus legi.

BELLATOR cuiusdam ecclesiæ presbyter, in diuinis scripturis studiosus & eruditus, ac veterũ lectione diues, ingenio & eloquio clarus, atq; in secularibus literis satis instructus. Multa fertur in scripturis sanctis exposuisse volumina, quib. ingenium suum magnifice excitauit. Extat eius præter cætera insigne volumẽ, quod petentibus amicis edidit.

In librum Sapientiæ	lib.7.	De aliis nihil reperi.	

Claruisse dicitur temporibus Ludouici Imperatoris. Anno domini. 840.

STRABVS monachus Fuldensis, natione Teutonicus, Rabani abbatis quondam auditor & scriba, vir in diuinis scripturis eruditus & in studiis secularium literarum nobiliter doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio. Scripsit in sacris voluminibus expositis non pauca opuscula. in quibus se virum doctum exhibens, nomen suum cum gloria transmisit ad posteros. Imitatus itaq; magistrum suum Rabanum abbatem, Scripsit,

In Genesim	lib.1.	In exodum	lib.1.
In Leuiticum	lib.1.	Libri Leuitici breuiss.	

Et alia multa. Hic deniq; Strabus glossam, quæ ordinaria nunc dicitur, super totam Bibliam ex dictis sanctorum patrum primus cõportasse memoratur, quam alii multis postmodum adiunctis sententiis patrum ampliarunt.

Claruit sub Ludouico imperatore Anno domini. 840.

LVPVS Seruatus presbyter, ad quem Rabanus abbas Fuldensis octo libros in epistolã Pauli Apostoli ad Romanos scripsisse legitur, vir in diuinis scripturis studiosus & doctus, atq; in secularib. literis iuxta ætatẽ sui tẽporis copiose peritus. Scripsit nõnulla ingenii sui opuscula, De quibus ad meam notitiã pauciss. perue nerunt. Extat eius volumen.

De tribus quæstionibus	lib.1.	Et quædam epistolæ, Nec non & alia.	

Claruit sub Lothario filio Ludouici. Anno domini. 850.

IOHANNES dictus Erigena, monachus, in diuinis scripturis doctus & in disciplina secularium literarum eruditissimus, Græco & Latino ad plenum instructus eloquio, ingenio subtilis, sermone compositus, iubente Carolo filio Ludouici fratre Lotharii Imperatoris transtulit in Latinum.

Hierarchiam & libros Dionysii	lib.4.	Scripsit super eisdem	lib.4.

Et quædam alia. Claruit sub Lothario Imperatore. Anno domini. 850.

ANSEGISVS abbas Lobiensis cœnobii, ordinis S. Benedicti, & postea Senonensis archiepiscopus, vir in diuinis scripturis eruditus, & in secularib. literis nobiliter doctus, sermone & ingenio clarus, distinxit & comportauit ad vtilitatem ecclesiæ catholicę imperatorum Caroli Magni & Ludouici leges, quas vidi vt sequitur, videlicet.

Statuta Ecclesiastica Caroli	lib.2.	*Regnante Domino nostro Iesu.*	

Leges

Leges mundanas eiusdem lib. 2. *De pace admonemus.*
Statuta ecclesiastica Ludouici lib. 2. *Omnibus vobis aut visu.*
Leges mundanas eiusdem lib. 2. *Si serui per contumaciam.*
Alia insuper nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt.
Claruit sub Lothario Imperatore filio Ludouici. Anno 840.

HAMVLVS episcopus Lugdunensis in Gallia, vir in diuinis scripturis studiosus, & veterum lectione eruditus, atq; in secularibus literis non mediocriter doctus, tam Hebraica quam Latina lingua clarus, ingenio acer & vehemens, eloquio scholasticus atq; compositus. Scripsit non contemnendę lectionis opuscula, de quibus ego tantum legi opus insigne ad Carolum.

Contra Iudæos lib. 1. *Detestanda Iudæorum.*
De cæteris adhuc nullum vidi.
Claruit sub Ludouico Caroli Magni filio. Anno 830.

BERTRAMVS presbyter & monachus, in diuinis scripturis valde peritus, & in literis secularium disciplinarum egregie doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio, nec minus vita q̃ doctrina insignis. Scripsit multa præclara opuscula, de quib. ad meã notitiã pauca puenerũt. Ad Carolum regem fratrẽ Lotharii imperatoris scripsit cõmendabile opus.

De prædestinatione lib. 1. De corpore & sanguine Domini lib. 1.
Claruit temporibus Lotharii Imperatoris. Anno domini. 830.

TVRPINVS archiepiscopus Remensis, Caroli imperatoris magni amicus & Secretarius, vir in diuinis scripturis eruditus, & in secularibus literis nobiliter doctus, carmine & prosa exercitatum habens ingenium, pauperum aduocatus, vita & conuersatione Deo dilectus, qui se cum Carolo propriis manibus & armis Sarracænos sæpe fatetur expugnasse. Scripsit eleganter.

Gesta Caroli Magni lib. 2. Epistolarum ad diuersos lib. 1.
Claruit sub eodem Carolo & Ludouico eius filio. Anno Domini. 830.

ANASTASIVS apostolicæ bibliothecæ custos & instaurator sagacissimus, in diuinis scripturis eruditus, & in secularibus literis nobiliter doctus, Græco & Latino multum peritus eloquio, fertur nonnulla composuisse opuscula, sed ad manus nostras nihil eorum peruenit. Transtulit autem multa Grecorum volumina in Latinum. Nam iubente Nicolao papa, primo transtulit.

Vitam Ioannis eleemosynarii lib. 1. Vnam Dionysii hierarchiam lib. 1.
Synodum septimam vniuersalem lib. 1. Vitas multorum patrum lib. 1.
Et alia plura.
Claruit sub Ludouico imperatore secundo. Anno domini. 860.

NICOLAVS Papa primus, patria Romanus, sedit in pontificatu post Benedictum tertiũ annis 8. vir in scripturis sanctis magnifice doctus, vita & cõuersatione sanctissimus, qui multa ad vtilitatẽ ecclesiæ catholicę cõstituit, cuius permissione & authoritate sequẽtiarum vsus in ecclesiis Gallicanis Notgero abbate S. Galli procurante, primum cœpit.

Scripsit inter alia ex persona sui pontificatus egregium volumen.
Epistolarum ad diuersos lib. 1.
Moritur sub Lothario siue Lodouico secundo Imperatore. Anno domini. 869. Indictione secunda. 8. Idus Decembris.

IOHANNES diaconus ecclesiæ Romanæ, vir in scripturis sanctis eruditus, & secularium literarum non ignarus, vita & conuersatione non secus quam doctrina venerabilis. Scripsit ad multorum ædificationem, ad Iohannem Papam septimũ satis illustri stylo grande volumen, quod continet.

Vitam S. Gregorii papæ primi lib. 4. Et quædam alia.
Claruit sub Carolo caluo imperatore. Anno domini. 870.

NOTGERVS episcopus Leodiensis ex abbate monasterii S. Galli, ordinis diui patris Benedicti, natione Theutonicus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularium literarum disciplinis omnium sui temporis doctissimus Philosophus, Poeta & Musicus insignis, & non minus sanctitate quam scientia venerabilis. Scripsit tam metro quã prosa multa opuscula, de quibus ad manus nostras pauca peruenerunt. Legi enim tantum volumen, quod sequentiarum prænotauit, quod scripserat cum adhuc monachus esset in cœnobio S. Galli, ad Lutuardum episcopum Vercellensem & archicapellanum Caroli Imperatoris magni. Huius autem operis sic incipit,

Prologus siue præfatio epi. 1. *Summæ sanctitatis meri.*

Sequentiarius autem sic lib.1. *Grates nunc omnes redda.*
De musica & symphonia lib.1.
De expositoribus sacræ scripturæ lib.1. *Cum prudens sis & pruden.*
Epistolarum ad diuersos lib.1.

De cæteris quæ composuit, nihil ad notitiam lectionis nostræ peruenit. Huius doctissimi viri Sequentiarũ Nicolaus papa primus, approbauit, & ad missas decãtari præcepit. Qui propter scientiæ & vitæ claritatẽ primo abbas, deinde in senectute sua episcopus cõsecratus, decimus in ordine Leodiẽsis ecclesiæ regimini præfuit, sub Lothario imperatore filio Ludouici. Anno domini. 850. sub quo & moritur non sine opinione sanctitatis.

CHRISTIANVS, qui & Druthmarus, monachus & presbyter Corbeiensis ordinis sanctæ memorię Benedicti Cassinensis, natione Aquitanicus, vir in diuinis scripturis doctus Græco & Latino sermone imbutus, veniens ab Aquitania in Galliam, nomen suum scribendo notificauit. De cuius opusculis ego tantum videre hucusque merui opus grande & præclarum ad monachos Stabulensis & Malmondariẽsis cœnobiorum sub vno abbate consistentium in diœcesi Leodiensis ecclesiæ aperto sermone conscriptum.

In Euangelium Matthæi lib.1. *Hunc titulum non fecit Euan.*
De aliis nihil vidi.

In prologo expositionis Euangelii secundum Matthæum etiam in alios Euangelistas se scripturum promisit, quod & fecisse dicitur, sed à nobis ignoratur.

WANDELBERTVS diaconus & monachus Prumiensis cœnobii, ordinis S. Benedicti Treuerensis diœcesis, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis eruditus, & in secularibus literis magnifice doctus, ingenio promptus, & clarus eloquio, scripsit tã metro q̃ prosa nõ pauca volumina, de quibus ego tantũ vidi ad Marcuardum abbatẽ quendam.

Vitam S. Goaris presbyteri lib.1.
Miracula eiusdem lib.1. Martyrologium metrice lib.1.

Claruit sub Lothario imperatore. Anno domini. 850.

ALMANNVS monachus Altuillaren. cœnobii, ordinis S. Benedicti, vir in diuinis scripturis eruditus & in secularibus literis egregie doctus ingenio subtilis & clarus eloquio. Scripsit tam metro quam prosa varia opuscula, quibus nomen suum etiam posteris notificauit. Et quia suo tempore Francia à Normannis vastabatur, exemplo Hieremiæ prophetæ desolationem eiusdem terræ & sui monasterii quadruplici deplanxit.

Alphabeto componens lib.1. Vitam Vinardi episcopi lib.1.
Vitam S. Syndulphi lib.1. Vitam S. Helenæ Augustæ lib.1.
Translationem eiusdem lib.1.

Alia quoque nonnulla scripsisse dicitur quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Carolo tertio Imperatore. Anno domini. 890.

MILO monachus cœnobii S. Amandi, ordinis diui Benedicti, natione Gallus, vir vndecunq; doctissimus, orator, Poeta & Musicus insignis, nec minus honestate morum quam scientia scripturarum venerandus. Scripsit tam carmine quam soluta oratione non pauca volumina. De quibus ista præcipue feruntur ad Carolum Caluum Imperatorem

De sobrietate metrice lib.1. Vitam S. Amandi metrice lib.1.
Epistolarum ad diuersos lib.1.

Claruit temporibus Caroli Imperatoris secundi, cognomento Calui. Anno domini. 870. & multa egregia composuit.

HVGBALDVS monachus Eluonensis cœnobii, ordinis S. Benedicti, natione Gallus, vir tam in diuinis scripturis quã in secularib. literis eruditissimus, in Musica, Poetica, Philosophia & cæteris artib. humanitatis nulli suo tempore secundus, quod multa vtroq; stylo ab eo conscripta testantur. De quibus ego tantũ adhuc reperi subiecta, Ad Carolum Caluum imperatorem mirabile opus. 136, versuum in quo omnia verba ab vna litera, C, incipiuntur, Carmina Clarisone Caluis cantate camœnæ, quod prænotatur.

De laude Caluorum lib.1. *Carmina clarisone cal.*
De arte Musica lib.1. Gesta S. Lebuini lib.1.
Epistolarum ad diuersos lib.1.

Vitas etiam multorũ sanctorũ ornato descripsit eloquio, & cãtus in honore ipsorũ dulci & regulari melodia composuit. Claruit temporibus Caroli Calui imperatoris. 880.

REMIGIVS monachus Antisiodorẽsis, ordinis S. Benedicti, & postea vtferunt vrbis eiusdẽ antistes, vir in diuinis & humanis scripturis eruditissimus, carmine & prosa scriptor insignis S. Odonis Cluniacensis primi abbatis præceptor, vita & doctrina præclarus. Edidit vtroq; stylo multa volumina, de quibus subiecta feruntur.

In Cantica canticorum	lib.1.		
In totum Psalterium	lib.1.	*Prophetia diuina inspi.*	
In Euangelium Matthæi	lib.1.	In Canonem missæ	lib.1.
De officiis diuinis	lib.1.	De festiuitatibus sanctorum	lib.1.
Ad Episcopum Eduorum	lib.1.	Sermones quoque plures	lib.1.

Alia insuper composuit tam in sacris literis quam etiam in secularibus scripturis. Donatum & veteres autores exponendo, quæ ad multis habentur.

Claruit sub Carolo Caluo imperatore. Anno domini. 880.

CONSTANTINVS monachus Cassinensis cœnobii, ordinis sancti Benedicti, natione Afer, vir in diuinis scripturis admodum studiosus, & in secularibus literis maxime in Philosophia & medicina eruditissimus, Græco, Latino & Arabico eloquio ad plenum instructus. Scripsit in medicinis multa opuscula quæ apud medicos in precio habẽtur. Trãstulit etiam antiquorum medicorum multa volumina de Græco & Arabico in Latinum, quæ suis præfationibus & epistolis præsignauit, de cuius opusculis ista vidi.

Dietas vniuersales	lib.5.	*Quod in primis coegit.*	
Dietas particulares	lib.3.	*Compleuimus in lib. pri.*	
De ponderibus medicinalibus	lib.1.	*Pondera medicinalia.*	
De vrinis quoque	lib.1.		

De cæteris autem voluminibus eius, quæ multa & scripsit & transtulit, ad manus nostras nullum memini peruenisse. Medicis notiora sunt.

AMBROSIVS Ansbertus monachus, & presbyter ordinis sancti Benedicti, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, ingenio mitis, & dulcis eloquio, multos in sacris voluminibus commentarios edidit, quibus nominis sui famã ad posteros transmisit. Pauca tamen ad notitiam meam venerunt. Reperi enim duntaxat subiecta.

In Cantica canticorum	lib.1.	*Donum sapientiæ cum Sa.*	
In Psalterium quoque	lib.1.	In Apocalypsin Iohannis	li.10.
De cupiditate	lib.1.	Epistolarum ad diuersos	lib.1.

Claruit sub Arnoldo Imperatore. Anno domini. 890.

PASCASIVS Ratbertus abbas Corbiensis ordinis S. Benedicti, vir in diuinis scripturis valde eruditus, & secularium literarum non ignarus, Græco & Latino nobiliter instructus eloquio, ingenio acutus, sermone cõpositus. Scripsit metro & prosa non pauca opuscula, de quib. ego tantũ reperi subiecta. Ad Placidũ abbatẽ nostri ordinis opus insigne.

De Sacramento altaris	lib.1.	*Quisquis catholicorum.*	
Vitam S. Adelhardi episc.	lib.1.	In Threnos Hieremiæ Prophetæ	lib.1.

De Græco etiam nonnulla transtulit in Latinum, & alia multa composuit.

Claruit temporibus Caroli grossi Imperatoris. Anno domini. 880.

ERICVS monachus, ordinis S. Benedicti, cœnobii Antisiodorensis ciuitatis, vir in diuinis scripturis doctus, & in disciplinis secularium literarum eruditissimus, carmine excellens & prosa, in declamandis ad populum homiliis doctor egregius fuit. Scripsit metrice luculenter.

Vitam Germani Antisiodoren.	lib.6.	Homiliarum ad populum	lib.1.

Sermones & epistolas plures. Alia quoq; multa vtroq; stylo composuit, quæ ad notitiã meam non venerunt. Claruit circa tempora Caroli grossi Imperatoris. Anno domini. 880.

OTFRIDVS monachus, Wissenburgensis cœnobii, ordinis diui patris Benedicti, natione Theutonicus, Rabani Mauri abbatis Fuldensis quondã auditor atq; discipulus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis egregie doctus, philosophus, rhetor & poeta insignis, ingenio excellens & disertus eloquio. Scripsit tam metro quam prosa multa præclara opuscula, quibus nomen suum ad posteros transmisit. Exemplo etiã Caroli Imperatoris magni conatus est barbariẽ linguæ Theutonicę ad regulas Grãmaticales reducere, q; & ex parte perfecit. Vnde ea quæ patrio sermone conscripsit non facile nostra ætate legi, & intelligi possunt, etiam ab homine quantũcunq; Theutonicæ linguæ perito. De cuius opusculis extant subiecta. Ad Luitbertum Moguntinensis ecclesiæ archiepiscopum octauum, in Euangelium opus grande & insigne, quod prænotauit.

Gratiam Theotistæ	lib.5.	*Dignitatis culmine Gratiam.*	
Ad Ludouicum regem	lib.1.	*Ludouico orientalium.*	
Ad Salomonem episcopum	lib.1.	*Salomoni episcopo Otfrid.*	
Ad monachos S. Galli	lib.1.	*Otfridus Wissenburg.*	
In Psalterium volumina tria	lib.3.	De iudicio extremo	lib.1.

De gaudiis regni cœlestis lib.1. Carmina diuersi generis lib.1.
Epistolarum ad diuersos lib.1. Alia insuper multa composuit, quæ priorum negligentia perdita, & ignorantia monachorum rasa & lacerata, ad me non venerũt.

Claruit sub Ludouico Lothario, & Carolo imperatoribus sibi inuicem succedentibus, Anno domini. 870.

ADREVALDVS qui & Albertus, monachus Floriacẽsis cœnobii, ordinis S. Benedicti, vir vndecunq; illustris atq; doctissimus, nomen suum scribendo notificauit, dum ad ędificationem simplicium fratrum alterno stylo multa volumina in scripturis sanctis composuit. Scripsit inter cætera sui ingenii opuscula à tempore translationis corporis S. Benedicti, de cœnobio Cassinensi in monasterium Floriacense, vsque ad tempus Odonis regis Francorum historiam luculento sermone continentem.

Miracula S. Benedicti lib.1.

Et alia multa quæ tamẽ non vidi. Claruit temporibus Arnoldi Imperatoris Anno domini. 890.

ODO primus abbas Cluniacẽsis, ordinis S. Benedicti, Remigii Antisiodorensis monachi quondã auditor, vir in scripturis sanctis studiosus & eruditus, & collapsi ordinis diui patris Benedicti instaurator egregius, non minus sanctitate quã eruditione clarus emicuit. Hic erat insignis Musicus, & Archicantor ecclesiæ Thuronensis, qui audita fama Bernonis Gigniacensis sanctissimi abbatis ordinem sub eo ingressus est, & abbas postea Cluniacensis cõstitutus, magna sanctitate ordinem illustrauit. Qui cum esset declamator homiliarum pręcipuus, multos ad fratres sermones composuit. Scripsit etiam inter cætera ingenii sui opera.

Vitam sancti Gerardi lib.1. Laudes S. Martini lib.1.
Chronicam succinctam lib.1.

Hymnos etiam & varios cantus in honore sanctorum dulci & regulari melodia composuit. Rogantibus quoq; fratribus, libros beati Gregorii Papæ super Iob abbreuians, in vnum volumen cõportauit. Claruit temporib. Arnoldi Imperatoris. Anno domini. 920.

RATHBODVS quartusdecimus episcopus Traiectensis, natione Teutonicus vir in diuinis scripturis valde eruditus & secularium literarum non ignarus, ingenio subtilis, eloquio clarus, vita & cõuersatione sanctissimus, multis & viuus & mortuus miraculis coruscauit. Hunc in omnibus literis humanitatis Nanno Philosophus doctissimus instruxerat, qui aduocatus in palatio regis Caroli grossi fuit, & postea monasteriũ ingressus, tandẽ episcopus vt diximus consecratus, ecclesiam Traiectẽsem in graui Danorum persecutione decem & septem annis strenue gubernauit. Scripsit autem nonnulla præclara opuscula, de quibus ista feruntur.

Laudes sancti Martini lib.1. Laudes S. Bonifacii episcopi lib.1.
De sancta Amalberga lib.1. Homiliarum & sermonum lib.1.
De S. Willibrordo flores lib.1.

Integrum quoque de S. Martini translatione officium composuit. Et varios cantus in honore sanctorum. Moritur sub Ludouico filio Arnoldi Imperatoris. Anno domini. 917. Indictione V. 3. Cal. Decembris. Episcopatus sui anno. 18. Sepultus apud Dauentriam vbi residere in episcopatu antea consueuerat.

AVRELIANVS ecclesiæ Remensis clericus, in scripturis sanctis admodum studiosus, & in secularibus literis nobiliter doctus, Musicus suo tẽpore excellens & insignis. Scripsit ad Bernardum archicantorem postea episcopum, de regulis modulationum, quas tonos vel tenores adpellant, & de ipsarum vocabulis volumen insigne, cuius titulus est,

Tonarius regularis lib.1. Scripsit & alia quædam.

Claruit circa tempora Arnoldi Imperatoris. Anno domini. 900.

REGINO abbas Prumiensis cœnobii in diœcesi Treuerensi, ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis nobiliter doctus, inter doctores Germaniæ & Galliæ suo tempore facile obtinuit principatum. Scripsit magnæ authoritatis opuscula, de quibus ego tantum reperi subiecta. Ad Alberonem primum episcopum Metensem, à natiuitate Christi vsque ad annum eiusdẽ. 98. continentem præcipue gesta Francorum & Germanorum. Scripsit

Historiam seu Chronicam li.10.
De disciplina ecclesiastica lib.2. *In primis inquirendum.*

De cæteris nihil adue vidi. Scripsit autem præfatum opus quod prænotatur de ecclesiastica disciplina & religione Christiana, iubente Rathbodo archiepiscopo Treuerorum, quod

quod ex decretis sanctorum patrum, & generalium conciliorum in duobus libris comportauit, & in nongenta ferme capitula, per rubricas ex more luculenter distinxit.

Claruit sub Arnoldo Imperatore Anno domini. 910.

HILDOVINVS ex abbate Lobiensis monasterii, ordinis S. Benedicti, primum episcopus Laudociensis, inde pulsus ad Hugonem regem Italiæ venit, cui affinitatis linea iungebatur, à quo Veronensis episcopus cõstitutus est, ac postremo post Lampertum archiepiscopus Mediolanensis factus, Ratherium monachum ecclesię Veronensi ordinauit antistitem, vir in diuinis scripturis satis eruditus. Scripsit petentibus fratribus cum adhuc esset abbas,

Gesta abbatum Lobiensium lib. 1. Sermones ad fratres lib. 1.

Et quædam alia. Claruit sub Hugone rege Italiæ temporibus Conradi Imperatoris Romanorum & Germanorum. Anno domini. 920.

RATHERIVS ex monacho Lobiensis cœnobii post Hildouinũ episcopus Veronensis, vir in diuinis scripturis eruditus, & in artibus humanitatis (quas liberales vocant) peritissimus, animo simplex, ingenio placidus & eloquio scholasticus, cum Hildouino episc. ad Hugonem regẽ venit in Italiã, & post eius ad archipræsulatũ Mediolanensis ecclesię translationẽ, antistes Veronẽsis ciuitatis cõstitutus, nõ multo post ab Hugone inde expulsus obeã causam quod Arnoldũ ducẽ Bauariæ hostẽ Hugonis Veronã intromisisset apud Papiam exilio relegatus est. Tandem ad ecclesiam suã reuersus, denuo nescio an ob eandẽ causam pulsus, pro sui consolatione varia vtrobique composuit, quæ legentium intellectibus non minus placere poterunt quam prodesse, de quibus ista feruntur.

De Primo suo exilio lib. 1. Alius de secundo prænotatus Frenesis li. 1.
Alius qui vocatur inefficax lib. 1. De corpore & sanguine Domini lib. 1.
Contra Anthropomorphitas lib. 1. Agonisticon, id est præloquiorum lib. 6.
Confessionem quoque lib. 1. Vita S. Vrsmari Lobiensis lib. 1.

Alia quoque nonnulla scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Et postremo (vt Sigebertus monachus scribit) episcopus Leodiensis. factus etiam inde pulsus fuit. Claruit temporibus Henrici Imperatoris Romanorum primi. Anno domini. 930.

STEPHANVS ex clerico Metensis ecclesiæ episc. Leodiensis post Franconem, vir in diuinis scripturis doctus, & in secularib. literis magnifice peritus, & non minus sanctitate quam scientia venerabilis. Scripsit non spernendæ vtilitatis plura opuscula, quibus nomen suum posteris innotuit. Ad Hermannum archiepiscopum Colonienſem.

Vitam S. Lamberti lib. 1. Ad Rupertum episcopũ Metensem lib. 1.

Et quædam alia. Scripsit etiam cantum de sancta Trinitate ex Alcuino, quo in octauis Pentecostes vtimur, de inuentione S. Stephani, & cantum nocturnum, de S. Lamberto episcopo & martyre, quos omnes cum quibusdam aliis authẽtica & dulci modulatione cõposuit. Claruit temporibus Ludouici filii Arnoldi imperatoris. Anno domini. 910.

RADVLPHVS Flauiacẽsis, monachus ordinis S. Benedicti, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in omnibus literis humanitatis suo tempore doctissimus, ingenio subtilis, sensu profundus, eloquio dulcis, ornatus & disertus, in exponendis voluminibus sacris acutus & multum egregius. Scripsit duo magna & præclara volumina.

In Leuiticum li. 20. Cum aliquando sermo de Iudæ.
In epistolas Pauli li. 14. Historiam Francorum lib. 1.
Chronicam quoque breuem lib. 1.

Alia insuper multa edidit, quę ad notitiam meam non venerunt. Sunt qui scribant eum monachum fuisse Fuldensis cœnobii in Germania.

SMARAGDVS abbas monasterii S. Michaelis, ordinis diui patris Benedicti, vir in diuinis scripturis valde eruditus, & iugi studio earundem exercitatus, regularis disciplinæ auriga, sanctas scripturas exponendo nomen suum longe lateque innotuit, & magnam opinionem scientiæ & conuersationis suæ acquisiuit. Scripsit enim multa præclara opuscula. De quibus ego tantum reperi subiecta.

In regulam S. Benedicti lib. 1. *Cum turbas plurimorum.*
Diadema monachorum. lib. 1. *Hunc modicum libellum.*
In totum Psalterium lib. 1. In Epistolas & Euangelia per annum lib. 2.
Sermones quoque plures lib. 1.

De cæteris autem opusculis eius nihil vsquam potui inuenire. dicitur autem quod multos in diuinis scripturis commentariorum tractatus ediderit. Sed & Donatum maiorem exposuit, & multos secularium literarum authores explanauit.

WINDICHINVS monachus Corbeiensis cœnobii in Saxonia, ordinis sancti Benedicti, natione Theutonicus, vir in diuinis scripturis doctus, & in secularibus literis eruditissimus, ingenio promptus & clarus eloquio, metro excellens & prosa. Scripsit alterno stylo multa præclara opuscula. De quibus ego tantum adhuc reperi subiecta. Ab exordio Saxonum vsq; ad mortem Ottonis Imperatoris primi, scripsit ad Mechtildam eius filiã.

Historiam Saxonum	lib. 3.	*Flore virginali cum ma.*	
Gesta Ottonis primi	lib. 1.	Passionem Teclę virginis metrice	lib. 1.
Vitam Pauli primi heremitę	lib. 1.		

Claruit sub Ottone Imperatore primo. Anno domini. 150.

EVTRANDVS Ticinensis ecclesiæ diaconus natione Italus, ex Papia ciuitate oriundus, Berengarii regis Italiæ quondam scriba & Secretarius, vir in secularibus literis valde eruditus, & diuinarum scripturarum non ignarus, ingenio acer & vehemens, Græco & Latino sermone peritus & non minus carmine excellens quam prosa. Fertur nonnulla præclara scripsisse opuscula, quibus nomen suũ notificauit. A Berengario rege Italia pulsus, venit in Germaniam, & apud Franckfordiam positus. Scripsit insigne opus historiam sui temporis & tyrannidem ipsius Berengarii continentem, quod quasi pro vicissitudine iniuriarum ab eo perceptarum prænotauit.

Antapodosim, id est retributionem lib. 7. *Regnantibus, imo sanien.*

De aliis nihil vidi. Scripsit autem præfatum volumen ad Regimundum episcopũ Libetitanæ Hispaniarum ecclesiæ, in quo aliquando carmine vtitur, aliquando Græco sermone, multa de Germanorum gestis interserens.

Claruit sub Ottone primo Imperatore. Anno domini. 950.

ALBO Floriacensis monasterii abbas, ordinis S. Benedicti, vir in diuinis scripturis iugi lectione & studio exercitatus, & in secularibus disciplinis egregie doctus, vita quoq; & conuersatione insignis, & vsq; ad martyrii coronam dignus comprobatus, dum in Vastonia verbũ Dei prædicaret, fidei Christianæ testis sanguinis effusione factus est. Scripsit,

Super calculo Victorii	lib. 1.	Additiones in eundem	lib. 1.

Et quædam alia.

Claruit temporibus Ottonis primi. Anno domini. 970.

RVPERTVS rex Francię, nobilis, fortis, iustus, doctus & religiosus, inter ecclesiasticos scriptores locum merito recipit, quippe qui cantus & responsoria dulci & regulari modulamine ad honorem ecclesiæ catholicæ composuit. In literis humanitatis, præsertim in musica doctissimus fuit, tantę autem religionis vt horas canonicas in ecclesia decantaret cum clericis, foris apud se legeret cum suis. Tantæ pietatis & miserationis extitit in pauperes, vt suis se aliquando vestimentis spolians eorum nuditates multis vicibus operiret. De eius manibus liber nunquam recedebat, adeo vt pro tribunali sedens, inter iudiciorum & causarum strepitus in sinu apertum haberet Psalterium. Vnde & post mortem miraculis coruscasse legitur. Eius est illa vulgata sequentia, quæ cantatur diebus pentecostes.

De Sancto Spiritu	.s.	*Veni Sancte Spiritus.*	
Responsorium de S. Petro	.s.	*Cornelius Centurio.*	
De natiuitate Domini	.s.	*Iudæa & Hierusalem no.*	
Et illud Alleluia	.s.	*Eripe me de inimicis.*	

Et alia multa quæ nescio. Responsorium, Cornelius Centurio, Romæ summo pontifice missam celebrante, S. Petro in altari offertorii tempore cum magna deuotione obtulit. Accurrentes autem ministri altaris, arbitrati sunt magni ponderis aurum obtulisse diuitem regem, sed schedulã reperiẽtes scriptam & notatam admirabãtur, ingeniũ & deuotionem principis collaudantes. Hinc papa decreuit ob memoriam sanctissimi regis, rogãtibus clericis, vt hoc responsorium in honorem S. Petri deinceps cantaretur.

Claruit sub Ottone secundo Imperatore. Anno domini. 980.

AMMONIVS monachus Floriacensis cœnobii, ordinis S. Benedicti, natione Gallicus, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, atque in secularium literarum disciplinis sufficienter instructus. Fertur tam metro quam prosa nonnulla composuisse opuscula, sed ad manus nostras minime venerunt. Scripsit post ad Renaldum monachum volumen vnum.

De miraculis S. Benedicti	lib. 1.	

Claruit sub Ottone Imperatore tertio. Anno domini. 990.

HERIGERVS abbas Lobiensis cœnobii ordinis S. Benedicti, in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularib. literis nobiliter doctus, carmine excellens & prosa. Cuius Berno

abbas

abbas Augiensis meminit in libro quodam ad Aribonem Moguntinum archiepiscopū. Scripsit dialogū insignē sub persona sui & Adelboldi clerici & monachi tūc Romę existentis, postea episcopi Traiectēsis, de quo statim nobis sermo habēdus est, prænotatum.

De dissonantia ecclesiæ lib.1. Vitam S. Vrsmari metrice lib.1.
Ad Hugonem de quæstionibus lib.1. De diuinis officiis lib.1.
Gesta episcoporum Lobiensium lib.1. De corpore & sangine Domini lib.1.
Et alia plura. Claruit sub Ottone Imperatore tertio. Anno Domini. 990.

FLAVALDVS monachus Remensis, ordinis S. Benedicti, in scripturis diuinis eruditus, & in secularibus literis egregie doctus, ingenio subtilis, & disertus eloquio. Scripsit non contemnendæ lectionis opuscula, quorum studio nomen suum cum gloria transmisit ad posteros. E quibus fertur opus insigne à conditione Remensis ciuitatis, quam milites Remi à fratre Romulo necati fugatos ob memoriam Domini sui construxisse, & sic appellasse commemorant, vsque ad sua tempora, in quo multa de sanctis martyribus & aliis rebus ac gestis interserens, volumini hunc titulum dare voluit.

Gesta Remensium pontificum lib.3. Vitas quoque multorum sanctorum lib.1.
Alia insuper multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

ALBERTVS monachus Lobiensis, & postea Gemblacensis cœnobii abbas, præceptor Burckardi Wormaciensis episcopi, vir in diuinis scripturis doctus, & in secularibus literis valde eruditus, cum adhuc monachus esset, apud Lobias publicam scholam monachorum tenuit, in qua Burckardum vna cum aliis in vtraq; literatura erudiuit. Scripsit inter alia sui ingenii opera.

Vitas plurium sanctorum lib.1. Cantus in honore sanctorum.
Et quædam alia. Claruit in multa religione & disciplina temporibus Ottonis Imperatoris secundi. Anno domini. 980.

ARIBO Moguntinus archiepiscopus, decimusnonus post S. Bonifacium martyrem, ad quē Berno abbas Augiensis cœnobii de aduentu Domini conscripsit tractatum, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, celebrata Synodo apud Selgenstat cum Burckardo episcopo Wormaciensi & aliis episcopis atq; abbatibus suis. Anno 1023. Indictione 6. multa vtilia constituit, quæ in scripturis authenticis habentur. Scripsit etiam,

In Psalmos 15. graduum lib.1. Ad Bernonem abbatem epi.1.
Et quasdam ad alios epistolas Moritur sub Conrado iuniore Imperatore. Anno domini. 1031.

BVRCKARDVS ex monacho Lobiensis cœnobii ordinis S. Benedicti episc. Wormaciensis in Germania Alberti Gemblacēsis abbatis apud Lobias quondā auditor atq; discipulus, cuius in canone fit mentio 73. dist. In nomine Domini, vir in diuinis scripturis studiosissimus & valde eruditus. Scripsit ex sententiis sanctorum patrum & generalium conciliorum atq; summorū pontificum, magnū & insigne opus post Isidorum, videlicet.

Decretorum quod diuisit in li.20. *In nouo testamento prius.*
Epistolarum ad diuersos lib.1. Claruit sub sancto Henrico imperatore. Anno domini. 1020.

BERNO abbas Augiēsis cœnobii ordinis S. Benedicti Constātiensis diœcesis, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis doctus, & in secularib. literis valde nobiliter eruditus Musicus, & Poeta, nulli suo tēpore secundus, vita & conuersatione præcipuus. Scripsit tam metro quam prosa quædam præclara volumina, de quibus ego tantum reperi subiecta. Ad Piligrinum archiepiscopum Colonien sem egregium, & vtile volumen composuit.

De Musica seu tonis lib.2. *Omnis igitur regularis Mo.*
De instrumentis Musicæ lib.1. *Musicam non esse contem.*
De aduentu Domini ad Aribonem lib.1. *Summæ dignitatis.*
De officio quoq; missæ lib.1. De Ieiunio quatuor temporum lib.1.
De Ieiunio sabbati lib.1. De mensura monochordi lib.1.
Epistolarum ad diuersos lib.1.
Alia insuper multa edidit, quæ ad notitiam meam nondum venerunt. Claruit temporibus S. Henrici Imperatoris primi, sed regis secundi quia primus coronam imperii non accepit. Anno domini. 1020.

ADELBOLDVS episcopus Traiectensis, ex monacho, vt ferunt Lobiensi ordinis S. Benedicti, sub cuius persona Herigerus abbas dialogum de aduentu domini composuit, vir in diuinis scripturis eruditus & in secularib. literis nobiliter doctus, in curia S. Henrici imperatoris in magno pretio habitus, nō minus armis quam eruditione prostrauit infideles. Scripsit,

Vitam

Vitam S. Henrici Imperatoris lib.1. De laude sanctæ crucis.
De laudæ beatæ Mariæ. Sed & alia tam metro quam prosa nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Moritur sub Conrado iuniore imperatore. Anno domini. 1027. Indictione. 10. episcopatus sui anno. 18. 5. Cal. Decemb.

OSBERTVS monachus Cantuarienſis, ordinis sancti Benedicti, vir in diuinis scripturis eruditus, & in Musica arte peritissimus, ingenio subtilis & clarus eloquio, varios in vtraque literatura tractatus edidit, quibus famã sui nominis ad posteros transmisit. Scripsit inter alia.

Vitam S. Dunstani archiepiscopi lib.1. De Musica quoque lib.1.
Claruit temporibus S. Henrici imperatoris. Anno domini. 1020.

ODILO abbas Cluniacensis 4. ordinis S. Benedicti, vir sanctus & eruditus, quinquaginta & sex annis monasterio præsidens, verbo & exemplo multorum animas direxit ad Christũ, cuius vitã virtutibus & miraculis plenã Petrus Damiani episcopus & cardinalis Hostiensis luculento sermone descripsit. Composuit ad ędificationem fratrum suorum.

Sermones elegantes lib.1.
Moritur sub Henrico imperatore II. Anno domini. 1048, Inductione. 1.
Ætatis suæ anno. 87. Prima die mensis Ianuarii.

FVLPERTVS episc. Carnotensis, in scripturis diuinis eruditissimus, & in secularium literarũ disciplinis omniũ suo tẽpore doctorũ doctissimus, poeta clarus & dialecticus, multis annis scholæ publicæ præsidens, plurimos doctissimos auditores enutriuit. Vita quoq; sanctissimus, multis legitur miraculis coruscasse, qui inter cætera scripsisse dicitur.

Epistolarum ad diuersos lib.1. In laudibus S. Mariæ lib.1.
Hymnos & orationes varias. Et quædam alia deuota. Claruit temporibus Henrici regis primi. Anno domini. 1010.

BRVNO episc. Herbipolẽsis, Conradi Imp. secundi patruelis, natione Theutonicus, vir in diuinis scripturis studiosus, vita & conuersatione sanctissimus, qui ob meritorũ suorum excellentiã cathalogo sanctorum inscriptus, Franciæ orientalis singularis patronus habetur, Comportauit ex antiquorum patrum scriptis pulcram expositionem.

In totum Psalterium lib.1. Beatus vir qui non abiit.
Si aliud scripserit nescio. Moritur sub Henrico Imperatore secũdo. Anno domini. 1045. 30 Indictione XIII. Sexto Calend. Iunii.

RVPERTVS abbas monasterii Cassinensis, ordinis S. Benedicti, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, atq; in secularibus literis egregie doctus, regularis disciplinæ zelosus & strenuus gubernator, vt ouiũ sibi cõmissarum verbo & exẽplo pastor vtilis posset haberi. Scripsit ad ædificationem fratrum suorum pulchros & elegantes,

Sermones lib.1.
Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam nostram adhuc non venerunt.

GVIDO monachus & abbas cœnobii de cruce sancti Leufredi, ordinis diui patris Benedicti, patria Aretinus, vir in diuinis scripturis exercitatus, atque in secularibus disciplinis eruditissimus, Dialecticus & Musicus insignis. In hoc etiam præferendus cæteris, quod ignotos cantus etiam pueri & puellæ per eius regulam in manu sua facilius discant per se, quam per vocem magistri, aut per vsum alicuius instrumenti. Scripsit inter cætera ingenii sui opuscula, contra Berengarium clericum Thuronensis ecclesiæ.

De corpore & sanguine Domini lib.1.
De Musica quoque lib.2. *Igitur qui nostram discipli.*
Et alia quæ non vidi.
Claruit sub Conrado iuniore Imperatore. Anno domini. 1030.

EGELNOTVS archiepisc. Cantuarienſis ecclesiæ in Anglia, vir in diuinis scripturis eruditus & secularium literarum non ignarus, vita & conuersatione sanctissimus, aduocatus pauperum clementissimus, cuius hortatu, Cinito rex Angliæ multas faciebat elecmosynas: præsertim ad ecclesiam Carnotensem, cui tunc vir doctissimus Fulpertus episcopus præerat, cuius supra fecimus mentionem. Scripsisse dicitur ad honorem Dei omnipotentis pulchrum opus.

In laudem S. Mariæ lib.1. Epistolarum ad diuersos lib.1.
Et quædam alia. Claruit temporibus Conradi imper. iunioris Anno domini. 1030.

ADELMANNVS Grammaticus ex clerico Leodiensi episcopus Brixiensis. Fulperti Carnotensis antistitis quondam auditor, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, Philosophus & Dialecticus suo tempore famosus metro excellens & prosa. Scripsit vtro-

quo

que stylo quędam commendanda opuscula, de quibus ad lectionis nostrę notitiam pauca peruenerunt. Scripsit ad Berengarium Thuronensem olim apud Fulpertum condiscipulum suum, tunc errare & dogmatizare incipientē valde prolixe & amice eum corripiens.

De corpore & sanguine Domini lib.1. *Collectaneum te voco.*
Epistolarum ad diuersos. lib.1.

Alia insuper multa tam metro quam prosa scripsisse dicitur, quæ non vidi.

Claruit sub Henrico rege tertio. Anno domini. 1040.

HERMANNVS qui dicebatur contractus, monachus cœnobii S. Galli, ordinis diui patris Benedicti, natione Teutonicus, filius comitis de Veringen in Sueuia, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis vniuersaliter doctissimus, Philosophus, Poeta, Astronomus, Rhetor, & Musicus, nulli suo tempore secundus, trium linguarū Grę-cę, Latinæ, & Arabicæ peritissimus. Scripsit carmine & prosa multa præclara volumina, de quibus ego tantum reperi subiecta, videlicet,

De Musica lib.1.
De monochordo lib.1. *In considerandamono.*
De sex ætatibus mundi lib.1. *Prima est mundi huius.*
De compositione astrolabii lib.3. *In mettenda igitur sub.*
De vtilitate astrolabii lib.1. *Quicunque Astronomicæ.*
De eclipsibus lib.1. De computo lib.1.
De quadratura circuli lib.1.
De conflictu rythmimachiæ lib.1. *Qui peritus Arithmet.*
De Physiognomia lib.1. *Clari viri & prudentis.*
Vitas plurium sanctorum lib.1.

Hymnos & prosas varias. Composuit etiam dulci & regulari melodia, cantus & prosas pulcherrimas. E quibus est illa de beata virgine Maria dulcissima, Salue regina. Et alma redemptoris mater, & cæteræ quarum copiosus est numerus. Transtulit etiam nonnulla Græcorum philosophorum & Arabum Astrologorum volumina in Latinum. Membris fuit iuxta nomen suum contractus, sed semper in gratiarum actione perseuerans, vnde & per beatam virginem Dei genitricem interius mirabiliter consolari & illustrari meruit.

Claruit temporibus Henrici Imperatoris secundi. Anno domini. 1040.

GVIMVNDVS archiepiscopus Auersanus, ex monacho cœnobii de cruce S. Leufredi, ordinis sacratissimi patris Benedicti, vir in diuinis scripturis studiosus & valde peritus, secularium quoq; literarum non ignarus. Scripsit ad Rogerium monachum contra errores Berengarii Thuronensis.

De corpore & sanguine Domini lib.3. *Ad rem his temporibus.*

Et quædam alia nobis inuisa.

Claruit sub Henrico imperatore tertio. Anno domini. 1060.

ALPHANVS archiepiscopus Salernitanus, ex monacho Cassinensis cœnobii, ordinis S. Benedicti, vir in diuinis scripturis nobiliter doctus, & in secularibus literis ad perfectum instructus, Philosophus, & Theologus celeberrimę opinionis. Scripsit quædam profundi sensus opuscula, quibus ingenium suum excitans, nomen etiam suum posteris notificauit. E quibus extant.

De vnione verbi Dei & hominis lib.1.
De vnione corporis & animæ lib.1. De quatuor humoribus corporis lib.1.

Alia quoque in omni literatura volumina composuit, quæ ad nos minime venerunt.

CAMPANVS natione Lombardus, Philosophus & Astronomus omnium opinione suo tēpore celeberrimus, ingenio acutus, sermone scholasticus, diuinarum quoq; scripturarum nō ignarus, calculator & computista insignis. Edidit ingenii sui non pauca opuscula, quorum lectio ecclesiarum rectoribus non erit spernenda, De quibus ego tantum legi subiecta, opus magnum & insigne.

De computo ecclesiastico lib.1. *Rogauit me vnus ex.*
De compositione quadrantis lib.1. *Scire debes quod circulus.*
Calendarium quoque

Alia quoque multa in Astronomia composuit, quæ ad manus nostras non venerunt.

Claruisse dicitur sub Hentico rege tertio. Anno domini. 1030.

HELPERICVS monachus cœnobii S. Galli, ordinis diui patris Benedicti, natione Teutonic°, vir in diuinis scripturis multū erudit°, & in secularib. literis doct issimus, Philosophus, Poeta, & Astronomus insignis, ingenio subtilis & sermone cōpositus Scripsit tam

metro

metro quam oratione soluta nonnulla opuscula. De quibus ego tantum reperire potui opus præclarum.

De computo ecclesiastico lib.1. *Cum fratribus nostris ado.*
De Musica quoque lib.1. De cæteris nihil vidi.

Claruit sub Henrico Imperatore tertio. Anno domini. 1069.

BERTHORIVS abbas monasterii Cassinēsis, ordinis S, Benedicti, vir in sanctis scripturis studiosus & doctus, & in disciplina secularium literarum nobiliter eruditus, Philosophus & medicus insignis. Ante conuersionem suam multa in sua facultate fertur scripsisse opuscula. Sed studium postea mutans, & animarum medicus constitutus, Scripsit ad ædificationem fratrum suorum.

Sermones elegantes lib.1.

Alios insuper varios; tractatus edidit, quorum notitia ad me non peruenit.

ROGERIVS monachus ordinis S. Benedicti, ad quem Guimundus Auersanus episc. adhuc in cœnobio constitutus, libros tres contra Berengarium scripsisse dicitur, vir doctus & tam in diuinis quam in secularibus literis eruditus, ad multorum ædificationem satis luculento sermone descripsit.

Vitā Brunonis episcopi Colonienſis lib.1.

Et quædam alia. Claruit sub Henrico Imperatore secundo. Anno. 1040.

ALGERVS ex scholastico monachus Corbeiensis in Saxonia, natione Teutonicus, ordinis S. Benedicti, vir in sanctis scripturis iugi studio exercitatus, & veterum lectione diues, atq; in secularibus literis magnifice doctus, ingenio cautus & satis disertus eloquio, carmine valens & prosa. Scripsit vrbano admodum stylo insigne volumen.

De Sacramento altaris lib.3. *Quia sancti de corpore.*
De gratia & libero arbitrio lib.1. *Sciendum est quod liberum.*

Et quasdam epistolas.

Dicitur autem & alia complura scripsisse, quæ ad manus nostras non venerunt.

ALBERTVS monachus Metensis, ordinis S. Benedicti, natione Gallicus, vir in scripturis sanctis continua exercitatione peritus, & artium humanitatis (quas liberales vocamus) non ignarus, vt nomen suum transmitteret ad posteros. Scripsit quędam non contemnendæ lectionis opuscula. De quibus fertur opus breue, sed vtile, historiam continens rerum gestarum sui tempori, quod dedicauit.

Ad episcopum Metensem lib.1. Et quædam alia.

Claruit temporibus Conradi imperatoris minoris. Anno domini. 1030.

ECKEBERTVS clericus Leodiensis ecclesiæ, natione Teutonicus, in diuinis scripturis eleganter doctus, & in secularium literarum disciplinis ad perfectū instructus. Scripsit & metro & prosa nonnulla opuscula, quibus nomen suum ad posteritatis notitiā transmisit. E quibus extat volumen metro eleganti compositum, quod prænotauit.

De ænigmatibus rusticanis lib.1. De eadem re alius maior lib.1.

Et quædam alia. Claruit temporibus Henrici Imperatoris tertii. Anno domini. 1060.

LEO Papa 9. ex episcopo vrbis Leucorū, quę Tullus vocatur, sub archiepiscopo Treuerensi, sedit in cathedra Petri post Damasum annis. 7. Bruno antea vocatus, vir doctus & sanctus. Scripsit nonnulla præclara opuscula, in quibus, eloquii venustas & sententiarum sublimitas merito cōmendatur. E quib. sunt ista, ad Cōstantinum monachum Imp.

De extirpandis hæresibus lib.1. Ad patriarcham Constantinopolit. lib.1.
Contra errores Græcorum lib.1. Ad episcopos Aphricæ & Ægypti lib.1.
Epistolarum ad diuersos lib.1.

Moritur sub Henrico rege tertio, Imperatore secundo. Anno domini. 1054. Indictione septima, multis coruscans miraculis.

HVMBERTVS monachus Tullensis, ordinis S. Benedicti, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularib. literis nobiliter doctus, ingenio & eloquio clarus, quem Leo papa nonus propter scientiā literarū Romam secū duxit & episcopū cardinalē ordinauit, missus ab eo Constantinopolim ad confutandas hæreses Græcorū, adeo Nicętam pectoratum monachum in præsentia Imperatoris Constantini & Michaelis patriarchæ confutauit & deuicit vt librum suum quē contra Latinorū ecclesiam conscripserat, anathematizaret, & eum manu propria igni comburendū iniiceret. Et quicquid ibidem disputando dixit aut fecit, luculēter conscripsit, sub nomine Romani & Constantinopolitani.

Dialogorum more lib.1. Scripsit etiam quædam alia.

Claruit sub Henrico Imperatore secundo. Anno domini. 1050.

ANSEL-

ANSELMVS monachus Remẽsis, ordinis S. Benedicti, natione Gallicus, vir in scripturis diuinis exercitatũ habens ingenium, Scripsit quædã sui studii opuscula, quæ ad manus nostras adhuc minime venerunt. Et inter alia congessit in vnũ volumen gesta Leonis Papę noni per Galliam in conciliis & conuentibus facta, vt notificaret quanta authoritate Remis, vel in aliis vrbibus Synodũ celebrauerit, quanta industria & subtilitate examinauerit causas ecclesiasticas, quave districtione peccantes correxerit, quomodoque ei virtus diuina cooperata sit quod satis patuit in vna causa Remensis Synodi, vbi dum episcopus Frisingensis contumaciter ageret contra authoritatem apostolicam, Deo vindicante in omnium oculis repente obmutuit. Hoc autem opus prænotare voluit.

Itinerarium Leonis Papæ lib.1.
Claruit sub Henrico rege tertio. Anno domini. 1050.

LANFRANCVS archiepiscopus Cantariensis ecclesiæ in Anglia ex abbate Codonensis cœnobii, ordinis S. Benedicti, natione Italus ex ciuitate Papiensi, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis maxime in dialectica suo tempore omniũ opinione doctissimus, & non minus sanctitate quam scientia clarus, reliquit ingenii sui monimenta egregia. De quibus ego reperi duntaxat subiecta, opus insigne.

In epistolas Pauli Apostoli omnes li.14. In Psalterium commentariorum lib.1.
Aduersus Berengarium lib.1. Lanfrancus misericor.
Gesta Guilhelmi comitis lib.1. De cæteris nihil reperi.
Claruit sub Henrico Imperatore tertio. Anno domini. 1060.

PETRVS Damiani ex monacho diui patris Benedicti episcopus Hostiensis & sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularium literarum non ignarus, ingenio mitis & acutus, eloquio placidus & compositus, & ad persuadẽdũ satis idoneus, nõ minus sanctitate quã eruditione clarus & insignis effulsit. Qui exemplo magni Gregorii antistitis amore solitudinis & quietis episcopatũ suũ deserens, posteaq̃ illũ annis aliquot strenue gubernauerat ad cœnobium suũ reuersus est, & vitam deinceps cũ fratrib. suis in tranquillitate animi exegit. Cum autẽ à summo Pontifice charitatiua increpatione argueretur, cur episcopatũ, vtpote vir vtilis & idoneus dimisisset amore salutis priuatę, ad res sibi inuicem succedentes, Nicolaum secundum, Alexandrum secundum, & Gregorium septimum Romanos pontifices apologeticos edidit, in quibus authoritate, ratione & exemplo factũ suum humiliter excusans, animos eorũ placauit. De cuius opusculis subiecta feruntur. Ad Leonem Heremitam vtrum solitarius orans horas canonicas, debeat etiam dicere, Dominus vobiscum, quando nemo sit qui respondeat, opusculum instructum quod prænotatur.

Dominus vobiscum lib.1. *Domino Leoni amore.*
Apologeticorum lib.3. *Domino suo Nicolao vni.*
De incontinentia sacerdotum lib.1. *Nuper habens cum nonnullis.*
De vxoribus clericorum lib.1. *Vos alloquor ô lepo.*
Regula solitariorum lib.1. *Dum feruorem sanctæ con.*
Exhortatorium ad monachos lib.1. *Fratribus in Gangensi.*
Miraculorum sui temporis lib.1. *Dilectissimo Gerardo.*
De profectu monachorum lib.1. Antilogion contra Iudæos lib.1.
De auaritia prælatorum lib.1.
Vita Odilonis abbatis lib.1. *Hugo Clunia. abbas.*
De terrore mortis lib.1. *Blancæ olim comitissæ.*
De meditatione mortis lib.1. *Pensandum quippe est.*
Contra episcopos symoniacos lib.1. Contra quendam episcopum lib.1.
De insolentia malignorum hominũ lib.1.
Gratissimus seu probatissimus lib.1. *Domino H. Rauennaticæ.*
Declamationis rhetoricæ lib.1. De naturis quorundam animalium lib.1.
De Flora & Lucilla lib.1. *Adhuc dilectissimi vir.*
De Cassiano martyre lib.1. *Admirabilis & glorioſa.*
De S. Bonifacio lib.1. *Beati Bonifacii glorioſa.*
De S. Anastasio lib.1. *Ad pulchrum fratres cha.*
Sermonum & homiliarum lib.1. Et alia multa quæ non vidi.
Claruit sub Henrico rege quarto. Anno domini. 1050.

BRVNO archiepisc. Ruthenorum ex monacho, ordinis S. Benedicti, natione Italus, vir in diuinis scripturis doctus, & declamator homiliarum ad populum egregius, sanctus

denique & Deo dignus, quippe qui fidem catholicam in Prussia prædicans, ab inimicis Christi martyrio legitur coronatus. Scripsit ingenii sui nonnulla præclara opuscula. De quibus extant, commentariorum.

In Genesim. lib.2.

Et quædam alia. Passus est à Prussis sub S. Henrico Bambergensi, qui fuit secundus huius nominis rex & imperator primus. Anno domini. 1008. Indictione. 6. Quem multis affectum suppliciis & pedibus, manibusq; abscisis, postremo capitis truncatione Christi martyrem fecerunt.

ERHARDVS monachus ordinis S. Benedicti, vir in diuinis scripturis studiosus, & continua exercitatione doctus, ingenio subtilis & promptus eloquio, in declamandis homiliis ad populum excellentis industriæ fuit, qui diuinas scripturas exponendo nomen suum notificauit, & crebra earundem perlustratione doctor egregius factus est. Scripsit autem non contemnendæ lectionis opuscula, de quibus feruntur.

Commentariorum in Genesim	lib.1.	In Exodum	lib.1.
In Leuiticum	lib.1.	In Numeros	lib.1.
In Deuteronomium	lib.1.	Homiliarum quoque	lib.1.

Alia quia quoq; nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

BERNOLDVS presbyter ecclesiæ Constantiensis in Sueuia, natione Teutonicus, vir deuotus, & in scripturis sanctis studiosus & eruditus, atque in disciplina secularium literarum sufficienter instructus, ingenio clarus, & comptus eloquio, reliquit studii sui nonnulla opuscula, quæ tamen ad notitiam nostræ lectionis minime venerunt. Hic ad vtilitatem ecclesiasticæ reipublicæ composuisse dicitur volumen quod prænotauit.

Ordinem Romanum lib.1.

Claruit temporibus Henrici quarti. Anno domini. 1060.

MARBODVS episc. Redonensis, in diuinis scripturis multũ studiosus, & veterum lectione doctus, atq; in disciplinis secularium literarum nobiliter eruditus, metro excellens & prosa. Scripsit vtroq; stylo non pauca volumina, quę legentib. non minus placere possent quã prodesse. Inter quę præcellit opus insigne q; triplici sensu eleganti metro compositum.

In Cantica canticorum	lib.1.	Passionem Thebeorum metrice	lib.1.

Et quædam alia. Claruit temporibus Henrici tertii. Anno domini. 1050.

MARIANVS monachus Fuldensis, ordinis S. Benedicti, natione Scotus, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularium literarũ non ignarus, historiographus, & computista insignis, patriã suam relinquens, venit in Germaniam pro Christi amore peregrinus, & primum Coloniæ ad S. Martinum monachus factus, & solitudinis desiderio inclusus, duobus annis ibidem mansit. Postea vero ad Fuldam translatus. 12. annis ibidem inclusus mansit. donec tãdem propter eruditionem & sanctitatẽ iussu episcopi Moguntini & abbatis Fuldensis, ad Moguntiam transmigrans annis. 17. apud S. Martinũ denuo stans inclusus, in magno ab omnibus honore habebatur. Scripsit ab initio mundi vsque ad sua tempora.

Chronicam insignem	lib.3.	*Diuino informamur.*	
De concordantia Euangelistarum	lib.1.	*Fuit in diebus Herodis.*	
De computo quoque	lib.1.		

Et quædam alia. Moritur sub Henrico quarto. Anno domini. 1086. Indictione. 9. Ætatis suæ anno. 58. & Moguntiæ apud S. Martinum in maiori ecclesia non sine sanctitatis opinione sepelitur.

WENERICVS episc. Vercellensis ex clerico ecclesiæ Treuerensis, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis eruditus, & in disciplina secularium literarum sufficienter instructus, nomen suum scribendo notificauit posteris, quamuis ad nostræ lectionis notitiã eius opuscula non peruenerint. In ea discordia quæ fuit inter Hildebrandum Gregoriũ Papam septimum, & Henricum Imperatorem tertium siue regem quartum, scripsit ex persona Theoderici Virdunensis episcopi cum adhuc Treueris esset clericus, ad eundem Papam Gregorium diuinis scripturis instructum volumen, non eum increpans, sed seniorem obsecrans vt patrem, & amicabili affectu quasi dolentis suggerens ei omnia quæ cõtra ius legum & fas æquitatis eum fecisse vel dixisse loquax fama diuulgauerat, quod prænotauit.

De discordia regni & sacerdotii lib.1. De cæteris nihil reperi.

Claruit sub Henrico rege quarto. Anno domini. 1080.

THEODERICVS monachus ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis eruditus & in secularibus literis nobiliter doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio. Fertur non spernendæ lectionis quædam opuscula scripsisse, de quibus ad meam notitiam pauca peruenerunt. Legi tantum ad Richardum abbatem Fuldensem.

De vita S. Benedicti lib.1. *Cum cæleſtium ſacramen.*
De translatione corporis eiuſdem lib.1. *Cum diu gens Longo.*
Epiſtolarum ad diuerſos. lib.1.
Alia quoq; tam metro quam proſa plura compoſuit, quæ ad nos non venerunt.
Claruit ſub Henrico rege tertio. Anno domini. 1040.

ADAM abbas de Perſema, ordinis diui patris Benedicti, vir in diuinis ſcripturis iugi exercitatione doctus, & veterum lectione diues, atq; in ſecularium literarū ſcientia ſufficienter eruditus, in declamandis homiliis celeberrimę opinionis, nomen ſuū varios componendo tractatus cum laude tranſmiſit ad poſteros. Extant eius deuoti & vtiles,
Sermones ad fratres lib.1. De ſanctis & diuerſis materiis lib.1.
Fertur etiam quoſdam ſacræ ſcripturę explicuiſſe tractatus, quibus abundantem ingenii ſui venam oſtenderit, ſed ad notitiam meam non venerunt.

ANSELMVS epiſcopus Lucenſis, vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſeculanibus literis non infime doctus, Gregorii Papę 7. cooperator indefeſſus, & contra Guibertum ei ſubordinatum ab Henrico defenſor egregius, adeo vt omnia eius facta, dicta, vel ſcripta contra Henricum Imperatorem authoritate iuris & ſcripturarum defenderet. Reliquit ingenii magni monimenta clariſſima, quibus nomen ſuum ad poſteritatis notitiam cum gloria tranſmiſit. E quibus extant.
In Hieremiam prophetam lib.1. In Pſalterium quoq; lib.1.
Contra Guibertum antipapam lib.1. Et plures Epiſtolæ ad diuerſos lib.1.
Claruit ſub Henrico quarto. Anno domini. 1080.

WILLERAMVS abbas Mersburgenſ. ordinis S. Benedicti natione Teutonicus vir in diuinis ſcripturis eruditus, & ſecularium literarum non ignarus, carmine exercitatus &, proſa, cum in vniuerſitate Pariſiēſi aliquādiu literis impendiſſet ſtudiū, ad patriā reuerſus Bambergenſis eccleſiæ ſcholaſticus factus eſt. Tandē conſiderās mundi gloriā tranſire cū tempore contempto ſeculo, in Fuldenſi cœnobio pro Chriſti amore monachum induit, & poſtremo creſcentibus meritis, in monaſterio Sancti Petri prope Mersburg abbas conſecratus, nomen ſuum ſcribēdo poſteris notificauit. De cuius opuſculis ego tantū legi volumē metro & carmine mixta, proſa, pulchra varietate cōpoſitū, de nuptiis Chriſti eccleſiæ.
In Cantica canticorum lib.3. *Cum maiorum ſtudia intu.*
De cæteris nihil vidi. Claruit ſub Henrico tertio. Anno domini. 1070.

FRANCO ſcholaſticus Leodienſis eccleſiæ, natione Teutonicus, vir in diuinis ſcripturis magnifice doctus, & in ſecularium literarum diſciplina eruditiſſimus, Philoſophus, Aſtronomus, & computiſta inſignis, & non minus religione quā ſcientia venerabilis. Fertur in ſacris ſcripturis nonnullos compoſuiſſe tractatus, qui ad notitiā meam adhuc nō venerunt. Scripſit ad archiepiſcopū Colonienſ. Hermandū ſecundū, ſubtile opus & egregiū,
De quadratura circuli lib.1. De computo eccleſiaſtico lib.1. Et alia plura.
Claruit ſub Henrico Imperatore tertio. Anno domini. 1060.

BERNARDVS monachus Cluniacenſis, ordinis S. Benedicti, vir in ſcripturis ſanctis iugi meditatione exercitatus, & ſecularis literaturę non ignarus, religione quoque & morum honeſtate cōſpicuus. Iubēte venerabili abbate Hugone, omnes cōſuetudines Cluniacenſis monaſterii in vnū volumen luculento ſermone congeſſit titulū præponens operi.
Conſuetudines Cluniacenſium lib.1.
Scripſit & alia. Claruit ſub Henrico imperatore tertio. Anno domini. 1050.

BERNARDVS monachus Corbiēſis in Saxonia, ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus, vir in diuinis ſcripturis nobiliter doctus & in ſecularib. literis peritiſſimus, carmine excellens & proſa, ingenio ſubtilis & diſertus eloquio. Scripſit ad Hartwinum Magburgenſem archiepiſcopum luculento quidem ſermone ſed amaro volumen.
Contra Henricum quartum lib.1. Et alia quæ non vidi.
Claruit eiuſdem Henrici imperatoris temporibus. Anno domini. 1070.

IVO epiſc. Carnotenſis ex prępoſito S. Quintini Beluacenſis, ordinis canonicorū regularium diui patris Auguſtini, vir in diuinis ſcripturis exercitatus, & canonum ſanctorū patrum ac generaliū conciliorum cautiſſimus interpres, nec minus ſanctitate quā ſcientia reuerendus, ordinem ſuū diu collapſum magnifice reformauit. Scripſit poſt Burkardum Wormacienſem epiſcopum ex canonibus ſanctorum compendioſum decretum, quo ante Gratiani tempore vtebantur Iuriſtæ, quod prænotauit.
Panormiam li.10. *Excerptiones eccleſi*
Epiſtolarum ad diuerſos lib.1. *Iuo Eccleſiæ Carnotenſis.*

Et quædam alia. Claruit sub Henrico quarto. Anno domini. 1090.

HILDEBERTVS episcopus Cenomannensis, & Thuronensis postmodum archiepiscopus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus doctrinis nulli suo tempore secundus, ingenio acutus & multum disertus eloquio, Berengarii Thuronensis quondã discipulus, sed persecutor erroris, qui multas pro ecclesiastica libertate persecutiones & tribulationes vsq; ad carceres sustinuit. Scripsit vtroq; stylo, metrico videlicet & prosaico quædam præclara opuscula, de quibus ad lectionis nostræ notitiam adhuc pauca peruenerunt. Scripsit eleganti metro valde pulchram & vtilem expositionem.

Super toto missæ officio	lib.1.	*Scribere proposui quæ.*
De suo exilio	lib.1.	*Nuper eram locuples in.*
De miseria huius vitæ	lib.1.	
De Sacramento altaris	lib.1.	*Tollimur è medio sa.*
Epistolarum ad diuersos	lib.1.	Hymnorũ & orationũ diuerso metro lib.1.

Epitaphium Berengarii sui quondam præceptoris in versibus quinquaginta duobus comprehendit. Scripsit & alia plura nobis adhuc incognita. Claruit sub Henrico quarto. Anno domini. 1090.

ANSELMVS archiepiscopus Cantuariensis in Anglia ex abbate monasterii Beccẽsis in Normannia, ordinis S. Benedicti, Lanfranci quondam auditor atq; discipulus vir in diuinis scripturis eruditissimus, & secularium literarum peritia nulli suo tempore secundus, vita & cõuersatione integer atq; sanctissimus, mente deuotus, ore facundus, operatione strenuus, vultu angelicus, incessu maturus, progressu exemplaris, studio scripturarum continuus, & omni virtute ornatus & insignis fuit. Scripsit pene infinita opuscula, de quorum numero feruntur subiecta.

Contra gentes cur Deus homo	lib.1.	*Sæpe & studiose à mul.*
De incarnatione verbi contra Iudæ	lib.1.	*Domino & patri vniuersæ.*
De conceptu virginali	lib.1.	*Cum in omnibus religiosæ.*
Prosologium	lib.1.	*Eia nunc homuncio fu.*
Monologion	lib.1.	*Si quis vnam naturam.*
De Spiritu Sancto contra Græcos	lib.1.	*Negatur à Græcis quod spi.*
De casu diaboli	lib.1.	*Illud apostoli Quid habes.*
De diuersitate Sacramentorum	lib.1.	*Domino & amico Walram.*
De fermento & azymo	lib.1.	*Anselmus seruus ec.*
De voluntate Dei	lib.1.	*Humana ratio cum de.*
De S. Trinitate	lib.1.	In Cantica canticorum lib.1.
De pace & concordia	lib.1.	
De libero arbitrio	lib.1.	*Cum liberum arbitrium vi.*
De gratia & libero arbitrio	lib.1.	*De tribus illis quæstio.*
Dialogus de veritate	lib.1.	*Quoniam Deum veritatem esse.*
De similitudinibus	lib.1.	*Voluntas tripliciter in.*
De mensuratione crucis	lib.1.	*Quoniam iubente filio tuo.*
Meditationes	lib.1.	*Domine Deus meus da cor.*
Meditationes de passione Domini	lib.1.	*Anima Christiana anima de.*
De beata vita	lib.1.	De beata sufficientia lib.1.
De bona occupatione	lib.1.	De laudibus S. Mariæ lib.1.
Stimulus amoris	lib.1.	*Iesum Nazarenum à Iu.*
Pro insipiente	lib.1.	*Dubitanti vtrum sit.*
Contra insipientem	lib.1.	*Quoniam non me reprehend.*
De miseria hominis	lib.1.	*Terret me vita mea.*
De Antichristo	lib.1.	Dialogus Christiani & Gentilis lib.1.
De octo beatitudinibus	lib.1.	
De membris Deo attributis	lib.1.	*Vbicunq; sacra scriptu.*
De Sacramentis & officiis diuinis	lib.2.	*Celebratio missæ in con.*
Prouerbia.i. de domo conscientiæ	lib.1.	*Domus hæc in qua habi.*
In hexameron	lib.1.	Ad Lanfrancum archiepiscopum lib.1.
De Grammatico	lib.1.	De S. Iohanne Baptista lib.1.
In assumptione S. Mariæ	ho.1.	*Intrauit Iesus, &c. quid.*
Ad Guilhelmum Hirsaugiensem	epi.1.	*Ex quo vestra probitas mi.*
Epistolarum ad diuersos	lib.1.	*Seruus seruorum Dei in.*

De pec-

De peccato originali lib.1. Sermones etiam nonnullos.
Sed & alia complura scripsisse dicitur, quę ad notitiam meam non venerunt.
Claruit sub Henrico Imperatore tertio. Anno domini. 1080.

GVILHELMVS abbas Hirsaugiēsis cœnobii, in diœcesi Spirensi, ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus, ad quem beatus Anselmus Cantuariensis archiepiscopus nonnullas conscripsit epistolas, vir in diuinis scripturis eruditissi. & in secularibus literis nulli suo tempore apud Germanos inferior, Philosophus, Astronomus & Musicus insignis, vita & conuersatione sanctissimus, quippe qui multis legitur coruscasse miraculis, regularē disciplinam iamdudum collapsam in multis cœnobiis Germanię reformauit. Scripsit ergo pro conuersatione monasticæ obseruantiæ ex veterum statutis.

Constitutiones monachorum lib.2. *Cum ego frater Guilhelmus.*
De Musica & tonis lib.1. *Postquam donante Deo pe.*
De horologio lib.1. *Quisquis veracissimum.*
De correctione Psalterii lib.1. *Si quis in hac necessaria.*
Ad S. Anselmum Canth. epi.3. Epistolarum ad diuersos lib.1.

Alia quoq; nonnulla edidit, quę negligentia veterū in obliuionē venerunt. Moritur sub Henrico Imp. tertio, rege autē Romanorum quarto Anno domini. 1091. Indiction 14. 4. Nonas Iulii. Sepultus in medio ecclesię Apostolorū, magna opinione sanctitatis.

GISELBERTVS præpositus monasterii West in Anglia, ordinis S. Benedicti, Anselmi Cantuariensis auditor atque discipulus, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularis Philosophiæ non ignarus, ingenio promtus & cautus eloquio, nomen suum scribendo posteris notificauit, dum quædam necessaria opuscula composuit. De quibus ista feruntur, disputatio contra Iudæos.

Ad beatum Anselmum episcopum lib.1.
In Esaiam prophetam lib.1. Et quædam alia.
Claruit sub Henrico quarto cum Anselmo. Anno domini. 1090.

GVNTHERVS monachus Eluonensis, ordinis S. Benedicti, in diuinis scripturis iugi exercitatione peritus, & in disciplinis secularium literarum nobiliter doctus, theologus & Poeta clarus, ingenio subtilis & comptus eloquio. Scripsit & metro & prosa quædam præclara volumina, De quibus ad notitiam meam pauca peruenerūt. Extat eius volumen eleganti metro.

De passione S. Ciriaci lib.1. Et quædam epistolæ.
Claruit temporibus Henrici regis quarti. Anno domini. 1100.

THEODERICVS abbas monasterii S. Trudonis Leodiensis diœcesis, ordinis diui patris Benedicti, natione Teutonicus, vir in scripturis sanctis studiosus & eruditus, atque in secularibus literis sufficienter instructus carmine excellens & prosa. Scripsit vtroq; stylo quædam præclara opuscula, in quibus suum magnifice exercitauit ingenium. E quibus feruntur subiecta, eleganti metro conscripta.

Vita sancti Trudonis lib.1. Vita sancti Bauonis lib.1.
Vita sancti Remoldi lib.1.
Et alia plura. Claruit temporibus Henrici quarti. Anno domini. 1100.

PETRVS Alphonsus ex Iudæo conuersus ad fidē, Moyses antea vocatus quē rex Alphonsus de sacro fonte leuans suo agnomine insigniuit, vir in scripturis sanctis eruditus, & in seculari Philosophia nobiliter doctus, in argumentū suæ syncerę fidei. Scripsit sub nomine Moysi Iudæi quod fuerat, & Petri Christiani quod esse cœpit insignē dialogum.

Contra Iudæos lib.1. *Vni & æterno primo.*
De scientia & Philosophia lib.1. Et quędam alia.
Claruit temporibus Henrici quarti. Anno domini. 1100.

HONORIVS Augustinensis ecclesiæ presbyter & scholasticus, vir in scripturis studiosissimus & valde eruditus, atque in secularibus scientiis nobiliter doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio. Scripsit multa præclara opuscula. De quibus iste per se in libro illustrium virorum quæ prænotauit, de luminaribus ecclesiæ recensuit subiecta. Opus valde necessarium de Christo, de ecclesia & de futura vita quem prænotauit.

Elucidarium lib.3. De libero arbitrio lib.1.
Sigillum S. Mariæ lib.1. *Dicitis vos mirari cur.*
Speculum ecclesiæ siue sermonum lib.1. Offendiculum de sacerdotibus lib.1.
Summam historiarum lib.1.
Gemmam animæ de officiis diuinis lib.6. *Agmen in castris æterni.*

De imagine mundi lib.2. *Mundus itaque dicitur.*
In Cantica canticorum lib.1. *In principiis librorum.*
De luminaribus ecclesiæ lib.1. *Gelasius vrbis Romæ.*
De corpore Domini lib.1. In hexameron lib.1.
De Deo & vita æterna lib.1. De anima lib.1.
Scalam cœli de gradibus visionum lib.1. Clauem Physicæ de naturis rerum lib.1.
In toto Psalterio lib.1. In Euangelia homiliarum lib.1.
De Papa &. Imperatore lib.1. Dialogum ex opuscul. Augustini lib.1.
Resurrectionem mensium de festis lib.1. Pabulum vitæ de sanctis lib.1.
Epistolarum ad diuersos lib.1.

Alia insuper multa edidit, quorum titulos inuenire necdum potui. Claruit sub Henrico quinto. Anno domini. 1120.

SIGEBERTVS monachus Gemblacensis, ordinis S. Benedicti, natione Gallicus, vir in diuinis scripturis à iuuentute sua studiosissimus & multum eruditus, atq; in secularibus literis nulli suo tẽpore in Leodiensiũ territorio secundus, carmine exercitatus & prosa. Scripsit vtroq; stylo multa volumina, quib. nomen suum transmisit ad posteros. Reprehenditur autem in eo quod Henrico Imperatori Romanæ ecclesiæ persecutori & rebelli adhærens, cõtra Hildebrandum Gregorium septimum Papam literas & opuscula scripsit, quæ suum propositum non decebãt. Quid vero scripserit, in fine illustrium virorum aperte declarauit. Cum in cœnobio S. Vincentii Metensi ad instruendos pueros esset positus, scripsit heroico metro.

Vitam S. Theodorici episcopi lib.1. Passionem S. Luciæ metrice lib.1.
De translatione eiusdem lib.1. Vitam Sigeberti regis lib.1.
Passionem Thebeorum lib.1. Vitam S. Guiberti lib.1.
Gesta abbatum Gemblacensium lib.1. Vitam S. Maclouii lib.1.
Vitam S. Theobardi lib.1. Contra Papam Gregorium lib.1.
Apologiam ad imperatorem lib.1. Contra epistolam Paschalis Papæ lib.1.
In Ecclesiasten heroico metro lib.1. Historiarum post Eusebium lib.1.
De illustribus viris lib.1. Marcellus Marci vr.
Epistolarum ad diuersos lib.1.

Alia etiam post hæc edidit, quæ cum supra scriptis opusculis non signauit. Claruit temporibus Henrici Imperatoris tertii regis quarti. Anno domini. 1110. Chronicam suam perduxit vsque ad annum. 1111.

CALIXTVS Papa secundus natione Burgundus, frater ducis Burgundiæ, prius archiepiscopus Viennensis, sedit in pontificatu post Gelasium annis sex, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularium iterarum non ignarus, amator S. Iacobi Apostoli præcipuus ob cuius honorem ecclesiam Compostellanam in archiepiscopatum sublimauit. Scripsit composito sermone & maxima diligentia.

De miraculis S. Iacobi lib.1. *Calixtus episcopus seruus.*
Epistolarum ad diuersos lib.1.

Et quædam alia. Claruit sub Henrico quinto. Anno domini. 1120.

STEPHANVS qui & Herrandus Halberstatensis ecclesiæ quartusdecimus episcopus, ex abbate Ilsenburgẽsis cœnobii, ordinis sancti Benedicti, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis eruditus & secularium literarum non ignarus, ingenio subtilis & disertus eloquio. Scripsit non contemnendæ lectionis opuscula, sed in manus nostras pauca venerunt. Scripsit in persona Ludouici comitis elegantissimam & vtilem epistolam ad Waltramum episcopum Nienburgensis ecclesiæ defendentem Henricum rebellem ecclesiæ Romanæ.

Defensorium Papæ lib.1. *Sicut bonus hõ de bo.*
Et plures epistolas ad diuersos lib.1.

Et quædam alia. Moritur sub Henrico quinto. Anno domini. 1107. Indictione quintadecima. Et honorifice sepultus est in Reinsburg.

BERNARDVS abbas Clareuallensis primus, ordinis Cistertiensis, natione Burgundus, vir nobilis & sanctus, qui multis & in vita & post obitum miraculis claruit, in diuinis scripturis eruditus. & secularium literarum non ignarus, ingenio subtilis, & ornatus eloquio, quippe qui nihil in suis neglexit scriptis, quod ad ornandam orationem posset conducere. Edidit multa præclara opuscula, de quibus feruntur subiecta.

De con-

De consideratione ad Eugenium lib.5. *Subit animam dictare ali.*
Meditationum suarum lib.1. *Multi multa sciunt &*
De contemptu mundi ad clericos lib.1. *Ad audiendum vt credi.*
De gradibus humilitatis lib.1. *Rogasti me frater Gotfrid.*
De gratia & libro arbitrio lib.1. *Loquente me nup. co.*
Ad milites templi lib.1. *Hugoni militi Christi &.*
Speculum vitæ religiosæ lib.1. *Si quis inter vos emen.*
De scala claustrali lib.1. *Cum die quadam corpora.*
Ad Carthusienses lib.1. *Fratribus de monte Dei.*
De conscientia lib.1. *Conscientia in qua per.*
De ordine vitæ lib.1. *Hortatur quidem timidam.*
De duobus oculis animæ lib.1. De confessione peccatorum lib.1.
De præcepto & dispensatione lib.1. *Domino abbati Columbensi.*
Ad Henricum Senonensem lib.1. *Placuit præstantiæ ve.*
Ad Hugonem S. victoris lib.1. *Si tibi videor tardius.*
Contra Gerardum lib.1. *Virtus in pace acqui.*
Contra hæreticum ad papam lib.1. *Periculosa quæq; &.*
De miseria huius vitæ lib.1. *Dies hominis sunt sicut vm.*
De tentationibus & ocio lib.1. *Seruum Dei gratis Deo.*
De voluntate lib.1. *Omnia genera vitiorum.*
Ad Cluniacenses Apologia lib.1. *Vsque modo si qua me.*
De gradibus charitatis lib.1. *Viro illustri domino Au.*
De passione Domini lib.1. Super Magnificat lib.1.
De diligendo Deo lib.1. *Venite ascendamus.*
In Psalmum qui habitat lib.1. *Considero labores varios.*
In Cantica canticorum. hol.86 lib.1. *Vobis fratres alia quam aliis.*
Super Missus est angelus lib.1. *Scribere me aliquid.*
Ad sororem suam de modo viuendi lib.1. *Charissima mihi in Christo.*
Vita Malachiæ episcopi lib.1.
Epistolarum ad diuersos lib.1. *Satis & plus quam satis.*
Sermones plures lib.1. *Hodie fratres celebramus*
Et quædam alia

Claruit sub Conrado Imperatore tertio. Anno domini. 1140.

ANSELMVS Laudinensis scholasticus, in scripturis diuinis valde studiosus, & longa exercitatione peritus, atq; in secularium literarum disciplinis nobiliter doctus, ingenio acutus, sermone scholasticus, non minus vita quã scientia insignis, nouo expositionis genere vtriusq; testamenti scripturas glossa interliniali & marginali ex patrum scriptis explanauit. Scripsit etiam alia quædam opuscula, quæ ad me non venerunt. Fertur.

In Psalterium commentariorum lib.1. Et quædam epistolæ.

Claruit sub Henrico quarto. Anno domini. 1110.

HVGO presbyter & monachus S. Victoris Parisiensis, ordinis canonicorum regularium Augustini, & abbas vt ferunt ibidem, natione Saxo, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in seculari Philosophia nulli priscorum inferior, qui velut alter Augustinus doctor celeberrimus suo tempore est habitus, ingenio subtilis, & ornatus eloquio, nec minus cõuersatione quam eruditione venerandus. Scripsit multa & pene infinita opuscula, de quibus ad manus nostras pauca hucusq; peruenerunt.

Summa sententiarum suarum lib.1. De anima Christi lib.1.
De Sacramentis li.12. *Arduum profecto & la.*
Didascolon lib.6. *Omnium expetendorum pri.*
De arra animæ lib.1. *Loquar secrete animæ*
De modo orandi lib.1. *Quo studio & quo affe.*
De laude charitatis lib.1. *Tam multos iam lauda.*
De institutione nouitiorum lib.1. *Quia fratres largiente do.*
In regulam S. Augustini lib.1. *Hæc præcepta quæ.*
De mystica arca Noe lib.5. *Cum sederem aliquando in con.*
In Ecclesiasten, homil.16. lib.1. *Quæ de libro Salomo.*
In Cantica canticorum lib.1. *In principio laboris.*
In Threnos Hieremiæ lib.1. *Quomodo sedet, &c. quantum ad.*

In Hierarchias Dionysii	li. 14.	*Iudæi signa quærunt.*	
De laude patrum	lib. 1.		
De perpetua virginitate S. Mariæ	lib. 1.		
Super Magnificat	lib. 1.	Super tota pulchra es	lib. 1.
De amore sponsi & sponsæ	lib. 1.		
De medicina animæ	lib. 1.	*Homo microcosmos id est.*	
De meditatione	lib. 1.	*Meditatio est frequens.*	
De incarnatione verbi	lib. 1.	*Quidam fuerunt qui.*	
De sapientia Christi	lib. 1.	*Quæritis de anima.*	
De vanitate mundi	lib. 1.	*O munde immunde, &c.*	
De substantia dilectionis	lib. 1.	De septem donis Spiritus Sancti	lib. 1.
De disciplina	lib. 1.	In quinq; libros Moysi	lib. 1.
De mysteriis ecclesiæ	lib. 1.		
De spiritu & anima	lib. 1.	*Quia dictum est mihi.*	
De oratione dominica	lib. 2.	*Septem sunt petitiones.*	
De confessione	lib. 1.	*Solus solitudinem, &c.*	
In Ezechielem prophetam	lib. 1.	Epitoma Philosophiæ	lib. 1.
In quosdam Psalmos	lib. 1.	De nuptiis & concupiscentia	lib. 1.
De natura Dei simplici	lib. 1.		
De triplici voluntate in Christo	lib. 1.	*Quæris de voluntate.*	
De potestate & voluntate Dei	lib. 1.	*Quæritis de potesta.*	
De sacra scriptura	lib. 2.	*Lectorem diuinarum scri.*	
De natura animalium	lib. 1.	*Leo fortissimus bestia.*	
De contemplatione	lib. 1.	*Spiritalis domini, &c.*	
Epistolarum ad diuersos	lib. 1.		

Sermones etiam composuit plures & alios diuersos varioscq; tractatus. Claruit sub Henrico Imperatore quinto. Anno domini. 1130.

RVPERTVS abbas Tuitiensis cœnobii iuxta Coloniam Agrippinam, ordinis sancti Benedicti, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis Spiritu Sancto per visionē illustrāte doctissimus, & secularium literarum non ignarus, monachus S. Laurentii Traiectensis, propter incredibilē eruditionē suam à Frederico Colonien. archiepiscopo inde assumpt', & in abbatem Tuitiensis monasterii sublimatus, multa præclara opuscula composuit. Ex eo siquidē tempore quo cœnobiū in iuuentute sua ingressus est, tātum se in scripturis sanctis exercitauerat, vt nec dormiens quidē à meditādis illis videretur posse quiescere, quin lingua & labia eius quasi legendo mouerētur. De cuius opusculis ego tantū ad præsens reperi subiecta. Ad Cunonem abbatē Sigebergensem postea episcopum Ratisponensem.

De victoria verbi Dei	li. 13.	*Nuper cum tu hospes op.*	
In Genesim	lib. 9.	*Quicunque fideli animæ dum.*	
In Cantica canticorum	lib. 7.	*Qui contra hominem similem.*	
In librum sancti Iob	li. 10.	In libros regum de Dauid	li. 15. 40
De sancta Trinitate in vetus testa	li. 42.		
In Apocalypsin Iohannis	li. 12.	*Vt tu quoque venerabi.*	
De officiis diuinis	li. 12.	*Ea quæ per circulum anni.*	
Meditationes de incendio Tuitiensi	lib. 3.	*Ecce quo criminator.*	
In 12. Prophetas minores	li. 30.	In Euangelium Matthæi	lib. 8.
In Euangelium Iohannis	li. 14.	Super regulam sancti Benedicti	lib. 1.
Apologeticum eiusdem operis	lib. 1.	Epistolarum ad diuersos	lib. 1.

Deniq; fertur & alia plura scripsisse, & nouum ac vetus testamentū pro maiori parte in multis libris explanasse, de quibus vsq; in præsens nihil vidimus, præter ea quę signauimus. Claruit multa sanctitate, doctrina & miraculis coruscans, sub Henrico quinto. Anno domini. 1124. Et sub Lothario tertio moritur.

RVPERTVS abbas cœnobii Lympurgensis in diœcesi Spirensi, ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus, vir tam in diuinis scripturis quam in secularibus literis magnifice doctus, vita & conuersatione insignis, adeo vt reuelationibus crebris meruerit visitari diuinis, Hic multis annis in Gymnasio Parisiensi Philosophiæ seculari operam dedit, & Philosophus nobilis euasit. Sed considerans præsentis vitæ inanem esse Philosophiam, studiū vanitatis deseruit, & ad patriam reuertens in dicto cœnobio monachus, & demum abbas factus est. Scripsit autem non contemnendæ lectionis opuscula, de quibus ego tantum reperi subiecta.

In Can-

In Cantica canticorum	lib.4.	*Quicunq; suiipsius rerum.*	
De contemptu mundi	lib.2.	*Mundus indebito nomine.*	
De S. Iohanne Baptista	lib.1.	*Refert historicus euan.*	
Reuelationum suarum	lib.1.	*Anno dominicæ incarnatio.*	

Scripsit quosdam sermones de sanctis, quorum corpora vel patrocinia in eodem Lymburgensi monasterio habebantur. Claruit sub Henrico Imperatore quinto nō sine opinione sanctitatis. Anno domini. 1124.

RVDOLPHVS abbas S. Trudonis in diœcesi Leodiēsi, ordinis diui patris Benedicti, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis iugi exercitatione peritus, & in secularibus literis non infime doctus, carmine valens & prosa, & Musicus excellens, nec minus opere quam scientia clarus. Scripsit vtroq; stylo non spernenda opuscula, de quibus feruntur.

Contra symoniacos	lib.7.	Chronica quoq;	lib.1.
Carmina multa			

Cantus etiam in laude sanctorum plures dulci & regulari melodia composuit. Claruit sub Henrico quinto. Anno domini. 1125.

FRANCO secundus abbas cœnobii Hasligemensis, ordinis S. Benedicti, vir in diuinis scripturis eruditus, & seculari doctrina sufficienter instructus, ingenio valens & clarus eloquio, scripsit tam metro quam prosa quędā commendanda opuscula, quib. nomen suū cum gloria transmisit ad posteros. Cum adhuc in cœnobio prędicto simplex esset monachus, iubente Fulgentio abbate suo incepit opus insigne, quod postmodum abbas factus perfecit, scientia & eloquentia ornatum.

De gratia Dei	lib.1.	De statu futuræ gloriæ metrice	lib.1.
Epistolatum ad diuersos	lib.1.	Sermones de beata virgine	lib.1.

Et quædam alia. Electus est in abbatem præfatæ Hasligemensis cœnobii, sub Henrico Imperatore quinto. Anno domini. 1109. Indictione. 13.

GILBERTVS episcopus Pictauiensis ex scholastico Parisiensi, cognomento, Porreta, natione Gallicus, vir in diuinis scripturis multum exercitatus, & in secularibus literis magnifice doctus, ingenio subtilis & nouitate terminorum confusus eloquio, à beato Bernardo in quibusdam arguitur hæreseos, & in concilio Remensi ab Eugenio celebrato cōuictus, renuntiasse fertur errori. Sunt qui eum excusent, authoritates in expositionib. suis inductas dicentes ab aliquibus minus sane intellectas. Nos autem cum Romana ecclesia sentientes, semel per eam conclusa, nulli infringere licere confitemur. Scripsit autem Gilbertus multa opuscula, de quibus feruntur subiecta.

In totum Psalterium	lib.1.	In omnes epistolas Pauli	lib.14.
In Euangelium Iohannis	lib.1.		
In Boetium de Trinitate	lib.1.	*Libros quæstionum, &c.*	
Sermones plures	lib.1.	Et quædam alia.	

Claruit sub Conrado Imperatore tertio. Anno domini. 1140.

LVCAS abbas montis S. Cornelii, ordinis diui patris Benedicti, in scripturis sanctis continua exercitatione doctus, & in secularibus literis pro suo statu sufficiēter instructus, in exponendis diuinis voluminibus nobile sortitus ingenium, nomen suum varia scribendo syntagmata, ad posteritatis notitiam transmisit. Sed nihil eorum ad manus nostras memini peruenisse. Fertur eius insigne opus ad Milonem Taruanensis ecclesiæ episcopum virum æque doctissimum, quod necdum vidi.

In Cantica canticorum	lib.1.	
Sermones & epistolæ plures		Et quædam alia.

Claruit temporibus Lotharii vltimi Imperatoris. Anno domini. 1130.

WILBERTVS episc. Carnotensis, in diuinis scripturis studiosus & valde peritus, atq; in disciplinis secularium literarū nulli suo tēpore doctorū inferior, ingenio acutus, & satis ornatus eloquio, moribus & vita insignis, & beatissimæ Dei genitricis Mariæ amator & cultor præcipuus. Scripsit insigne opusculum de hac prophetia: Non auferetur sceptrū de Iuda.

Contra Iudæos	lib.1.		
De natiuitate S. Mariæ	ser.1.	*Approbatæ consuetud.*	
Sermones varios	lib.1.		

Alia quoq; nonnulla scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Credo eum floruisse sub Henrico quarto. Anno domini. 1100.

ODO episcopus Cameracensis, vir in scripturis sanctis eruditus, & in literis humanitatis nobiliter doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio, in componendis & declamandis ho-

dis homiliis ad populum veterum more non mediocriter insignis. Scripsit disputationem quam habuerat cum quodam Iudæo de mysterio dominicæ incarnationis sub dialogo, annotatis prima sui nominis litera & Iudæi secum disputantis.

Ad Wilbodonem monachum	lib.1.	In Canonem missæ	lib.1.
De villico iniquitatis	lib.1.	Homo quidam erat diues.	

Homilias & epistolas plures.

Et quædam alia non pauca composuit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

EMONDVS monachus Cantuariensis in Anglia, ordinis S. Benedicti, Anselmi archiepisc. quondam auditor atq; discipulus, vir in diuinis scripturis diuturna exercitatione doctus, & secularium literarum non ignarus. Scripsit non spernendæ lectionis opuscula, quibus & fidelium ædificationi profuit & nomen suum posteris notificauit. E quibus extat volumen vnum de discordia, quæ fuit inter Guilhelmum Anglorum regem & S. Anselmum præfatum Cantuariensem archiepiscopum.

De liberrate ecclesiastica	lib.1.	Vita eiusdem Anselmi	lib.1.

Et quædam alia. Claruit temporibus Henrici quarti. Anno domini. 1120.

GRATIANVS monachus Bononiensis siue Classensis, ordinis S. Benedicti patria (vt quidam volunt) Etruscus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & mirabili studio flagrans ingenio promptus & clarus eloquio, vita quoq; & conuersatione insignis. Scripsit post Iuonem Carnotensem episcopum volumen decretorum insigne ex veterum statutis, sanctionibus & scriptis quo iuris canonici professores vsq; in præsens vtuntur in scholis, ab Eugenio papa tertio approbatum. Cuius titulus est.

Concordia discordantium canonũ	lib.4.	Humanum genus duobus.	

Composuit & alia quædam. Claruit sub Henrico quarto. Anno domini. 1120.

HVGO monachus Corbiensis, ordinis S. Benedicti, dictus de Folieto, vir in scripturis sanctis veterum lectione diues & eruditus, ingenio clarus & dulcis eloquio, nec minus conuersatione quam scientia venerabilis, nomen suũ scriptis notificauit posteritati. Scripsit enim insigne volumen omnib. religiosis & Deum timentibus non tam vtile quam iocundum, in quatuor distinctum libellis, vt sequitur, prænotatis.

De claustro materiali	lib.1.	*De ordinatione claustri.*	
De claustro spiritali	lib.1.		
De claustro animæ	lib.1.	*Animæ claustrum contem.*	
De claustro paradisi	lib.1.	*In cœlesti Hierusalem clau.*	

Et quædam alia. Claruit temporibus Henrici quarti. Anno domini. 1120.

RICHARDVS monachus S. Victoris Parisiensis, ordinis canonicorum regularium S. Augustini, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in seculari Philosophia nobiliter doctus, ingenio præstans, eloquio scholasticus, moribus & conuersatione præcipuus. Scripsit multa & pene infinita opuscula, quibus vtilitati credentiũ multum profuit, & nomẽ suum immortalitati consecrauit. E quibus ista feruntur.

De S. Trinitate	lib.6.	*Iustus meus ex fide vi.*	
De contemplatione	lib.5.	*Surge Domine in requiem.*	
De 12. Patriarchis	lib.1.	*Benilmin adolescenti.*	
In arca mystica	lib.5.	*Mysticam illam Moysi.*	
In Cantica canticorum	lib.1.	*In lectulo, &c. anima quæ.*	
De exterminatione mali	lib.1.	*Quid est tibi mare quod.*	
De promotione boni	lib.1.	*Omne caput languidum.*	
Contra Iudaizantes	lib.1.	*Ecce virgo concipiet &.*	
De tabernaculo fœderis	lib.1.	De 42. mansionibus	lib.1.
De quatuor gradibus charitatis	lib.1.	De sacerdotio Melchisedech	lib.1.
De 12. apparitoribus	lib.1.	De studio sapientiæ	lib.1.
De profectu monachorum	lib.1.	De oratione mentali	lib.1.
De triplici holocausto	lib.1.		
De authoritate Petri	lib.1.	*Quodcunq; ligaueris.*	
De potestate iudiciaria	lib.1.	*In regeneratione.*	
De differentia peccatorum	lib.1.	*Quoniam quæstioni tuæ, &c.*	
De instructione nouitiorum	lib.1.	*Afferte Domino filio Dei.*	
De spiritu blasphemiæ	lib.1.	*Quæ in Euangelio.*	
De officiis ecclesiæ	lib.1.	De diuersis affectibus	lib.1.
Epitoma totius Bibliæ	lib.1.	In Apocalypsin Iohannis	lib.1.

In Da-

In Danielem prophetam	lib.1.	Chronica ab initio mundi	lib.1.
De gemino pascha	lib.1.		
Diuisionum vel exceptionum	li.24.	*Deus summe bonus &.*	
De visione Nabuchodonosor	lib.1.	De sacrificio Abrahæ	lib.1.
De quatuor ventis	lib.1.		
De verbis Esaiæ	lib.1.	*In illa die nutriet homo.*	
De verbis apostoli	lib.1.	*Quæris quomodo,&c.*	
De actibus Apostolorum	lib.1.	*Misit Herodes rex ma.*	
De charitate violenta	lib.1.		
De nouitate vitæ	lib.1.	*Expurgate vetus fermen.*	

Alia insuper multa composuit, epistolas, sermones & varios tractatus. Claruit sub Conrado Imperatore tertio. Anno domini. 1140.

GVIDO quintus prior Carthusiæ, vir in diuinis scripturis longo studio peritus, & secularium literarum non ignarus, ingenio placidus, & eloquio clarus, nec minus conuersatione quã doctrina venerabilis. Fertur nonnulla composuisse opuscula, quibus nomen suũ immortalitati donatum est. E quibus extat insigne opus luculento sermone conscriptum.

De vita Hugonis Granapol. episcopi lib.1. De institutionibus Carthu. lib.1.

Et quædam alia. Epistolas beatissimi patris Hieronymi nimio scriptorum vitio depraua tas diligenti studio ad veritatis limã emendauit, & in vnum comportauit. Moritur sub Lothario Imperatore iuniore. Anno domini. 1137. Indictione. 15. sexto Cal. Augusti.

PETRVS Lombardus episcopus Parisiensis ex scholastico, vir in diuinis scripturis studiosissimus & nobiliter doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio, nomen suum scribẽdo cũ tanta gloria transmisit ad posteros, vt vsq; in hodiernum diem suis opusculis Theologorum schola vbiq; exercitata, singulari veneratione magistrum eum nominet & habeat. Scripsit enim sagaci studio ex dictis sanctorum patrum commendabile opus.

Sententiarum	lib.4.	*Cupientes aliquid de.*	
In totum Psalterium	lib.1.	*Cum omnes Prophetias spiritus.*	
In omnes epistolas Pauli	li.14.	*Principia rerum requiren.*	
Sermones varios	lib.1.		

Alia quoque non pauca composuit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Conrado Imperatore tertio. Anno domini. 1140.

ECKARDVS primus abbas monasterii S. Laurentii, quod Vraugia dicitur, in diœcesi Herbipolensi in Hircinia sylua, ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis nulli inter Germanos suo tempore doctorũ inferior, metro excellens & prosa. Scripsit nõ spernendæ lectionis opuscula, quibus ingenii sui viuacitatem declarauit. De quibus ego tantũ vidi opus insigne, ad imitationem Boetii gemino stylo compactum ad instructionẽ & consolationem monachorũ & omniũ fidelium Deum timentium valde vtile & necessarium, quod prænotauit.

Laternam monachorum lib.5.

Sermones quosdam elegantes, variasque epistolas ad diuersos composuit. Claruit sub Conrado tertio Imperatore. Anno domini. 1130. In medio ecclesiæ præfati monasterii sepultus.

ENGELBERTVS abbas cœnobii Admontesis, ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis valde studiosus & eruditus, atq; in secularium litetarum disciplinis sufficienter instructus, ingenio & eloquio clarus, nec minus conuersatione quam scientia reuerendus, nomen suum varia scribendo & exponendo notificauit, & tam verbo quam exemplo ad ædificationem fratrum suorum non infima fecit. Scripsit enim.

Sermones elegantes	lib.1.	De vitiis & virtutibus	lib.1.

Sed & alia nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam minime venerunt.

PETRVS presbyter ecclesiæ Trecensis, cognomento comestor siue manducator, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, atq; in secularibus literis egregie doctus, carmine exercitatus & prosa, scripsit vtroque stylo quędã præclara opuscula, quorum authoritas ab ecclesia longo iam vsu comprobatur. Comestor autem siue manducator idcirco dictus est, quod scripturarum authoritates in suis sermonibus & opusculis crebrius allegando quasi in ventrem memoriæ manducarit. Scripsit inter cætera ingenii sui volumina, insigne opus ad Guilhelmum Senonensem archiepiscopum omnes libros Bibliæ historiales, & breuiter & vtiliter exponendo quod iam ex vsu prænotatur.

Historia scholastica li.20. *Imperatoriæ maiestatis.*

De lau-

De laudibus sanctæ Mariæ lib.1. Sermones de tempore lib.1.
Sermones de sanctis lib.1. Et alia complura lib.1.

Claruit sub Frederico Imperatore primo. Anno domini. 1160.

PETRVS Dialecticus Parisiensis, dictus Abelardus natione Gallus, vir in seculari Philosophia eruditissimus, & in diuinis scripturis nobiliter doctus, gaudens nouitate terminorum & altiora se scrutari tentans, oppressus à gloria plures incidit errores, & agente sancto abbate Bernardo in Senonensi concilio cum prauis suis doctrinis condemnatus. Ab hoc tempore Philosophia secularis sacram Theologiam sua curiositate inutili fœdare cœpit. Scripsit autem Petrus iste nonnulla opuscula, quibus si errores non miscuisset, vtilitati posteritatis profuisse poterant. E quibus extat volumen dialectica obscuritate subumbratum, multis sententiis varium quod prænotare voluit.

Theologiam suam lib.1. Scito teipsum lib.1.
Et quædam alia.

Claruit sub Conrado Imperatore tertio. Anno domini. 1140.

ADELPHVS abbas ordinis S. Benedicti, vir in diuinis scripturis longa exercitatione peritus, & secularium literarum non ignarus, regularis obseruantiæ cultor indefessus, vt se verbo & exemplo ouibus Christi sibi commissis vtilem posset exhibere pastorem. Fertur ad earum vtilitatem nonnulla cudisse opuscula in quibus diues ingenii vena ornatum commendat eloquium. De quibus extant elegantes.

Sermones ad fratres lib.1. Contra Sarracenos lib.1.

Cætera quæ composuisse dicitur, ad notitiam meam non venerunt.

GVILHELMVS abbas S. Theoderici & postea vt dicitur monachus Clareuallensis sub diuo patre Bernardo ordinis Cistertiensis vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, vita quoq; & sanctitate conuersationis insignis, & ob id eidem singulariter dilectus, edidit non spernendæ lectionis opuscula. De quibus ad meam notitiam pauca peruenerunt. Incepit scribere, sed morte præuentus non perfecit.

Vitam S. Bernardi abbatis lib.1. *Scripturus vitam serui tui.*
Speculum fidei lib.1. Ænigma fidei lib.1.
Setentiarum fidei lib.1. Ad Theophilum de natura animæ lib.1.
De contemplando Deo lib.1. De natura & dignitate amoris lib.1.
De Sacramento altaris lib.1. Meditationes pronouitiis lib.1.
Contra Petrum Abelardum lib.1. In Cantica canticorum imperfectum li.1.
In epistolam Pauli ad Romanos lib.1. Et quædam alia.

Sunt qui dicant hunc Guilhelmum cum adhuc abbas esset S. Theoderici vulgatam ad Carthusienses illam scripsisse epistolam cuius initium est. Fratribus de monte Deorien tale lumen, quę beato Bernardo à multis adscribitur. Claruit sub Conrado Imperatore tertio. Anno domini. 1140. Et ante Bernardum cum vnum de vita ipsius librum complesset, moritur, cui Arnoldus abbas Boneuallis quatuor alios adiecit libros

CONRADVS monachus Hirsaugiensis cœnobii in confinibus Sueuorum, ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus, Spirensis diœcesis vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis valde peritus, Philosophus, Rhetor, Musicus, & Poeta insignis, sub nomine peregrini mula præclara composuit opuscula, in quibus ornata sententiarum dispositio, & venusti sermonis cultura, nulli veterum inferiorem suum declorant authorem. De his ad meam notitiam subiecta tantum peruenerũt. Opus dialagorum insigne sub nomine peregrini presbyteri, & Theodoræ Deo sacratæ virginis, quod prænotauit.

Speculum virginum lib.8. *Collaturo tecum o theo.*
In Euangelia per annum lib.1. *Quia in litera veteris test.*
De vita spiritus & fructu mortis lib.1. *Cum omnis diuinæ paginæ.*
Matricularius lib.1. *Cum manifestum sit mun.*
De laudibus S. Benedicti metrice lib.1. *Luce velut solem.*
Diascalon lib.1. *Quia te video diu va.*
De Musica & tonis lib.1. *Musica est secundum cuiusdam*

De cæteris nihil vidi. Fuit alius quidam declamator ordinis prædicatorum qui secundum modernorum consuetudinem sermones ad populum composuit sub nomine Peregrini, nostro multum eloquio inferior, & tempore quoq; posterior. Quicquid autẽ Conradus iste scripsit Tullianam resonat eloquentiam, quod alter non potuit. Claruit sub Cõrado Imperatore tertio. Anno domini. 1140.

ARNOLDVS abbas Boneuallis, ordinis Cistertiensis, beati Bernardi abbatis quondam

dam familiaris amicus, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, secularium quoque literarum non ignarus, ingenio promptus, & clarus eloquio, nec minus conuersatione quam doctrina conspicuus, nomen suũ scribendo posteritati notificauit. Defuncto namque Guilhelmo abbate S. Theoderici, & opus vitæ S. Bernardi imperfectum relinquente, ipso etiam sancto iam cœlestia regna tenente, scripsit & fecit.

Vitam S. Bernardi lib.1. *Virorum illustrium gesta.*

Et quasdam epistolas. Claruit sub Frederico Imperatore primo. Anno domini. 1160.

RICHARDVS monachus Cluniacensis, ordinis S. Benedicti, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis omnium fama suo tempore doctissimus, ingenio subtilis, & disertus eloquio, qui varia scribendo & componendo syntagmata, nomen suum cum ingenti gloria ad posteritatis notitiam transmisit. Nihil tamen eorum ad manus nostras hucusque memini peruenisse. Fertur autem eius insigne & clarum opus.

Historiarum temporum lib.1. Epistolarum ad diuersos lib.1.

Claruit temporibus Frederici Imperatoris primi. Anno domini. 1160.

GANFREDVS Antisiodorensis monachus Cistertiensis ordinis, Petri Abelardi quondam auditor atque discipulus, sed ne fieret etiam imitator erroris, ad magisterium S. Bernardi Clareuallensis se cõtulit sub cuius disciplinatu doctrina & religione clarus, non contemnendæ lectionis opuscula cõposuit, quibus nomẽ suum etiam posteris notificauit.

Contra Petrum Abelardum lib.1. In Apocalypsin Iohannis lib.1.

Epistolarum ad diuersos lib.1.

Claruit temporibus Frederici Imperatoris primi. Anno domini. 1160.

PETRVS clericus ecclesiæ Remensis, dictus de Riga, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, atq; in secularibus literis inter omnes doctores sui temporis doctissimus, Grammaticus & Philosophus insignis carmine excellens & prosa. Scripsit vtroque stylo non pauca volumina, quibus nomẽ suum posteris notificauit. E quibus ego vidi opus tantum metricum insigne super Blibliam quod Auroram prænotauit, vt sequitur.

In Genesim lib.1. *Initium mundi quales.*
In Exodum lib.1. *Hæc duodena patrum.*
In Leuiticum lib.1. *Vox autem domini Moysen.*
In Numeros lib.1. *Alloquitur Moysen Deus.*
In Deuteronomium lib.1. *Hæc sunt verba Dei.*
In Iosue lib.1. *Post Moysen Iosue.*
In Iudicum lib.1. *Peccat Hebræus, ait.*
In Ruth lib.1. *Ad Ruth festinat pe.*
In Regum lib.3. *Monte manens Effra.*
In Cantica canticorum lib.1. *Solus Origenes cum do.*
In quartum Regum lib.1. *Regnauit Salomon.*
In Danielem lib.1. *Postquam subiectos sibi.*
In Tobiam lib.1. *Qui legis historiam*
In Iob lib.2. *Librum Iob Moysi quidam.*
In librum Iudith lib.1. *Eustochio Paulæque*
In librum Hester lib.1. *Vsque sub Aethiopes quæ.*
In libros Machabæorum lib.1. *Magnus Alexander.*
In Euangelicam historiam lib.1. *Claruit Herode ius re.*
In Actus Apostolorum lib.1. *Tyberii nonodecimo.*
Recapitulationum lib.1. *Hæc de lege noua vet.*
De Grammatica lib.1.

Alia insuper multa edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. In præfatis opusculis libros historiales Bibliæ mira breuitate exposuit obseruata diligenter lege metri, historico allegoricoque sensu singula declarauit.

IOACHIM abbas Florẽsis cœnobii, ordinis S. Benedicti, ex Calabria oriundus, vir in diuinis scripturis studiosus & exercitatus, qui vt Propheta suo tempore habitus etiã futura prædicere conatus est. Sed mihi videtur (vt salua opinione sua vel suorum loquar) ex conjecturis scripturarum illum magis locutum quam prophetasse. Nam vt de cæteris interim taceam, Fredericum Imperatorem hostem ecclesiæ futurum somniauit, quem omnes nouimus vsq; ad mortẽ pacificum, & Romano pontifici subiectũ & fidelẽ perseuerasse. Scripsit autem aperto sermone nonnulla opuscula, In quibus pene omnibus veluti futurorum præscius consueuit miscere pronostica.

In Hieremiam prophetam	lib.1.	In Danielem prophetam	lib.1.
In Euangelium Iohannis	lib.1.	In Apocalypsin Iohannis	lib.8.
Ad Henricum sextum	lib.1.	*Pie petis aliquid ex.*	
De septem sigillis	lib.1.	*Primum tempus.*	
Psalterium decem chordarum	lib.3.	Concordiæ	lib.5.
De 15. pontificibus	lib.1.	*Ascende calue vt am.*	
De futuris temporibus	lib.1.	*Quia generale mundi.*	
Epistolarum ad diuersos	lib.1.		

Alia quoq; multa edidit, maxime contra Iudæos & alios fidei catholicę aduersarios, quę ad manus nostras non venerunt. Tractatus autē quem scripsit contra Petrum Lombardū episc. Parisiensi. in cōcilio generali dānatus est, vt patet in principio decretaliū, damnamus.

Claruit sub Henrico sexto. Anno domini. 1200.

RVPERTVS monachus cœnobii S. Remigii in diœcesi Remensi, ordinis diui patris Benedicti, natione Gallicus, vir in diuinis scripturis iugi studio exercitatus, & secularium disciplinarum non ignarus, ingenio clarus & apertus eloquio. Scripsit nonnulla ingenii sui opuscula, quibus nomē eius posteritati innotuit. E quibus ego tantum vidi gestorum in terra sancta per Christianos tempore Vrbani secundi contra infideles.

Historiam insignem	li.10.	*Inter omnes historiogra.*	

De aliis nihil vidi. Claruit sub Henrico quinto. Anno domini. 1120.

ROSVIDA nobilis mulier in Saxonia nata, in Gandeshemensi cœnobio quod non longe ab Hildeshem. distat sacrimonialis, miro ingenio & doctrina claruit, & in vtroque scribendi genere admirabilis. Ad virgines enim sacratas castitatē & continentiam hortando Latino sermone cōscripsit Comœdias sex. De gestis Ottonum panægyricum versu hexametro. In laudes beatæ virginis elegiaco & hexametro versu lib. 1. Vnica spes. Item passionem S. Dionysii carmine elegiaco. Item de S. Gangolpho & aliis sanctis plura. Græcæ etiā linguę notitiā habuit. Coętanea Ioannis Anglici fuit, qui doctrina sua papatū meruit.

DVDECHINVS presbyter ecclesiæ in Logenstein, natione Teutonicus, vir in scripturis sanctis longa exercitatione doctus, & in disciplinis secularium literarum sufficienter instructus ob spem æternæ retributionis cum multis aliis sub Conrado Imperatore tertio Hierosolymam profectus, cum Sarracænis nauali prælio sæpe dimicantibus, magna deuotione & constantia pro fide Christi clarus effulsit. Reuersus autem in patriam petente Cunone abbate montis S. Disibodi tunc ordinis nostri, scripsit satis eleganti sermone in modum in epistolæ siue libelli eandem peregrinationis.

Historiam	lib.1.	*Iussioni vestræ pater.*	
Epistolarum ad diuersos	lib.1.		
Et quædam alia			

Claruit sub Conrado Imperatore tertio. Anno domini. 1140.

RVPERTVS episcopus Lincolnienſis, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularium literarum disciplinis omnium suo tempore doctorum peritissimus Philosopus, Astronomus, & calculator insignis, & Theologorum sui temporis facile princeps, ingenio subtilis & clarus eloquio, nomen suum multa & varia scribendo cum gloria transmisit ad posteros. De cuius opusculis ad manus nostras pauca peruenerunt. Feruntur autem ista.

Summa Theologiæ	lib.1.	Super libris Dionysii	lib.4.
Summa quæ numerale dicitur	lib.1.	*Qui bene præsunt pres.*	
De sphęra cœlesti	lib.1.	*Intentio nostra in hoc tract.*	
De computo ecclesiastico	lib.1.	*Computus est scientia nume.*	
Calendarium pulchrum	lib.1.		

Alia insuper multa edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

IOHANNES Carnotensis episc. patria Salesberiensis, beati Thomæ Canthuariensis archiepiscopi quondā clericus atq; discipulus, vir in diuinis scripturis eruditus, & in secularibus literis nobiliter doctus, ingenio subtilis, eloquio disertus, & pulchra venustate cōpositus, carmine excellens & prosa, nec minus religione quam scientia venerabilis. Scripsit multa præclara volumina, quibus nomen suum posteris notificauit, sed pauca eorum ad manus nostras peruenerunt. Legi opus insigne de nugis curialium & Philosophorum, quod prænotare voluit.

Polycraticon	lib.8.	*Iocundissimus tum in mul.*	
Pœnitentiale	lib.1.	*Cum miserationes domini.*	
Vitam S. Thomæ archiepiscopi	lib.1.	Epistolarum ad diuersos	lib.1.

Claruit sub Frederico Imp.1. Anno domini. 1140.

PETRVS

PETRVS Blesensis archidiaconus Bathonien sis, Ioannis Carnotẽsis supradicti prę-
sulis amicus familiaris, ad quem nonnullas dictauit epistolas, vir in diuinis scripturis stu-
diosus & eruditus, atq; in secularibus literis egregie doctus, ingenio acutus & vehemens,
qui vitia principum & prælatorum non palpare, sed arguere nouerat, propter eruditionẽ
& vitæ honestatem apud reges, principes, & episcopos in pretio habitus, multa scripsit o-
puscula. E quibus ista feruntur.

De amicitia Christiana	lib.1.	*Quoniam diminutæ sunt.*	
De pœnitentia salutari	lib.1.	*Rogasti me vt tibi ali.*	
De accelerando passagio	lib.1.	*Quis dabit capiti me.*	
De qualitate pœnitentiæ	lib.1.	*Nimia tui rigoris au.*	
De studio sapientiæ	lib.1.	*Diuisus es & cor tuum.*	
Contra deprauatorem	lib.1.	*Exhortatiunculam tuam.*	
Exhortatio ad abbatem	lib.2.	*Elect. estis à vestris.*	
De officio episcopi	lib.1.	*Petis instantius re, patèr.*	
De periculo prælatorum	lib.1.	*Quoties recolo verba.*	
De vita clericorum curialium	lib.1.	*Gratias ago gratiæ vestræ.*	
Epistolarum numero 194.	lib.1.	*Rogatus à vobis epi.*	
De præstigiis fortunæ	lib.2.	Scripsit & alia plura.	

Claruit sub Frederico Imperatore primo. Anno domini. 1160.

ALEXANDER Papa tertius, patria Senensis post Adrianum quartũ sedit in cathe-
dra Petri annis vno & viginti, vir doctus & strenuus qui multas iniurias à Frederico Im-
peratore sustinuit, dum tres antipapas ab illo contra se erectos fortiter contriuit, ipsumq;
Imperatorem tandem superans, in signum subiectionis eius collum pede conculcauit di-
cens. Scriptum est: Super aspidem & basiliscum ambulabis, & cõculcabis leonem & dra-
conem. Scripsit autem elegantes.

Epistolas ad diuersos	lib.1.	Et de potestate ecclesiastica	lib.1.

Et quædam alia. Moritur temporibus Frederici Imperatoris primi. Anno domini. 1181.
Indictione quartadecima.

CRISOLANVS ecclesiæ Mediolanensis archiepisc. vir in diuinis scripturis erudi-
tissimus, & in secularibus literis nobiliter doctus, Græca & Latina eloquentia insignis,
edidit quædam magnæ authoritatis opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteri-
tatis cum gloria transmisit, de quibus ad manus nostras nullum peruenit. Fertur eius de
Spiritu Sancto.

Contra Græcos	lib.1.	De sancta Trinitate	lib.1.

Epistolæ, Sermones, & alii diuersi tractatus, qui mihi incogniti sunt.

HVGO Eterianus, natione Tuscus, in scripturis sanctis omnium suo tempore doc-
torum facile doctissimus, & in secularibus literis egregie doctus, Philosophus & Rhetor fa-
cundissimus, Græco & Latino sermone ad perfectum instructus, quem tota Græcia mira-
batur scribentem, ingenio subtilissimus, & disputator nulli secundus. Scripsit multa præ-
clara volumina tam Græce quam Latine, quibus nomen suũ cum gloria ad posteros trans-
misit. E quibus ego reperi tantum opus quidem breue, sed non spernendum, de hęresibus,
quas in Latinos Græci deuoluunt.

Ad Ardoinum cardinalem	lib.1.	*Diligens prudentia.*	
De immortali Deo	lib.1.	De cæteris nihil reperi.	

Claruit temporibus Emanuelis Constantinopolitani Imperatoris, apud quem magnæ
authoritatis erat, sub Frederico Romanorum Augusto primo, & Alexandro Papa quarto
Anno domini. 1160.

CHRISTIANVS Frederici Imperatoris primi archicancellarius natione Teuto-
nicus, vir in seculari literatura doctissimus, eloquens, & industrius, quem suo tempore o-
rantẽ Itali mirati sunt, diuinarũ quoq; scripturarum non ignarus, quem Leo Tuscus nota-
rius Emanuelis Imperatoris Græcorum laudibus effert. Scripsit ingenii sui quædam præ-
clara opuscula, de quibus extant Frederici Imperatoris primi.

Gesta & vita	lib.1.	Epistolarum diuersarum	lib.1.

Orationes & quædam alia.
Claruit sub eodem Frederico primo. Anno domini. 1170.

LEO natione Tuscus, imperialium epistolarum sub Emanuele Græcorum principe
magno interpres, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularium literarum cultor exi-
mius, Græco & Latino sermone peritus, cuius officium erat epistolas missas Imperatori

vel aliis mittendas de lingua transferre in linguam. Edidit quædam præclara volumina, quibus nomen suum etiam ad posteritatis notitiam transmisit. E quibus ego legi duntaxat opus egregium, quod prænotauit.

De præuaricationibus Græcorum lib. 2. *Græcorum intolerabilis.*
Contra errores Græcorum lib. 1.

Claruit apud Constantinopolim temporibus Frederici Imperatoris primi, & Alexandri Papæ tertii. Anno domini. 1170.

IOHANNES ecclesiæ cuiusdam Horit. archidiaconus, vir in diuinis scripturis eruditus & secularium literarum non ignarus, Græci & Latini sermonis peritus, ingenio præstans & clarus eloquio. Scripsit quædam ad ædificationem fidelium non spernenda opuscula, quibus nomen suum notificauit. E quibus extat opus insigne & præclarum ad Stephanum regium quendam notarium contra Græcos.

De processione Spiritus Sancti lib. 1. *Multa rotundo Græco.*

Epistolas etiam varias.

Sed & alia quędam scripsisse dicitur, quæ ad manus nostras non venerunt.

GODEFRIDVS Viterbiensis presbyter, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, ingenio præstans & clarus, metro exercitatus & prosa. Scripsit non spernendæ lectionis opuscula, quibus memoriam sui posteris reliquit. E quibus extat grande volumen ad Vrbanum Papam tertium carmine & soluta oratione mixtum, de mundi principio de vniuerso Veteri & Nouo Testamento, & ætatibus mundi, temporibus, gestis, ac historiis omnibus regum, quod prænotauit.

Pantheon lib. 18. *De mundi principio &.*

De aliis nihil vidi.

Claruit sub Frederico Imperatore primo, & Henrico eius filio. Anno domini. 1185.

ECKEBERTVS secundus abbas monasterii sancti Florini ordinis diui patris Benedicti, Treuerensis diœcesis, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & non minus conuersatione quam scientia venerabilis, frater beatæ Helizabet virginis abbatissæ Schonaugiensis fuit. Hic antea Bunnensis ecclesiæ canonicus fuit, qui à sancta sorore ad Schonaugiam vocatus, primo monachus, ac deinde abbas factus est. Scripsit non contemnendæ lectionis opuscula, quibus nomen suum ad posteritatis notitiam transmisit. E quibus subiecta reperi.

Aduersum hæreses lib. 1. *Prophetatum dudum tem.*
In principium Euangelii Iohannis. lib. 1. *Mysteria diuini ser.*
Super Magnificat lib. 1. *Spiritus Domini super te ma.*
Super Missus est angelus lib. 1. *Sermo Euangelicus omni.*
De obitu sororis suæ lib. 1. *Virginibus Deo sacratis.*
Meditationes lib. 1. *Verbum mihi est ad te.*
Sermones per annum lib. 2. *Erunt signa, &c. aduentus.*
Laudes saluatoris lib. 1. Epistolarum ad diuersos lib. 1.

Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Fuit enim declamator egregius, doctus & eloquens, adeo vt quendam hæreticum quem nemo concludere poterat, vnica disputatione superaret. Claruit in cœnobio prefato sancti Florini quod Schonaugia dicitur in diœcesi Treuerensi, sub Frederico Imperatore primo. Anno domini. 1160. & propter religionem & doctrinam in precio habebatur.

HELIZABET monialis & abbatissa sororum cœnobii Schonaugiensis, ordinis S. Benedicti (Sunt enim duo monasteria, vnum monachorum alterum monialium, in fine Treuerensis diœcesis non longe à Rheno in Hircinia sylua constituta) soror Eckeberti abbatis supradicti, virgo sanctissimæ conuersationis, quæ multas reuelationes diuinitus acceperat, quas ad ædificationem posteritatis literis demandauit. E quibus legi ista.

Viarum Dei vtile opus lib. 1. *Factum est in exordio.*
De 11000. virginum Colonienſium lib. 1. *Vobis qui pios affe.*
Reuelationum diuersarum lib. 2. *Omnes qui lecturi sunt.*
Ad fratrem suum Eckebertum lib. 1. *Petis à me frater &.*
Epistolarum ad diuersos lib. 1. *Ex episcopatu Metensi de.*
Ad sanctam Hildegardim lib. 1. Et alia quædam.

Moritur sub Frederico Imp. primo Anno domini. 1165. Indict. 13. Ætatis suæ anno. 36.

Conuer-

Conuersionis 24. Visitationis autem superni splendoris tertiodecimo. 14. Calendas Iulii. Sepulta in ecclesia monachorum sancti Florini in medio chori.

HILDEGARDIS abbatissa cœnobii S. Ruperti confessoris in opposito Bingensis oppidi ex altera parte Naii fluuii Moguntinæ diœcesis ordinis diui patris Benedicti, natione Teutonica, ex comitatu Spanhemensi, discipula quondam beatæ Guttę virginis sororis Megenhardi comitis de Sphanhem fundatoris nostri, virgo sanctissimæ conuersationis, & a pueritia sua diuinis reuelationibus illustrata, cuius vita multis miraculis comprobata, odorē suæ sanctitatis in longinquas dispersit regiones, adeo vt Eugenius tertius Anastasius quartus, Hadrianus quartus, Alexander tertius Romani pōtifices, scriptis eam crebrius visitantes, se ad Romanam ecclesiam illius orationibus commendarent. Sed & Eugenius tertius in concilio Treuerensi S. Bernardo præsente scripta & opuscula eius coram omnibus lecta, publice approbauit, eamque vt cœpto perstaret in proposito literis denuo roborauit. Omnia autem quæ scripsit, ex reuelatione diuina didicit.

E quibus ista sunt.

In regulam S. Benedicti	lib.1.	*Et ego paupercula fæ.*	
Triginta quæstionum	lib.1.	*Charitas quæ cum abstinen.*	
Vita S. Ruperti confessoris	lib.1.	*Nam vt in vera visione.*	
Vita S. Disibodi episcopi	lib.1.	*In mystica visione, &c.*	
Homiliæ. 58. in Euangeliis	lib.1.	*Homo quidam qui ho.*	
De Sacramento altaris	lib.1.	*In visione quæ animæ.*	
Sciuias grande volumen	lib.1.	*Et factum est in anno no.*	
Vitæ meritorum	lib.3.	Simplicis medicinæ	lib.1.
Compositę medicinæ	lib.1.		
Diuinorum operum	lib.1.	*Et factum est in 6. anno.*	
Ad Colonienses	lib.1.	*Qui erat, & qui est, &.*	
Ad Treuerenses	lib.1.	*Ego paupercula form.*	
Exhortatorium secularium	lib.1.	*O turbæ hominum nascen.*	
Ad sorores suas	lib.1.	*O filiæ quæ vestigia.*	
Ad monachos griseos	lib.1.	*Ego paupercula in le.*	
Carmina diuersa	lib.1.	*Qui sunt hi qui vt nu.*	
Et S. Bernardo	epi.1.	*In spiritu mysteriorum.*	
Epistolarum ad diuersos 135.	lib.1.	*O mitis pater ego pau.*	

Scripsit & alia: In omnibus opusculis suis catholica doctrina relucet, quæ vel fidem cōfirmet, vel instruat mores, nec quicquam dixit aut scripsit vnquam quod in dubium possit vocari. Et cum Latini sermonis esset ignara, tamen reuelante spiritu Dei omnia Latine & congrue dictauit, notariis excipientibus. Vidimus multas epistolas Conradi tertii & Frederici primi imperatorū, & episcoporum Moguntinensis, Treuerensis, Colonienſis, Bremensis, Hierosolymitani, & aliorum pene innumerabilium, qui ex diuersis mundi regionibus fama sanctitatis & reuelationum eius prouocati, se scriptis commendabant orationibus ipsius & diuersarum quæstionū solutiones quærebant. Moritur sub Frederico Imperatore primo. Anno domini. 1180. Ætatis suæ. 82. Indictione tertiadecima. 15. Calend. Octobris.

ALBERTVS patriarcha Hierosolymitanus, vir doctus atq; sanctissimus, qui fratrib. Carmelitis adhuc in terra sancta degentibus regulam dedit, quam iidem fratres iam in Europa constituti per Apostolicam sedem modificatam & approbatam vbiq; profitentur, ad instantiam Innocentii Papæ tertii descripsit luculento sermone & veraci.

Statum terræ sanctæ	lib.1.	Regulam Carmelitarum	lib.1.

Claruit sub Henrico Imperatore sexto. Anno domini. 1190.

INNOCENTIVS Papa tertius, natione Campanus: Lotharius ante vocatus, post Cælestinum pontificem tertium, præfuit ecclesiæ annis. 18. vir in diuinis scripturis eruditissimus, quippe qui à pueritia sua in gymnasio Parisiensi operam literis impenderat, & in virum non minus probum quam doctum euasit, reliquit ingenii sui non pauca opuscula, de quibus sub nomine Lotharii Leuitæ siue etiam Innocentii Papæ feruntur ista.

De vtilitate humanæ conditionis	lib.2.	*Quare de vulua matris.*	
In septem Psalmos pœnitentiales	lib.1.		
De officio missæ	lib.2.	*Tria sunt præcipue in quibus.*	
De Sacramento Baptismi	lib.1.	De clausto animæ	lib.1.
Decretales antiquæ	lib.1.	Sermones plures	lib.1.

Epistolarum ad diuersos lib.1.

Claruit tempore discordię quæ fuit inter Philippum fratrem Henrici & Ottonem ducem Saxoniæ. Anno domini. 1200.

GVILHELMVS Antisiodorēsis vt ferunt episcopus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in seculari Philosophia nobiliter doctus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, in gymnasio Parisiensi Theologicam cathedram ascendens, longo tempore clarus emicuit, & inter omnes doctores illius temporis maxima fama & opinione celebris fuit. Scripsit valde insigne & vtile volumen siue

Summam Theologiæ lib.1. *Sicut dicit Apostolus Fides.*

De officiis diuinis lib.1.

Alia quoque multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

CYRILLVS presbyter & monachus montis Carmeli, & eiusdē ordinis tertius prior generalis, natione vt ferunt Græcus, vir sanctus & prophetico spiritu illustratus, cui omnipotens Deus suam voluntatem angelico ministerio aperuisse dicitur, dum argenteis tabulis digito Dei scriptis honoratur. Scripsit inter cætera ingenii sui opuscula, ad abbatem Ioachim, De oraculo angelico.

Prologus sic incipit epi.1. *Domui totius diuinæ.*

Oraculum vero sic lib.1. *Tempore annorum Christi.*

De processu ordinis sui lib.1. Epistolas plures ad diuersos.

Claruit sub Philippo & Ottone. Anno domini. 1200.

HELMANDVS monachus frigidi montis, vir in diuinis scripturis longa exercitatione studiosus & eruditus, atq; in secularibus literis nobiliter doctus, ingenio acutus, & disertus eloquio, propter doctrinæ excellentiam & vitę integritatem inter ecclesiasticos doctores sui temporis non vltimus apparuit. Scripsit enim plura opuscula quibus nomen suū immortalitati donauit. E quibus feruntur subiecta. Ab exordio mundi vsque ad suam ætatem magnum & insigne volumen.

Historiarum li.48.

De reparatione lapsi lib.1. *G. lamentationes & ve.*

Sermones plures lib.1. Epistolarum ad diuersos lib.1.

Et alia plura. Claruit sub Henrico sexto. Anno domini. 1200.

GILBERTVS monachus ordinis Cistertiensis, & cuiusdam cœnobii postmodum abbas, vir in diuinis scripturis studiosus, & egregie doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio. Scripsit post obitum S. Bernardi abbatis vbi ille dimiserat ab eo videlicet loco. In lectulo meo per noctes vsque ad finem. 46. subtiles & elegantissimos sermones.

In Cantica canticorum lib.1. *Varii sunt amantium.*

Et quædam alia.

Claruit sub Henrico sexto. Anno domini. 1200.

ADILREDVS abbas cuiusdam cœnobii, ordinis Cistertiensis, vir in sanctis scripturis iugi studio exercitatus, & secularis Philosophiæ nō ignarus, ingenio mitis, eloquio dulcis deuotione præcipuus. Scripsit ad vtilitatē fratrum suorum nonnulla opuscula, quibus & illis profuit, & nominis sui notitiam ad posteros transmisit. E quibus extat opusculum magnæ vtilitatis viris religiosis spiritalibus sententiis refertum quod prænotauit.

Speculum charitatis lib.1.

In Lucam ho.1. *Cum esset Iesus annorum.*

Et alia quæ non vidi.

Claruit temporibus Henrici sexti, circa Annos domini. 1200.

MAVRICIVS episcopus Parisiensis, in diuinis scripturis valde studiosus & eruditus, atq; in seculari Philosophia nobiliter doctus, vtpote qui Theologiā ante episcopatum multis annis Parisiis gloriose docuit, ingenio subtilis, sermone scholasticus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis studii fuit. Fertur quædam præclara composuisse opuscula, quibus nomen suum posteritati notificauit. E quibus feruntur per circum totius anni tam de dominicis quam de festiuitatibus.

Sermones ad populum lib.2. De cura animarum ad presbyteros lib.1.

Cætera autem quæ scripsisse dicitur, ad notitiam meam non venerunt.

Claruit temporibus Henrici sexti. Anno domini. 1190.

PAPIAS natione Lombardus, vir in secularibus literis eruditissimus, Grammaticus omnium suo tempore clarissimus, Græco & Latino sermone ad plenum instructus, in diuinis quoq; scripturis non mediocriter exercitatus. Scripsit gemino stylo in vtraq; litera-

tura

tuta quædam egregia opuscula. E quibus pauca ad notitiam meam peruenerunt.

De ordine dicendi lib.1.
De linguæ Latinæ vocabulis lib.1. *Omnium in hoc libro inue.*
Epistolarum ad diuersos lib.1. De cæteris nihil reperi.

Claruit temporibus Henrici sexti. Anno domini. 1200.

IOHANNES Beleth, gymnasii Parisiensis olim insignis Theologus, in diuinis scripturis eruditus & in seculari Philosophia sufficienter doctus, ingenio promptus, sermone scholasticus, inter doctores sui temporis non ignobilis, scribendo & disputando nomen suum ad posteritatis notitiam cum gloria deduxit. Scripsit enim non inutilem.

Summam de diuinis officiis lib.1. *In primitiua ecclesia.*
Sermones quoque varios lib.1.

Alia insuper non pauca scripsisse dicitur, sed ad notitiam meam non venerunt.

THEODERICVS abbas ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis studiosus & secularium literarum non ignarus, nec minus conuersatione quam scientia clarus. Fertur nonnulla composuisse opuscula, de quibus ego tãtum vidi ad quosdam abbates.

Vitam sanctæ Hildegardis lib.4. *In Romana repub.*

Et quasdam epistolas. Claruit sub Henrico sexto. Anno domini. 1200.

WERNHERVS, alias Hirnerius, vir illustris atq; spectabilis, iuris ciuilis professor & interpres clarissimus ac aliarũ literarũ humanitatis cultor eximius, qui merito lucerna iuris appellatus est, quoniã ius ciuile glossulis primus exposuit, & sine exẽplo cæteris illuminandi iuris exemplũ dedit. Et ab hinc vtriusq; iuris professores in copia semper claruerunt, & volumina suę institutionis vsq; in hodiernũ diem explanare cœperunt. Docuit autem in vtroq; tam Romę quam Bononię multo tempore, vbi discipulos & plures habuit & egregios, qui sua eruditione famam & gloriam magistri dilatarunt. Extant eius glossulæ & monimenta præclara in legib. quæ apud professores huius industriæ notissima sunt.

Claruit temporibus Henrici sexti. Anno domini. 1200.

PETRVS abbas Cluniacensis, ordinis S. Benedicti, vir in diuinis scripturis iugi exercitatione doctus, ingenio placidus, sermone dulcis atque compositus, & ad persuadendum satis idoneus, conuersatione deuotus & laudabilis, ac regularis obseruantiæ zelator insignis, nomen suum scribendo posteris notificans, ad vtilitatem legentium quædam deuota composuit opuscula, de quibus ista feruntur.

Relationes multorum lib.1.
De conuersatione heremitica lib.1. *Suscepi literas dilectionis.*
Epistolarum ad diuersos lib.1.

Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

PETRVS Cantor Parisiensis, & postea (vt ferunt) episc. vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in seculari Philosophia nobiliter doctus, theologicæ scholę Parisiis multis annis gloriose præfuit, & discipulos egregios multos erudiuit. Scripsit etiam quædam præclara opuscula, de quib. pauca ad manus nostras memini peruenisse. Volumẽ prænotatum.

Verbum abbreuiatum lib.1. *Verbum abbreuiatum.*
Distinctionum aliud lib.1. *Abel dicitur principium.*
Grammatica Theologorum lib.1. Sermones varios lib.1.
De quibusdam miraculis lib.1.
De Sacramentis quoque lib.3. *Circuibat populus.*

Claruit temporibus Henrici sexti. Anno domini. 1200.

PILEVS Modicensis vtriusque Iuris professor, & interpres celeberrimus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, scientia clarus & cautus consilio, apud Iuristas antiquiores in maximo precio habitus, scribendo & docendo in ea facultate varia, nomen suum cum gloria transmisit ad notitiã posteritatis, de cuius opusculis inuenitur quędam summa notabilis & non spernenda, quam prænotauit.

De ordine iudiciorum lib.1. *Inuocato Christi nomine.*

De cæteris autem quæ scripsit, nihil ad notitiam meam peruenit.

IOHANNES Bosianus patria Cremonensis, legum explanator famosissimus præceptor Azonis Bononiensis Iurisconsulti clarissimus vir magnæ doctrinæ & opinionis, qui inter expositores iuris primus apparuit, & multis suo exemplo animum & formã studendi dedit. Fertur in ea facultate præclara quædam scripsisse opuscula, quibus nomen suum immortalitati donauit. E quibus extat summa breuis super pandectis quæ prænotatur.

Ventosa lib.1. Super C. lectura lib.9.

Et quædam alia. Claruit sub Henrico sexto. Anno domini. 1200.

STEPHANVS Anglicus gymnasii Parisiensis quondam decus & rector in diuinis scripturis studiosus & eruditus, atq; in Philosophia Aristotelica nulli suo tempore secundus Theologiam multis annis glorioſe docuit, & primus scripturam sacram medullitus, & moraliter exponere cœpit. Et hinc mos inoleuit vt magistri Theologiæ diuinos libros suis lecturis in scholis discipulis lucidius aperirent. Scripsit autem iste Stephanus vt accepi subiecta opuscula.

In quinq; libros Moysi lib.5. In Iosue lib.1.
In librum quoq; Iudicum lib.1. In Regum quoque lib.4.
In 12. Prophetas minores li.12. Alia insuper multa edidit, quæ ad notitiã meam necdum venerunt. Claruit circa tempora imperii Henrici sexti regis, Imperatoris autem à papa coronati quinti. Anno domini. 1200.

BAGOROTVS vtriusq; iuris professor insignis & celeberrimus interpres, aliarum quoq; literarum secularium non ignarus, cuius apud antiquos Iuristas non parua authoritas erat, propter excellens ingeniũ docendi, scribendiq; studio etiã posteris nomen suum notificauit, de cuius opusculis extat summa notabilis quam prænotauit.

Cauillationum lib.1. *Cum periculoſum ſit mi.*
De ordine iudiciorum lib.1. *Precibus & Inſtantia.*
Alia insuper complura scripsisse dicitur, sed ad notitiam meam non venerunt.

PLACENTINVS natione Italus, vtriusq; iuris cultor & explanator celeberrimus, in monte Pessulano docendo & scribẽdo magnã gloriam est consecutus, qui olim apud huius artis professores inter præcipuos doctores locum obtinuit, propter quędam commendatissima volumina quæ composuit. E quibus inter cætera extare dicitur.

Summa iudiciorum lib.1. *Cum eſſem Mantuæ.*
Super codice quoque lib.9. De aliis nihil reperi.
Claruit temporibus Henrici sexti. Anno domini. 1200.

ROFREDVS patria Beneuentanus, doctor in vtroq; iure clarissimus ingenio subtilis, eloquio scholastico more compositus, ad soluenda dubia & iuris quæstiones longa exercitatione satis idoneus. Scripsit in ea facultate studentibus non contemnenda opuscula, quibus nomen & opinionem suam immortalitati consecrauit. De quibus tamen pauca potuimus inuenire quæ & subiecimus, volumen perutile continens.

Quæstiones iuris ciuilis lib.1. *Si conſiderarem ingenium.*
Quæstiones iuris canonici lib.1. *Super omnibus actionibus.*
Summam iuris lib.1.
Quicquid amplius edidit, ad notitiam meam adhuc minime peruenit,

PETRVS archiepiscopus Senonensis in diuinis scripturis iugi studio eruditus & veterum lectione diues, atque in secularibus literis nobiliter doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio. Scripsit non paruę vtilitatis opuscula, quibus & suum ingenium excoluit, & aliorũ ædificationi materiam præparauit. Scripsit valde subtiliter sententiis patrum appositis.

In epistolas Pauli omnes lib.14. Sermones etiam varios lib.1.
Diuersos etiã libros Bibliæ diligenter exposuit, aliosq; tractatus & varios & vtiles scripsisse dicitur, qui ad notitiam meam non venerunt.

AZO natione Italus est Bononiensi ciuitate orditus vitæ originem, Iohannis Bosiani Cremonensis viri doctissimi quondam auditor atq; discipulus, iuris ciuilis famosissimus interpres, fons legum, copia verborum, lucerna iuris, qui sua eruditione & scientia omnes Iuristas qui eum præcesserant facile præcellit, multa ad ius ciuile pertinentia opuscula edidit, quibus laudem & gloriam immortalem acquisiuit.

Summam iuris notabilem lib.1. Super Digesto veteri li.24.
Super Codice quoque lib.9.

Præterea optimos in legibus apparatus confecit, & pluribus summis additiones apposuit, ac varia scripsit quæ à doctis non ignorantur Iuristis. Claruit temporibus Frederici Imperatoris secundi. Anno domini. 1230. Et multos insignes discipulos post se reliquit,

EGIDIVS de Fuscariis ciuis Bononiensis, vir in iure canonico doctissimus, & tam legibus imperialibus quam in aliis disciplinis humanitatis nobiliter eruditus, ingenio subtilis & clarus eloquio, in professoribus huius facultatis apud veteres magnæ authoritatis doctor. Scripsit quædam præclara in ea disciplina volumina, de quibus ego tantum vidi.

De ordine iudiciorum lib.1. *In nomine Domini noſtri Ieſu*

De of-

De officio Tabellionis lib.1. *Restat nunc vt de offi.*
Quæstiones iuris varias.
Cætera quæ composuit, ad manus nostras adhuc minime venerunt.

FRANCISCVS ordinis minorũ institutor & princeps, natione Italus, ex Assisio ciuitate Italiæ oriundus, vir sanctissimæ conuersationis & Euangelicæ paupertatis ardentissimus sectator, qui verbo & exemplo multos ab iniquitate conuertit, & in viam iustitiæ catholicę direxit, tantus amator Christi extitit, vt in cõtemptu mundi & consolationis transitoriæ parem vix habuerit. In cuius ordine multi iam deinceps doctissimi viri claruerunt, qui ad vtilitatẽ fideliũ innumera pene cõposuit opuscula. Ipse autẽ Francis. scripsit breuẽ,

Regulam minorum lib.1. *Regula & vita minorum.*
Testamentum breue lib.1. *Dominus dedit mihi fratri.*
Claruit sub Frederico Imperatore secundo, Anno domini. 1220.

CÆSARIVS monachus in Heisterbach, ordinis Cistertiensis, natione Teutonicus Colonien sis Agrippinę diœcesis, vir deuotus, & in disciplina regulari præcipuus, atque in diuinis scripturis longa exercitatione studiosus, composuit ad instructionem nouitiorum quorum institutor erat, simplici & aperto sermone nonnulla opuscula, quorum lectio deuotis & simplicioribus fratribus non est spernenda, de quibus ego tantum reperi subiecta. Opus prolixum de miraculis & visionibus diuersis suo tempore factis in Germania, quod ad imitationem sancti Papę Gregorii prænotauit.

Dialogorum de variis li.12. *Colligite fragmentane.*
In Euangeliis dominicalibus lib.2. *Botrus Cypri dilectus.*
In Euangeliis de sanctis lib.1. *Dominus ac Saluator noster Iesus.*
Sermones ad nouitios lib.1.
Alia insuper complura edidit, quę ad notitiam meam non venerunt.

GVILHELMVS monachus cœnobii diui martyris Dionysii Parisiẽsis, ordinis S. Benedicti, natione Gallus vir in diuinis scripturis iugi studio peritus atq; in disciplinis secularium literarum egregie doctus ingenio & eloquio clarus, ac temporum cognitor insignis, nomen suũ varia scribẽdo & docendo ad notitiã posteritatis transmisit. E quibus extat.

Historiarum volumen lib.3. Et epistolę plures ad diuersos lib.1.

Ferunt autem in diuinas scripturas commentarios edidisse, quos necdum vidi.

IACOBVS de Vitriaco, episc. Achonensis, & postea sacrosanctę ecclesię Romanę cardinalis, episcopus Tusculanus, vir in diuinis scripturis eruditus & secularium literarum non ignarus, moribus & vita spectabilis, in declamandis sermonib. ad populum excellentis ingenii fuit, & crucem contra Albienses hęreticos gloriose prędicans, multos fideles in eos Apostolica authoritate signauit. Scripsit non spernendę lectionis opuscula, quibus nomen suum posteris notificauit.

Historiam orientalem lib.1. Vitam Mariæ de Oegiones lib.3.
Contra Saracenos lib.1. De sanctis mulieribus Leodiensibus lib.1.
Epistolarum ad diuersos lib.1. Alia insuper nõnulla cõposuit q̃ ad notitiã meam non venerunt. Claruit sub Frederico Imperatore secundo. Anno domini. 1220.

BONAGVIDA Aretinus, vir in vtroq; iure omniũ suo tẽpore doctissimus, apud veteres huius facultatis professores magnæ authoritatis, ingenio subtilis, & clarus eloquio. Scripsit ad vtilitatẽ discipulorum iuris quædã præclara volumina, quibus se & vtilem præsentibus, & notum effecit futuris. E quibus extat summa nobilis quam prænotauit.

Introductoriam aduocatorum lib.2. *Cum aduocationis offi.*
Margarita Iuris lib.1. *Quoniam post inuentionem.*
Declarationes variarum causarum. Sed & alia quædam composuisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

PETRVS de Vineis, natione Teutonicus, Frederici Imperatoris secũdi scriba & cancellarius, vir doctus & eloquens, sed in eo maxime reprehensibilis quod eidem Frederico adhęrens eius fauore contra ecclesiam Romanã stolidus latrauit, à quo tandẽ digne remuneratus cum in certis eum offendisset, lumen cum oculis amisit. Scripsit autem quędam ingenii sui opuscula, de quibus ego tantum reperi.

Epistolarum ex persona Imperatoris lib.6. *Collegerunt pontifices.*
De potestate imperiali lib.1.
Claruit eiusdem Frederici secundi temporibus. Anno domini. 1230.

ANTONIVS dictus de Padua, natione autem Hispanus ex Vlixbona ciuitate oriundus, ordinis minorum, & beati Francisci discipulus, vir in diuinis scripturis eruditissimus

simus, quippe qui ante ingressum ordinis Theologiã Tholosæ, Bononiæ, & Patauii multo tempore glorioſe docuit, & discipulos post se insignes reliquit, tantæ sanctitatis extitit, vt multis & viuus & mortuus coruscarit miraculis. Fuit autem excellentissimus prædicator, adeo vt summus eum pontifex aream testamenti consueuerit appellare. Et S. Franciscus eum suum episcopum vocare solebat. Scripsit inter cætera ingenii opuscula valde elegantes & ardentissimos,

Sermones de tempore lib. 2. *Erunt signa, &c. dicit.*
Sermones quoq; de sanctis lib. 1.

Claruit temporibus Frederici Imperatoris secundi. Anno domini. 1230. Et propter miraculorum frequentiam post mortem à Gregorio Papa nono, vna cum sancto Dominico & Heliz abet Lantgrauia Thuringorum, catalogo sanctorum statim insertus est.

IORDANVS ordinis prædicatorum, post sanctum Dominicum (vt dicunt) magister generalis, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis exercitatus & sufficienter eruditus, verbi Dei prædicator egregius & non minus sanctitate quam scientia venerabilis, suo exemplo & melliflua doctrina multos ad pietatem erudiuit. Fertur nonnulla scripsisse opuscula, quorum lectio declamatoribus ac deuotis fratribus non inutilis iudicatur. E quibus feruntur ex officio prioratus ad fratres sui ordinis.

Exhortatoriæ epistolæ plures lib. 1. Sermones ad populum lib. 1.
De ordinis institutione lib. 1. Claruit sub Frederico Imperatore secundo, eodem tempore quo & beatus Dominicus. Anno domini. 1220.

HVBERTVS de Bobio iuris vtriusq; professor & interpres sagacissimus, ingenio subtilis, & scholastico more luculentus eloquio, qui apud veteres huius scientiæ professores inter præcipuos doctores est habitus, nomen suum docendo & scribendo cum gloria transmisit ad notitiam posteritatis, dans cæteris discendi exemplum ac proficiendi adiumentum. Scripsit enim notabilem summam quam prænotauit.

De ordine iudiciorum lib. 1. *Quia pietas paterna.*
Quæstiones & determinationes.

Et alia non pauca, quæ tamen ad manus nostras minime venerunt.

BERNARDVS Dorna natione prouincialis, Azonis Bononiẽsis viri clarissimi quõdam auditor atque discipulus, vtriusque iuris professor & interpres doctissimus, præceptoris sui eruditissimi prouocatus exemplo, se literis totum accommodans, varia scripsit opuscula, quibus nomen suum immortalitati dicauit. E quibus extat volumen insigne.

De libellorum conceptionibus lib. 1. Et alia quæ non vidi.

Claruit Frederici Imperatoris secundi temporibus. Anno domini. 1240.

ACVRSIVS natione Italus, ex Florentia ciuitate oriundus auditor quondam & discipulus Azonis, vir in vtroq; iure peritissimus, atque in cæteris secularium literarum disciplinis non infime doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio, cuius quanta sit hoc tempore apud legum professores authoritas, nemo vel modice doctus qui nesciat. Scripsit multa præclara opuscula, & primus totum ius ciuile glossauit.

In ff. vetus li. 24. In. ff. nouum li. 12.
In. ff. Infortiati li. 14. Super Codice li. 12.
Super Institutis lib. 4.

Alia insuper non pauca edidit, quæ legum studiosis notissima sunt. Claruit sub Friderico imperatore secundo. Anno domini. 1240.

HVBERTVS de Bonacurso, natione Italus, vir in vtroque iure peritus & secularis Philosophiæ non ignarus, ingenio promptus & apertus eloquio, qui apud veteres iuris explanatores non obscuræ opinionis fuit. Composuit in ea facultate quædam præclara opuscula, de quibus nullum ad manus nostras memini peruenisse. Fertur autem eius.

De præludiis causarum lib. 1. *Cum de mandato imperiali.*
Et de iudiciis quædam.

Credimus autem tam ista quam alia eius opera, peritis Iuristis non incognita.

IOHANNES de abbatis villa, archiepiscopus Bisuntinus, & sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ cardinalis, natione Gallus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & earundem sacrarum literarum famosissimus interpres, qui in studio Parisiensi Theologiam multis annis egregie docuit, in declamandis sermonibus ad populum excellentissimus, qui ob eam rem vel maxime ex magistro Parisiensi factus est archipræsul Bisuntinus. Scripsit valde vtiles & insignes.

Sermones de tempore lib. 2. Sermones de sanctis lib. 2.

Alia

Alia quoque multa edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

Scripsit aũt dictos sermones per circulũ anni. Primo quidẽ breues lectiones Euãgelicas & Apostolicas breuiter exponendo. Postea vero alios sermones tam de dominicis quam de festiuitatibus adeo prolixos edidit, tot scripturarum inducens testimonia, vt vix possint memoriæ commendari, quæ tamen iam nouis superuenientibus ex parte viluerunt.

RAYMVNDVS de Penna forti, natione Cathalanus, siue prouincialis ordinis prædicatorum tertius magister generalis, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularium literarum non ignarus, ingenio promptus, & iuris canonici notitia insignis, nomen suum varia scribendo immortale reddidit & sibi ecclesiam suis opusculis perpetue (vt ita dixerim) debitricem obligauit. Nam iussu Gregorii Papæ noni comportauit.

Decretales iuris	lib. 5.	*Rex pacificus pia mi.*
Summam de casibus	lib. 3.	*Quoniam vt ait Hierony.*
Constitutiones ordinis sui	lib. 1.	Et quædam alia.

Claruit sub Frederico secundo Imperatore. Anno domini. 1230.

ALBERTVS Galioti patria Parmen. canonum & legum professor inter presque famosus, ingenio subtilis, consilio cautus & eloquio scholasticus, qui ob doctrinam & experientiam rerum apud Iuristas veteres inter præcipuos doctores habebatur. Scripsit quædam in iure non contemnenda opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum laude immortali transmisit. E quibus extat summa.

Margarita quæstionum	lib. 1.	*Cum ego Albertus Calio.*
Et declarationes iudiciorum	lib. 1.	

Et quædam alia diuersa, quę nobis incognita, habentur à diuersis.

ODOFREDVS Beneuentanus, Azonis Bononiensis auditor, & Iacobi Baldewini postmodum præceptor, vir in vtroque iure peritissimus, ingenio subtilis, & clarus eloquio, qui multos insignes post se discipulos reliquit, propter doctrinam & eruditionem, tum iuris, tum aliarum literarum humanitatis, in magna authoritate habebatur apud veteres. Cuius multa feruntur opuscula, quibus nomen suum notificauit posteritati.

De libellorum formatione	lib. 1.	*Poost quam opus notarie.*
De ordine iudiciario	lib. 1.	*Quemadmodum Christi.*
De arte notariatus	lib. 1.	*Et alia quæ non vidi.*

Claruit sub Frederico Imperatore secundo. Anno domini. 1230.

IOHANNES de Blanosco, natione Burgundus, vir in vtroq; iure doctissimus, & in Philosophorum secularium præceptis sufficienter eruditus, ingenio acer & promptus. Scripsit aperto sermone professoribus huiusce facultatis non spernenda opuscula, quibus fama nominis sui & tunc præsentibus & post futuris longe lateq; innotuit. E quibus extat volumen magnæ vtilitatis, quod prænotauit.

De actionibus aduocatorum	lib. 1.	*Ego Iohannes de Blano.*

Et variæ quæstiones. Cætera autem quæ composuit, ad notitiam meã minime venerunt.

IOHANNES nomine & natione Teutonicus, ex ciuitate Friburgensi oriundus, episcopus Bossinensis in Hungaria, ordinis prædicatorum, vir in diuinis scripturis multum exercitatus & doctus in iure & seculari Philosophia egregie peritus, qui propter eruditionem & vitæ sanctitatem ex ordine ad episcopatum assumptus fuerat, quem postea deserens, ad ordinem suum reuersus est & post Raymundum generalis magister ordinis constitutus, multa bona fecit. Scripsit notabilem.

Summam confessorum	lib. 5.	*Quoniam dubiorum noua.*

Et quędam alia. Claruit temporibus Frederici Imperatoris secundi. Anno domini. 1250. Sepultus vero est in conuentu suo Argentinensi, multis olim (vt ferunt) coruscans miraculis.

INNOCENTIVS Papa quartus, Symbaldus ante vocatus, natione Italus, ciuitate Genuensi oriundus, sedit in pontificatu post Cœlestinum quartum annis vndecim, vir in scripturis diuinis & in iure doctissimus amator religiosorum, qui Concilium generale Lugdunense celebrauit, in quo Fredericum ab Imperio patrum consensu deposuit, & multa ad ecclesiæ vtilitatem constituit. Scripsit nihilominus quædã præclara opuscula, ob quorum editionem scriptoribus ecclesiasticis digne annumeratur, ad posteritatis notitiã cum eisdem transmittendus. Contra Petrum de Vineis.

De potestate ecclesiastica	lib. 1.	
Apparatum super decretalibus	lib. 5.	*Legitur in Ezechiele.*
Regulam Clarissarum	lib. 1.	*Forma vitæ ordinis.*

Authen-

Authenticas quoq; lib.1. Epistolarum ad diuersos lib.1.
Et quędam alia. Claruit sub Frederico secundo. Anno domini. 1250.

ROLANDINVS de Romantiis, Iuris vtriusque professor & interpres celeberrimus, atque in seculari Philosophia nobiliter doctus, qui apud Iuristas veteres non infimus erat. Scripsit in ea facultate quædam præclara opuscula, quibus nomen suum cum gloria transmisit ad notitiam posteritatis. E quibus ego tantum reperi summam,

De ordine maleficiorum lib.1. *Incipit paruus libellus.*
Determinationes & quæstiones.
Cætera quæ composuisse dicitur, ad notitiam meam non venerunt.

BERNHARDVS presbyter Cōpostellanus, Innocentii Papæ quarti familiaris & capellanus, vir in Iure doctissimus, eiusdem pontificis studio prouocatus, conscripsit in Iure quædam præclara opuscula, quæ in magna authoritate his temporibus apud Iuristas habentur. De quibus ego pauca potui inuenire, scilicet apparatum insignem.

Super decretalibus lib.5. *In huius libri principio.*
Casus decretalium lib.5. *Rex pacificus pia mi.*
De cæteris nihil vidi. Claruit sub Frederico Imperatore secundi. Anno domini. 1250.

GVIDO de Suzaria, doctor in Iure peritissimus, & in aliis disciplinis secularis Philosophiæ sufficienter instructus, ingenio subtilis & promptus, cautusque consilio, cuius apud veteres harum rerum peritos magna fuit authoritas. Fertur in Iure quædam præclara cudisse opuscula. Inter quæ extat summa notabilis quam prænotauit.

De actionibus causarum lib.1. *Super causarum ordinatione.*
Declarationes quoque variæ.
Et alia complura, quæ ad manus nostras adhuc minime venerunt.

BARTHOLOMÆVS Brixianus, Iuris canonici professor & interpres eruditissimus, atque in cæteris secularis literaturæ disciplinis egregiè doctus, ingenio subtilis & disertus eloquio. Scripsit tam in Iure quam de aliis rebus varia & præclara opuscula, quibus nomē suum immortalitati donauit. E quibus subiecta feruntur.

Repertorium decreti lib.3. *Quoniam suffragantibus ve.*
Disputationes decretalium lib.5. Chronicam Italiæ lib.1.
Epistolarum ad diuersos lib.1. Et quædam alia.
Claruit sub Frederico Imperatore secundo. Anno domini. 1240.

IOHANNES de Deo, Iuris vtriusque professor & enucleator eximius, atq; in disciplinis Philosophiæ sufficienter eruditus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, qui apud veteres magnę authoritatis extitit. Scripsit multa & varia in vtroque Iure opuscula, quibus memoria nominis sui ad multorum notitiam deuenit. E quibus pauca ad notitiam meam peruenerunt. Reperi enim subiecta duntaxat.

Summam cauillationum lib.7. *Ad honorem summæ tri.*
Aliam prænotatam, Iudicium lib.4. *Principio nostro adsit.*
Tabulam decreti lib.2. *Liber decretorum distin.*
Tabulam decretalium lib.1. *Volentibus prompte.*
Concordantiam decreti & decretal. lib.1. *De constitutionibus trac.*
Quæstiones varias.
Docuit autem in ciuitate Bononiensi, vbi prædicta & alia composuit.

HVGO Barchinonensis, ordinis prædicatorum sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ titulo S. Sabinæ presbyter cardinalis, vir in diuinis scripturis eruditissimus, qui ante ordinis ingressum sacræ Theologiæ magister fuerat, multosque insignes discipulos habuit. Scripsit plura egregia opuscula, quibus nomen suum immortalitati consecrauit. Nec minus conuersatione & religione quam scientia clarus emicans, idem mansit in dignitate qui antea fuit, de cuius libris isti feruntur.

In Genesim	lib.1.	In Exodum	lib.1.
In Leuiticum	lib.1.	In Numeros	lib.1.
In Deuteronomium	lib.1.	In Iosue	lib.1.
In Iudicum	lib.1.	In librum Ruth	lib.1.
In Regum	lib.4.	In Paralipomenon	lib.2.
In Esdram & Neemiam	lib.3.	In Thobiam	lib.1.
In Iudith	lib.1.	In Hester	lib.1.
In librum Iob	lib.1.	In Psalterium	lib.1.
In Prouerbia	lib.1.	In Ecclesiasten	lib.1.

In Can-

In Cantica canticorum	lib.1.	In librum Sapientiæ	lib.1.
In Ecclesiasticum	lib.1.	In Esaiam prophetam	lib.1.
In Hieremiam	lib.3.	In Ezechielem	lib.1.
In Danielem	lib.1.	In 12. proohetas minores	li.12.
In libros Machabeorum	lib.2.	In Euangelium Matthæi	lib.1.
In Euangelium Marci	lib.1.	In Euangelium Lucæ	lib.1.
In Euangelium Iohannis	lib.1.	In epistolas apostoli Pauli	li.14.
In Actus apostolorum	lib.1.	In epistolas canonicas	lib.7.
In Apocalypsin Iohannis	lib.1.	Summa de casibus	lib.1.

Alia insuper nonnulla composuit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Frederico Imperatore secundo. Anno domini. 1240.

IACOBVS Baldewini, Odofredi Beneuentani clarissimi viri quondam auditor Iuris ciuilis professor & interpres eximius, ingenio subtilis, sermone scholasticus, consilio & actione præcipuus. Scripsit in ea facultate quædã præclara opuscula, quibus nomen suum ad noritiam posteritatis cum laude transmisit. E quibus ista feruntur.

Super Codice	li.12.	Super .ff. veteri	li.24.
Super .ff. nouo	li.12.	Super .ff. infortiati	li.14.

Et quædam alia. Claruit sub Frederico Imperatore secundo. 1240.

DAVID ordinis, vt ferunt, minorum, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis exercitatus, vita & conuersatione insignis, in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenii fuit. Scripsit quædã aperto sermone opuscula, quorum lectio deuotis fratribus non est contemnenda, de quibus extant subiecta. Ad nouitios.

De compositione hominis exterioris	lib.1.	Profectus religiosi.	7.
De compositione hominis interioris	lib.1.	Collationes meas quas.	
Sermones de tempore	lib.1.	Sermones de sanctis	lib.1.

Et quædam alia.

Claruit non longe post beatum Franciscum. Sepultus est in Augusta.

HVMBERTVS ordinis prædicatorum quintus, magister generalis, patria Viennensis, Hugonis Barchinonensis Theologi quondam auditor, vir in diuinis scripturis eruditus, & declamator egregius. vita Euangelicus, conscientia purus, actione præcipuus, eloquio dulcis, & ad persuadendum idoneus, qui Hugonem olim suum præceptorem sacræ Theologiæ pertraxit ad ordinem. Scripsit ad quædam deuota opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis deuenit. E quibus ista feruntur.

Super regulam S. Augustini	lib.1.	*Cogitanti mihi de ser.*
Summa prædicantium	lib.3.	*Omnis homo est exhortandus.*
Gesta fratrum prædicatorum.	lib.5.	De officiis sui ordinis lib.1.
De tribus substantialibus reli.	lib.1.	*Filiis gratiæ & cohære.*
Epistolarum ad diuersos	lib.1.	

Et quædam alia. Claruit Imperio vacante Anno domini. 1250.

VINCENTIVS Gallus natione Burgundus, ordinis prædicatorum dictus Beluacensis, vir in diuinis scripturis studiosus & exercitatus, ac veterum lectione diues, ingenio subtilis, & sermone compositus, tantum literis studium adhibuit, vt nullis vnquam laboribus, vigiliis vel occupationibus ab earum cultura potuerit euocari, quin semper aut legeret, scriberet vel prędicaret. Tantus itaq; fuit, vt post se necdum habuerit parem. Si ardua quæ scripsit opuscula ex multis laboriose collecta, æqua lance cum cæteris ponderemus. Nam perente & sumptus ministrante rege Francorum, grande & admirabile opus speculorum de omni (vt ita dixerim) rescibili in multis voluminibus maximis laboribus comportauit quod ita prænotauit atq; distinxit.

Speculum historiale	li.32.	*Deus est substantia in.*
Speculum naturale	li.33.	*Quoniam multitudo libro.*
Speculum morale	lib.3.	*In omnibus tuis memora.*
Speculum doctrinale	li.13.	*Quoniam multitudo libro.*
De gratia Dei quoq;	lib.4.	*Liber generationis, &c.*
De laudibus S. Mariæ	lib.1.	*Si Deum ore Prophetico in.*
De laudibus S. Iohannis Euangelist.	lib.1.	*Beatus Iohannes Euangelist.*
De institutione puerorum	lib.1.	*Filii tibi sunt eruditi.*
Consolationem super mortuo	lib.1.	*In primis igitur aduerte.*
Epistolarum ad diuersos	lib.1.	

Alia insuper nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Frederico Imperatore secundo. Anno domini. 1240.

ALEXANDER de Ales, natione Anglicus, ordinis minorum, præceptor Eustachii cardinalis, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in seculari Philosophia nulli suo tẽpore secundus, ingenio subtilis, & clarus eloquio, cum esset doctor sacrarum literarum in gymnasio Parisiensi, vt cœlestis Philosophiæ verus efficeretur discipulus, ordinem pauperum Christi intrauit, quem sua eruditione & sanctitate mirabiliter illustrauit. Scripsit iubente Innocentio Papa quarto insigne opus quatuor voluminibus partium multa vtiliter complectens, quod prænotauit.

Summam Theologiæ	lib. 4.	Quoniam sicut dicit Boetius	
Declarationem regulæ minorum	lib. 1.	Reuerendo in Christo.	

Cætera eius non vidi. Dicitur autem quod tam Vetus quam Nouum testamentum ex magna parte postillauerit, & de concordia iuris diuini & humani multa subtiliter disseruerit, aliaq; composuerit varia, quæ ad manus nostras non venerunt. Claruit sub Frederico secundo. Anno domini. 1240.

IOHANNES de Rupella, ordinis fratrum minorum, sacræ Theologiæ magister Parisiensis, in diuinis scripturis eruditus, & in Philosophia Aristotelica magnifice doctus, qui secum Alexandro de Ales in declaratione regulę minorum ad ministrum generalem subscripsit. Edidit quædam præclara opuscula, quibus nominis sui famam ad posteritatis notitiam transmisit. E quibus subiecta feruntur.

Super sententias	lib. 4.	Summa virtutum & vitiorum	lib. 1.
De anima quoque	lib. 1.		

Claruit sub Frederico Imperatore secundo. Anno domini. 1250.

HENRICVS archiepiscopus Ebredinensis & sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis, Hostiensis vulgariter nuncupatus, vir in vtroq; iure peritissimus, qui ob excellẽtiam ingenii, & doctrinæ apud Alexandrum Papam quartam in pretio fuit. Scripsit quædam opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. E quib. ego tantum vidi opus insigne & omnibus notum.

Super titulum decretalium	lib. 5.	*Alpha & Omega vnum in eſ.*	
Summam quoque compendiosam	lib. 1.	Cętera quę composuit, ad notitiam meam	

adhuc minime venerunt. Claruit Imperio vacante. Anno domini. 1250.

GALTERIVS episcopus Pictauiensis ordinis fratrum minorum, vir in diuinis scripturis eruditus, & in secularis Philosophię disciplinis nobiliter doctus, ingenio subtilis sermone scholasticus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis industriæ fuit. Scripsit quædam non contemnẽda opuscula, de quibus feruntur subiecta. Iubente namq; Alexandro Papa quarto stylo digessit valde vtiles per anni circulum.

Sermones	lib. 2.	Super sententias	lib. 4.
Quodlibetorum	lib. 1.	Quæritur quomodo virtus	

Claruit Imperio vacante. Anno domini. 1250.

GALTERVS episcopus Magolensis ex insulis oppido Flandrię oriundus, vir in diuinis scripturis longo studio exercitatus, & secularium literarũ non ignarus, ingenio præstans, & clarus eloquio, qui suo tempore propter doctrinam & eruditionem magnę opinionis fuit. Scripsit ad petitionem præpositi & clericorum Insulensis ecclesiæ.

Super Psalterium	lib. 1.	Et quasdam epistolas.	

Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam nostram minime venerunt.

ALEXANDER dictus de Villa Dei, patria Dolensis, ordinis (vt dicunt) fratrum minorum, vir certe vndecunq; exercitatus, Grãmaticus, Philosophus, Astronomus, & calculator insignis. Scripsit tam metro quã prosa non pauca opuscula, quibus nomen suum ad posteritatis memoriã transmisit. E quibus ego tantum adhuc reperi subiecta. Volumen metro leonico scriptum de Grãmatica cuius hodie in scholis puerorum vsus est assiduus, nescio si tam vtilis propter imbecillioris ætatis defectum, & ignauiam præceptorum. Prænotauit autem hoc ipsum opus.

Doctrinale puerorum	lib. 3.	*Scribere clericulis pa.*	
De computo ecclesiastico	lib. 1.	*Quamuis modo in fine ſem.*	
De Sphęra	lib. 1.	De arte numerandi	lib. 1.

Fertur & alia complura scripsisse, sermones, epistolas, varioq; tractatus, qui ad manus nostras adhuc minime venerunt. Claruit magna religione, & doctrina sub Frederico secundo. Anno domini. 1240.

EVSTACHIVS, qui & Bonauentura de Balneo regio natus, ordinis fratrum mi-

norum minister generalis, ac deinde episcopus Albanensis, & sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis, Alexandri de Ales quondam auditor & discipulus, vir in diuinis scripturis eruditissimus & in seculari Philosophia nobiliter doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio, vita & conuersatione deuotus atque sanctissimus, cuius ingenium dotem naturæ & vitę puritatem præceptor eius Alexander contemplans dicere solebat: In fratre Bonaventura Adam peccasse non videtur. Scripsit multa & profunda & deuotissima opuscula, quibus ardentia verba proferens nō minus affectum legentis in Christi amore accendit, quā intellectum doctrinis sanctis illuminat. Omnes enim sui temporis doctores vtilitate operum facile præcellit, si spiritum diuini amoris & Christianæ deuotionis in eo loquentem attendas. Profundus est, non verbosus, subtilis non curiosus, disertus non vanus, flammātia non inflantia verba proferens, vnde & securius legitur, facilius ab amante intelligitur, vtilius frequentatur, dulcius & fructuosius retinetur. Multi doctrinam proferunt, deuotionem prædicant multi, pauci scribendo libros docuerunt vtramque. Bonaventura autem & multos superauit & paucos, dum eius doctrinam deuotionem deuotio instruit doctrinam. Si ergo & doctus vis esse & deuotus, illius opuscules esto intentus. Quæ sunt.

Super sententias	lib.4.	*Profunda fluuiorum.*			
Breuiloquium	lib.7.	*Flecto genua mea ad.*			
Soliloquium	lib.1.	*Dic quæso ô homo si.*			
Itinerarii mentis in Deum	lib.1.	*In principio primum.*			
Lignum vitæ	lib.1.	*Christo confixus sum.*			
Exhortatorius ad fratrem	lib.1.	*Quoniam dilecte mi frater.*			
De reductione artium, &c.	lib.1.	*Omne datum optimum &.*			
Regimen conscientiæ. i. paruū bonū	lib.1.	*Ecce descripsi eam tibi.*			
Itinerarii mentis in se ipsum	lib.1.	Compendium scripturarum	lib.1.		
De institutione nouitiorum	lib.1.				
Centiloquium	lib.4.	*Malum considerare occur.*			
Pharetra siue scintillarium	lib.4.	*In conuersionis meæ præ.*			
De paupertate Christi contra Guil.	lib.1.	*Quæstio est de pauper.*			
De quinq; festis infantiæ Christi	lib.1.	*Cum secundum virorum venera.*			
De septem donis Spiritus Sancti	lib.1.	*Primum omnium necesse ha.*			
De excellentia eucharistiæ	lib.1.	De 6. alis seraphin	lib.1.		
Ad Blancam ducissam	lib.1.				
Illuminationum insigne opus	lib.1.	*In medio ecclesiæ ape.*			
De tribus ternariis pectorum	lib.1.	*Tres sunt ternarii pec.*			
De septem gradibus cōtemplationis	lib.1.	*Contemplatiuorum aquili.*			
De profectu religiosorum	lib.1.	*Si vis in spiritu proficere.*			
De decem præceptis	lib.1.	*Si vis ad vitam ingredi.*			
Apologia pauperum	lib.1.	*Summi legislatoris.*			
Super oratione dominica	lib.1.	*Pater noster. Oratio hæc præui.*			
Legenda S. Francisci	lib.1.	*Apparuit gratia Dei sal.*			
Constitutiones sui ordinis	lib.1.	In Genesim. 7. visionum	lib.1.		
In Euangelium Iohannis	lib.1.	*In principio, &c. Circa.*			
In Euangelium Lucæ	lib.1.	*Spiritus Domini super me. Consi.*			
De tribus quęstionibus	lib.1.	*In nominato magistro.*			
De sandaliis apostolorum	lib.1.	*Quoniam secundum apostolum Iohan.*			
De passione Domini	lib.3.	*Currite gentes vndiq;.*			
Sermones per annum.	lib.2.	Epistolæ plures ad diuersos.			

Alia insuper nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Moritur Imperio vacante sub Gregorio Papa decimo, in concilio Lugdunensi. Anno domini. 1283. Indictione. 1. Sepultus in ecclesia cathedrali Lugdunensi. Tandem propter sanctitatem & miracula nostris diebus canonizatur ab Sixto Papa quarto, sub Frederico Imperatore tertio. Anno domini. 1482. Indictione. 15.

PHILIPPVS cancellarius Parisiensis, vir in diuinis scripturis eruditus, & in seculari Philosophia nobiliter doctus, cum esset sacrarum literarum famosus magister, Theologicæ scholæ Parisius multo tempore glorioſe præfuit, vbi discipulos legendo, populos prędicando magnifice instruxit. Scripsit de singulis Psalmis duos vel tres.

Sermones elegantes	lib.1.	Summam Theologiæ	lib.1.

Alia quoque plura edidit, quæ ad notitiam nostram minime venerunt.

ALBERTVS episcopus Ratisponẽsis, ordinis fratrum prædicatorum, natione Teutonicus, patria Sueuus, ex Laugingen oriundus, vir in diuinis scripturis valde studiosus & eruditus, atq; in seculari Philosophia nulli suo tempore secundus, ingenio subtilis, eloquio scholasticus, vita & conuersatione deuotus atq; sanctissimus, qui propter doctrinam & eruditionem, magnus dictus est, docuit sacras literas & Philosophiam Aristotelicam multis annis. Primo Parisius, postea Coloniæ, vbi inter alios Thomam de Aquino habuit egregium discipulum. Ad episcopatum deinde Ratisponensis ecclesiæ assumptus, cũ illum aliquot annis gubernasset, deseruit, & amore studii salutaris ad conuentum suum Coloniam reuersus est, vbi vsq; ad finem vitæ docendo & scribendo perseuerauit. Scripsit multa & pene infinita opuscula, de quibus subiecta feruntur.

Summa Theologiæ	lib.4.	*Mirabilis facta est scientia*	
Super sententias	lib.4.	De quatuor coæuis	lib.1.
De homine	lib.1.	De bono	lib.1.
De vita spirituali	lib.1.	De corpore Christi	lib.1.
In officium missæ	lib.1.	*Ecce ego declinabo in.*	
De eodem. 32. sermones	lib.1.	*De sacrosancto corpore.*	
De muliere forti	lib.1.	*Laudes ecclesiæ de.*	
Super libris Dionysii	lib.5.	*Mirabile est nomen.*	
De multiplici timore	lib.1.	*Quoniam plus exemplo quam ver.*	
De laudibus S. Mariæ	lib.1.	*Clara est & quæ nunquam.*	
Defensorium mendicantium	lib.1.	De partu hominis	lib.1.
De formatione hominis	lib.1.	De origine animæ	lib.1.
Super oratione dominica	lib.1.	De arte prædicandi	lib.1.
De reparatione lapsi	lib.1.	In Hester	lib.1.
De adhærendo Deo	lib.1.	*Cogitanti mihi aliquid.*	
In quinq; libros Moysi	lib.5.	In Iosue	lib.1.
In Iudicum	lib.1.	In Ruth	lib.1.
In Regum	lib.4.	In Paralipomenon	lib.2.
In Esdram & Neemiam	lib.3.	In Tobiam	lib.1.
In Iudith	lib.1.	In Prouerbia	lib.1.
In Cantica canticorum	lib.1.	In librum Sapientiæ	lib.1.
In Ecclesiasten	lib.1.	In Ecclesiasticum	lib.1.
In Machabæorum	lib.2.	In Iob	lib.1.
In Esaiam	lib.1.	In Hieremiam	lib.1.
In Ezechielem	lib.1.	In Danielem	lib.1.
In 12. Prophetas minores	li.12.	Ecclesiastici. 49. Et 12.	
In Euangelium Matthæi	lib.1.	*Sume tibi librum gran.*	
In Euangelium Marci	lib.1.	*Ecce vicit leo de tribu.*	
In Euangelium Lucæ	lib.1.	In Euangelium Iohannis	lib.1.
In Epistolas Pauli	li.14.	*Aquila grandis magna*	
In Apocalypsin	lib.1.	De animalibus	li.20.
Sermones de tempore	lib.1.	*Quoniam veritatis testimon.*	
Sermones de sanctis	lib.1.	*Venite post me faciam.*	
Paradisus animæ	lib.1.	Orationum super sententias	lib.1.
Orationum super Euangelia	lib.1.	De differentia spiritus & animæ	lib.1.
De diuinatione & prophetia	lib.1.	Diuersarum quæstionum	lib.1.
De natura locorum	lib.1.	De causis elementorum	lib.1.
De moribus animalium	lib.1.	De intellectu & intelligibili	lib.1.
De iuuentute & senectute	lib.1.	De vita & morte	lib.1.
De plantis & vegetabilibus	lib.1.	Summa Philosophiæ	lib.1.
De vnitate intellectus	lib.3.	Quæstiones contra Auerroistas	lib.1.
De vnitate formæ	lib.1.	Philosophia moralis	li.16.
De monastica	lib.5.	De Oeconomica	lib.4.
De Arithmetica	lib.1.	De politica	lib.8.
De Geometria	lib.1.	De Sphæra	lib.1.
De Musica	lib.1.	De Astris	lib.1.
De Astronomia	lib.1.		

Specu-

Seculum Astronomiæ	lib.1.	De somno & vigilia	lib.1.
De natura Deorum	lib.1.	Quæstiones. 15.	lib.1.
De 12. Alphabetis	lib.1.	De mineralibus	lib.1.
De somniis	lib.1.	De secretis naturæ	lib.1.
De vulneribus	lib.1.	De magistris eligendis	lib.1.
De sex principiis	lib.1.	De prædicamentis	lib.1.
De causis	lib.1.	De diffinitionibus	lib.1.
De Grammatica	lib.1.	De Rhetorica	lib.1.
De medicina	lib.1.	De agricultura	lib.1.
De lanificio	lib.1.	De Metaphysica	li.13.
De aratura	lib.1.	De cœlo & mundo	lib.4.
De nauigatione	lib.1.	De scientia metheororum	lib.4.
In Physicam Aristotelis	lib.8.	De nutrimento & nutribili	lib.1.
De generatione & corruptione	lib.2.	De perspectiua	lib.1.
De anima	lib.1.	In libros Aristotelis cõmentatus est, ac alia multa composuit, quæ ad notitiã meam non veneruut.	

Moritur sub Rodulpho Imperatore. Anno domini. 1280. Indictione. 8. Ætatis suæ anno octogesimo. Sepultus in medio choro conuentus sui Colonienſis. Et non surrexit posteum vir similis ei, qui in omnibus literis, scientiis, & rebus tam doctus, eruditus & expertus fuerit Quod autem de necromantia accusatur, iniuriam patitur, vir Deo dilectus.

SIMON de Tornaco presbyter, vir in diuinis scripturis eruditus, & in seculari Philosophia subtiliter doctus, Dialecticus acutissimus, & omnium liberalium artium peritissimus, factus Theologicæ scholæ magister, multis annis in gymnasio Parisiensi docuit, vbi plurimos auditores erudiuit. Sed dum Aristotelem nimium sequitur, erasse in quibusdam inuenitur. Scripsit autem quædam ingenii sui opuscula, de quibus feruntur subiecta.

Sententiarum suarum	lib.1.	Quæstiones variæ	lib.1.
In Symbolum Athanasii	lib.1.	Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt.	

THOMAS de Aquino, ordinis fratrum prædicatorum, Alberti Magni in conuentu Colonienſi auditor & discipulus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis nobiliter doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio, vita & cõuersatione insignis, inter omnes doctores sui temporis facile obtinuit principatum, qui velut alter Augustinus se studio scripturarum totum dedit, die ac nocte in illius amore & exercitio commorando, tot ac tanta scripsit volumina, vt paucos inter modernos vel numero vel vtilitate habeat æquales.

Super sententias	lib.4.	*Ego sapientia effudi.*
Summam Theologiæ	lib.4.	*Quia catholicæ veri.*
Contra gentiles	lib.4.	*Veritatem meditabitur.*
Contra errores Græcorum	lib.1.	*Libellum ab excellentia.*
Contra Armenos & Sarracænos	lib.1.	*Beatus Petrus apostolus.*
Compendium Theologiæ	lib.3.	*AEterni patris verbum.*
De præceptis charitatis	lib.1.	*Tria sunt homini necessaria.*
De fide & sacramentis	lib.1.	*Postulat à me vestra.*
Super oratione dominica	lib.1.	*Pater noster, Inter alias.*
Super Aue Maria	lib.1.	*Aue Maria, &c. Insa.*
Super Symbolo Apostolorum	lib.1.	*Credo, &c. Primum quod est*
De centum octo articulis	lib.1.	*Primo considerandum est.*
De 42. Articulis	lib.1.	*Reuerendo in Christo.*
De 36. articulis	lib.1.	*Lectis vestris literis in eis.*
De sex articulis	lib.1.	*Charissimo sibi in Christo.*
De differẽtia diuini verbi & humani	lib.1.	*Ad intellectum huius.*
De natura verbi	lib.1.	*Quoniam circa naturam verbi.*
De substantiis separatis	lib.1.	*Quia sacris angelorum.*
Contra Auroistas de intellectu	lib.1.	*Sicut omnes homines natu.*
Aduersum detrectores religionis	lib.1.	*Christianæ religionis.*
De perfectione vitæ spiritalis	lib.1.	*Quoniam quidam perfectionis.*
Contra impugnatores ordinis	lib.1.	*Ecce inimici tuæ so.*

De regimine principum	lib.4.	*Cogitanti mihi quid.*
De forma absolutionis,	lib.1.	*Perlecto libello à vo.*
De regimine Iudæorum,	lib.1.	*Excellentiæ vestræ re.*
Expositionem primæ decretalis,	lib.1.	*Saluator noster discipulos.*
Expositionem secundæ decretalis,	lib.1.	*Damnamus ergo & re.*
In Esaiam Prophetam,	lih.1.	In Hieremiam, lib.1.
In Threnos eiusdem,	lib.1.	In Cantica Canticorum, lib.1.
In tres nocturnos psalm,	lib.1.	
In Iob ad literam,	lib.1.	*Sicut autem in rebus quæ.*
Continuum in Euangelia,	lib.4.	*Sanctissimo ac reuerendiss.*
Lecturam in Euangelia,	lib.4.	In Epistolas Pauli, lib.14.
In Epistolas Canonicas,	lib.7.	
De sacramento altaris,	lib.1.	*Memoriam fecit mira.*
De humanitate Christi,	lib.1.	*Christus Iesus venit.*
De dilectione Dei & proximi,	lib.1.	*Magister quod est mand.*
De diuinis moribus,	lib.1.	*Perfecti estote sicut.*
De beatitudine	lib.1.	*Beati qui habitant in domino.*
De puritate conscientiæ	lib.1.	*Quoniam fundamentum &.*
De officio sacerdotis	lib.1.	*Quia sacerdotis officii.*
De significatione missæ	lib.1.	*In virtute sanctæ crucis.*
De vitiis & virtutibus	lib.1.	*Quatuor sunt virtutum.*
De emptione reddituum,	lib.1.	*Recepi literas vestras in.*
De veritate summam	lib.1.	*Quid est veritas &.*
De potentia Dei disput.	lib.1.	*Quæstio est de poten.*
De actione Iudæorum,	lib.1.	*Illustri dominæ Alheidi.*
Quodlibeta.12.	lib.1.	*Quæsitum est à Deo.*
Super Boetio de Trinitate,	lib.1.	*Ab initio natiuitatis.*
Super eodem de hebdomadibus	lib.1.	*Præcurre prior in do.*
Super libris Dionysii	lib.4.	
De sortibus,	lib.1.	*Postulauit à me vestra.*
De iudiciis astrorum	lib.1.	*Quia petisti vt tibi.*
De æternitate mundi	lib.1.	*Supposito secundum fidem.*
De fato	lib.1.	*Quæritur de fato an sit.*
De principio indiuiduationis	lib.1.	*Quoniam duæ sunt in homine.*
De ente & essentia,	lib.1.	*Quia paruus error in.*
De principiis naturæ,	lib.1.	*Quoniam quoddam potest esse.*
De materia & dimensionibus,	lib.1.	*Postquam de principiis ser.*
De mixtione elementorum	lib.1.	*Dubium apud multos.*
De occultis operibus naturæ	lib.1.	*Quoniam in quibusdam natu.*
De motu cordis	lib.1.	*Quia omne quod moue.*
De instantibus	lib.1.	*Quoniam omnem durationem.*
De quatuor oppositis	lib.1.	*Quoniam quatuor sunt operi.*
De demonstratione	lib.1.	*Ad habendum cognitio.*
De fallaciis	lib.1.	*Quia logica est ratio.*
De propositionibus modalibus	lib.1.	*Quia propositio moda.*
De natura accidentis	lib.1.	*Quoniam omnis cognitio hu.*
De natura generis	lib.1.	*Quoniam omnis natura gene.*
De principiis animæ	lib.1.	*Vt adiutorium homini.*
De tempore	lib.1.	*Sicut vult philosophus.*
De pluralitate formarum	lib.1.	*Quoniam sanctum est homo.*
De natura syllogismorum	lib.1.	*Quoniam scire est causam rei.*
De sensu & intellectu	lib.1.	*Circa considerationem.*
De inuentione medii	lib.1.	*Quoniam principium syllogi.*
De natura luminis	lib.1.	*Considerandum est de na.*
De natura loci	lib.1.	*Ad sciendum naturam.*
De vniuersalibus	lib.2.	*Circa vniuersalia mul.*
De intellectu & intelligibili	lib.1.	*Sciendum quod de ratione.*
Dictorum suorum concordiam	lib.1.	*Pertransibunt multi &*

Sermo-

Sermones multos lib.1. Contra Guil. de sancto amore lib.1.

Iubente Vrbano Papa quarto, officium festi corporis Christi composuit. In omnes Aristotelis ac Porphyrii libros commentatus est. Alia quoque multa edidit tã in diuinis scripturis quã in seculari Philosophia, quæ ad manus nostras minime venerunt. Moritur sub Arnolpho imperatore. Anno domini. 1274. Indictione. 2. Et canonizatus est à Papa Iohanne. 22.

THOMAS de Cantiprato, natione Brabantinus, ordinis fratrum prædicatorũ. Alberti Magni quõdam (vt ferunt) discipulus, vir deuotus, & tam in diuinis scripturis quam in secularibus literis egregie doctus, ingenio promptus, eloquio scholasticus. Fertur quę-
10 dam præclara scripsisse volumina, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis deduxit. E quibus extat opus de apibus mysticis, quod prænotauit.

Bonum vniuersale lib.2. *Reuerendo in Christo.*

De rerum natura lib.1. Vita S. Christinæ lib.1.

Et cætera quæ non vidi. Claruit sub Rodulpho Imperatore. Anno domini. 1270. Et sunt qui scribant eum Græci sermonis habuisse peritiam, & libros Aristotelis quorum iam vsus in scholis est, transtulisse.

ALPHONSVS rex Castellæ & legionis, Philosophus & Astronomus inter omnes sui temporis excellentissimus, ingenio subtilis, & clarus eloquio, literarum amator & cultor insignis, cum post longam Imperii Romani vacationem contra Richardum fratrem
20 regis Angliæ in Romanorum regem fuisset electus, & esset vir bonus & prudens, mortuo Richardo anno electionis suæ quintodecimo intuitu pacis coram Gregorio Papa decimo voluntarie cessit, & omni iuri suo quod in electione sua habuerat sponte renuntiauit. Scripsit valde vtiles & elegantes.

In Astronomia tabulas lib.1. Epistolarum ad diuersos lib.1.

Claruit tempore Imperii vacantis. Anno domini. 1270.

PETRVS ordinis fratrum prædicatorum, natione Gallus, & eiusdem religionis in Francia prior prouincialis, vir in diuinis scripturis longo studio doctus, & secularis Philosophię nõ ignarus, ingenio acutus, & prõptus eloquio, in declamãdis ad populũ sermonib. idoneus fuit. Vnde ad vtilitatem legentium composuit per anni circulum non spernẽdos.
30 Sermones de tempore lib.1. Sermones quoq; de sanctis lib.1.

Sed & alia nonnulla scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

PETRVS de Tharantasia ordinis prędicatorum & post Gregorium decimum Papa Innocentii quinti nomine canonice consecratus, sedit in põtificatu summo mensibus tantum quinq;, vir certe in diuinis scripturis eruditissimus, & in Philosophia Aristotelica nobiliter doctus, qui Theologiam multis annis egregie docuit, & magnam suæ eruditionis laudem acquisiuit. Scripsit multa præclara opuscula, quibus & tunc præsentibus, & postea futuris nomen suum notificauit. E quibus extant.

Super sententias lib.4. *Nunquid nosti ordinem*

In epistolas Pauli omnes li.14. *Principia rerum inquiren.*

40 In Psalmos quoq; lib.1. In Cantica canticorum lib.1.

Scripsit & alias in Bibliam lecturas, vt dicitur plures, quas necdum vidi. Claruit in pontificatu sub Rodulpho imperatore. Anno domini. 1275.

IOHANNES Esculanus de Esculo, ordinis fratrum minorum post sanctum Bonauẽturã minister generalis, vir in diuinis scripturis eruditus, & declamator sermonũ egregius, missus Constantinopolim à Gregorio Papa decimo, Græcos ad obedientiam Romanæ ecclesiæ suis exhortationibus reduxit, & secum ad concilium Lugdunense venire persuasit. Scripsit ad ædificationem fidelium non spernendos

Sermones de tempore lib.1. Sermones de Sanctis lib.1.

Epistolas plures ad diuersos lib.1. Et quædam alia.

50 Claruit Imperio vacante. Anno domini. 1270.

RVPERTVS de Rusia ordinis fratrum minorum, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, quippe qui Theologiam multis annis egregie docuit, & multos insignes post se discipulos reliquit. Scripsit nonnulla præclara opuscula, quibus nomen suum ad posteros transmisit. E quibus extat ad Haymonem Anglicum ordinis sui ministrum generalem virum æque doctissimum declaratio.

In regulam S. Francisci lib.1. Super sententias quoq; lib.4.

Sermones varii lib.1. Et quædam alia.

Claruit Imperio vacante. Anno domini. 1270.

VDALRICVS de Argentina, natione Teutonicus, ordinis fratrum prædicatorum, Alberti Magni quondam auditor atq; discipulus, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularis Philosophiæ non ignarus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, composuit non spernendæ lectionis opuscula, quibus & præsentibus & futuris innotuit. E quibus extant.

Super sententias lib.4. Summa Theologiæ lib.1.
De anima quoq; lib.1. Et alia multa.

Claruit sub Rodulpho Imperatore. Anno domini. 1280.

HAYMO natione Anglicus, ordinis fratrum minorum minister generalis, vir in scripturis sanctis longo studio exercitatus, quippe qui cathedrã magistralem Theologicæ facultatis consecutus, in ea multos eruditi discipulos, qui iussu Alexãdri Papæ quarti, Breuiarium Romanum correxit & rubricauit, Fertur inter alia compendiose scripsisse.

Super sententias lib.4. Et quosdam sermones lib.1.

Et quædam alia. Claruit Imperio vacante. Anno domini. 1270.

OTTO episcopus Frisingensis in Germania Bauariæ, & vt quidam scribunt, nepos Frederici Imperatoris primi, natione Teutonicus, quem Pius Papa secundus allegans in quadam oratione commendat, vir in diuinis scripturis eruditus, & in secularibus literis non infime doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio. Scripsit quædam non contemnendæ lectionis opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum gloria transmisit. Inter quæ extat opus insigne, & omni laude prosequendum.

Historiarum lib.1. Et alia quæ non vidi.

Claruit Imperio vacante. Anno domini. 1260.

PETRVS Hispanus Portugalensis, episcopus Tusculanus, & sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis, ac postremo summus pontifex, post Hadrianum quintũ, vir in medicinis valde eruditus, & in seculari Phliloſophia magnifice doctus, sedit in pontificatu mensibus tantũ 8. Scripsit medicus non contemnenda opuscula, de quibus feruntur subiecta.

Thesaurus pauperum lib.1, De problematibus lib.1.
Canones medicinæ lib.1. Epistolarum ad diuersos lib.1.

Et quædam alia. Claruit in pontificatu sub nomine Iohannis 21. temporibus Rodulphi Imperatoris. Anno domini. 1275.

GVILHELMVS ciuis Placentinus, medicinæ artis doctor eruditus, & aliarum literarum humanitatis non ignarus, qui publico salario conductus Veronæ, multis annis in ea facultate scholam tenuit, & discipulos egregios plures erudiuit. Scripsit huius scientiæ professoribus non spernenda opuscula, quibus nomen suum tam præsentibus quam futuris notum effecit. E quibus extat insigne volumen quod prænotari voluit.

De vniuersa medicina lib.4. De Chirurgia quoq; lib.1.

De cæteris nihil reperi. Claruit sub Arnolpho Imperatore. Anno domini. 1270.

GVILHELMVS episcopus Parisiensis, patria Aluernus, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularis Philosophiæ non ignarus, ingenio subtilis & apertus eloquio, nec minus conuersatione quam scientia venerandus, composuit non pauca eruditionis suę opera, quibus & doctum se ostendens magistrum & deuotum, nominis sui memoriam reddidit immortalem. De quibus subiecta feruntur. Volumen insigne prænotatum.

De S. Trinitate lib.1. De primo principio lib.1.
De Sacramentis lib.1.
Cur Deus homo lib.1. *Ponam adhuc quatuor.*
Summa virtutum lib.1. Summa vitiorum lib.1.
De fide & legibus lib.1. *In ordine diuinalium sa.*
De animabus humanis lib.1. De bono & malo lib.1.
De vniuerso lib.6. De professione nouitiorum lib.1.
De dono scientiæ lib.1. De operibus virtutum lib.1.
De 30. remediis tentationum lib.1. Contra pluralitatem beneficiorum lib.1.
De clausſtro animæ lib.1.
De Rhetorica diuina lib.1. *In sacris ac significati.*
De pœnitentia lib.1. *Secunda tabula post.*
De dæmonibus lib.1. *Post quam auxilio Dei eo.*
In Psalterium lib.1. In Prouerbia Salomonis lib.1.
In Ecclesiasten lib.1. In Cantica canticorum lib.1.
In Euangelium Matthæi lib.1. Sermones varii lib.1.
Epistolarum ad diuersos lib.1. Alia quoq; nonnulla edidit, quę ad notitia meam

meam minime venerunt. Claruit sub Frederico Imperatore II. Anno domini. 1230.

IOHANNES Valeis, alias Galensis, natione Anglicus, ordinis fratrum minorum, vir in diuiuis scripturis eruditissimus, qui in gymnasio Parisiensi multo tẽpore Theologiam glorioſe docuit, tantæ eruditionis & eloquentiæ fuit vt arbor vitæ sit appellatus. Scripsit multa præclara opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum gloria transmisit. Sed pauca eorum ad manus nostras peruenerunt. Reperi namq; volumen insigne quod prædicatoribus verbi Dei valde necessarium, & vtile iudico, quod plerique communeloquium appellant, eo quod de omni statu aliquid contineat, sed ipse prænotauit illud.

Summam collationum	lib.7.	*Cum doctor siue prædica.*	
Super sententias	lib.4.		
De ordinatione vitæ	lib.1.	*Quoniam omni negotio tem.*	
Manipulum florum	lib.1.	*Abstinentia bonum est in.*	
In Apocalypsin Iohannis	lib.1.	Sermones varios	lib.1.
De diuersis materiis	lib.1.	*De cæteris nihil reperi.*	

Et nota quod iste Iohannes librũ qui dicitur Manipulus florum, cuius Prologus incipit: Ruth paupercula, inchoauit, quem morte prẽuẽtus non finiuit, sed frater Thomas de Hybernia eundem postea compleuit. Ipse autem liber sic incipit secundum ordinem Alphabeti: Abstinentia bonum est in cibo cum gratiarum actione percipere, &c. Claruit temporibus Rodulphi Imperatoris. Anno domini. 1270.

GVILHELMVS Duranti epi copus Minacensis, Henrici Hostiensis quondam auditor atq; discipulus, quem Speculatorem nuncupant, doctor in iure peritiss. & ecclesiasticæ obseruationis valde studiosus, ingenio subtilis & clarus eloquio. Scripsit ad Ottobonum cardinalem S. Hadriani postea summum pontificem Hadrianũ quintum egregium opus in tribus voluminibus partitum, quod prænotauit.

Speculum iuris	lib.3.	*Reuerendo in Christo.*	
Rationale diuinorum	lib.8.	*Quæcunq; in ecclesiast.*	
Repertorium iuris	lib.1.	*Protoplasti rubigine.*	

Et quædam alia. Claruit sub Rodulpho Imperatore. Et compleuit opus suum Rationale diuinorum, sicut per se testatur. Anno domini. 1286.

IACOBVS de Beluisio, vtriusq; iuris clarissimus doctor & cautus interpres, ingenio subtilis, eloquio scholasticus, consilio & scientia profundus, & secularis Philosophiæ non ignarus. Fertur in iure quædam præclara scripsisse opuscula, quibus nomen suum ad memoriam posteritatis transmisit. E quibus nullum adhuc videre potui. Fertur autem eius.

In authenticis	lib.1.	De vsu feudorum	lib.1.
Additiones in nouellis	lib.1.	Et disputationes variæ. Et alia multa. Claruit sub Rodulpho Imperatore. Anno domini. 1270.	

GVILHELMVS Lugdunensis, ordinis fratrum prædicatorum, vt ferunt, eiusdem ecclesiæ episcopus, vir in diuinis script. multum eruditus, & secularium literarum non ignarus, ingenio dulcis & subtilis eloquio non curiosus attamen compositus, in declamandis ad populum sermonibus satis egregius fuit, dicitur nonnulla scripsisse opuscula, quibus & tunc potentes & postea futuros magnifice instruxit. E quibus feruntur.

Super sententias	lib.4.	
Summa virtutum	lib.5.	*Cum circa singula vtilia.*
Summa virorum	lib.8.	*Dicturi de singulis vi.*
Sermones ad populum	lib.1.	

Alia quoque multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

GVILHELMVS Guarronis, natione Anglicus, ordinis fratrum minorum, præceptor Ioannis Scoti eiusdem religionis, vir in diuinis scripturis satis eruditus, & in Philosophia Aristotelica longo studio more Theologorũ modernorũ valde peritus. Scripsit ingenii sui quædã non spernenda opuscula, quibus se posteritati notificauit. E quibus extant.

Super sententias	lib.4.	*Quoniam teste beato Augusti.*

De cæteris nihil vidi. Claruit temporibus Rodulphi Imperatoris. Anno domini. 1270.

GERARDVS monachus cœnobii S. Quintini in Insula, vir in scripturis sanctis studiosus, & iugi exercitatione peritus, atq; in secularibus literis sufficienter instructus, ingenio promptus & clarus eloquio. Scripsit quædam non contemnendæ lectionis opuscula, quib. nomen suũ præsentibus & futuris notificauit. E quibus fertur historia translationis coronæ & partis de cruce domini, quas reliquias Ludouicus rex Franciæ ab Imp. Constãtinopolitano consequutus transtulit Parisios. Scripsit etiã beatæ Helizabeth Lantgraui æ,

Mira-

Miracula post mortem lib.1. Responsoria & cantus de eadem lib.1.
Et quædam alia. Claruit sub Rodulpho Imperatore. Anno domini. 1270. Et vtraque literatura varia composuit opuscula.

GVILHELMVS Lamarensis, ordinis fratrum minorũ, vir in diuinis scripturis longo vsu & exercitio doctus, atque in seculari Philosophia iuxta morem illius temporis satis peritus, ingenio clarus, sermone scholasticus, composuit varia in scripturis opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus ista feruntur.

Super sententias lib.4. Correctorium operum Thomæ lib.1.
Additiones in Bonauenturam lib.1. Et quædam alia.
Claruit sub Rodulpho Imperatore. Anno domini. 1280.

RICHARDVS archiepiscopus Remensis in Gallia, ordinis fratrum minorũ, in scripturis sanctis egregie doctus, in declamandis ad populum sermonibus nulli doctorum sui temporis inferior, subtilis ingenio, & eloquio clarus, dicitur multa præclara scripsisse volumina, quibus tunc præsentibus se vtilem & futuris reddidit notum, sed nihil eorum ad manus nostras memini peruenisse. Feruntur eius.

Sermones de tempore lib.1. Sermones quoq; de sanctis lib.1.
Claruit sub Rodulpho Imperatore. Anno domini. 1270.

GVILHELMVS de Samuco, ordinis fratrum beatę Mariæ semper virginis de monte Carmeli, natione Gallus, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularium literarum non ignarus, ingenio & eloquio clarus, & non minus conuersatione quam doctrina venerabilis. Edidit magnę vtilitatis plura opuscula, quibus nominis sui memoriam ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus feruntur subiecta. Opusculum quoddam spiritualibus personis non inutile, quod prænotauit.

Decretales religiosorum lib.1. Super sententias lib.4.
In regulam sui ordinis lib.1. Chronica ordinis sui lib.1.
Et alia multa. Claruit sub Rodulpho Imperatore. Anno domini. 1280.

EGIDIVS de Roma, ordinis fratrum heremitarum S. Augustini prior generalis, ac deinde Bituricensis archiepiscopus, beati Thomæ Aquinatis quondam auditor, vir in diuinis scripturis eruditissimus & in Philosophia Aristotelica nulli suo tempore secundus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, vita & cõuersatione deuotus. Scripsit multa & pene infinita opuscula, de quib. ad manus nostras pauca peruenerũt. Feruntur aũt eius subiecta.

In Hexameron lib.2.
In Cantica canticorum lib.1. *Sonet vox tua in auribus.*
In epistolas Pauli li.14.
Super sententias lib.4. *Candor est enim lucis.*
Expositio primæ decretalis lib.1. *Firmiter credimus &.*
De regimine principum lib.1. *Ex regia & sacratiss.*
Quodlibeta multa lib.1. *Quæstiones propositæ.*
In officium missæ lib.1. De intellectu possibili lib.1.
Laudes sapientiæ diuinæ lib.1. De sapientia diuina in beatis lib.1.
De subiecto Theologiæ lib.1. De bona fortuna lib.1.
De corpore Christi lib.1. *Quia inter cætera quæ.*
De mensura angelorum lib.1. *Quid de mensura angelo.*
De cognitione angelorum lib.1. *Quæstio, Vtrum ange.*
De mortuis lib.1. Distinctio articulorum fidei lib.1.
De gradibus formarum lib.1. *Quæsitum est de Deo.*
De prædestinatione lib.1. *Nobili militi domino.*
Theorica de esse & essentia lib.1. *Omne esse vel est, &c.*
De generatione & corruptione lib.1. *Anima vt testatur phi.*
De peccato originali lib.1. *Ego sum puluis &.*
De formatione humani corporis lib.1. *In quo ponuntur, &c.*
De potestate ecclesiastica lib.3. De carcere lib.1.
Compendium Theologiæ lib.6. *Veritatis Theologicæ.*
De renunciatione Papæ lib.1. *Non ei placebit cum.*
Aduersus corruptorem Thomæ lib.1. *Quare detraxisti sermo.*
Sermones varii lib.2.
In omnes libros Aristotelis
Epistolæ notabiles. Et alia non pauca.

Claruit

Claruit sub Rodulpho Imperatore. Anno domini. 1280.

GANFREDVS de Trano, subdiaconus ecclesiæ Romanæ, & summi pontificis (vt ferunt) capellanus, vir in iure canonico & Philosophia seculari nobiliter doctus, ingenio præstans & clarus eloquio, qui inter doctores huiusce facultatis non vltimus suo tempore est habitus. Scripsit non spernendę lectionis opuscula, quibus nomen suum posteritati notificauit. E quibus extat summa notabilis & satis vulgata.

Super titulis decretalium	lib.5.	*Glossarum diuersitas in.*	
Quæstiones variæ	lib.1.		

Alia quæ composuisse dicitur, ad notitiam nostram minime venerunt.

GVIDO de Baypho, archidiaconus Bononiensis, vir in vtroque Iure peritissimus, ingenio acutus & clarus eloquio, cuius apud huius scientiæ professores vsque in hodiernum diem magna perseuerat authoritas. Scripsit multa insignia volumina, quibus memoriam nominis sui (vt ita dicam) reddidit immortalem. E quibus pauca ad notitiam meam hucusque peruenerunt. Reperi enim duntaxat subiecta. Volumen grande & valde notabile quod Rosarium prænotauit.

Super decreto	lib.3.	*Reuerendo in Christo.*	
Super decretalibus	lib.5.		

Claruit sub Adolpho Imperatore. Anno domini. 1290.

THADEVS natione Florentinus, medicæ artis peritissi. doctor, qui eam scientiã apud Bononiam certis annis publico salario conductus egregie docuit, & thesaurum pene incredibilem congregans, magnam experientiæ suæ famam acquisiuit. Cum enim ab aliquo principe vocaretur, non minus quam quinquaginta aureos pro diurna mercede habere volebat. Ab Honorio Papa quarto aliquando vocatus, non prius accedere voluit quã centum aurei illi in diem statuerentur, qui à grauissima infirmitate curatus decem millia illi aureos condonauit. Scripsit.

In Aphorismos Hippocratis	lib.1.	In prænosticos eiusdem	lib.1.
In opus acutorum eiusdem	lib.1.	In Tegni Galieni	lib.1.
In Isagogas Iohannitii	lib.1.	De conseruanda sanitate	lib.1.
Consilia varia	lib.1.	Et quædam alia.	

Claruit sub Rodulpho Imperatore. Anno domini. 1280.

Et tandem octogenarius Bononiæ mortuus est.

IOHANNES de Parma ex Bononiæ finibus oriundus, ordinis fratrum minorum minister generalis, vir in diuinis scripturis eruditus, vita & conuersatione deuotus, & sanctæ paupertatis amator insignis, qui ex gymnasio Parisiensi vbi scientias legerat, in generalem absens fuit electus. Fertur multos & varios scripsisse tractatus, quibus nomen suum ad memoriam nostram deuenit. E quibus ego tantum reperi.

Super Sententias	lib.4.	De conuersatione religiosorum	lib.2.

Claruit Imperio vacante. Anno domini. 1260.

IOHANNES Christophori, ordinis fratrum prædicatorum, in scripturis longo & cõtinuo studio exercitatus, atque in seculari Philosophia nobiliter doctus, ingenio facilis, & sermone scholasticus, multa in sanctis scripturis fertur cudisse opuscula, quorum editio præsentibus tunc vtilem illum futuris reddidit notum. Longo enim tempore diuinas literas publice legendo exposuit, & subtili sensu explicauit, de cuius commentariis subiecta volumina feruntur, videlicet.

In Euangel. Matthæi	lib.1.	In Marcum	lib.1.
In Lucam	lib.1.	In Iohannem	lib.1.
In omnes epistolas Pauli	li.14.	Et alia multa.	

Claruit Imperio vacante. Anno domini. 1260.

HAMBALDVS natione Romanus, sacrę Theologię professor, & eximius interpres scripturarum, ingenio subtilis, & vehemens, & ad disputandas soluendasq; earundem difficiles quæstiones satis idoneus, fertur ad instructionem discipulorum suorum quędam prędara scripsisse opuscula, quibus nomen suum notificauit. Inter quę extant.

Super Sententias	lib.1.	Quodlibetorum	lib.1.

Claruit sub Rodulpho Imperatore. Anno domini. 1270.

HENRICVS de Grandauo archidiaconus Tornacensis, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis, inter omnes doctores sui temporis eruditissimus, & in Philosophia Aristotelica valde subtilis, tantę opinionis & authoritatis in gymnasio Parisiorum extitit, vt doctor solennis per vniuersum Christianum orbem vocatus sit. Erat enim ingenio

subtilis & in disputationibus scholasticis acutissimus, quod præclara illius testantur opuscula. De quibus ego tantum reperi ad præsens subiecta.

Summam Theologiæ	lib.1.	Super Sententias	lib.4.
De virginitate	lib.1.	Sacris virginibus compi.	
Quodlibeta	lib.2.	De pœnitentia	lib.1.
In Metaphysicam	li.14.	In Physicorum Libros	lib.8.

Cætera quidem multa composuit, sed ad notitiam meam non venerunt. Moritur sub Adolpho Imperatore. Anno domini. 1293. Indictione 6. In festo Apostolorum Petri & Pauli. Sepultus Tornaci in ecclesia sanctæ Dei genitricis Mariæ.

HVGOLINVS patriarcha Constantinopolitanus, ordinis fratrum heremitarum S. Augustini, vir in diuinis scripturis longo studio exercitatus, & satis eruditus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, moribus & vita spectabilis, fertur non spernendæ lectionis quædam præclara scripsisse opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus ista feruntur inter alia potiora.

Super Sententias	lib.4.	Quodlibetorum	lib.1.
De differentia idiomatum	lib.1.	Sermones de tempore	lib.1.
Sermones de sanctis	lib.1.		

Claruit sub Adolpho Imperatore. Anno domini. 1290.

ARLOTVS ordinis fratrum minorum minister generalis, natione Hetruscus, vir in diuinis scripturis egregie doctus, & in seculari Philosophia sufficienter instructus, dialecticus subtilis, & acutissimus disputator, qui magnam doctrinæ suæ laudem varia scribendo est consecutus, in declamandis ad populum sermonibus excellentis ingenii fuit. Hic fertur comportasse Noui & veteris testamenti in vnum.

Concordantias	lib.1.	Sermones varios	lib.1.

Et quædam alia. Claruit temporibus Adolphi Imperatoris. Anno domini. 1290.

IACOBVS episcopus Genuensis, ordinis fratrum prædicatorum, vir in diuinis scripturis exercitatus, qui ob earundē crebras allegationes vorago nūcupatur, ingenio promptus, & apertus eloquio, in sermonib. ad populum declamandis satis idoneus fuit. Scripsit ad vtilitatem legentium non pauca opuscula, quibus nomen suum notificauit. E quibus pauca ad notitiam meam peruenerunt, quæ & subiecti. Volumen magnæ quantitatis de vita & gestis multorum sanctorum, quod prænotauit. Legendam auream siue speculum sanctorum, sed iam communiter appellatur legenda seu

Historia Lombardica	lib.1.	*Vniuersum temporis præsen.*	
Mariale de S. Maria	lib.1.	*Cogitanti mihi dies an.*	
Chronicam Genuensium	lib.1.		
De opusculis S. Augustini	lib.1.	*Sacra scriptura diuini.*	
Sermones de tempore	lib.1.		
Sermones de sanctis	lib.1.	*Vestigia eius secutus est.*	
Sermones quadragesimales	lib.1.	Sermones de S. Maria	lib.1.

Alia insuper nonnulla edidit, quę ad notitiam meam non venerunt. Claruit temporibus Adolphi Imperatoris. Anno domini. 1290.

LVCAS ordinis fatrum minorum, natione Italus, ex Padua oriundus, vir in scripturis sanctis iugi studio exercitatus diuini verbi prędicator egregius, ingenio clarus, & apertus eloquio, non minus opere quam sermone viam Dei populos docuit in veritate, & multorum corda ad amorem Christi Spiritu sancto cooperante conuertit. Scripsit non contemnendos quos ad populum habuit.

Sermones de tempore	lib.1.	Sermones de sanctis	lib.1.

Alia quoque nonnulla scripsisse dicitur, quę ad manus nostras non venerunt.

CONRADVS de Halberstat, natione Teutonicus, ordinis fratrum prędicatorum, vir tam in diuinis scripturis quam in secularibus literis nobiliter doctus, Philosophus, & Theologus, non futilis, quippe qui in ea facultate publice legens, multos docuerit, & doctrinę suę laudem ingentem acquisierit. Scripsit quędam in vtraque scientia non spernenda opuscula quibus ad memoriam posteritatis nomen suum deductum est. Sed pauca eorum mihi innotuerunt. Reperi enim tantum.

Summam studentium	lib.3.	*Hoc opusculum in tres.*
De Triuio quoq;	lib.1.	*In tribus beneplacitum.*
Lecturam in Iob	lib.1.	*Ysq; in tempus iusti.*
Sermones etiam	lib.1.	

In plu-

In plures quoque Bibliæ libros commentarois scripsisse dicitur, qui tamen ad manus nostras adhuc minime venerunt. Hic etiam fertur concordantias totius Bibliæ noui & veteris testamenti primus ordinasse.

RICHARDVS de Mediavilla, natione Anglicus, ordinis fratrũ minorum, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & tam in philosophia, quam in iure canonico egregie doctus, ingenio clarus, sermone scholasticus in quæstionibus & dubiis scripturarum soluendis subtilis & promptus. Fertur multa præclara scripsisse volumina, quibus nomen suum cum gloria transmisit ad posteros. E quibus tantum reperi subiecta.

Super Sententias	li. 4.	*Abscondita produxit in.*	
Super dist. decreti.	li. 1.	*Patres nostri omnes sub nu.*	
De ordine iudiciorum	li. 1.	In quatuor Euangelia	li. 4.
In Epistolas Pauli,	li. 14.		

Dicitur autem quod in plures sacræ paginæ libros elegantes commentarios & lecturas ediderit, sed ad manus nostras non venerunt. Claruit temporibus Adolphi Imperatoris & Nicolai Papæ quarti. Anno domini 1290.

NICOLAVS de Bibera, natione Teutonicus, vir in secularibus literis nobiliter doctus & diuinarum scripturarum non ignarus, philosophus & poeta insignis, qui apud Erfordiam suo tempore in pretio existens, magnam doctrinæ suæ gloriam acquisiuit. Scripsit tam metro quam prosa non pauca opuscula, quibus etiam posteris nomen suum notificauit. E quibus ego tantum vidi opus, cuius titulus est occultus, quod carmine & oratione soluta composuit Erfordiæ.

De cauendo malo,	li. 1.	*Carminis auditor lec.*
Epistolarum ad diuersos.	li. 1.	

Claruit Erfordiæ sub Rodulpho Imperatore. Anno domini 1290.

IOHANNES Parisiensis, ordinis fratrum prędicatorum theologus, in scripturis sanctis doctissimus, & secularium literarum non ignarus, quippe qui in vtraq; scientia conscensa magistrali cathedra in gymnasio Parisiensi multo tempore publice docuit & discipulos non paucos reliquit. Fertur quædam præclara scripsisse opuscula, quibus se & præsentibus tunc vtilem, & postmodum futuris cognitum fecit. E quibus ego tantum reperi opus non spernendum.

Super sententias,	li. 4.	De cæteris nihil reperi.

Claruit sub Rodulpho Imperatore. Anno domini 1280.

NICOLAVS Gallicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis, de monte Carmelli, septimus prior generalis, vir doctus & sanctus, qui posteaquam ordinem suum viginti ferme annis strenue, prout valuit, rexerat, Christi amore officio cedens ad heremi quietem reuersus est, vbi vsque ad mortem in sancta conuersatione perseuerauit. Scripsit inter alia opus lugubre statum ordinis sui deplorans cum è terra sancta fratres fuissent expulsi, quod prænotauit,

Igneam sagittam	li. 1.	Scripsit & alia.	

Claruit temporibus Rodulphi Imperatoris. Anno domini 1270.

MATTHÆVS de Aquasponta, ordinis fratrum minorum, duodecimus minister generalis, & postea Episcopus Portuensis, & sacrosanctæ, Ecclesiæ Romanæ cardinalis, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in seculari philosophia iuxta morem huius temporis magnifice doctus, composuit ingenii excellentis quædam præclara opuscula, quibus nomen suum longe lateq; notificauit. E quibus extant ista.

Super Sententias	li. 4.	Inuentarium sententiarum	li. 1.
In Epistolam ad Romanos	li. 1.	Sermones plures.	li. 1.

Et quædam alia. Claruit temporibus Rodulphi Imperatoris. Anno 1290.

GVILHELMVS Peralt, natione Gallicus, ordinis fratrum prædicatorum, vir in scripturis sanctis studiosus & eruditus, atque in secularibus literis maxime, in Philosophia Aristotelica satis egregie doctus, ingenio promptus, eloquio scholasticus, in declamandis ad populum sermonibus excellentis industriæ fuit. Edidit in vtraque facultate plura instructa volumina, quibus nomen suum non solum tunc præsentibus, sed etiam futuris notum fecit. E quibus extant.

Summa virtutum & vitiorum	li. 2.	De eruditione religiosorum,	li. 1.
Sermones de tempore,	li. 1.	Sermones de sanctis	li. 1.

Et alia complura, quæ ad notitiam meam adhuc minime venerunt.

GARSIAS natione Hispanus, vir in vtroque iure exercitatissimus, ingenio subtilis,

consilio promptus & cautus, & in soluendis quæstionibus causarum acutus, apud huius facultatis professores suo tempore in pretio habitus, docendo & scribendo nomen suum dilatauit. Fertur enim tã in legibus, quam in canonico iure plura conscripsisse opuscula, quæ ad manus nostras non venerunt. Extant eius.

Super decretalibus lib.5. Et in legibus plura.

Claruit temporibus Rodulphi Imperatoris. Anno domini 1290.

NICOLAVS Papa quartus, ordinis fratrum minorum, Hieronymus ante vocatus, natione Picenus, ex Esculana ciuitate oriundus, sedit post Honorium quartum in cathedra Petri annis quatuor, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis non infime doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio, nec minus vita & bonitate, quam doctrina venerabilis. Scripsit satis egregium opus.

Super sententias lib.4. Et quosdam sermones.

Fertur etiam in plures Bibliæ libros commentarios vtiles edidisse. Moritur Romę Imperio post Rodulphi mortem vacante. Anno domini 1291. Indict. 4.

BONIFACIVS Papa octauus, natione Campanus, Benedictus ante vocatus, sedit post renuntiationem Cœlestini quinti in cathedra Petri annis octo, mensibus nouem, vir quidem doctus, sed nimis arrogans & ambitiosus, qui pontificatum quibus modis acquisierit Chronographi non tacuerunt. Hic cum esset in iure peritissimus, videretq; nouas causarum varietates in foro contentioso, quæ per decretales non possent determinari, quotidie emergere, composuit per tres eruditissimos in iure viros nouas constitutiones, quas appellari voluit.

Sextum decretalium, lib.1. *Sacrosanctæ Romanæ.*

Epistolas plures ad diuersos, lib.1.

Moritur sub Alberto Imperatore. An. domini 1303. Indict. 1. De quo fuerat ante prophetatum. Intrauit vt vulpis, vixit vt leo, mortuus est vt canis, &c.

GVILHELMVS Mandagoti archidiaconus Nemasensis & postmodum Ebredunensis Archiepiscopus, ac sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ demum cardinalis, vir in vtroq; iure peritissimus, vnus eorum qui iussu Bonifacii Papæ octaui Sextum decretalium codicem ediderunt, sicut in eiusdem voluminis principio patet. Scripsit in ea facultate non spernenda opuscula, quibus nomen suum immortalitati consecrauit. E quibus ego tantum vidi opus insigne, quod scripsit, cum adhuc in Ecclesia Nemasensi Archidiaconatus teneret officium, ad Berengarium Beterensis Ecclesiæ succentorem, postea Episcopum.

De electione prælatorum, lib.1. *Quia dum electiones in.*

Expositionem eiusdem lib.1. *Cum illius non sim autho.*

De cæteris nihil vidi. Claruit sub Alberto Imp. Anno domini 1300.

BERENGARIVS Beterensis Ecclesiæ succentor, & postea Episcopus, ac tandem sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ cardinalis, ad quem præfatus Guilhelmus Mandagoti, cũ adhuc ambo essent in minoribus constituti, librum de electionibus prælatorum composuit, alter ex his qui Bonifacio octauo pręcipiente librum Sextum decretalium comportarunt, vir in eadem facultate iuridica doctissimus, cum adhuc esset succentor, scripsit ad eundem Guilhelmum tunc archidiaconum Nemasensem, insigne opus super summam Hostiensis secundum ordinem alphabeti, quod cũ eiusdem sit quasi elucidarium summæ prænotauit.

Oculum lib.1. De sententia excõmunicationis, li.1.

Alia etiam plura scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

Claruit sub Alberto Imperatore. Anno domini 1300.

RICHARDVS de Senis Roma. Ecclesiæ vicecancellarius, & postea diaconus cardinalis tituli sancti Eustachii, doctor vtriusq; iuris, omniũ laude suo tẽpore celeberrimus, tertius eorum qui Sextum decretalium iussu Bonifacii Papæ octaui comportarunt, cuius nomen in principio eiusdem voluminis expressum continetur. Fertur nonnulla in iure scripsisse opuscula, sed nihil eorum ad manus nostras memini peruenisse. Lector meus studiosus illa inquirat. Claruit sub Alberto Imperatore. Anno 1300.

DINVS Mugelanus vtriusque iuris professor & enucleator insignis ingenio subtilis, & in disputandis enodandisq; dubiis & quæstionibus iuris valde promptus & acutus, qui docendo & scribendo magnam sibi apud omnes Italiæ doctores gloriam acquisiuit. Edidit in sua facultate multa præclara opuscula, de quibus feruntur subiecta. De mandato domini Bonifacii Papæ octaui primus scripsit eleganter post archidiaconum.

Super

Super sexto decretalium,	li.1.	Super Codice,	lib.10.
Super.ff.veteri,	li.24.	Super.ff nouo,	lib.12.
Super.ff. Infortiari,	li.14.	Consilia multa,	li.bi.

Alia insuper non pauca præter hæc edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt.
Claruit sub Alberto Imperatore. Anno domini 1300.

IOHANNES Duns, natione Scotus, ordinis fratrum minorum, Alexandri Alensis Anglici quondam Parisiis auditor, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & in philosophia Aristotelica doctissimus, & adeo profundus, vt eius scripta paucis sint penetrabilia, & ob id quoq; minus visitata. Edidit quædam instructa volumina, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus extant.

Super sententias	li.4.	*Cupientes circa prolo.*
Quodlibeta quoq;.	li.1.	*Cunctæ res difficiles.*
De cognitione Dei.	li.1.	*Quia summa nobis.*
In metaphysicam quæstiones.	li.1.	
Sermones de tempore.	li.1.	*Erunt signa, &c. In hoc.*
Sermones de sanctis.	lib.1.	

Commentarios in Euangelium & Apostolum scripsisse dicitur, aliosq; varios composuisse tractatus, qui ad notitiam meam non venerunt. Moritur temporibus Alberti imperatoris. Anno domini 1308. Indict. 6. Coloniæ apud minores sepultus.

SIMON monachus Hasligemen. ordinis sancti Benedicti, vir in diuinis scripturis studiosissimus & eruditus, ingenio subtilis & clarus eloquio, consilium diui legislatoris nostri Benedicti, quo monachus diuinas scripturas amare iubetur, ita conuertit in practicam, vt nihil dulcius in hac vita fuerit quam sacras literas legere, & sanctorum patrum opuscula sedulo studio reuoluere, Abbreuiauit.

Moralia Gregorii Papę.	li.10.	In cantica scripsit sermones	li.1.
Visionem cuiusdam conuersi.	li.1.	Sermones plures.	li.1.
Epistolas etiam ad diuersos.	li.1.	Et alia plura.	

Collegit etiam excerpta de sermonibus beati Gregorii Papæ in Ezechielem. De collationibus quoq; sanctorum patrum ex Richardo sancti Victoris de 12. patriarchis & contemplatione, & ex variis varia non spernenda.

PETRVS de Bella Parthica, natione Burgundus, vir in iure tam ciuili quam canonico peritissimus, ingenio subtilis & acutus, atque in disputandis, enodandisque dubiis & quæstionibus iuris promptissimus. Scripsit in legibus multa præclara volumina, quibus nominis sui memoriam ad posteros transmisit. De quibus ista feruntur.

Super Codice.	li.9.	Super institutis.	li.4.
Super.ff.veteri.	li.24.	Super.ff.nouo.	li.12.
Super.ff.Infortiati.	li.14.	Centum disputationum.	li.1.
Consilia plura.		Et quædam alia.	

Claruit eodem tempore, quo Diuus Mugelanus, sub Alberto imperatore & Bonifacio Papa octauo. Anno domini 1300.

REINHERVS Pisanus, natione Italus ordinis fratrum prædicatorum, vir in scripturis sanctis studiosus & eruditus, atq; in iure canonico satis peritus, ingenio promptus, eloquio scholasticus, consilio cautus, & non minus religione quam scientia venerabilis, vt fratribus suis in iure minus expertis, in audiendis confessionibus præberet iter. Scripsit maximam & insignem summam de casibus in duobus magnis voluminibus secundum ordinem alphabeti, quam prænotauit.

Pantheologiam.	li.2.	Absolutio. Circa abso.	

Et quædam alia. Claruit sub Alberto imperatore. Anno domini 1300.

GERARDVS ordinis fratrum prædicatorum, natione Teutonicus, lector conuentus Leodiensis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & in sermonibus faciēdis ad populum declamator egregius, ingenio clarus & scholastico comptus eloquio. Scripsit valde vtilem tractatum deuotis & religiosis personis, docens septem dispositiones circa cor faciendas, multaq; ad ædificationem pertinentia hinc inde de scripturis diuinis sagaciter colligens, quem prænotauit.

De doctrina cordis.	li.1.	*Præparate corda vestra.*	
Sermones de tempore.	li.1.	Sermones de sanctis.	li.1.

Alia insuper quædam edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt.
IACOBVS de Arena natione Parmensis, vtriusq; iuris consultus celeberrimus, ingenio

profundus,sermone scholasticus, cuius sententiæ in planādis legibus,vt Bartholus testatur,tam proprie & congrue fuerunt,vt de mente conditoris iuris semper scribere videretur. Edidit in iure ciuili multa præclara opuscula,quibus nomen suum ad memoriam posteritatis perpetuam transmisit.

Super Codice.	lib.9.	Super.ff.nouo.	li.24.
Super.ff.veteri.	lib.12.	Super.ff.infortiati.	li.14.
De excusationibus	lib.1.	Disputationes variæ.	li.1.

Sed & alia nonnulla edidit,quæ ad notitiam meam non venerunt.Claruit temporibus Alberti imperatoris Anno domini 1300.

IOHANNES de sancto Geminiano ordinis fratrum prædicatorū vir in diuinis scri- 10
turis studiosus & apprime eruditus, ingenio clarus, & apertus eloquio, in declamandis ad populum sermonibus excellentis industriæ, magnam doctrinæ & laudem & fructum in animarum salute acquisiuit. Scripsit inter cætera.

De similitudinibus rerum.	lib.1.	Sermones de tempore.	li.1.
Sermones de sanctis	lib.1.	Collationum diuerfarum.	li.1.

Alia insuper quædam scripsisse dicitur,quæ ad me non venerunt.

PETRVS de Dacia, philosophus, calculator, & astronomus,inter omnes sui temporis excellentissimus atque celeberrimus,ingenio subtilis, & clarus eloquio,diuinarum scripturarum, & græci sermonis non ignarus. Fertur multa in astronomia,& arte calculatoria scripsisse opuscula,quæ ad computum Ecclesiasticum nō inutilia iudicantur, qui- 20
bus nomen suum ad notitiam posteritatis destinauit. Sed pauca eorum ad notitiam meam peruenerunt.

De calculo seu computo	lib.1.	Calendarium quoq;	li.1.
Et tabularum suarum	lib.1.		

Cætera & si multa sint quæ composuit,ad me tamen non venerunt. Claruit temporibus Alberti Imperatoris Anno domini 1300.

NICOLAVS de Neapoli, vir in iure ciuili peritus atq; doctissimus,in aliis quoque literis secularibus nobiliter instructus, cuius authoritas apud professores huius facultatis non mediocriter suo tempore vigebat. Scripsit nonnulla in legibus opuscula, quorū editione nomen suum immortalitati condonauit. Sed ego subiectorum titulos duntaxat po- 30
tui inuenire.

Super Codice	lib.9.	Super.ff.infortiati.	li.14.

De cæteris quæ composuisse dicitur,adhuc nihil certi potui inuenire. Claruit sub Alberto Imperatore.Anno domini 1300.

HVBERTINVS de Casali,ordinis fratrum minorum,Iohannis de Parma generalis ministri quondam auditor,vir deuotus, & in scripturis sanctis sufficienter eruditus,cū videret ordinem suum à prima institutione deficere,nouas quasdam sub specie reformationis separationes incepit,& eas à summo pontifice confirmari obtinuit, quæ tamen ad petitiones custodum & ministrorum statim per eundem papam fuerunt reuocatæ,quoniam in graue scandalum & scissuram ordinis videbantur præsumptæ. Vnde commotus 40
Hubertinus, ordinem Carthusiensium ingressus est.Scripsit valde præclarum,& insigne volumen religiosis & deuotis personis vtile, quod prænotauit.

Arborem vitæ crucifixæ	lib.5.	*Vniuersis Christi vere.*	
Sermones & Epistolas.		Et quædam alia.	

Admonent nos quidam catholici doctores Hubertinum in præfato volumine in certis locis,maxime vbi canticum Simeonis assumit, caute esse legendum eo quod de quibusdam articulis aliter sentiat quam mater omnium nostrum Ecclesia. Autor tamen ipse excusandus est,quia necdum determinatum fuit &c. Claruit sub Alberto Imperatore. Anno domini 1300.

IACOBVS de Rauenna prouincia Lotharingiæ oriundus, vir in iure ciuili sacrisque 50
Canonibus doctissimus, & tam in diuinis scripturis,quam in secularibus literis omnium suo tempore facile peritissimus factæ paginæ professor, philosophus, & dialecticus insignis,qui(vt Cinus ait)simplici sensu à maioribus tradita ad dialecticum arguendi modum conuertit. Scripsit in vtroq; iure multa opuscula. E quibus feruntur.

Super Codice	lib.9.	Super.ff.veteri	li.24.
Super.ff.nouo	lib.12.	Super digestis infortiati.	li.14.
Disputationes variæ	lib.1.		

Claruit sub Alberto Imperatore. Anno domini 1300.

ALA-

ALANVS de Insulis, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis nulli suo tempore secundus, theologus, philosophus, & poeta celeberrimus, qui Ecclesiasticæ scholæ Parisius multo tempore gloriose præfuit, vbi in omni scientia diuina & humana clarus effulgens, vniuersalis meruit appellari. Scripsit metro & prosa pene infinita opuscula, quibus memoria nominis sui apud posteritatem immortalis facta est. Sed pauca eorum ad notitiam meam peruenerunt. Reperi enim duntaxat subiecta in titulis.

Super sententias	lib. 4.	Quodlibeta quoque	li. 1.
Oculum sacræ scripturæ	lib. 1.	*Reuerendissimo patri &.*	
De doctrina quoq;	lib. 1.	*Omnis scientia suis nititur.*	
In quinq; libros Moysi	lib. 5.		
In Cantica canticorum	lib. 1.	*Cum multi ad ornandum.*	
De pœnitentia ad Byturicen. primi	lib. 4.	*Dei gratia Byturicen. pa.*	
De æquiuocis mysticis,	lib. 1.	De sex alis Cherubin.	li. 1.
De planctu naturæ	lib. 1.	Summam virtutum & vitiorum,	li. 1.
De parabolis,	lib. 1.	A Phœbo Phœbe.	
De arte prædicandi,	lib. 1.	Anticlaudianum	li. 1.
De naturis animalium	lib. 1.	Sermones plures	li. 1.
Epistolarum ad diuersos	lib. 1.		

Fertur deniq; in multos Bibliæ libros commentarios & lecturas insignes edidisse, præcipue in Prophetas, in Euangelium, & in Apostolum. De quibus nihil vsq; potui inuenire. Miranda quædam de eo narrantur, quibus ego fidem nec astruo, nec temere infringo. Claruit sub Alberto Imperatore. Anno domini 1300.

GVILHELMVS monachus Hasligemen. cœnobii, ordinis sancti Benedicti, natione Teutonicus, & aliquandiu in eodem monasterio prior, vir in diuinis scripturis studiosus, & longa exercitatione doctus, atq; in secularibus literis sufficienter eruditus, carmine valens & prosa, edidit vtroq; scribendi genere quædam non spernenda opuscula quibus memoriam nominis sui perpetuauit.

Sermones non inutiles.	lib. 1.	Visiones cuiusdam monialis	li. 1.
De vita sanctæ Lutgardis.	lib. 1.		

Alia vero quæ composuit ad notitiam meam adhuc minime venerunt.

FRANCISCVS Accursius, natione Italus, patria Florentinus Accursii doctissimi viri filius, vir & ipse in iure ciuili egregie doctus, atque in aliis secularis philosophiæ disciplinis multum eruditus, cuius opera magnæ authoritatis extant apud huiusce facultatis professores, docendo & scribendo tempora sua clara reddidit, & nomen suum immortalitati donauit. De cuius opusculis nihil adhuc videre potui. Feruntur eius variæ,

In legibus glossul.		Disputationes quoq;.	lib. 1.

Etalia plura. Claruit sub Alberto imperatore. Anno domini 1300.

MARTINVS de Fano vtriusque iuris professor & interpres omnium suo tempore celeberrimus, Iohannis Andreæ Bonienſis præceptor, ingenio subtilis & eloquio clarus, in perorandis causis iudicialibus acutissimus. Scripsit in sua facultate egregia volumina, quibus nomen suum etiam posteritati notificauit. E quibus tantum reperi.

De actionibus.	lib. 1.	*Ego quidem Martinus.*	
De iudicio causarum.	lib. 1.	*Quoniam plerig, principa.*	

De aliis nihil vidi. Claruit sub Alberto imperatore. Anno domini 1300.

ALBERTVS Patauinus, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini Egidii Romani quondam auditor atq; discipulus, vir in diuinis scrip. studiosus & eruditus, & secularium literarum non ignarus, in declamandis ad populum sermonibus excellentis ingenii fuit, & multos ab iniquitate ad semitam iustitiæ sua prædicatione conuertit. Scripsit multa præclara volumina, quibus se & parentibus tunc vtilem, & posteris memorabilem effecit. De quibus ista feruntur.

In Genesim.	lib. 1.	In Exodum.	li. 1.
In Leuiticum.	lib. 1.	In Numeros.	lib. 1.
In Deuteronomium.	lib. 1.	In Euangelium.	li. 4.
In Epistolas Pauli.	lib. 14.	Sermones de tempore.	lib. 1.
Sermones de sanctis.	lib. 1.	Sermones per quadragesimam.	li. 1.

Et quædam alia.

Claruit temporibus Alberti imperatoris. Anno domini 1300.

DINVS de Garbo, patria Florentinus, artis medicinæ peritissimus doctor, atque in secularis philosophiæ institutionib. nobiliter eruditus, ingenio subtilis & clarus eloquio. Edidit in sua facultate studentibus non contemnenda opuscula, quibus memoriam sui nominis ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus feruntur.

Commentaria in Galenum.		De malitia variæ complexionis.	lib.1.
In Hippocra. de natura fœtus.	lib.1.	Diuersarum quæstionum.	lib.1.
In Auicennam quoq;	lib.1.	In philosophia etiam varia.	

Et quædam alia. Huius pater Brunus in arte chirurgica peritissimus fuit medicus, qui hunc Dinum Thadæo medico Florentino tradidit in ea scientia erudiendum. Claruit sub Alberto Imperatore. Anno domini 1300.

GVILHELMVS de Cumo, natione Gallus, iuris ciuilis consultissimus interpres, ingenio subtilis & clarus eloquio, qui in ea facultate suo tempore paucos habuit doctiores docendo & scribendo Aurelianense gymnasium magnifice illustrauit. Edidit professoribus legum non spernenda opuscula; quibus nomen suum posteris notificauit.

Super. ff. veteri.	lib.4.	Super Codice quoq;	li.9.

Et alia diuersa.

Claruit sub Henrico Imperatore 7. Anno domini. 1310.

IACOBVS de Viterbio, Archiepiscopus Neapolitanus, ordinis fratrũ heremitarum sancti Augustini, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, ingenio subtilis, & clarus eloquio, nec minus cõuersatione quam scientia venerabilis. Scripsit ad ædificationem legentium non contemnenda opuscula, quibus nominis sui memoriam ad posteros cum gloria transmisit. E quibus ego adhuc nullum videre merui. Fertur autem eius ad Clementem Papam quintum.

De regimine Christianorum.	lib.1.	Super sententias.	lib.4.
Quodlibeta quoq;	lib.1.	Et nonnulla alia.	

Claruit temporibus Henrici Lutzelburgensis imperatoris septimi, & Clementis Papæ 5. Anno domini 1310.

HENRICVS de Bruxellis, monachus Haffligemensis cœnobii ordinis diui patris Benedicti, vir in diuinis scripturis studiosus, & continua exercitatione peritus, philosophus & computista egregius, ingenio subtilis & clarus eloquio. Scripsit nonnulla commendanda opuscula, quibus suo tempore longe lateque innotuit. E quibus feruntur.

De ratione computi.	lib.1.	Calend. de incensionibus.	li.1.

Et quædam alia, quæ ad notitiam meam adhuc minime venerunt.

ALEXANDER de Alexandria, ordinis fratrum miorum decimus & sextus minister generalis, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in philosophia Aristotelica nulli suo tempore secundus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, sensu & intellectu profundus. Composuit quædam in vtraq; scientia opuscula, quibus ingenium suum exercitans nomen ad notitiam posteritatis deduxit. E quibus feruntur.

Super sententias.	lib.4.	Quæstiones variæ.	li.1.
In Metaphysicam Aristotelis.	lib.12.	In libros de anima.	lib.3.

In alios etiam Aristotelis libros commentatus est, & varia scripsit. Claruit sub Henrico Imperatore septimo. Anno domini 1310.

ECKARDVS natione Teutonicus, ordinis (vt quædam volunt) prædicatorum, vir in diuinis scrip. eruditus & in philosophia Aristotelica omnium suo tempore doctiss. ingenio subtilis & clarus eloquio, sed dum nimis philosophiam insequens, nouitatem terminorum contra theologorum consuetudinem vbique curiose immiscuit varios errores inducit, inter quos extant decem & septem articuli à summo pontifice damnati, & per eundem magistrum Eckardum in fine vitæ reuocati, quorum in expositione sua super Euangelium Iohannis multi continentur. Deniq; magistri theologicæ facultatis gymnasii Heidelbergensis Anno domini 1430. eosdem errores cum quibusdam aliis publice condemnatos denuntiarunt. Vndecim autem articuli tanquam suspecti relicti sunt, qui omnes seorsum opusculis eius apponi ad cautelam consueuerunt. Nihilominus vbi catholice scripsit, satis profunda & vtilia dogmata dedit. De cuius libris reperi.

Super sententias.	lib.4.	
In Genesim,	lib.1.	*Exordium hoc scripturæ.*
In Exodum,	lib.1.	*Hæc sunt nomina, &c. quia.*
In librum Sapientiæ,	lib.1.	*Diligite, &c. Iudex sper.*

In Can-

In Cantica canticorum,	lib. 1.	
In Euangelium Iohannis	lib. 1.	*In principio, &c. Aqui.*
Super oratione dominica	lib. 1.	*Pater noster. Ante dominicam.*
In capitulo prædicatorum sermo,	lib. 1.	*Ego quasi vitis fructi.*
Positionum suarum,	lib. 1.	*Benedictus Deus & pater.*
Sermones de tempore,	lib. 1.	*Deus pacis ac dilectio.*
Sermones de sanctis,	lib. 1.	

Claruit suo tempore in Austria maxime, vbi docendo & prædicando famosissimus est habitus, & alia multa conscripsit volumina.

RICHARDVS Malumbra, patria Cremonensis, Iacobi de Arena quondam auditor atque discipulus, vir in iure Cæsario non mediocriter doctus, & in philosophia seculari sufficienter instructus, qui leges multis annis gymnasio Bononiensi publice docuit, vbi eruditionis suæ laudem non paruam acquisiuit. Qui & si omnium doctorum sui temporis eruditissimus fuerit, nihilominus hæresis condemnatus fuisse legitur. Scripsit in explanatione iuris ciuilis multa volumina.

Super Codice	lib. 9.	Super institutis,	li. 4.
Super. ff.	lib. 50.	Quæstiones varias,	lib. 1.

Et alia multa.

Claruit sub Henrico Imp. 7. Anno domini 1310.

LAMPERTINVS de Ramponibus, vir in vtroque iure doctiss. atq; in aliis artibus humanitatis nobiliter eruditus, ingenio & eloquio clarus, multarumque operatione virtutum insignis. Scripsit in ea facultate multa præclara volumina, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum ingenti laude transmisit. Equibus feruntur.

Super Codice,	lib. 9.	Super. ff. veteri,	lib. 24.
Super. ff. nouo,	lib. 12.	Super. ff. infortiati,	lib. 14.

Et quædam alia.

Claruit sub Henrico septimo. Anno domini 1310.

GVILHELMVS de monte Laudinio, vt ferunt, abbas monasterii Pictauiensis, ordinis diui patris Benedicti, vir in diuinis scripturis egregie doctus, & secularium literarū, maxime philosophiæ Aristotelicæ & iuris pontificii, non ignarus, ingenio subtilis, sermone scholasticus. Edidit magnæ authoritatis plura opuscula, quibus memoriam nominis sui posteris notificauit. De quibus feruntur præcipua.

De sacramentis,	lib. 1.	Summa de casibus,	li. 1.

Declarationes variæ. Alia insuper multa in iure maxime opuscula edidit, variasq; glossas canonum ordinauit, de quibus ego nihil vsquam potui inuenire.

GVVIDO Ferrariensis Ecclesiæ presbyter, & postea (vt ferunt) Episcopus, vir in diuinis scripturis longo studio exercitatus & veterum lectione diues, atque in secularibus literis nobiliter doctus, philosophus & poeta insignis. Scripsit tam metro quam prosa non contemnendæ lectionis plura opuscula, quibus nomen suum notificauit. De quibus ego tantum volumen carmine scriptum reperi ad Clementem Papam quintum super nouum & vetus testamentum, imitatus Petrum de Riga, quod prænotauit.

Margaritam Bibliæ,	lib. 1.	*Nobile principium ter.*

De aliis nihil vidi. Claruit temporibus Henrici de Luczelburg Imp. 7. & Clementis Papæ 5. Anno domini 1310.

PETRVS de Saxonia, natione Teutonicus, ordinis fratrum minorum, in scripturis sanctis eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, atque in iure Canonico nobiliter doctus, ingenio clarus, sermone scholasticus, diuini verbi prædicator egregius. Scripsit ingenii sui quædam præclara volumina, quæ suo tempore in pretio habebantur. E quibus extat insigne opus confessoribus vtile.

Summa casuum,	lib. 1.	Sermones de tempore,	li. 1.
Sermones de sanctis,	lib. 1.		

Cætera quæ composuisse dicitur, ad notitiam meam non venerunt.

CRVSIANVS natione Italus, patria Florentinus, Thadæi medici quondam auditor atque discipulus, vir in philosophia & medicina doctus quidem & eruditus, sed fortunatus minime, & ob id seculo valedicens, ordinem Carthusiensium ingressus, artem carnis in medicinam spiritus vtiliter commendauit. Scripserat antea in sua facultate nonnulla opuscula quibus nomen suum notificauit. E quibus extat commentum.

In Tegni Galeni. lib.1. Et quædam alia.

Claruit in ordine Carthusiensium temporibus Alberti imperatoris Romani. Anno domini 1300. Et varios tractatus ad spiritalem ædificationem pertinentes deinceps fertur conscripsisse.

PETRVS de Verberia, dictus Aureoli, ordinis fratrum minorum, & Archiepiscopus Aquensis, doctor Parisiēsis gymnasii in diuinis scripturis eruditissimus, & in philosophia Aristotelica secundum consuetudinem huius temporis valde peritus, ingenio subtilis & disputator acutus, in declamandis ad populum sermonibus egregius fuit. Scripsit multa præclara opuscula, quibus nomen suum magnifice dilatauit. E quibus extant.

Super sententias. lib.4. *Quia disciplinati hominis.*
Breuiarium Bibliæ. lib.1. *Venite ascendamus.*
De conceptione sanctæ Mariæ. lib.1. *Nondum erant abyssi &.*
Sermones de tempore. lib.1. Sermones de sanctis. li.1.

Et alia quæ nō vidi. Claruit ante pontificatum suum, Parisiis legens sententias, temporibus Ludouici Bauari Imperatoris 4. Anno domini 1317.

GENTILIS Fulgmas medicinæ professor insignis, atque in aliis secularis philosophiæ disciplinis magnifice doctus, cuius in ea facultate peritia non modica erat. Scripsit in medicinis multa vt ferunt egregia volumina, quibus nomen suum non solum tunc præsentibus, sed etiam posteris cum laude innotuit. Sed nihil eorum vidi. Feruntur autem.

In Auicennam commentariorum. lib.5. Contra pestilentiam. li.1.
De febribus quoq; lib.1. De gradibus medicinæ. li.1.

Et quædam alia. Claruit sub Henrico Imp.7. Anno domini 1310.

DANTES Aligerus natione Italus, patria Florentinus, vir tam in diuinis scripturis quam in secularibus literis omnium suo tempore studiosissimus, & valde eruditus, philosophus & poeta nulli suæ ætate inferior, ingenio subtilis & clarus eloquio disputator omnium acutissimus. Scripsit & metro & prosa multa præclara volumina, quibus nomen suum ad posteros transmisit. Pulsus patria omnibus diebus suus exulauit in Gallia aliquandiu, & postea apud Aragonum regem, & de sua calamitate varia composuit. De cuius opusculis ista feruntur.

Comœdiarum lib.1. De monarchia mundi. li.1.
Epistolæ plures.
Et quædam alia.

Moritur tandem exul apud Rauennam, sub Ludouico Bauaro imperatore 4. Anno domini 1321. Indict. 4. Ætatis vero suæ anno 56.

MICHAEL de Cesena, ordinis fratrum minorum decimus & septimus minister generalis, vir in diuinis scripturis eruditissimus ingenio promptus & clarus eloquio, nec minus religione quam scientia venerabilis. Edidit in scripturis sanctis expositionum non spernenda opuscula, quibus & tunc præsentibus & nunc posteris longe lateque innotuit. De quibus adhuc ego pauciſſima potui inuenire, videlicet.

Super sententias. lib.4. In Ezechielem prophetam. lib.1.
Sermones de tempore. lib.1. Sermones de sanctis. li.1.

In multos Bibliæ libros lecturas & commentarios edidit, quos necdum vidi. Claruit sub Ludouico imperatore quarto. Anno domini 1320.

BERTRANDVS ordinis fratrum minorum, patria Mediolanensis ex nobili familia natus, & sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ vt quibusdam placet, presbyter cardinalis, vir certe in diuinis scripturis egregie doctus, & in philosophia seculari non mediocriter eruditus, in sermonibus declamandis ad populum excellentis ingenii fuit. Scripsit magnæ vtilitatis plura opuscula, de quibus reperi.

Super sententias. lib.4. Sermones de Epistolis. li.1.
Sermones Euangeliorum. lib.1. *Videbunt filium, &c. ver.*
Sermones de sanctis. lib.1.

Cætera quæ composuit ad notitiam meam adhuc minime venerunt.

Claruit temporibus Ludouici Bauari Imperatoris quarti, & Iohannis Papæ 22. Anno domini 1325.

GERARDVS de Bononia, ordinis fratrum beatæ Mariæ virginis de monte Carmeli, vndecimus prior generalis, doctor Parisiensis, in diuinis scripturis eruditissimus, ingenio subtilis

subtilis & clarus eloquio, non minus conuersatione quam scientia venerandus, qui ordinem suum strenue gubernauit annis viginti. Scripsit non spernendæ lectionis plura volumina, quibus memoriam sui nominis etiam ad posteros transmisit. E quibus feruntur subiecta.

Super sententias	lib.4.	Quodlibeta.	lib.1.
Quæstiones ordinariæ.	lib.1.	Sermones de tempore.	li.1.
Sermones de sanctis	lib.1.		

Et alia plura.

Summam Theologiæ præclaram inchoauit, quam tamen morte præuentus imperfectam dereliquit. Moritur sub Ludouico Bauaro imperatore quarto. Anno domini 1317. Indict.15. In Auinione sepultus.

IOHANNES de Columna, patria Romanus, ordinis fratrum prædicatorũ Archiepiscopus Messanensis, vir in diuinis scripturis exercitatum habens ingenium, nec secularium literarum ignarus, historiarum transacti temporis sagacissimus perscrutator. Scripsit ingenii nobilis non spernenda opuscula quibus nomen suum posteris notificauit. E quibus extat volumen quod prænotauit.

Mare historiarum	lib.10.	Epistolæ ad diuersos,	li.1.

Alia quoq; nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam minime venerunt.

MARTINVS ordinis fratrum prædicatorum, domini Papæ vrbis Romæ pœnitentiarius, & postea (vt ferunt) cuiusdam vrbis Episcopus, vir in scripturis sanctis studiosus & eruditus, & secularium literarum non ignarus, in declamandis ad populum sermonibus excellentis ingenii fuit. Scripsit quædam præclara opuscula, quibus nominis sui memoriam ad posteros transmisit. E quibus ego tantum vidi.

Tabulam decreti	lib.1.	*Inter alia quæcunq; &c.*
Chronicam succinctam	lib.2,	*Quoniam scire tempora &c.*
Sermones de tempore	lib.1.	*Scientes quia hora est.*
Sermones de sanctis	lib.1.	*Ore confessio fit ad salu.*
De diuersis miraculis	lib.1.	*Quidam paterfamilias.*

Cæteris nihil vidi. Claruit sub Ludouico Imperatore quarto. Anno domini 1320. Sunt qui scribant hunc Martinum ordinis diui patris nostri Benedicti extitisse, quos mea sententia nominis Mariani Scoti ordinis nostri, cuius supra memini similitudo fefellit, qui & ipse chronicam scripsit. Sunt item alii qui Cistercienses ordinis collegio eum existiment aggregandum, quos aut ignorantia rerum obfuscauit aut liuor.

GERARDVS Odonis, ordinis fratrum minorum, octauus decimus minister generalis, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in philosophia scholastica nobiliter doctus, ingenio subtilis, sermone apertus, & ad disputandum satis idoneus. Fertur quædam in scripturis sanctis lucubrasse opuscula, de quibus mihi pauca innotuerunt.

Super sententias	lib.4.	De Logica quoq;	lib.1.
Quæstiones varias	lib.1.	In Libros Ethicorum	li.10.
In Philosophia morali.	lib.1.		

Hic etiam composuit officium stigmatum sancti Francisci, ordinis minorum institutoris. In multos deniq; Bibliæ libros commentarios edidisse dicitur, qui ad manus nostras adhuc minime venerunt. Claruit sub Ludouico Bauaro Imp.4. & Iohanne papa 22. Anno domini 1330.

NICOLAVS de Lyra, natione Anglicus, ordinis fratrum minorum, vir in scripturis sanctis studiosissimus, & longa exercitatione peritus, Hebraica lingua ad perfectum instructus, ingenio promptus, sermone scholasticus, nec minus conuersatione quam scientia venerandus. Scripsit in sacris voluminibus multa præclara opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis deuenit. Quæ quam vtilia, quamq; necessaria sint omnibus sacram scripturam discere cupientibus nemo melius nouit, q̃ qui in se in eorum lectione exercitauit. Sunt enim qui eum ob eloquii simplicitatem æstiment contemnendum, qui mihi videntur, & vani, & imperiti, ac sacræ scientiæ salutaris philosophiæ indigni, quoniam & simplicitatem Ecclesiasticam vituperant, & verba non res amplectuntur. De opusculis autem huius deuoti & eruditi viri subiecta feruntur.

Super sententias.	lib.4.	
In Genesim ad literam,	lib.1.	*In principio &c. Omis.*
In Exodum,	lib.1.	*Secundum quod dicit Isidorus.*
In Leuiticum	lib.1.	*Vocauit autem Mo. &c.*

In Numeros.	lib.1.	*Locutus est dominus &c.*
In Deuteronomium,	lib.1.	*Declaratio sermonum.*
In Iosue	lib.1.	*Introduces eos & plan.*
In Iudicum	lib.1.	*Suscitauit dominus iudices.*
In Ruth	lib.1.	*In diebus &c. Hic conse.*
In Regum	lib.4.	*Per me reges regnant.*
In Paralipomenon	lib.2.	*Colligite fragmenta.*
In Esdram & Neemiam	lib.3.	*Erit sacerdos super solu.*
In Tobiam	lib.1.	*Hæc oportuit facere.*
In Iudith	lib.1.	*Arfaxat &c. Post hi.*
In Hester	lib.1.	*In diebus &c. Postquam.*
In Iob.	lib.1.	*Patientiam habe in me.*
In Psalterium	lib.1.	*Propheta magnus sur.*
In Prouerbia Salomonis	lib.1.	*Ecce descripsi eam tibi.*
In Ecclesiasten,	lib.1.	*Verba Ecclesiastes.*
In Cantica canticorum	lib.1.	*Osculetur me &c. Expe.*
In librum Sapientiæ	lib.1.	*Post libros historiales.*
In Ecclesiasticum	lib.1.	*Omnis sapientia &c*
In Esaiam prophetam,	lib.1.	*Hierusalem Euangelistam.*
In Hieremiam,	lib.1.	*Prophetam in gentibus.*
In Threnos Hieremiæ	lib.1.	*Quomodo sedet. In præce.*
In librum Baruch	lib.1.	*Hæc verba &c. Post.*
In Ezechielem	lib.1.	*Aperti sunt cæli &c.*
In Danielem	lib.1.	*Danieli autem dedit Deus.*
In duodecim prophetas minores	lib.1.	*Duodecim prophetarum.*
In Machabæorum,	lib.2.	*Et factum est &c. Post*
In Euangelium Matthæi	lib.1.	*Quatuor facies vni.*
In Marcum,	lib.1.	*Facies leonis à dextris.*
In Lucam	lib.1.	*Facies bouis à sinistris.*
In Iohannem.	lib.1.	*Facies aquilæ desuper.*
In Epistolas Pauli.	lib.1.	*Ecce descripsi eam tibi.*
In Actus Apostolorum.	lib.1.	*Repleti sunt omnes spiri.*
In Epistolas canonicas.	lib.7.	*Iacobus, &c. Liber iste.*
In Apocalypsin Iohannis.	lib.1.	*Oportet te iterum prophe.*
Sequentia moraliter exposuit.		
In Genesim iterum.	lib.1.	*Vidi in dextera sedem.*
In Exodum.	lib.1.	*Hæc nomina, &c. Per fili.*
In Leuiticum.	lib.1.	*Vocauit, &c. In hoc li.*
In Numeros	lib.1.	*Locutus est dominus.*
In Deuteronomium.	lib.1.	*Hæc sunt verba. sequitur.*
In Iosue.	lib.1.	*Et factum est, &c. Alle.*
In Iudicum.	lib.1.	*Post mortem, &c. Alle.*
In Ruth.	lib.1.	*In diebus vnius iudicis.*
In Regum.	lib.4.	*Fuit vir vnus. Allego.*
In Paralipomenon.	lib.2.	*Adam Seth, &c. In hoc.*
In Esdram & Neemiam.	lib.2.	*In anno, &c. Cyrus iste.*
In librum Hester.	lib.1.	*In diebus, &c. Illum ordi.*
In librum Iob.	lib.1.	*Vir erat, &c. Philoso.*
In Psalterium.	lib.1.	*Beatus vir, &c. Sicut.*
In Esaiam prophetam.	lib.1.	*Visio Esaiæ. In hoc.*
In Hieremiam.	lib.1.	*Verba Hiere. &c. Per.*
In Threnos eiusdem.	lib.1.	*Quomodo sedet. Hinc incipit.*
In Ezechielem		*Et factum, &c. In illa pri.*
In Danielem.		*Anno tertio, &c. Sequitur.*
In 12. Prophetas.		*Verbum quod, &c. Sequitur.*
In Euangelium Matthæi.		*Liber generationis Ie.*
In Marcum		*Initium Euangelii, &c.*
In Lucam.		*Fuit in diebus, &c. Inter.*

In Io-

In Iohannem,		*In principio, &c. Iohan.*	
In actus Apostolorum.		*Primum, &c. Per hoc.*	
In Apocalypsin.		*Apocal, &c. Sicut di.*	
In Tobiam quoq;.	lib.1.	*Tobias ex tribu, &c.*	
In librum Iudith.	lib.1.	*Arfaxat, &c. Per istum.*	
In Machabæorum.	lib.2.	*Et factum est, &c. Per.*	
In Cantica canticorum.	lib.1.	De corpore Christi.	li.1.
Sermones de sanctis.	lib.1.	Sermones de tempore.	li.1.
Contra Iudæos.	lib.1.	*Primo quæritur vtrum.*	

Alia insuper nonnulla edidit, quæ ad manus nostras nondum venerunt.
Claruit temporibus Ludouici imper. 4. & Iohannis Papæ 22. Anno domini 1320.

GVIDO Perpinianus, patria Cathalanus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, duodecimus prior generalis, ac deinde Maioricensis, Eluensisq; Ecclesiarum Episcopus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & secularium literarum non ignarus, ingenio præstans & dulcis eloquio, disputator acutus, & non minus conuersatione quam scientia insignis. Scripsit multa præclara opuscula, quibus nomen suum posteritati commendauit E quibus subiecta feruntur. Opus tripartitum climatum & insigne. De perfectione vitæ catholicæ.

Ad Iohannem Papam 22.	lib.1.	Super sententias.	li.4.
Quodlibeta sex	lib.1.	*In prima nostra dispu.*	
Quæstiones ordinariæ.	lib.1.	*Vtrum verbum in diuinis.*	
De concordantia Euangelistarum.	lib.1.	Correctorium decreti.	li.3.
Ad cardinalem Albanen.	lib.1.	In libros Physicorum.	li.8.
Quæstiones de anima.	lib.1.		

Alia quoque plura composuit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit temporibus Ludouici imperatoris quarti, & Iohannis Papæ vicesimi secundi. Anno domini 1330.

AVGVSTINVS de Anchona, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini vir in diuinis scrip. studiosus & eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, ingenio promptus, & sermone scholasticus. Scripsit multa non spernendæ lectionis volumina quibus memoriam sui nominis commendauit posteritati. De quibus subiecta feruntur. Ad Iohannem Papam 22. Opus non paruum.

De potestate Ecclesiastica.	lib.1.	Sanctissimo ac reueren.	
Super sententias.	lib.4.	Quodlibeta quoq;.	li.1.
De spiritu sancto contra Græcos.	lib.1.	De decem chordis.	li.1.
De introitu terræ promissionis	lib.1.	De potentiis animæ	li.1.
De resurrectione.	lib.1.	In Matthæum.	li.1.
In Marcum.	lib.1.	In Lucam quoque.	li.1.
In Iohannem	lib.1.	Super Missus est.	li.1.
Super Magnificat.	lib.1.	In epistoas Pauli.	li.14.
In Epistolas canonicas.	lib.7.	In Actus Apostolorum	li.1.
In Apocalypsin.	lib.1.	Et alia complura.	

Hic volumen insigne ex scriptis diui patris Augustini incepit, quod milleloquium prænotauit, sed morte præuentus imperfectum reliquit, quod postea Bartholomæus Vrbinatus eiusdem ordinis perfecit. Claruit sub Ludouico Bauaro imper. 4. & Iohanne Papa 22. An. Dn. 1330.

PETRVS de Apono, natione Italus, patria Patauinus, vir in secularibus literis studiosus & eruditus, philosophus insignis, & medicus celeberrimæ opinionis, ingenio subtilis, & multarum linguarum notitia clarus, multa fertur tam in philosophia quã in medicinis opuscula lucubrasse, quibus memoriam sui nominis ad posteros transmisit. Sunt autem qui scribant eum magum fuisse, & multa per eã superstitiosam artem mira ostendisse, quod an verum sit, affirmare nõ ausim, quippe qui nihil certi super eo nouerim. Nihil enim de illius opusculis me vel legisse recolo, vel vsquam vidisse. De quibus tamẽ subiecta feruntur. Opus insigne centum & decem differentiis partitum, quod prænotauit.

De omnimoda medicina,	lib.1.	Ad Iohannem Papam 22.	li.1.
In librum Iohannis Mesue,	lib.1.	In problemata Aristotelis,	li.1.

Et quædam alia. Galenum de cholera nigra, & de regimine sanitatis cum aliis multis transtulit. Claruit sub Ludouico Imp. 4. Anno 1320.

SIBERTVS de Beka, natione Teutonicus, patria Gelrensis, ordinis beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, prior prouincialis Alemaniæ inferioris vir in

diuinis scrip. eruditiss. & tam in iure canonico, quam in philosophia Aristotelica egregie doctus ingenio subtilis & clarus eloquio, qui non minus cõuersatione quam scientia clarus suo tempore effulsit. Scripsit quædam commendanda opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis deduxit. E quibus feruntur.

Super sententias lib. 4.
Summa censurarum noui iuris, lib. 1. Super regulam ordinis sui, li. 1.

Et quædam alia. Ordinale quoq; ordinis sui sagaci intentione correxit. Claruit temporibus Ludouici Bauari Imperatoris quarti, & Iohannis Papæ 22. Anno domini 1320.

CLEMENS Papa quintus, de Vasconia oriundus, Bernhardus Burdegalensis Episcopus ante vocatus, sedit post Benedictum vndecimum in cathedra Petri annis octo, mensibus decem, vir doctus & strenuus, cuius iussu ordo templariorum vno die per totum orbem deletus fuit, Concilium Viennense celebrauit, in quo multa ad vtilitatem Ecclesiæ constituit. Septimum decretalium librum composuit, quem Iohannes 22. cuius successor publicauit, sicut in eiusdem principio habetur, Qui vulgariter nominatur.

Codex Clementinarum lib. 1. *Fidei catholicæ funda.*
Epistolarum quoque ad diuersos lib. 1. *Clemens Episcopus ser.*

Moritur Henrico septimo Imperiũ Romanum gubernante. Anno Dn. 1314. Indict. 12.

PETRVS de Perpiniano, dictus Rimi, natione Cathalanus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in scripturis sanctis eruditiss. & philosophiæ scholasticæ subtilis explanator, ingenio promptus & declamator egregius. Edidit multa non contemnendæ lectionis opuscula, quibus vberem ingenii sui venam exercitans, nomen suum etiam posteritati notum fecit. E quibus feruntur.

Quæstiones sententiarum, lib. 1. In toto psalterio, li. 1.
Sermones varii lib. 1.

De aliis autem, quæ composuit nihil ad notitiam meam vsquam peruenit.

ODERICVS ordinis fratrum minorũ, vir sanct. & eruditus, verbi diuini prædicator egregius, ob cuius feruentissimum amorem peregrinationem assumens, Asiam & Indiam penetrauit, vbi prædicando & docendo fidem Christi Euangelizans, multos ab iniquitate ad semitam iustitiæ conuertit, cuius sanctissima vita multis signis tã in carne quam post mortem comprobata est. Scripsit inter cætera ingenii sui opuscula.

Historiam peregrinationis suæ, lib. 1. Sermones quoq; varios, lib. 1.

Et quasdam Epistolas. Claruit Ludouici Imp quarti, & Iohannis Papæ vicesimi secundi temporibus. Anno domini 1320.

FRANCISCVS Maronis, ordinis fratrum minorum, Iohannis Scoti quondam auditor, vir in diuinis scripturis eruditiss. & in præceptis philosophorũ nobiliter doctus, ingenio subtilis, ore facundus, stylo compositus, studio continuus, & ad disputandas soluendasq; scripturarum quæstiones satis acutus & valde idoneus. Scripsit ingenii sui non pauca præclara volumina, in quibus & se doctissimum ostendit, & nomen suum cum gloria ad posteros transmisit. De quibus ista feruntur.

Super sententias lib. 4. *Circa proœmium primi.*
De formalitatibus, lib. 1. Quæstiones variæ, lib. 1.
Sermones de tempore, lib. 1. Sermones de sanctis, li. 1.

Fertur etiam in diuinis voluminibus quosdam commentarios, aliosque diuersos composuisse tractatus, qui ad notitiam meam adhuc minime venerunt. Claruit temporibus Ludouici Bauari Imp. 4. & Iohan. Papæ 22. Anno domini 1320.

BONAVENTVRA Patauinus, ordinis fratrum heremitarum S. Augustini quondam prior generalis, ac deinde sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ tituli S. Ceciliæ presbyter cardinalis, vir in diuinis scrip. eruditus, & secularium literarum non ignarus, ingenio promptus & clarus eloquio, non minus conuersatione quam scientia reuerendus, in declamandis ad populum sermonibus magnæ opinionis, qui cum Ecclesiæ libertatem acerrime tueretur contra tyrannos, à Carrariensi domino sagitta tandem confixus, martyrio coronatus est. Scripsit valde vtiles & elegantes.

Sermones de tempore lib. 1. *Veniet desideratus cum.*
Sermones de sanctis, lib. 1. *Mihi autem absit gloriari.*

Et quædam alia.

Claruit sub Ludouico imperatore 4. Anno domini 1320.

GVILHELMVS Ockam, natione Anglicus, ordinis fratrum minorum, Iohannis Scoti quondam discipulus, vir in diuinis scrip. eruditus, & in philosophia Aristotelica nobiliter

biliter doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio. Scripsit quædam in scripturis opuscula, quibus nomen suum ad posteros transmisit. Hic contra Iohannem vicesimum secundum hæresim fratricellorum damnantem, vna cum Petro Piceno quem Ludouicus Imperator in Idolum erexerat, & Nicolaum quintum appellari fecerat agens & scribens, eumq; hæreticum esse pronuntians, ab eo excommunicatus est. Qui ad Ludouicum Imperatorem æquiue excommunicatum fugiens, dixit ei: O Imperator defende me gladio, & ego defendam te verbo. Mansit itaq; excommunicatus cum excommunicato vsque ad finem vitæ suæ, & in morte tandem absolutus fuit, Scoti magistri sui acerrimus impugnator fuit, & omnia pene illius dicta oppugnauit. Scripsit autem.

Contra Iohannem 22. de paupertate Christi & apostolorum.

Apologiam,	lib. 1.	Super sententias,	lib. 4.
Quodlibeta etiam,	lib. 1.		
De fautoribus hæreticorum,	lib. 7.	*In omnibus curiosis.*	
De sacramento altaris,	lib. 1.	Et quædam alia.	

Claruit Ludouici Imperatoris quarti temporibus, & Iohannis Papæ 22. Anno domini 1320. Et sepultus est in conuentu ordinis sui, in Norica prouincia, quæ nunc appellatur Brauaria, cuius Imperator Ludouicus antea dux erat.

ALPHARVS ordinis fratrum minorum, natione Hispanus, Iohannis Scoti auditor, vir in diuinis scrip. eruditiss. apud Iohannem 22. in pretio habitus, contra Guilhelmum Ockam Anglicum scriptis egit & verbis. Edidit ingenii sui quædam præclara volumia, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus extat opus magnum & insigne, defectus Ecclesiasticarum personarum describens quod prænotauit.

De planctu Ecclesiæ	lib. 1.		
Speculum quoque regum	lib. 1.	*In nomine domini nostri Iesu.*	
Super sententias,	lib. 4.	Apologiam;	lib. 1.
Et quædam alia.			

Claruit eodem tempore quo & Ockam sub Ludouico Imperatore 4. & Iohanne Papa 22. Anno Domini 1320.

MATTHÆVS Syluaticus, patria Mantuanus, genere nobilis arte & professione medicus, in qua facultate suo tempore præ cæteris multis & doctus habebatur & expertus, ingenio subtilis & clarus eloquio. Scripsit in ea scientia non contemnenda volumina, quibus nomen suum ad posteritatis notitiam deduxit. E quibus ego tantum vidi opus insigne ad Rupertum Siciliæ regem & medicum de omnibus simplicibus medicinis & earum proprietatibus, quod prænotauit.

Pandecta	lib. 1.	*Aaron græce, Arabice.*	
De cæteris nihil vidi.			

Claruit sub Ludouico Imp. 4. Anno domini 1320.

IOHANNES canonicus, ordinis (vt dicunt) fratrum minorum, Iohannis Scoti quondam auditor atque discipulus in gymnasio Parisiorum, vir in diuinis scrip. eruditus, & in seculari philosophia subtiliter doctus, iuris quoq; tam pontificii quam Cæsarii non ignarus. Fertur quædam præclara composuisse opuscula, quibus ingenium exercitans, nomen suum posteris etiam notificauit. Sed ego nihil eorum vidi. Feruntur autem.

Super sententias	lib. 4.	Quæstiones disputatæ,	lib. 1.
Et quædam alia.			

Claruit sub Ludouico Imp. 4. Anno domini 1320.

DVRANDVS de sancto Portiano, ordinis fratrum prædicatorum, & postea (vt ferunt) Aniciensis Ecclesiæ Episcopus, vir in diuinis scripturis studiosus, & eruditus, atq, in philosophia seculari non infime doctus, ingenio promptus & eloquio, declamator sermonum egregius, scriptorum Sanct. Thomæ Aquinatis primo defensor, postea vero acerrimus impugnator, cuius mutationis causa quædam fluctuaga fertur, cui ego fidem nec facile tribuere debeo, nec temere denegari. Scripsit quædam non spernenda volumina, quibus nomen suum notificauit. De quibus feruntur.

Super sententias,	lib. 4.	*Est Deus in cælo reue.*	
De instructiones eleri	lib. 1.	*Fratres charissimi & sa.*	
Summa notabilis,	lib. 1.	Quæstiones variæ;	lib. 1.
Sermones diuersi	lib. 1.		

Cætera quæ composuisse dicitur, ad notitiam meam adhuc non venerunt.

HERENVS de Boyo, natione Brito, ordinis fratrũ beatæ Mariæ semper virginis de

monte Carmeli, vir vndecunque doctiss. sacræ paginæ insignis professor, acuti & vehementis ingenii, ad soluendas quæstiones scripturarum satis idoneus. Fertur nonnulla præclara scripsisse opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum gloria transmisit. E quibus inuenitur opus insigne, vt sui ferunt.

Super sententias, lib. 4. Et varię quæstiones.

Sed & quædam alia composuisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

RVPERTVS ordinis fratrum prædicatorum, vir in diuinis scripturis longa exercitatione doctus, & philosophiæ scholasticæ subtilis, & profundus interpres, disputator acutus & declamator egregius ingenio acutus, sermone scholasticus. Edidit quædam non contemnenda opuscula, quibus ingenium fructuose & vtiliter exercitans, nomen suum non tantum præsentibus, sed & futuris notificauit. E quibus extant.

Super sententias lib. 4. Sermones de tempore lib. 1.
Sermones de sanctis lib. 1.

Multos præterea libros Aristotelis commentariis elegantissimis exornauit. Claruit sub Ludouico Imp. 4. Anno domini 1320.

ASTESANVS de Ast ordinis fratrum minorum, vir in diuinis scripturis nobiliter doctus, philosophus, & iurista insignis, scientia clarus, ingenio profundus, consilio cautus, sententia certus, sermone compositus. Fertur ingenii sui excellentis varia cudisse opuscula, quibus nomen suum tam præsentibus quam futuris notificauit. E quibus ego tantum vidi necessariam.

Summam de casibus lib. 8. Dicturi ergo in hoc pri.

De cæteris nihil vidi. Claruit sub Ludouico Imperatore quarto. Anno domini 1330.

IOHANNES de Alerio, natione Tholosanus, ordinis beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, tertiusdecimus prior generalis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & non minus religionis feruore quam eruditione venerabilis, ordinem Carmelitanum nouem annis strenue gubernauit. Edidit nonnulla præclara volumina, quibus abundantem ingenii sui venam ostendit. E quibus extant.

Super sententias lib. 4. Lectura in Ecclesiasticum lib. 1.

Et alia plura. Electus fuit in generalem ordinis sui in monte Pessulano in capitulo generali, die Pentecostes sub Ludouico Imperat. 4. & Iohanne Papa 22. Anno domini 1321. Indictione 4.

IOHANNES de Regno, natione Gallus, ordinis fratum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, conuentu Tholosanus, vir in scripturis sanctis eruditus, & secularis eruditionis non ignarus, ingenio promptus, sermone scholasticus, in declamandis sermonibus ad populum egregius. Edidit multa præclara volumina, quibus nomen suum etiam posteris notificauit. E quibus ista feruntur.

Super sententias lib. 4.
In Euangelium Matthæi lib. 1. Sermones de tempore, lib. 1.
Sermones de sanctis lib. 1. Quadragesimale lib. 1.

Cætera vero quæ composuisse dicitur, ad notitiam meam non venerunt.

STEPHANVS de prouincia, vtriusque iuris professor & interpres eximius & tam in diuinis scripturis quam in secularibus literis sufficienter instructus, ingenio & eloquio clarus, cuius eruditio apud contemporaneos suos comprobata erat. Scripsit quædam non negligenda volumina, quibus ingenium gloriose exercitans etiam nomen suum ad notitiam posteritatis cum laude transmisit. E quibus est opus insigne.

Super Clementinis lib. 1.
Quæstiones variæ lib. 1. De cæteris nihil reperi.

Claruit circa tempora Ludouici Imp. 4. Anno domini 1330.

IOHANNES Andreas, natione Italus, patria Bononiensis, Iureconsultus omnium admiratione celeberrimus fons canonum, & dubiorum cautissimus interpres ingenio clarus, scientia profundus, eloquio compositus, qui contra consuetudinem hominum nostri temporis, quamuis vxoris esset vinculis alligatus, incredibile tamen studium literis impendit, vt nihil illi dulcius, quam scribere aliquid ad posteritatis ædificationem esse potuerit, quod eius præclara volumina testantur, quibus nomini suo memoriam comparauit æternam. De quibus ego pauca metui videre.

Super decretales lib. 5.
Super 6. decretalium lib. 1. *Quia præposterus est.*
Super nouellis dupliciter lib. 2.

In spe-

Inſpeculum additiones	lib.1.	*Ego Iohannes An.*
Mercuriale prænotatum	lib.1.	
Summa de ſpon.& matrimo.	lib.1.	*Quoniam frequenter in foro.*
Super Clementinis	lib.1.	*Iohannes: Gratioſum.*
De laudibus ſancti Hieronymi	lib.4.	*Hieronymum iugiter al.*
De arbore conſanguinitatis	lib.1.	*De cæteris nihil vidi.*

Moritur tandem ex peſte Bononiæ ſepultus, ſub Carolo Imperatore quarto, & Clemente Papa 6. Anno domini 1348. Indict. 1.

CINVS Piſtorienſis, ex nobili Symbaldorum familia natus Dini Mugelani clariſſimi viri quondam auditor atque diſcipulus, & Iohannis Andreæ familiaris amicus, vir certe in iure ciuili omnium ſuo tempore doctiſſimus, ingenio ſubtilis, ſcientia promptus & vberrimus. Edidit multa in ea facultate opuſcula, quibus nomen ſuum ad poſteritatis notitiam tranſmiſit. De quibus iſta feruntur.

Super Codice	lib.9.	In prima parte.ff.veteris.	li.1.
In ſecunda parte,	lib.1.	Additiones in reliquas	li.1.

Et alia plura. Claruit ſub Ludouico Imperatore 4. Anno domini 1330.

MONALDVS ordinis fratrum minorum Theologus & Iuriſta eruditiſſimus, ingenio ſubtilis, ſcientia cautus, ſermone ſcholaſticus, in declamandis ſermonibus ad populum excellentis induſtriæ vir. Edidit pro vtilitate ſimplicium etiam doctis non ſpernenda opuſcula, quibus & tunc præſentibus & longo poſtea futuris vtiliter prouidit. De quibus ſubiecta feruntur neceſſaria & perpulchra.

Summa iuris canonici	lib.1.	Quoniam ignorans ignora.	
Quæſtiones ſententiarum	lib.4.	Sermones varii,	lib.1.

Et alia complura, quæ ad notitiam noſtram minime venerunt.

OLDRADVS de Laude, natione Italus, Dini Mugelani viri doctiſſimi quondam auditor, & Iohannis Andreæ amiciſſimus, vir in vtroque iure peritiſſimus, philoſophiæ quoq; diſciplinis optime imbutus, qui multis annis cõſiſtorialis aduocatus extitit, & magnæ eruditionis ſuæ laudem & gloriam acquiſiuit. Scripſit in vtroque iure nonnulla præclara opuſcula, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis tranſmiſit. E quibus vidi tantum.

Conſiliorum volumen,	lib.1.	*In nomine domini Amen.*

De cæteris nihil vidi. Fertur in iure ciuili multas poſt ſe lecturas reliquiſſe, quos nec dum vidi. Claruit ſub Ludouico Imp. 4. Anno domini 1330.

IOHANNES de Blomendal, natione Teutonicus, ordinis fratrũ minorum vir in diuinis ſcrip. ſtudioſus & eruditus, & ſecularis philoſophiæ nõ ignarus, ingenio præſtans & clarus eloquio, in declamandis ſermonibus ad populum doctor egregius fuit. Scripſit pro ædificatione fidelium non ſpernenda volumina quibus nomen ſuum poſteris notificauit de quibus ego tantum adhuc reperi.

Sermones de tempore	lib.1.	*Sume arma tua phare.*	
Sermones de ſanctis	lib.1.	Sermones per quadrageſimam	lib.1.

Claruit ſub Ludouico Bauaro Imperatore quarto, & Iohanne Papa 22. Anno domini 1330.

GVIDO de monte Rotherii, vir in ſcrip. ſanctis admodum ſtudioſus, & veterum lectione diues, ingenio clarus, ſermone ſcholaſticus. Scripſit ingenii ſui non contemnenda opuſcula, quibus memoriam nominis ſui etiam apud poſteros notam fecit. E quibus ego diuulgatum illud opus per impreſſuram tantum vidi, quod pro ſimplicium directione ſacerdotum componens prænotari voluit.

Manipulum curatorum	lib.3.	*Quoniam ſicut dicit prophe.*	

Alia reperire non potui. Claruit temporibus Ludouici Imperator. 4. & Iohannis Papæ 22. Anno domini 1330.

IOHANNES de Ligneriis, philoſophus, & aſtronomus omnium ſuo tempore celeberrimus, qui hanc diſciplinam à memoria hominum iam pene abraſam magnifice inſtauratuit, in gymnaſio Pariſienſi eruditionis ſuæ laudes ingentes acquiſiuit, vbi huiuſce facultatis cooperatores & conſocios habuit, viros mathematicæ ſcientiæ doctiſſimos, Iohannem de Saxonia, Iohannem de Muris, & Bernardum philoſophos, & aſtronomos inſignes, qui & ipſi varia opuſcula conſcripſerunt. De opuſculis aut huius Iohannis de Ligneriis quanquam multa & præclara ſcripſerit, pauciſſima vidi, ſcilicet.

Canones primi mobilis	lib.1.	*Cuiuslibet arcus poſiti.*	

Tabulas eiusdem lib.1. De Sphæra quoq; lib.1.

De cæteris nihil repeti. Claruit temporibus Ludouici Bauari Imp.4.& Iohannis Papæ 22. Anno domini 1330.

IOHANNES Danck de Saxonia, natione Teutonicus, Iohannes de Ligneriis supradicti contemporaneus,& studiorum eius consocius, vir vndecunq; doctissimus, philosophus,& astronomus,inter omnes sui temporis celeberrimus,ingenio subtilis,& præstans.Edidit multa præclara,& admiranda opuscula,quibus nomen suum cũ gloria transmisit ad posteros. Sed ego hucusque pauciſſima inueni.

Canones Eclipsales, lib.1. *Eclipsis solis quantitatem.*
Canones tabularum lib.1. *Tempus quarti aspe.*
De astrolabio, lib.1. De incensionibus lib.1.

Claruit temporibus Ludouici Imperatoris quarti, & Iohannis Papæ 22. Anno domini 1330.

PETRVS de Palude, natione Gallus, ordinis fratrum prædicatorum,vir in diuinis scripturis eruditus,ac secularis philosophiæ, & iuris Canonici non ignarus, disputator acutus & declamator egregius. Edidit quædam præclara in scripturis sanctis volumina, quibus nomen suum immortalitati condonauit. E quibus feruntur.

Super sententias lib.4. Quæstiones variæ, lib,1.
Et diuersi sermones, lib.1. Et alia multa.

Multos etiam Bibliæ libros suis commentariis ornasse dicitur & exposuisse.

IOHANNES Calderini,natione Italus.patria Bononiensis,Iohannis Andreæ quondam auditor atque discipulus, canonici iuris professor, & celeberrimus interpres,philosophiæ secularis,& diuinarum scripturam non ignarus, ingenio promptus, & apertus eloquio. Scripsit in sua facultate non pauca volumina,quibus ingenium suum sedula exercitatione comprobans,ad memoriam posteritatis nomen suum transmisit. E quibus reperi opus magnum & insigne tribus voluminibus non paruis distinctum, quod prænotauit.

Repertorium iuris lib.1. *A. Hac dicto à interdum*
Super decretalibus lib.1.
De interdicto Ecclesiastico lib.1. *Quamuis dubia plura circa.*
Consilia multa lib.1. De aliis nihil vidi.

Claruit sub Ludouico Bauaro Imp.4.& Benedicto Papa 10. Anno domini 1340.

PAVLVS de Lyazariis,Iohannis Andreæ Bononiensis auditor,& Iohannis Calderini condiscipulus, vir in vtroque iure peritissimus, & philosophorum præceptis nobiliter instructus,ingenio & eloquio clarus,qui inter doctores iuris suo tempore non minimus erat.Scripsit inter cætera ingenii sui opuscula insigne volumen,quod dicitur.

Super Clementinis lib.1.
Et quædam alia.

Claruit temporibus Ludouici Bauari Imperator.4.& Benedicti Papæ 12. Anno domini 1340.

LVPOLDVS de Bebenburg,Episcopus Bambergensis,natione Teutonicus,(vt ferunt) Iohannis Andreæ Bononiensis quondam auditor iureconsultus celeberrimus,& tam in diuinis scrip.quam in secularibus literis nobiliter doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio.Edidit non spernendæ lectionis,opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum ingenti gloria transmisit. E quibus extat opus insigne de zelo Christianæ religionis veterum principum.

Germanorum lib.1. De iuribus Imperii Romani, lib.1.

Et quædam alia in diuersis materiis volumina,quæ ad me non venerunt.

Claruit temporibus Ludouici Imp.4.& Benedicti Papæ 12. Anno domini 1340.

NICOLAVS Mutinensis, vir in vtroque iure & in legibus præcipue nobiliter doctus,ingenio subtilis, sermone scholasticus, scientia & consilio cautus vt posteris ingenii sui monimenta relinqueret. Scripsit in ciuili iure quædam præclara volumina,quibus se præsentibus tunc vtilem,futuris autem fecerat notum. E quibus feruntur.

Super Codice, lib.9. Super.ff.veteri, lib.24.
Super.ff. nouo, lib.12. Super.ff.inforciati, lib.14.

Et quædam alia.

Claruit temporibus Ludouici Bauari Imp.4.& Benedicti Papæ 12. Anno domini 1340.

LAPVS de Castellione, abbas Sanct.Miniatis,ordinis diui patris Benedicti, iureconsultus

consultus inter omnes sui temporis eruditiss. & philosophorum disciplinis ab ineunte (vt aiunt) ætate imbutus, ingenio clarus, eloquio scholasticus, & disputator quæstionũ scholasticalium egregius, cuius authoritas apud Iuristas non minima censenda est. Scripsit in sua facultate plura opuscula, de quibus extat opus insigne.

Allegationum suarum, lib.1. Super Clementinis, lib.1.

Et alia complura. Claruit temporibus Ludouici Imp.4.& Benedicti Papæ 12. Annõ domini 1340.

GVERICVS abbas Igniacensis, vir in diuinis script. non infime doctus, ingenio facilis, eloquio dulcis & compositus, & ad persuadendum satis idoneus, non minus conuersatione & regularis obseruantiæ amore quam scientia scripturarũ insignis. Scripsit prõ ædificatione simpliciũ & deuotorum frãtrum non contemnenda opuscula, quibus ouiũ Christi pastorem se vtilem fidelemq; exhibens, nomẽ suum etiam posteris notificauit. E quibus ego reperi tantum opus sermonum de tempore & sanctis per anni circulum, quos habuit.

Ad fratres suos, lib.1. *Saluatorem exspectamus.*

Epistolas etiam scripsit.

De cæteris autem quæ composuisse dicitur, nihil vsquam potui inuenire.

HENRICVS de Vrimaria, ordinis fratrum heremitarum S. Augustini, natione (vt ferunt) Teutonicus, vir in scripturis sanctis à pueritia studiosissimus, & multum eruditus, in Philosophia Aristotelica nulli suo tempore secundus, qui multis annis in gymnasio Parisiensi doctor egregius extitit, & celebri doctrina insignis effulsit. Scripsit multa præclara volumina, de quibus feruntur esse subiecta.

Super sententias, lib.4. Quodlibeta quoq;, lib.1.
De decem præceptis, lib.1. *Audi Israel præcepta.*
Flores ex collatione patrum, lib.24. *Quia multa prædicabi.*
De perfectione hominis, lib.1. De incarnatione verbi, lib.1.
De quadruplici instinctu, lib.1. *Semen aliud cecidit in.*
De exemptione, lib.1. Expositio decre. de cele. mis. li.1.
Sermones de tempore, lib.1. Sermones de sanctis, li.1.
In libros Ethicorum, lib.10. Et alia multa.

Claruit temporibus Ludouici Imp. quarti, cognomento Bauari, & Benedicti Papæ 12. Anno domini 1340.

BARTHOLOMÆVS de Osa, patria Pergomensis, vir in diuinis scrip. studiosus, & in secularib. literis egregie doctus, philosophus & historiographus insignis, ingenio præstans & clarus eloquio. Fertur nonnulla excellentis doctrinæ cudisse volumina, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. In quibus præcellit opus.

Historiarum insigne lib.16.

Claruit sub Ludouico Imp.4. Anno domini 1340.

BARTHOLOMÆVS Pisanus, ordinis fratrum prædicatorum, vir in diuinis scrip. eruditus, & in vtroque iure peritiss. ac in philosophiæ seculari scientia nobiliter doctus, ingenio clarus, sermone apertus, scientia & consilio cautus. Fertur quædam præclara cõscripsisse opuscula, de quibus ego vidi tantum summam, quam Pisanam vocant, opus profecto non abiiciendum, cuius ante paucos annos magnus erat vsus apud plebium confessores, quam author prænotauit.

Summam magistruciam, lib.1. De cæteris nihil vidi.

Claruit sub Ludouico Imperatore quarto, & summam suam (vt ipse testatur) perfecit. Anno domini 338.

ALBERTVS Brixianus, ordinis fratrum prædicatorũ, vir in scripturis sanctis studiosus & eruditus, & in vtroq; iure non infime doctus declamator quoq; sermonum egregius, & non minus sanctus quam eruditus, quippe qui miraculis in vita etiam coruscasse perhibetur. Scripsit inter cætera ingenii sui monimenta, notabilem.

Summam de casibus, lib.1. Sermones varios, lib.1.

Et quædam alia.

Claruit sub Ludouico Imp.4. Anno domini 1340.

LVDOLPHVS ordinis Carthusiensis in domo Argentin. natione Teutonicus, Saxonica terra oriundus, vir in diuinis scrip. studiosus & eruditus & secularium literarum non ignarus, ingenio mitis, eloquio dulcis & compositus, vita quoque & conuersatione insignis, edidit magnæ deuotionis & profundæ eruditionis quædam præclara opuscula,

quibus ingenium nobiliter exercitans, nomen suum immortalitati condonauit. E quibus ego vidi tantũ subiecta. Volumen magnum & insigne super Euangelio, quod prænotauit.

Vitam domini Iesu lib. 2. *Fundamentum aliud ne.*
In psalterium quoq; lib. 1. *Sicut olim manna ha.*
Feruntur eius & alia.

Claruit sub Ludouico Imper. 4. Anno domini 1330.

HERMANNVS de Schildis, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini, vir in diuinis scripturis studiosiss. & valde peritus, ingenio præstans, & non minus vita quam eruditione & scientia insignis, edidit multa præclara volumina, quibus abundantem ingenii sui venam ostendit, & nomen suum ad posteritatis notitiam cum ingenti laude & gloria transmisit. E quibus subiecta feruntur.

Super primo sententiarum, lib. 1. In Genesim lectura, li. 1.
Hexameron duplex, lib. 2. In Cantica canticorum, lib. 1.
De materia Canticorum lib. 1. Sup oratione dominica dupliciter, l. 2.
Super Aue Maria, lib. 1. Breuiloquium, lib. 1.
De quatuor sensibus scripturæ, lib. 1. Expositionis missæ, lib. 1.
Manuale sacerdotum, lib. 1. De vitiis capitalibus, lib. 1.
Claustrum animæ, lib. 1. De conceptione S. Mariæ, lib. 1.
De modo studendi, lib. 1. Introductorium iuris, lib. 1.
De vera & falsa amicitia, lib. 1. De horis canonicis, lib. 1.
De quinq; sensibus, lib. 1. De 42. mansionibus, lib. 1.
Contra flagellatores, lib. 1. De comparatione missæ, lib. 1.
De diuisione philosophiæ metri, lib. 1. Super. c. Omnis vtriusq;, li. 1.
Sermones varii, lib. 1. Collationes prædicabiles. lib. 1.
Quæstionum diuersarum, lib. 1. In Rhetoricam Aristotelis, li. 1.

Alia insuper multa edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit temporibus Ludouici Imp. 4. & Benedicti Papæ 12. Anno domini 1340.

GVILHELMVS de Kayotho, ordinis fratrum prædicatorum, prior prouincialis in Francia, vir in diuinis scrip. eruditus, & tam in iure canonico quam in philosophia scholastica nobiliter doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenii. Scripsit quædam non spernenda opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum laude transmisit. Summam Iohannis Teutonici, quæ confessorum dicitur,

Abbreuiauit lib. 1. *Quid est symonia, dic.*
Sermones diuersos lib. 1.

Cætera quæ composuit, ad notitiam meam minime venerunt.

PETRVS de Casa Lemouicensis, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, decimus & quartus prior generalis, deinde vero Episcopus Basionensis, ac postremo (vt ferunt) patriarcha Hierosolymitanus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, ingenio promptus & clarus eloquio, in declamandis sermonibus ad populum doctus & facundus. Edidit quædam præclara volumina, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus feruntur,

Super sententias, lib. 4. Sermones de tempore, li. 1.
Sermones de sanctis, lib. 1. Et quædam alia.

Claruit & in priorem generalem ordinis sui electus fuit de conuentu Lemouicensi, sub Ludouico Imper. 4. & Iohanne Papa 22. Anno domini 1330. Indict. 13. Rexit ordinem suum strenue annis duodecim.

PAVLVS de Perusio, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in diuinis scrip. studiosus & doctus, atque in seculari philosophia sufficienter instructus, ingenio subtilis, sermone scholasticus. Edidit magnæ authoritatis nonnulla opuscula, quibus luculentum ingenium exercitans, nominis sui memoriam cum ingenti gloria transmisit ad posteros. E quibus extat opus celeberrimum & prope diuinum, quod in gymnasio Parisiensi recitauit.

Super sententias lib. 4. *Circa primum sententia.*
Quodlibeta quoq; lib. 1. Et quædam alia.

Claruit Parisiis & suam lecturam compleuit sub Ludouico Bauaro Imp. 4. & Clemente Papa 6. Anno 1344. Indictione 12. Et non diu post eandem lectionem suam Parisius moritur, & ibidem in conuentu sepelitur.

BERNAR-

BERNARDVS Parentinus, ordinis fratrum prædicatorum, vir in diuinis scripturis studiosus, & longa exercitatione peritus, atque in scholasticis disciplinis non mediocriter doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio, in declamandis sermonibus ad populum excellentis opinionis. Scripsit ad instructionem simplicium sacerdotum quædam non spernenda volumina, quibus nomen suum ad posteros transmisit. E quibus extat.

Expositionis missæ	lib.1.	*Quoniam clamitat Sapiens.*
Sermonum variorum,	lib.1.	Et alia complura.

Claruit sub Ludouico Imp.4. Anno domini 1340.

OSBERTVS natione Anglicus, ordinis beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir certe in scripturis sanctis eruditissimus, & in seculari philosophia egregie doctus, acuti & vehementis ingenii, eloquii scholastici, in disputandis soluendisque quæstionibus scripturarum subtilis. Scripsit quædam præclara opuscula, quibus memoriam sui posteris commendauit, de quibus extant.

Super sententias	lib.4.	*Conclusio vna proposita.*
Determinationes variæ	lib.1.	*Quæritur vtrum expu.*
Sermones quoq; varii	lib.1.	

Cætera quæ composuit ad notitiam nostræ lectionis non peruenerunt.

IOHANNES Estuidi, natione Anglicus, vir in secularibus literis omnium sui temporis facile doctissimus, philosophus, & astronomus nulli secundus, ingenio præstans, & dulcis eloquio. Scripsit ingenii sui quædam præclara opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus extat opus insigne astrologiæ iudicialis, de accidentibus mundi, quod vulgo appellatur.

Summa Anglicana,	lib.2.	*Intentio mea in hoc li.*

De cæteris nihil vidi. Claruit & compleuit eandem summam, sicut in eius principio fatetur sub Carolo Imp.4. & Clemente Papa 6. Anno domini 1347. Indictione.15.18. Calend. Ianuarii.

BERNARDVS abbas monasterii Cassinensis, ordinis diui patris Benedicti vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularium literarum nõ ignarus, ingenio præstans, & vita præclarus, ac regularis obseruantiæ cultor, & propagator insignis. Scripsit ad ædificationem monachorum quædam præclara opuscula, quibus nomen suum notificauit. De quibus extant subiecta.

Speculum monachorum	lib.1.		
In regulam sancti Benedicti	lib.1.	*Legitur in Prouerbiis.*	
De præceptis regularibus	lib.1.	Sermones ad fratres	li.1.

Alia quoq; multa composuisse dicitur, quæ ad nos minime peruenerunt.

SIMON de Cremona, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & liberalium artium nõ ignarus, ingenio præstans, & clarus eloquio, in declamandis sermonibus ad populum satis egregius, quippe qui Venetiis multo tempore huic insudauit officio, vbi verbo & exemplo plurimos erudiuit. Scripsit ad instructionem simplicium prædicatorum non spernenda opuscula, de quibus extant subiecta. Ad Antonium Germanum suum presbyterum Sermones.

Super Euangelia,	lib.1.	*Leuate capite vestra quoniam.*
Super Epistolas quoque,	lib.1.	*Abiiciamus opera tene.*

Cætera quæ composuit, ad notitiam nostræ lectionis nondum venerunt.

PETRVS Raymundi de Insula grassa, natione Gallus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, quintusdecimus prior generalis, qui post Petrum de Casa Lemouicensem, ordinem suum strenue rexit quindecim annis, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus. Scripsit eleganter.

Super sententias,	lib.4.
Et quædam alia.	

Claruit & in generalẽ electus fuit de conuentu Caracassensi prouinciæ Narbonensis, sub Ludouico Imperatore quarto, & Clemente Papa sexto Anno Domini 1343. Indictione 11.

REINHERVS Foroliuiensis iureconsultus omnium suo tempore celeberrimus, Bartholi de Saxoferrato præceptor, vir ingenio, & eloquio clarus. Fertur in iure ciuili varia composuisse opuscula, quibus memoriam nominis sui cum gloria transmisit ad posteros. Sed ego nihil vsquam eorum potui inuenire. Moritur sub Carolo Imperatore 4. & Innocentio Papa 6. Anno domini 1358. Indict. 11.

SIMON de Cassia, ordinis fratrum heremitarū sancti Augustini, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, ingenio subtilis, & disertus eloquio, nec minus sanctitate cōuersationis, quam scientia venerandus. Quippe qui in conuentu Florentino prophetiæ spiritu illustratus fuisse perhibetur. Edidit magnæ vtilitatis præclara volumina, in quibus se virum eruditum & deuotum ostendit. E quibus opus insigne reperi super Euangelium totum, quod vulgo prænotatur.

Gesta Saluatoris	lib.15.	*A bono & super bono.*	
De doctrina Christiana,	lib.1.	De patientia	lib.1.
Expositionem Symboli	lib.1.	De speculo crucis	lib.1.
De disciplina spiritalium	lib.1.		
Epistolarum ad diuersos	lib.1.	Et quædam alia.	

Claruit sub Ludouico Imperatore quarto. Anno domini 1340.

SIMON de Spira, natione Teutonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, magister Parisiensis, in scripturis sanctis eruditissimus, & in philosophia Aristotelica nobiliter doctus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, in gymnasio Colonienſi multo tempore theologiam glorioſe docuit, & magnam eruditionis suæ laudem ab omnibus comparauit. Scripsit insigne volumen.

Super sententias	lib.4.	Contra Iudæos quoq;	li.1.
Postillam Coloniæ lectam	lib.1.		

Alia insuper nonnulla edidit, sed ad notitiam nostram minime venerunt.

SERTORIVS, quem Fortanerium nonnulli appellant, ordinis fratrum minorum decimus & nonus minister generalis, natione Anglicus, patria Galensis deinde Archiepiscopus Rauennatensis, ac postremo Gradiensis patriarcha, & sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ cardinalis, vir in diuinis scrip. studiosus & eruditus, & secularium literarum nō ignarus. Edidit quædam præclara volumina, quibus nomen suum etiam posteris notificauit. E quibus extat opus insigne.

Super Augustino de ciuitate Dei	lib.22.	De cæteris nihil reperi.	

Deniq; fertur etiam in Bibliæ libros varia syntagmata lucubrasse. Claruit & in generalē ordinis sui ministrum electus fuit in capitulo Massilienſi, sub Carolo Imp. 4. & Innocentio Papa sexto. Anno domini 1356. Indictione 9.

ALBERICVS Roxiatus, patria Bergomensis, vtriusque iuris professor insignis, & clarissimus interpres, in cæteris quoq; literis secularib. egregie doctus, ingenio promptus, eloquio compositus. Edidit in legibus multa instructa volumina, quibus nominis sui memoriam cum laude transmisit ad posteros. De quibus ista feruntur.

Super Codice	lib.12.	Super.ff. veteri	li.24.
Super.ff. nouo	lib.12.	Super.ff. Infortiati.	lib.14.
Super institutis	lib.4.	Super 6. Decretalium.	lib.1.
In Comedias Dantis	lib.1.		

Alia quoq; nonnulla composuit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Ludouico Imperatore 4. Anno domini 1340.

IOHANNES de Saxonia, ordinis fratrum minorum, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis eruditus, & tam in iure Canonico quam in philosophia scholastica sufficienter doctus, in declamandis sermonib. ad populum excellentis opinionis, edidit ingenii sui quædā præclara volumina, quib. nomen suum etiā posteris notificauit. E quibus extat.

Summa de casibus	lib.1.	Et alia quæ non vidi.	

Claruit sub Ludouico Imperatore 4. Anno domini 1340.

GERARDVS de Senis, natione Italus, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini, vir in scripturis sanctis non mediocriter doctus, & in vtroque iure longa exercitatione peritus, ingenio subtilis & acutus, cuius eruditionem Iohannes Andreas contemporaneus eius sæpe commendans allegat. Scripsit nonnulla præclara opuscula, quibus memoriam nominis sui ad posteros transmisit. E quibus ista feruntur potiora.

In primum sententiarum	lib.1.	De contractibus & vsura	li.1.
De præscriptionibus	lib.1.	De cæteris nihil reperi.	

Claruit cum Iohanne Andrea, sub Ludouico Bauaro Imp. 4. & Benedicto Papa 12. Anno domini 1340.

IOHANNES de Rupescissa, ordinis fratrum minorum, in diuinis scripturis admodū studiosus & eruditus, & secularis Philosophiæ non ignarus, nescio quo spiritu seductus (ne dicam inductus) desolationem Ecclesiæ catholicæ, & alia quædā terribilia prædicere quasi

quasi prophetæ exorsus, in carcerem à ministris sui ordinis coniectus est, & inuentus est spiritus mendax in ore eius. Scripsit in vinculis ad quendam cardinalem.

Reuelationes suas lib.1. *Reuerendissime in Christo.*
Super sententias quoq; lib.4. Et quædam alia
Claruit sub Ludouico Imperatore 4. Anno Domini 1340.

GERARDVS Episcopus Sauonensis, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini, patria Pergomensis, vir in diuinis scripturis valde eruditus, & in iure canonico nobiliter doctus, ingenio subtilis, & eloquio clarus, non minus vita quam doctrina insignis, cõposuit ad vtilitatem legentium non contemnenda opuscula, quibus ingenium vtiliter exercitans, nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus feruntur.

Super sententias lib.4. Quodlibeta duo. lib. 1.
In Cantica canticorum lib.1. *Alæ duæ Cherubin &c.*
In Epistolam ad Hebræos lib.1. In 6. Decre. de relig. do. lib.1.
Alia quoque multa dicitur opuscula scripsisse, quæ ad notitiam meam non venerunt.

In gymnasio Parisien. magistralem cathedram ascendit. Claruit sub Ludouico Imp. 4. Anno domini 1340.

THOMAS de Garbo, patria Florentinus, Dini quondam medici filius, vir in medicinis doctus & peritus, & in philosophorum disciplinis nobiliter instructus, vestigiis eruditissimi patris inhærens, edidit in sua facultate medicis non spernenda opuscula quibus nomen suum cum gloria ad posteros transmisit. E quibus extat valde notabilis.

Summa medicinæ lib.1.
Et quædam alia. Claruit temporibus Ludouici Bauari Imperat. Romanorum quarti. Anno domini 1340.

ALPHONSVS Episcopus Hispalensis, ordinis fratrum heremitarum S. Augustini vir tam in diuinis scrip. quam in secularibus literis multum eruditus, & inter Ecclesiasticos doctores suo tempore celeberrimus, ingenio & eloquio clarus. Edidit nonnulla magnæ authoritatis volumina, quibus nomen suum etiam posteris notificauit. E quibus ego tantum reperi opus subtile & insigne.

Super sententias, lib.4. De cæteris nihil percepi.
Claruit sub Ludouico Imp. 4. Anno domini 1340.

IOHANNES de Bachone, Anglicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in diuinis scripturis eruditiss. & tam in iure canonico quam in philosophia seculari egregie doctus, in gymnasio Parisien. non minus conuersatione quam scientia clarus effulsit, ac deinde in prouincialem Angliæ promotus, ordinem suo verbo & exemplo strenue gubernauit. Scripsit multa & insignia volumina, quibus nomen suum ad posteros transmisit. E quibus ista feruntur.

In Euangelium Matthæi, lib.1. In Euangelium Marci. lib.1.
In Euangelium Lucæ, lib.1. In Euangelium Iohannis, lib.1.
In Epistolas Pauli, lib.14. In actus apostolorum, lib.1.
In Epistolas canonicas, lib.7. In Apocalypsin, lib.1.
Super sententias, lib.4. Quodlibeta varia, lib.1.
Speculum ordinis sui, lib.1. *Filii sanctorum estis hu.*
Defensorium ordinis sui, lib.1. *Beatus Bernhardus in quo*
Contra Iudæos, lib.1. De paupertate Christi, lib.1.
In regulam sui ordinis, lib.1. Et alia multa.

Explanationes insuper edidit super libros beati Augustini de sancta trinitate, & de ciuitate Dei, & Anselmi, Cur Deus homo, & de incarnatione verbi in quib. omnibus ingeniũ suũ magnifice exercitauit. Claruit temporib. Caroli Imp. 4. & Clemẽtis Papæ 6. An. 1350.

IOHANNES Eligerus de Gondersleuen, natione Teutonicus, Iohannis de Saxonica clarissimi astronomi quondam auditor, vir in secularib. literis eruditissimus, philosophus & astronomus inter omnes sui temporis celeberrimus, ac diuinis scrip. sufficienter imbutus, ingenio subtilis & clarus eloquio. Scripsit in mathematica scientia non spernenda volumina, quibus nomen suum ad posteritatem transmisit. E quibus subiecta feruntur.

De compositione astrolabii, lib.1. *Rex astrorum Ptolome.*
De vtilitate astrolabii lib.1. *Zelo principale intelle.*
De vtilitate quadrantis, lib.1. *Vtilitates noui qua.*
De magnete quoque lib.2. *Tractaturus de magne.*
De astrogemetro lib.1. *Summa rorante nobis.*

Et alia plura. Claruit temporibus Caroli Imp. 4. & Clementis Papæ sexti. Anno domini 1350.

RVPERTVS natione Gallus, ordinis fratrũ beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in diuinis scrip. studiosus & eruditus, atq; in philosophia scholastica egregie doctus, ingenio clarus, sermone apertus. Edidit varia in scripturis sanctis opuscula, quibus ingenium suum magnifice exercitans, memoriam nominis sui etiam posteris notificauit. Erat autem prædicator verbi diuini egregius, & multa scripsit declamatoribus sermonum vtilia. De quibus ista feruntur.

Super sententias,	lib. 4.	In Epistolas Pauli,	lib. 14.
Sermones de tempore,	lib. 1.	Sermones de sanctis,	li. 1.

Alia insuper multa composuit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

CLEMENS Papa sextus, patria Lemouicensis, Petrus Rogerius ante vocatus, abbas Fiscanensis ordinis S. Benedicti. Sedit in cathedra Petri post Benedictum 12. annis decem, mensibus sex, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularium literarum non ignarus, iuris canonici doctor insignis, non minus conuersatione quam scientia venerandus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenii fuit. Edidit quædam præclara opuscula, quibus viuacitatem ingenii sui ostendit. E quibus feruntur.

Sermones varii,	lib. 1.	
In canonizatione Iuonis,	lib. 1.	*Exulta & lauda habi.*
In approbatione Caroli regis,	lib. 1.	*Salomon sedebit super.*
Collationes multæ	lib. 1.	
Epistolarum ad diuersos,	lib. 1.	

Et quædam alia. Moritur Auinione sepultus sub Carolo Imp. 4. Anno domini 1352. Indictione quinta.

GREGORIVS Ariminensis, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini prior generalis, vir in diuinis scripturis doctiss. & in philosophia scholastica multum eruditus, ingenio & eloquio clarus, in gymnasio Parisiẽsi magnam eruditionis suæ gloriã ab omnibus commeruit, quippe qui vita & doctrina celeberrimus effulsit. Scripsit non spernendæ lectionis opuscula, de quibus ista feruntur potiora.

Super sententias,	lib. 4.	In epistolas Pauli Apostoli,	lib. 14.

Et quædam alia. Claruit temporibus Caroli 4. Imperatoris, & Clementis Papæ sexti. Anno domini 1350.

PHILIPPVS de Pergamo prior monasterii sanctæ Mariæ de Auantia in Padua, ordinis sancti patris nostri Benedicti, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, ingenio præstans & clarus eloquio. Scripsit nonnulla doctrinæ sanæ opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus ego reperi tantum volumen magnum.

Super Ethicam Catonis.	lib. 1.	*Ad gloriam & laudem.*
Sermones etiam scripsisse dicitur.	lib. 1.	

Cætera quæ composuit ad notitiam nostræ lectionis minime venerunt.

IOHANNES de Beka, natione Teutonicus, clericus Ecclesiæ Traiectensis vir in scripturis sanctis admodum studiosus & doctus, & secularis philosophiæ nõ ignarus, edidit quædã ingenii sui non contemnenda opuscula, de quibus ego vidi tantũ opus simplici & aperto sermone conscriptum ad dominum Iohannem Episcopum Traiectensis Ecclesiæ, & Guilhelmum ducem Hollandiæ, de gestis pontificum Traiectensium, & comitũ Hollandinorum, quod à tempore sancti Willebrordi primi Episcopi vsq; ad annum domini 1346. deducens prænotari voluit.

Chronicam Traiecten. Ecclesiæ.	lib. 1.	*Igitur ab Anno plasma.*

De cæteris nihil vidi. Claruit temporibus Ludouici 4. & Caroli similiter 4. Imperatorum. Anno domini 1350.

FRANCISCVS Petrarcha, natione Ethruscus, vir in diuinis scripturis eruditus, & in secularibus literis omnium sui temporis longe doctissimus, philosophus, rhetor, & poeta celeberrimus, qui literas humanitatis post longa silentia mortuas (vt ita dixerim) ab inferis reuocauit ad superos, non minus sancta conuersatione quam scientia clarus emicuit. Amore nanq; Christi & philosophiæ salutaris vitam solitariam aggressus est, in qua vsque ad mortem meditando, orando & scribendo perseuerans, toto mundo eius fama ferebatur. De cuius opusculis reperi.

De vita solitaria	lib. 1.	*Paucos homines noui.*

Dere-

De remediis fortunæ.	lib.2.	*Cum res fortunasque.*	
In 7. psalmos pœnitentiales.	lib.1.	De conflictu curarum.	lib.1.
De præsenti mundo.	lib.1.	De historia Grisildis	lib.1.
Bucolicorum metrice.	lib.1.	*Monice tranquillo.*	
Epistolarum ad diuersos.	lib.8.	*Quid vero nunc agimus.*	
Africam ad Rupertum regem.	lib.1.	Vitam Scipionis Africani.	lib.1.
De rebus memorabilibus.	lib.1.	De pomeriis ad Sagemor	lib.1.

Alia quoq; multa edidit, quæ ad manus nostras minime venerunt. Moritur in heremitorio suo agri Patauini sub Carolo Imp. 4. & Gregorio Papa 11. Anno domini 1374. Indictione vero 12.

MICHAEL de Massa, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini, vir in diuinis scrip. studiosus, & eruditus, & veterum lectione diues, atque in secularibus literis nobiliter doctus, ingenio subtilis, eloquio clarus, & sermonum declamator egregius, vita quoque & conuersationis honestate insignis. Edidit multa præclara volumina ad ædificationem fidelium quibus nomen suum cum gloria transmisit ad notitiam posteritatis. E quibus subiecta feruntur.

Super sententias.	lib.4.	In Esaiam prophetam.	lib.1.
In Euangelium Matthæi.	lib.1.	In Euangelium Marci	lib.1.
In Euangelium Lucæ.	lib.1.	In Euangelium Iohannis.	lib.1.
De vita Christi.	lib.1.	De passione domini.	lib.1.
De quatuor virtutibus.	lib.1.	Sermones varii.	lib.1.

Et alia multa. In multos denique libros Bibliæ commentarios elegantes lucubrasse dicitur. Claruit temporibus Ludouici quarti, & Caroli similiter quarti Imperatorum, & Clementis Papæ sexti. Anno domini 1350.

RICHARDVS de Bury, Episcopus Dilmelmēsis, Eduardi Anglorū regis tertii cancellarius, ad quem Francisci Petrarchæ de insulâ Tile interrogantis extat Epistola, vir in diuinis scrip. studiosissimus & valde eruditus, atque in secularibus literis sufficienter instructus, librorum amator singularis & celeberrimus, multis expensis & laboribus in vniuersitate Oxonienſi insignem Bibliothecam fundauit, quam ad publicam vtilitatem ibi studentium incredibili studio instituit. Scripsit de amore librorum & institutione dictæ Bibliothecæ pulcherrimum tractatum, qui iam impressus est, quem græco sermone prænotauit.

Philobiblon	lib.1.	Thesaurus desiderabi.	
Epistolas plures.	lib.1.	Et quædam alia.	

Claruit sub Carolo imperatore quarto. Anno domini 1350.

IOHANNES Walsgrām, natione Anglus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in diuinis scripturis eruditus, & in seculari philosophia nobiliter doctus, ingenio subtilis & acutus, in gymnasio Parisiensi magistrali infula decoratus, legendo & disputādo celeberrimus effulsit. Scripsit quædam præclara volumina, quibus nomen suum notificauit. De quibus extat opus insigne.

Super sententias.	lib.4.	Quæstiones variæ.	lib.1.

Cætera quæ composuisse dicitur, ad notitiam meam adhuc non venerunt.

IOHANNES de Saxo, ordinis fratrum minorum, in scripturis diuinis eruditus, & tam in iure canonico quam in philosophia seculari nobiliter doctus ingenio subtilis, sermone scholasticus, in declamandis sermonibus ad populum prædicator egregius, & suo tempore valde famosus. Edidit non spernendæ lectionis quædam opuscula, quæ ad institutionem simplicium sacerdotum necessaria sunt. E quibus tantum reperi.

Summam iuris	lib.1.	Sermones de tempore	li.1.
Sermones de sanctis,	lib.1.		

Claruit temporibus Caroli Imperatoris quarti, & Clementis Papæ sexti. Anno domini 1350.

THOMAS de Argentina, natione Teutonicus, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini, post Gregorium Ariminensem, prior generalis, vir in scripturis sanctis doctissimus, & secularis philosophiæ cultor insignis, vita & honestate conuersationis clarus, qui ordinem suum verbo & exemplo mirifice sublimauit. Scripsit nonnulla in scripturis præclara volumina, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum gloria transmisit. E quibus extat luculentissimum opus.

Super sententias	lib.	*Dedit abyssus vocem.*

Consti-

Constitutiones ordinis sui lib.1. Et quædam alia.

Claruit sub Carolo Imperat.4. Anno domini 1350.

IOHANNES Brämart Aquensis,natione Teutonicus,ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, prior prouincialis inferioris Alemaniæ,vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus & secularis philosophiæ iuxta consuetudinem scholasticorum huius temporis enucleator celeberrimus,ingenio & eloquio clarus,in declamandis sermonibus ad populum doctor egregius. Scripsit pro vtilitate fidelium non spernenda opuscula,quibus ingenium suum exercitans, nominis sui memoriã ad posteros transmisit.De quibus extat.

Super sententias lib.4. Sermones varii lib.1.

Multa etiam alia scripsisse dicitur,quæ ad notitiam meam non venerunt.

HENRICVS de Erfordia, natione Teutonicus, in diuinis scripturis longo studio exercitatus, & non mediocriter eruditus, atque in secularibus literis egregie doctus,ingenio subtilis, & clarus eloquio.Scripsit ad ædificationem Ecclesiæ nonnulla volumina quibus nomen suum & famam multis notificauit. E quibus fertur opus Historiarum.

De factis memorabilibus. lib.1.

Et quædam alia.

Claruit temporibus Caroli Imperatoris quarti, & Clementis Papæ sexti. Anno Domini.1350.

IOHANNES de Erfordia,natione Teutonicus,patria Thuringus,ordinis fratrum minorum,doctor in diuinis scripturis illuminatus & peritus, & tam in vtroque iure quam in seculari philosophia nobiliter & egregie doctus.Edidit magnæ authoritatis plura opuscula, in quibus vim ingenii sui præstantissimi etiam posteritati ostendit. E quibus ego vidi tantum volumen magnum quod prænotauit.

Tabulam iuris, lib.1. *Quoniam vt scriptum est 12.*

Summam de casibus, lib.1. *Rogatus à fratribus quod.*

De aliis nihil vidi. Fertur autem elegantes composuisse sermones, sed ad me non venerunt.

IOHANNES Tacesphale, natione Anglicus,ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli,doctor diuinarum scripturarum eruditus, & secularium literarum non ignarus,ingenio subtilis,sermone compositus,declamator sermonum omniũ suo tempore celeberrimus. Edidit non contemnendæ lectionis opuscula, quibus ingenium vtiliter exercitans nomen suum ad notitiam posteritatis cum laude transmisit. E quibus subiecta feruntur.

Super sententias lib.4. In Apocalypsim Iohannis lib.1.

Sermones de tempore, lib.1. Sermones de sanctis lib.1.

Et quædam alia.

Claruit in conuentu suo Norwicensi, vbi sepultus in pace quiescit.

RVPERTVS Holkoth, natione Anglicus,ordinis fratrum prædicatorum vir in diuinis scripturis eruditissimus, & secularium literarum non ignarus, ingenio præstans,& clarus eloquio,declamator quoque sermonum egregius.Scripsit multa præclara opuscula,quibus nomen suum posteris notificauit. E quibus ista feruntur.

Super sententias lib.4. *Vtrum quilibet viator.*

In librum sapientiæ lib.1. *Dominus petra mea & ro.*

De septem peccatis mortalibus, lib.1. *Hæc est via ambulate.*

Moralizationes, lib.1. *Theodosius de vita.*

De immortalitate animæ lib.1. In Cantica canticorum lib.1.

In Ecclesiasticum imperfecte lib.1. Et alia plura.

Moritur ex peste, posteaquam lecturam super librum Ecclesiastici inchoauerat sub Carolo Imperatore quarto, & Clemente Papa sexto. Anno domini 1346. Indictione secunda.

NICOLAVS Dorhin,natione Anglicus,ordinis fratrum beatissimæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in diuinis scripturis eruditus, & in seculari philosophia egregie doctus, qui in vniuersitate Oxonien legendo & disputando magnas ab omnibus laudes commeruit. Scripsit non spernendæ lectionis opuscula, quibus ingenii sui viuacissimi venam omnifariam locupletem ostendit. E quibus extant.

Super sententias lib.4. Determinationes quæstionum, lib.1.

Et quædam alia. Claruit in gymnasio Oxonien.& varia multaq; conscripsit volumina.

PAV-

PAVLVS de Perusio, vtriusq; iuris professor & celeberrimus interpres, atque in aliis literis humanitatis egregie doctus, græco & latino ad perfectum instructus eloquio, custos & magister Bibiothecæ Ruperti regis Siciliæ doctissimi & studiosissimi principis multo tempore fuit. Scripsit quædam præclara opuscula, quibus nomen suum notificauit posteritati. E quibus extat volumen insigne, in quo multa sunt & iocunda & vtilia de diis gentilium & aliorum, quod prænotauit.

Collectionum. lib. 1. Et quædam alia.

Claruit temporibus Caroli Imp. 4 Anno domini 1350.

BONOMINVS natione Permonensis, ex Clusono oppido natus, medicus doctus & omnium suo tempore facile peritissimus, atque in cæteris philosophiæ disciplinis non mediocriter eruditus, in medendis corporibus humanis expertissimus. Scripsit in ea facultate non spernenda opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum gloria transmisit. Sed ego nihil eorum vidisse me memini. Fertur autem eius.

De venenis. lib. 1. Quæstionum diuersarum. lib. 1.

Et quædam alia. Claruit temporibus Caroli Imp. 4. & Clementis Papæ 6. An. Dn. 1350.

TILMANNVS Aquensis, natione Teutonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, sacrarum literarum insignis professor, ingenio præstans & declamator egregius, atque in philosophia seculari quam Aristotelicam appellant satis admodum eruditus, scripsit ad vtilitatem legentium non contemnenda syntagmata, quibus famam nominis sui ad longinquos destinauit. E quibus fertur lectura vna singulariter notabilis, quam Coloniæ legit publice.

In Euangelium Matthæi. lib. 1. Super sententias quoq;. lib. 4.

Sermones etiam & varios in Bibliam commentarios composuisse dicitur. De quibus cum sim incertus, nihil certi possum iudicare.

BARTHOLVS de Saxo Ferrato, Cini & Iacobi Botliigarii doctorum quõdam auditor & discipulus, iureconsultus celeberrimus, cui in ea facultate similem priora secula non habuerunt, ingenio subtilis & acutus, eloquio comptus & disertus. Edidit quædam præclara volumina maxime in legibus, quæ quantę authoritatis hodie sint apud Iuristas, nemo vel tenuiter doctus & expertus qui ignorat. E quibus feruntur commentaria insignia iuris ciuilis subiecta.

Super Codice. lib. 9. Super. ff. veteri. lib. 24.
Super. ff. nouo. li. 12. Super. ff. Infortiati. lib. 14.
Super institutis lib. 4. Tyberiadis quoque lib. 1.
Consiliorum etiam. lib. 1. De Guelphis & Gibellinis lib. 1.

Et alia multa. Claruit sub Carolo Imp. 4. & Innocentio Papa 6. Anno domini 1355 Indictione 8. ætatis suæ vero anno 56.

PETRVS Thomas, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, primum Episcopus Pacensis, deinde Cretensis Archiepiscopus, nouissime vero patriarcha Constantinopolitanus, vir in diuinis scrip. eruditissimus, vita & conuersatione sanctissimus, quippe qui viuus & mortuus, signis & miraculis multis legitur coruscasse, in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenii fuit. Scripsit quædam præclara volumina, de quibus ista feruntur.

Super sententias. lib. 4. Sermones quoq; varii. li. 2.

Et quædam similia.

Claruit temporibus Caroli imperatoris quarti, & Clementis Papæ sexti. Anno domini 1350. Et in Cypro sepultus.

BARTHOLOMÆVS ordinis fratrum minorum sancti Francisci natione Anglicus, vir in diuinis scripturis studiosissimus, & non infime doctus, atque in secularibus literis sufficienter imbutus, nec minus religiosa conuersatione quam scientia insignis. Edidit non spernendæ authoritatis opuscula, quorum lectio simplicioribus fratribus necessaria iudicatur. E quibus ego reperi tantum volumen quod prænotauit.

De proprietatibus rerum. li. 19. *Cum proprietates rerum.*

Sermones varios. lib. 1.

Alia quoque multa scripsisse dicitur, sed ad manus nostras minime venerunt.

PETRVS Boherius abbas sancti Auiani, ordinis diui patris Benedicti, iureconsultus & sacrarum scripturarum cultor egregius, ingenio subtilis, eloquio clarus, monasticæ disciplinæ moderator celebertimus. Edidit pro fratrum suorum ædificatione nonnulla opuscula, quibus nomen suum ad posteros transmisit. E quibus reperi tantum.

In regulam sancti Benedicti. lib.1. In speculum monachorum. lib.1.
De signis locutionum. lib.1. De cæteris nihil vidi.

Qui cum esset decretorum doctor celeberrimus, regulam sancti patris Benedicti, nouo & inusitato expositionis genere commentatus est, omnia illius non solum capitula, sententias & dogmata, sed etiam quod amplioris industriæ est, verba, consilia & præcepta, iuri pontificio conferens, mirabili subtilitate canonibus patrum approbauit. Claruit temporibus Caroli Imp. 4. & Innocentii Papæ 6. Anno domini 1360.

Iacobvs de Altauilla, natione Teutonicus, patria Rinaugiensis, diœcesis Moguntin. sacrarum literarum professor doctiss. & in seculari philosophia nobiliter eruditus, ingenio subtilis, sermone scholasticus. Edidit nonnulla in diuinis scrip. insignia opuscula, quibus nomen suum ad posteritatis notitiam destinauit. E quibus ego videre hucusq; duntaxat merui volumen insigne.

Super sententias, lib.4. Quæstiones quoq; varias, lib.1.

Claruit temporibus Caroli Imperatoris quarti, & Innocentii Papæ sexti. Anno domini 1360.

Iohannes de Imenhusen, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularium literarum non ignarus, ingenio promptus, scientia cautus, & sermone scholasticus, non minus exemplo quam verbo doctor insignis. Scripsit non spernendæ lectionis quædam præclara volumina, quibus magnifice suum exercitans ingeniũ, etiam nominis sui memoriam posteris notificauit. E quibus reperi tantum.

Super sententias, lib.4. Sermones elegantes, lib.1.

De aliis nihil vidi. Claruit sub Carolo Imp. 4. Anno 1360.

Petrvs Berthorii, natione Gallus, patria Pictauiensis, prior monasterii S. Eligii Parisiensis, ordinis diui patris Benedicti, vir in diuinis scrip. studiosiss. & valde eruditus, atque in secularibus literis egregie doctus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenii, philosophus, historiologus, & cosmographus insignis. Scripsit multa præclara volumina, quibus nomen suum ad posteritatis notitiam cum gloria transmisit. E quibus ista feruntur. Ad Iohannem de Pratis Episcopum Penestrinum sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ cardinalem, scripsit magnũ & egregium opus, quod in tribus voluminibus iam impressum est, prædicatoribus simplicioribus non inutile, quod Dictionarium appellant, sed ipse illud prænotari voluit.

Repertorium morale lib.3. *Reuerendo Christo pa.*
Reductorium quoq; morale lib.4. *Videte quoniam non solum in.*
Inductorium morale lib.3.
Breuiarium historiarum Bibliæ, lib.1. *Considerans historiæ.*
Cosmographiam scripsit, lib.1. Sermones varios, lib.1.

Et alia multa. Deniq; ad instantiam Iohannis regis Franciæ, Titum Liuium in Gallicam linguam conuertit. Et notandum quod trium operum moralium, quæ primo consignauimus loco, vnum quod tribus magnis voluminibus cõstat, quorum reductorii moralis vna pars omnes libros Bibliæ historiales moraliter complectens impressa est, & incipit à Genesi sic: Deus in mundi creatione &c. Feruntur eius ad diuersos Epistolæ, & parui, sed multi tractatus. Claruit temporibus Caroli Imper. 4. & Innocentii Papæ 6. Anno domini 1360.

Iohannes de Tambach, natione Teutonicus, ordinis fratrum prædicatorũ vir in diuinis scrip. multum exercitatus & doctus, secularis quoq; philosophiæ non ignarus, ingenio præstans, & eloquio & scholastico nitore compositus, edidit quædam non spernenda volumina, quibus nomen suum posteris notificauit. E quibus ego reperi tantum subiecta. Opus grande & non abiiciendum contra sæuientis aduersæ fortunæ iacula, non minus vtile quam iocundum, quod prænotari voluit.

Consolationem Theologiæ li. 15. *Quæcunque scripta sunt.*
De sensibilibus delitiis paradisi lib.1. *In deliciis paradisi Dei.*
Sermones edidit, lib.1. Et quædam alia.

Claruit sub Carolo Imp. Anno domini 1350.

Leonardvs de Chifano, ordinis fratrum minorum S. Francisci, quartus & vicesimus minister generalis, ac deinde Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis, vir in diuinis scriptu. doctiss. & in seculari philosophia valde peritus, ingenio subtilis & clarus eloquio. Fertur multa ingenii sui monimenta reliquisse, de quibus ego pauciss̃ima reperi.

Super sententias, lib.4. In Cantica canticorum, lib.1.

Sum-

Summam notabilem, lib.1. Sermones varios, lib.1.
Claruit sub Carolo Imp.4. Anno domini 1370.

IOHANNES Balistarii, patria Cathalanus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, decimus & septimus prior generalis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, qui ordinem suum opere & sermone annis sedecim strenue gubernauit. Ingenii sui præclara monimenta composuit. E quibus feruntur.

Super sententias, lib.4. De bello militantis Ecclesiæ, lib.1.
Sermones varii, lib 1. Et quædam alia.

Opus insigne præfatum de bello forti militantis Ecclesiæ & Antichristi ipsam impugnantis, Gregorio Papæ 11. dicatum transmisit. Moritur temporibus Caroli Imperat.4. & Gregorii Papæ 11. Anno 1374. Indict. 12. In conuentu suo Maioricarum.

IOHANNES Bocatius de Certaldo, natione Italus, patria Florentinus vir in secularibus literis omnium sui temporis facile doctiss. & diuinarum scripturarum non ignarus, poeta, philosophus, & astronomus celeberrimus ingenio subtilis, eloquio disertus. Edidit multa præclara volumina, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis duxit, de quibus subiecta feruntur. Ad Ropertum regem Siciliæ.

De genealogia deorum lib.14. *Si satis ex relatis domini.*
De illustribus viris, lib.1. *Exquirenti mihi quem.*
De claris mulieribus lib.1. *Pridie mulierum egre.*
De hæresibus Bohœmorum lib.1. De victoriis Sigismundi. lib.1.
De bellis imperatorum lib.1.
De montibus lib.1. *Surrexeram quidem fessus.*
De fontibus. lib.1. *Postquam de montibus &.*
De fluminibus. lib.1. *Figmento poetico tra.*
De bellis Florentinorum. lib.1. De rebellione terrarum Ecclesiæ. li.1.
De victoria Tartarorum. lib.1.
De stagnis & paludibus lib.1. *Eisi nonnunquam è stagnis.*
De nominibus maris. lib.1. *Modica laboris assum.*
Bucolicorum. lib.1. *Tyndare non satis fue.*
De Constantinopoli capta. lib.1. Epistolarum ad diuersos. lib 1.

Et alia multa. Vernacula autem lingua multi eius extant libri, iocis & vanitatibus pleni, sicut liber Centum nouorum, Corbatius & Philostratus. Moritur sub Carolo imperatore quarto, & Gregorio Papa 11. Anno domini 1375. Indictione 13. ætatis suæ 62.

IOHANNES Hildenshemensis natione Teutonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semp virginis de monte Carmeli, in scrip. sanctis eruditus, & in secularibus literis nobiliter doctus, theologus, philosophus & poeta insignis, in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenii fuit. Hic beati. Petri Thomæ generalis, viri sanctissimi cuius supra fecimus mentionem, in Auinione olim familiaris & deuotus minister fuit. Scripsit metro & prosa multa præclara opuscula, quibus nomen suum cum gloria transmisit ad posteros. E quibus subiecta feruntur. Ad Florentinum Episcopum Monasterienſem edidit prolixum volumen.

De tribus sanctis regibus lib.1. *Cum venerandissimorum.*
Chronicam historiarum. lib.1. Defensorium sui ordinis. lib.1.
De monstris in Ecclesia. lib.1. De fonte vitæ. lib.1.
De Antichristo lib.1. Contra Iudæos lib.1.
In turpia pingentem lib.1. Epistolarum octoginta. lib.1.
Sermones varios lib.1. Et quædam alia.

Claruit temporibus Caroli Imp.4. Anno domini 1370.

IOHANNES Maronis natione Anglicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in seculari philosophia subtiliter doctus, ingenio præstans, & disputator quæstionum scholasticarum egregius. Composuit quædam ingenium suum commendatia clara opuscula, quibus nomen suum etiam posteris notificauit. E quibus fertur opus insigne quod prænotauit.

Tabulam originalium, lib.1. Contra Wicleffitas. lib.1.
Et quædam alia.

Claruit in gymnasio Oxonienſi, vbi docendo, disputando, & scribendo magnam ab omnibus laudem commeruit, eo ferme tempore quo errores Iohannis Wicleffi per Archiepiscopum Cantuarienſem condemnati sunt.

IOHANNES Golein, patria Normannus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, prior conuentus Rothomagensis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, atq; in secularibus litetis sufficienter doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio. Scripsit non contemnendæ authoritatis opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus extat opus insigne.

Super sententias lib. 4.
Super officio missæ lib. 1. *Cantate domino canticum.*
Quæstiones variæ Alia insuper nonnulla edidit, quæ ad manus nostras minime venerunt.

HENRICVS de Dolendorp, ordinis fratrũ beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in diuinis scripturis longa exercitatione doctus, & disciplinis mundanæ philosophiæ quam Aristotelicam vocant ad perfectum instructus, ingenio acutus, & ad disputandas enodandasque quæstiones scholasticas peridoneus. Scripsit ad instructionem legentium quædam præclara volumina. E quibus ego reperi tantum.

Super sententias lib. 4. De cæteris nihil reperi.

Claruit temporibus Caroli Imperatoris quarti, & Vrbani Papę quinti. Anno domini 1370.

GALLVS abbas monasterii Aulæ regiæ in Boœmia, ordinis (vt ferũt) Cistertiensiũ, natione Germanus, vir in diuinis scripturis longa exercitatione peritus, & veterum lectione diues, diuinarum rerum contemplator egregius, ingenio subtilis, eloquio apertus & compositus, conuersatione vitæ regularis quoque insignis, edidit ad fratrum suorum ædificationem quædam præclara volumina, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis destinauit. E quibus extat dialogus inter patrem & filium magnus & insignis quem prænotauit.

Malogranatum lib. 3. *Fili accedens ad serui.*
Sermones ad fratres. lib. 1.

Huius voluminis Malogranati magnus hodie est vsus apud religiosos & vere deuotos, quia conueniens est incipientibus, proficientibus & perfectis.

RICHARDVS archiepiscopus Ardmacensis & primas Hyberniæ, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularis philosophiæ iurisque canonici non ignarus, ingenio clarus, sermone scholasticus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis industriæ. Scripsit ingenii sui nonnulla opuscula, quibus nomen suum ad posteros transmisit. Hic cum aliquando de materia mendicitatis prædicaret populo, nouem conclusiones protulit, quibus offensi fratres ordinum mendicantium, ad sedem Apostolicam coram plebe appellauerunt. Comparentibus ergo tam Archiepiscopo quam fratribus in Auinione coram Papa Innocentio sexto, & cardinalibus anno domini 1357. Octaua mensis Nouembris. Richardus Archiepiscopus publice protulit, legit, & pronuntiat earundem.

Propositionum suarum lib. 1. *Nolite iudicare secundum.*
Sermones etiam scripsit lib. 1. Quæstiones sententiarum lib. 1.
Et quædam alia.

Claruit temporibus Caroli Imperatoris quarti, & Innocentii Papæ sexti. Anno domini 1370.

MATTHÆVS de Cracouia, natione Polonus, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularis philosophiæ nõ ignarus, ingenio promptus, eloquio scholasticus, qui in gymnasio Pragensi magistrali cathedra sublimatus, magnam ab omnibus doctrinæ suæ laudem commeruit. Scripsit multa præclara opuscula, de quibus tamen pauca ad manus nostras peruenerunt. Vidi eius ad Henricum Episcopũ Warmiensis Ecclesiæ non abiiciendum opus de prædestinatione, & quod Deus omnia bene fecerit, cuius dialogi interlocutores sunt pater & filius, quem prænotauit.

Rationale diuinorum operum lib. 7. *Vellem declarari quo.*
De contractibus quoq; lib. 1. *De translatione rerum tempora.*
De celebratione missæ lib. 1. Ad Episcopum Warmien. li. 1.
Epistolarum ad diuersos lib. 1. Sermones & collationes.

Claruit primo in studio Pragensi, inde cum pelleretur cum aliis Teutonibus ab Hussitis ad tempus in Parisien. gymnasio literas docuit.

IOHANNES Fust natione Teutonicus ex oppido Crutzẽnach, in comitatu Spanhemensi oriundus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, prior Argentinensis, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularium literarũ non ignarus,

rus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenii. Scripsit ad instructionem simplicium prædicatorum cum adhuc lector esset in cõuentu Crutzennacensi non spernenda opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus vidi tantum.

Sermones de tempore	lib.1.	Sermones de sanctis	lib.1.
Sermones feriales per quadragesimam.	lib.1.		

De cæteris autem quæ composuit, ad manus nostras nihil vsquam peruenit. Claruisse perhibetur Crutzennachi circa tempora Caroli Imperatoris quarti. Cuius sermones dicti Fustgin in conuentu Crutzennacen. originales habentur.

GERARDVS magnus Dauentriensis, natione Teutonicus, diœcesis Traiectensis, virtam in diuinis scripturis, quam in iure canonico egregie doctus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, qui domum fratrum quos de communi vita nuncupant, Dauentriæ primus instituit. Scripsit non spernendæ lectionis plura opuscula, quibus ingenium suum exercitans nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. Erat enim non solum doctrina, sed etiam vita religiosa & laudabili conuersatione in tota Germania nominatus. De cuius opusculis ista feruntur.

De contractibus & vsuris	lib.1.	De institutione nouitiorum	lib.1.
De locatione curæ pastoralis	lib.1.	Quæritur an quis possit?	
De conuersatione interna,	lib.1.	De regimine monialium	lib.1.
De incommoditatibus matrimonii,	lib.1.	Epistolarum ad diuersos.	lib.1.
Sermones varii	lib.1.	Et alia multa.	

Moritur sub Wenceslao Imperatore, & Vrbano Papa 6. Anno domini 1384. Indictione 7. Ætatis suæ 44. anno.

GVILHELMVS Calisfordiensis, natione Anglicus, ordinis fratrum beatissimæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, in diuinis scripturis eruditissimus, & secularis philosophiæ cultor egregius, in declamandis sermonibus ad populum excellentis & validi ingenii. Scripsit prædicatoribus diuini verbi non spernenda opuscula, quibus nomen suum multis reddidit cognitum. De quibus extant, notabilis.

Lectura quædam	lib.1.	Sermones de tempore	lib.1.
Sermones de sanctis	lib.1.		

Claruit in gymnasio Canthaberiensi in Anglia, vbi scribendo, docendo, & disputando, magnam eruditionis suæ gloriam comparauit.

FRANCISCVS Martini, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, natione Cathalanus, vir in diuinis scriptis eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, ingenio subtilis, & declamator egregius. Edidit præclarum & multa diligentia instructum volumen de sancta & purissima conceptione glorioſę Dei genitricis & virginii Mariæ, quod prænotauit.

Compendium.

Et quædam alia. Claruit in conuentu Barchinonensi, vbi præfatum aureum opus se compilasse in eius capite fatetur temporibus Wenceslai Imperat. & Bonifacii Papæ noni. Anno domini 1390.

IACOBVS de Lusanna ordinis fratrum prædicatorum S. Dominici, & cuiusdã vrbis (vt ferunt) Episc. vir in diuinis scrip. studiosiss. & longa exercitatione peritus, ingenio promptus, sermone scholasticus, in declamandis sermonibus ad populum satis egregius. Scripsit non contemnendæ vtilitatis opuscula, quibus nomen suum posteris notificauit. E quibus feruntur.

In Genesim	lib.1.	*In principio creauit de.*	
In Exodum	lib.1.	*Veniam ad te &c.*	
In Leuiticum.	lib.1.	In librum numeri,	lib.1.
In Deuteronomium	lib.1.		
Sermones de tempore	lib.1.	*Sicut in die honestate.*	
Sermones de sanctis,	lib.1.	*Christo confixus sum.*	
Sermones quadragesimales	lib.1.		

Alia insuper multa edidit, lecturas in sacris codicibus, collationes, determinationes, variosq; tractatus, qui ad manus nostras non venerunt.

CONRADVS de Altzeya oppido, Moguntinensis diœcesis in Palatinatu, tribus millibus à Wormacia distante, natione Teutonicus, vir in diuinis scrip. eruditus, & in secularibus literis egregie doctus, philosophus, poeta, & mathematicus suo tempore inter

Germanos celeberrimus, ingenio subtilis, & clarus eloquio, carmine excellens & prosa. Scripsit vtroque stylo quædam præclara opuscula, quibus nomen suum notificauit. E quibus extat volumen versibus & rhithmis pulchra varietate depictum, de sanctissima & purissima Dei genitrice Maria, & redemptione generis humani prænotatum.

Figurarum opus, lib.1. Epistolarum ad diuersos, lib.1.
Carminum quoq;, lib.1. Et alia multa.

Claruit circa tempora Caroli quarti Imperatoris. Anno domini 1370.

Stephanus Petringon. natione Anglicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, ingenio subtilis, & disputator acutissimus, atque in declamandis sermonibus ad populum valde clarus, edidit nõ spernenda opuscula, quibus nomen suum ad multorum notitiam deduxit. E quibus sunt.

Contra Wicleffitas, lib.1. Repertorium argumentorum, li.1.
Lectura quædam notabilis, lib.1. Sermones de tempore, lib.1.
Sermones de sanctis, lib.1. Et alia non pauca.

Claruit in vniuersitate Oxonien. eo tempore quo Iohan. Wicleff exustus est.

Beertamvs Episcopus Thefelicensis, ordinis fratrum prædicatorum, natione Teutonicus Metensis Episcopi in ponficialibus vicarius, vir in diuinis scrip. eruditus & inter doctores sui temporis famosissimus, ingenio præstans & clarus eloquio, declamator quoq; sermonum egregius. Scripsit ad Cunonem Archiepiscopum Treuerensem insigne opus prænotatum.

De illusionibus dæmonum lib.1. *Reuerendissimo in Christo.*
Ad eundem de schismate, lib.1. *Gloriam sapientes posti.*
Sermones varios, lib.1. Et alia plura.

Moritur sub Wenceslao Imperatore, & Vrbano Papa 6. Anno domini 1387. 13. Cal. Februarii. Indict. 10. Sepultus in conuentu suo Confluentino.

Thomas Lombe, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, natione Anglicus, vir in scrip. sanctis longa exercitatione & continuo studio doctus, & philosophorum præceptis probe instructus, subtilis & acer ingenio, qui in gymnasio Oxonien. magistralem adeptus cathedram eruditionis suæ laudes ingentes commeruit. Scripsit egregium opus.

Super sententias, lib.4. Contra Lollardos, lib.1.
De incarnatione domini, lib.1. Sermones quoq;, lib.1.
Et varias quæstiones. Et quædam alia.

Claruit in vniuersitate Oxonien. eo potissimum tempore quo Iohannes Wicleffus in Anglia exhumatus & publice combustus est.

Philippvs Riboti, natione Cathalanus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, & prior prouincialis Cathalaniæ, vir in scrip. sanctis studiosus & eruditus, & secularium literarum nõ ignarus, vita & conuersatione quoq; venerabilis, ordinisq; Carmelitani amator & custos egregius. Scripsit pro ædificatione fratrum suorum non contemnenda opuscula, quibus zeli spiritalis feruorem erga religionem suam ostendens, etiam posteris nominis sui memoriam commendauit. E quibus extat volumen non abiiciendum de ordinis sui prima institutione, dilatatione & confirmatione, quod prænotauit de gestis.

Carmelitarum peculiaribus lib.10. *Cum populum Israelitici.*
De illustribus viris car. lib.1. Sermones & Epistolæ.

Alia insuper plura composuit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

Nicolavs Ritzonis, patria Tholosanus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, & prior prouincialis in regno Siciliæ, vir doctus, vita & conuersatione præclarus, & declamator sermonum egregius, ingenio subtilis sermone luculentus, & edidit nonnulla in scrip opuscula, quorum lectione prædicatoribus verbi non erit contemnenda, de quibus feruntur.

Sermones de tempore, lib.1. Sermones de sanctis, lib.1.
Quadragesimale duplex, lib.2.

De cæteris quæ composuit, ad notitiam meam adhuc nihil peruenit.

Henricvs de Kalkar, natione Teutonicus, ordinis Carthusiensis, & prior dominus S. Barbaræ in Colonia Agrippina, vir in diuinis scrip. illuminatum habens ingenium, secularium quoque literarum non ignarus, vita & conuersatione spectabilis, edidit non

non spernendæ lectionis opuscula. quorum vsus religiosis & deuotis fratribus admodum vtilis iudicatur. E quibus ista feruntur.

Exercitatorium monachale, lib.1. Loquagium de rhetorica, lib.1.
Cantuagium de musica, lib.1. De ortu ordinis sui, lib.1.

Et quædam alia, ad purgationem conscientiarum maxime pertinentia. Claruit sub Wenceslao Imp. Anno domini 1390.

RICHARDVS Maydescon. ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, natione Anglicus, vir in diuinis scripturis eruditiss. & in philosophia seculari (quã Aristotelicam vocant) egregie doctus, ingenio clarus, sermone scholasticus, & declamator insignis. Scripsit multa commendanda opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus ego reperi.

Contra Lolhardos Wicleff. lib.1. Sermones de tempore, lib.1.
Sermones de sanctis, lib.1. Cætera me latent.

Claruit in gymnasio Oxonien. eo potissimum tempore, quo hæresis Iohannis Wicleffi pullulare incepit in Anglia, & varia scripsit.

MARSILIVS de Ingen, natione Anglicus vir in diuinis scrip. eruditiss. & in seculari philosophia nobilissime doctus, primus Heydelbergensis gymnasii plantator, quod Rupertus dux Bauariæ ac comes Palatinus Rheni instituens, magnifice dotauit, & Vrbanus Papa sextus instar Parisiorum confirmauit, canonicus etiam (vt Wimphelingius testatur) & thesaurarius Ecclesiæ S. Andreæ Colon. Edidit non spernenda opuscula, quibus nomen suum posteris notificauit. E quibus in bibliotheca Heydelbergen. hodie manu sua scripta habentur.

Quæstiones sententiarum, lib.4. Dialectica notabilis, lib.1.
Commentariorum in Aristotelem, lib. plures. Et quædam alia.

Moritur sub Wenceslao Imp. & Bonifacio Papa nono. Anno domini 1394. 13. Calend. Septemb. Indictione secunda. Heydelbergę sepultus in Ecclesia S. Petri. Sunt qui scribant eum Germanum fuisse, quibus ego liberum concedo iudicium. Constat autem quod de gymnasio Parisien. Heydelbergam fuerit euocatus pro vniuersitatis initio.

IOHANNES monachus Castellen. cœnobii, in diœcesi Eystetensi, ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus, vir in diuinis scrip. studiosus, & eruditus, ac secularium literarum non ignarus, ingenio excellens & disertus eloquio, Theologus, philosophus & rhetor insignis. Scripsit multa & præclara volumina, quibus nomen suum ad posteritatis notitiam transmisit. E quibus ego reperi duntaxat, opus magnum & clarissimum in duobus voluminibus partitum, quod ingenti & commendabili studio edidit.

Super regulam S. Benedicti, lib.2. Breuiarum Bibliæ, lib.1.
Sermones de tempore lib.2. Sermones de sanctis, lib.1.
De passione domini sermones, 43. lib.1. Epistolarum ad diuersos, lib.1.

Alia insuper multa edididit, quæ ad notitiam meam adhuc non venerunt.

CONRADVS de monte Puellarum, natione Teutonicus, Ratisponensis Ecclesiæ canonicus, vir in diuinis scripturis eruditus, & in seculari philosophia doctiss. ingenio subtilis & clarus eloquio. Primo in gymnasio Erfordiensi rudimenta liberalium artium hauriens, se deinde ad vniuersitatẽ Parisiensem contulit, vbi philosophiam & sacras literas publice per octennium scholaribus lectitans, doctoratus infulam consequutus est. Scripsit ad dominum Lupoldum Episcopum Bambergensem grande & nobile opus, quod prænotauit secundum Græcos.

Iconomicam lib.3. Omnes moralis philoso.
Monasticam ad ducem Austriæ, lib.1. Politicam quoq;, lib.1.
Quæstiones varias, lib.1.
Et alia multa.

Claruit temporibus Wenceslai Imp. & Vrbani Papæ 6. Anno domini 1390.

HENRICVS Boyc, natione Brito, ex diœcesi Leonensi, sicut in principio sui operis super decretalibus testatur, vir in iure canonico eruditissimus, & in philosophia scholastica nobiliter doctus, ingenio præstans & clarus eloquio, diffusus & copiosus sententia. Scripsit in ea facultate non spernenda volumina, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus subiecta feruntur.

Super decretalibus lib.5. *Venerabilibus & dil.*
Super 6. decretalium, lib.1. Super Clementinis, lib.1.

Fertur etiam commentarios in Decretis edidisse, aliosque de diuersis materiis varios tractatus, qui ad manus nostras minime venerunt.

IOHANNES Rusbrock, prior canonicorum regularium Viridis vallis in Brabantia, Cameracensis diœcesis, natione Teutonicus, vir (vt ferunt) deuotus, sed parum literatus. Scripsit patrio sermone ad ædificationem simplicium quædam opuscula, quæ per alium post eius mortem in latinum conuersa, in certis optima, in quibusdam vero a doctoribus feruntur esse erronea. Et de his Iohan. de Gerson cancellarius Parisiensis auisamenta composuit. E quibus ista feruntur.

De ornatu nuptiarum spiritualium	lib. 3.	*Ecce sponsus venit, ex.*	
De profectu religiosorum	lib. 1.	Epistolas exhortatorias,	lib. 1.

Et quædam alia. Claruit temporibus Wenceslai Imp. & Bonifacii Papæ 9. Anno domini 1390.

IOHANNES Schodehouen. natione Teutonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, prior Mechilinienſis, vir in diuinis scrip. studiosus & eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenii. Scripsit ad vtilitatem prædicatorum verbi Dei non spernenda volumina. De quibus extant subiecta. Opus insigne de vitiis & virtutibus & omni materia prædicabili secundum ordinem alphabeti in duobus voluminibus, quod prænotauit.

Polipodium	lib. 2.	*Abscondunt se multi.*
Sermones varii,	lib. 2.	

Alia etiam nonnulla edidit, quæ ad manus nostras minime venerunt.

MICHAEL Angrianus Bononiensis, natione Italus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in diuinis scrip. eruditiss. & in seculari philosophia, ac iure canonico nobiliter doctus quem Vrbanus Papa sextus primo vicarium totius ordinis instituit, & electus demum in generalem. Anno domini 1381. ordinem rexit sub obedientia Vrbani Papæ nouem annis. Scripsit multa præclara volumina. E quibus ista feruntur. Ad Cardinalem Sanctæ Mariæ Transtyberim insigne opus & præclarum.

De conceptione S. Mariæ,	lib. 1.	Super toto psalterio,	lib. 5.
Super sententias,	lib. 4.	Quæstiones sententiarum,	li. 1.
Tabula sententiarum,	lib. 1.	In Euangelium Matthæi,	lib. 1.
In Euangelium Lucæ	lib. 1.	Erant ambo &c. Isido.	
Tabula moralium Gregorii,	lib. 1.	Tabula Decreti,	lib. 1.
Quadragesimale,	lib. 1.	Dictionarium incepit,	lib. 5.
In Valerium Maximum,	lib. 1.	In Ethicam Aristotelis,	li. 1.

Et quædam alia. Morte præuentus hoc diuinum opus noui dictionarii nō perfecit, sed ab a vsque ad c inclusiue in tribus voluminibus tantum perduxit. Moritur vltimo anno Wenceslai Imp. sub Bonifacio Papa nono. Anno domini 1416. Calend. Decemb. Indictione octaua. Et ante maius altare sui conuentus Bononiensis honorifice sepultus, in pace Christi quiescit.

PHILIPPVS Ferrariensis Tholosanus, Episcopus Pacensis Ecclesiæ in Hispania, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in diuinis scripturis eruditus, & declamator sermonum egregius, ingenio promptus & clarus eloquio, in regno Siciliæ olim prædicans, multos ab iniquitate conuertit, & eruditionis suæ fructus magnos Deo protulit. Scripsit elegantes.

Sermones de tempore,	lib. 1.	Sermones de sanctis,	lib. 1.

Et quædam alia.

Sunt qui scribant eum ad cardinalatus honorē propter eximiam doctrinam & vitæ honestatem assumptum, de quo ego certus non sum.

GALTERVS Disse, natione Anglicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, nuntius & legatus Bonifacii Papæ noni, in regnis Angliæ, Hispaniæ, Portugaliæ, Nauarræ, Arragoniæ, & in partibus Vasconiæ, cæterisq; terris & regnis crucem contra infideles & schismaticos prædicans, vir in diuinis scripturis eruditiss. & declamator sermonum egregius. Scripsit non spernenda opuscula, quibus nomen suum notificauit. E quibus extant.

Contra Lolhardos,	lib. 1.	De schismate quoque,	lib. 1.
In aliquos psalmos,	lib. 1.	Sermones de tempore,	li. 1.
Sermones de sanctis,	lib. 1.	Et quædam alia.	

Claruit temporibus Wenceslai Imperatoris, & Bonifacii Papæ noni. Anno Domini 1390.

GERARDVS Zutphanienſis, natione Teutonicus, vir in diuinis scrip. studiosus & erudi-

eruditus, secularium quoq; literarum non ignarus ingenio subtilis & clarus eloquio, nec minus conuersatione quam scientia scripturarum præferendus, edidit quædam ad eruditionem deuotorum fratrum pertinentia opuscula, quibus nomen suum cũ gloria transmisit ad notitiam posteritatis. E quibus vidi tantum,

De reformatione interiori,	lib.1.	*Homo quidam descendit.*	
De ascensione spiritali	lib.1.	*Beatus vir cuius est.*	
Sermones varios,	lib.1.	De cæteris nihil reperi.	

Ex scriptis suis apparet eum virum deuotum & religiosum fuisse, & alicuius ordinis, quanquam ignoretur à nobis. Sunt vero qui scribant eum canonicũ extitisse regularem, quod verisimile transimus. Claruit in gymnasio Colon. & varia scripsit.

IOHANNES de Hisdinio, ordinis fratrum hospitalis S. Iohannis Hierosolymitani, vir in diuinis scrip. eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, sacræ paginæ doctor insignis, & declamator sermonum egregius, ingenio acutus & eloquio compositus, edidit multa præclara volumina, & in vniuersitate Parisien. lecturas & plures & elegantes pronuntiauit. De quibus extant ista.

In Euangelium Marci,	lib.1.	*Similis factus est leoni.*	
In Euangelium Iohannis,	lib.1.	In epistolam ad Romanos,	lib.1.
In Epistolas ad Corinthios,	lib.2.	In epistolam ad Galatas,	lib.1.
In epistolam ad Ephesios,	lib.1.	In epistolam ad Philippenses,	lib.1.
In epistolam ad Colossen.	lib.1.	In epistolas ad Thessalonicen.	lib.2.
In epistolas ad Timotheum,	lib.2.		
In epistolam ad Titum	lib.1.	*Erudi filium tuum quia vt.*	
In Epistolam ad Philemonem	lib.1.	In epistolam ad Hebræos	lib.1.
De annuntiatione dominica	lib.1.	*Aue Maria gratia plena.*	
Sermones varii	lib.1.	Et alia multa.	

In multos etiam Bibliæ libros commentarios & lecturas scripsisse dicitur, quæ ad manus nostras adhuc minime peruenerunt. Claruit temporibus Wenceslai Imp. & Bonifacii Papæ noni. Anno domini 1390.

PHILIPPVS de monte Galerio, ordinis fratrum minorum sancti Francisci, vir in sacris scrip. exercitatus, magnus & egregius verbi Dei prædicator. Scripsit pro vtilitate eorũ qui declamationibus inseruiunt non contemnenda opuscula, quibus ingenium nobiliter exercitans, etiam nomen suum ad notitiam posteritatis destinauit. E quibus repeti tantum subiecta.

Sermones de tempore	lib.1.	*Erunt signa in sole & lu.*	
Sermones de sanctis,	lib.1.	Sermones quadragesimal.	lib.1.

Fertur præterea & alios diuersos composuisse tractatus, & nonnullos diuinorum librorum explanasse, sed ad me nihil eorum peruenit.

IOHANNES cognomento Grossus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, prior nonus decimus generalis, alii habent, vicesimus primus, patria Tholosanus, vir studiosus & eruditus. Scripsit aperto sermone non spernenda volumina, quibus exercitato magnifice ingenio, nomen suum etiam posteris notificauit. E quibus ego vidi tantum opus præclarum, quod ordinis Carmelitani institutionem & progressum continens prænotatur.

Viridarium,	lib.3.	*Quibus rebus genera.*	
Feruntur & eius sermones	lib.1.	Et quædam alia.	

Claruit temporibus Wenceslai Imp. & Bonifacii Papæ noni. Anno domini nostri Iesu Christi 1400.

NICOLAVS de Gorran, ordinis fratrum prædicatorum sancti Dominici, vir in scripturis sanctis studiosissimus, & nobiliter eruditus, ingenio præstans, edidit scholastico & aperto sermone multa volumina, quorum lectio his qui instituti cupiunt in sanctis scrip. non erit abiicienda, de quibus ego ad manus nostras pauca memini peruenisse. Feruntur autem de pluribus subiecta.

Super sententias	lib.4.	In quinq; libros Moysi	lib.5.
In Esaiam prophetam	lib.1.	In Hieremiam quoq;	lib.1.
In Ecclesiasticum grande opus	lib.1.		
In Cantica canticorum	lib.1.	*Benedictionem dabit.*	
In Euangelium Matthæi	lib.1.	In Euangelium Marci.	lib.1.
In Euangelium Lucæ	lib.1.	In Euangelium Iohannis.	lib.1.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

In Epistolas Pauli lib.1. *Dedit in lucem gentium.*
Sermones varii lib.1. Et quædam alia.

Fertur præterea in totam pene Bibliam commentarios, & lecturas notabiles edidisse, quæ ad notitiam nostræ lectionis non venerunt.

IACOBVS de Theramo canonicus Aprucinus, & Archidiaconus Auersanus consultus celeberrimus & philosophiæ secularis doctor præclarus, ingenio subtilis, eloquio apertus & compositus, cuius apud professores huiusce facultatis magna erat suo tempore authoritas, edidit in ea disciplina quædam egregia volumina, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus ego reperi tantum dialogum de redemptione generis humani. Belial vulgariter nuncupatum, quem author prænotauit.

Consolationem peccatorum lib.1. *Postquam per scientiæ lignum.*
In Clementinis dicitur scripsisse, lib.1. Et quædam alia.

Claruit temporibus Wenceslai Imperatoris, & Bonifacii Papæ 9. Anno domini 1390.

GVILHELMVS de Oppenbach, natione Teutonicus, in scripturis sanctis doctor eruditus & insignis, atque in philosophia scholastica nobiliter exercitatus, ingenio acutus & vehemens, & ad disputandas, enodandasq; quæstiones scripturarū satis idoneus. Scripsit in facultate Theologica non abiicienda opuscula, quibus in gymnasio Parisien. nomen suum notificauit, de quibus ego reperi.

Super sententias lib.4. Quæstiones disputatas lib.1.

Sermones etiam & quosdam alios fertur scripsisse tractatus, atque in scholis lucubrasse lecturas, quæ ad notitiam meam non venerunt.

HENRICVS de Langenstein, dictus de Hassia, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis eruditus, & in seculari philosophia nobiliter doctus, ingenio præstãs, abundans & diffusus, quippe qui multis annis in lectura Geneseos consumptis vix ad quartum caput libri pertingentis totidem volumina compleuit. Erat enim ad omnia resolutus, & in dicendo scribendoque copiosus, adeo vt apud eum maioris difficultatis fuerit sponte memoratu digna occurrentia repellere, quam noua quæ dicerentur inuenire. Hunc quemadmodum ex quadam eius Epistola reperi, canonicum Wormacienſis Ecclesiæ fuisse crediderim. Claruit primum in vniuersitate Parisiensi, vbi lauream doctoratus promeruit, deinde pro decore nouæ plantationis vniuersitatis Wienensis illo se contulit, & tum docendo tum scribendo magnam gloriam eruditionis suæ acquisiuit. De cuius opusculis feruntur.

Super sententias, lib.4.
In Genesim & prologum lib.5. *In principio creauit de.*
De Antichristo & schismate, lib.1. *Reuerendo in Christo.*
De eruditione sacerdotii lib.1. *Tibi dabo claues reg.*
De anima contemplatiua lib.1. De contemplatione lib.1.
Speculum animæ lib.1.
De horis canonis lib.1. *Septies in die laudem.*
Contra Astrologos, lib.1. *Multi principes & ma.*
Super oratione dominica lib.1. *Diuina sapientia rebus.*
Super Aue Maria, lib.1. *Aue Maria gratia plena.*
Super Symbolo Apostolorum, lib.1. *Credo in Deum patrem.*
De contemptu mundi, lib.1. *Reuerendo domino Iohanni.*
Contra frẽm Thelesforum lib.1. Contra quendam Wicleffitam, li.1.
Ad canonicos regulares lib.1. *Ecce nos reliquimus.*
De proprietate monachorum, lib.1. Sermones de tempore. lib.1.
Sermones de sanctis, lib.1. In Cantica canticorum li.1.
Epistolarum ad diuersos lib.1. H. de Langensteyn. di.

Quæstiones variæ. Alia quoque multa edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit temporibus Ruperti Palatini Bauari regis Romanorum, & Bonifacii Papæ 9. Anno 1400.

IOHANNES de Bromyard, ordinis fratrum prædicatorum sancti Dominici, vir in diuinis scrip. studiosus, & longa exercitatione doctus, secularium quoque literarum non ignarus, ingenio excellens, & egregius declamator. Scripsit quædam præclara volumina, quibus memoriam nominis sui apud posteritatem stabiliuit. E quorum numero subiecta feruntur. Opus magnũ & luculentissimum, ac prædicatorib. valde vtile, quod prænotauit.

Summam prædicantium, lib.1. *Prædicantium vita &c.*

Sum-

Summam iuris moralis lib.1. *Quod in sequenti opusc.*
Sermones de tempore lib.1. Sermones de sanctis lib.1.
Alia insuper multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

IOHANNES Gluel, natione Teutonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, prior Colonienſis, de Aquisgrani ciuitate Imperiali oriundus, vir in diuinis scripturis egregie doctus & seculàris literaturæ non ignarus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis & præclari ingenii. Scripsit inter cætera studii sui opuscula, volumen huiusce religionis cultoribus non abiiciendum, de origine & profectu ordinis sui, quod prænotauit.

Speculum Carmelitarum lib.1. Sermones de tempore lib.1.
Quadragesimale, lib.1. *Thesaurizate vobis.*
Sermones de sanctis, lib.1.

Claruit in conuentu suo Colonienſi, varia scribens & componens opuscula, vbi tandem deficiens & diem suum obiens, in pace sepultus est.

HENRICVS Eutà siue Oyta, natione Teutonicus, gymnasii Wienensis in Austria vnicum decus & complantator à principio, vir in diuinis scripturis & eruditissimus, & in philosophia Aristotelica nobiliter doctus, ingenio subtilis, sermone scholasticus & declamator sermonum egregius. Scripsit multa præclara volumina, de quibus ad manus nostras paucissima hucusque peruenerunt. Legi enim duntaxat.

Super sententias, lib.4. *Circa prologum primi.*
De contractibus lib.1. *Diligite iustitiam qui.*
De conceptione sanctæ Mariæ lib.1. *Consurget virgo de Isra.*
Et quosdam sermones De cæteris nihil vidi.

Claruit in gymnasio Wienensi, sub Wenceslao Imp. cum Henrico de Hassia. Anno domini 1390.

HENRICVS de Andernaco, natione Teutonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & Aristotelicæ philosophiæ interpres egregius, ingenio excellens & declamator sermonum inter omnes sui temporis famosus edidit non peruidendæ authoritatis opuscula, de quibus feruntur subiecta. Opus præclarum.

Super sententias lib.4. Sermones de tempore. lib.1.
Sermones de sanctis, lib.1. Quæstiones philosophiæ lib.1.
Et quædam alia quæ ad notitiam nostrę lectionis minime venerunt. Claruit in conuentu Colonien. potissimum, vbi & sepultus dicitur.

BLASIVS Andernarius, natione Gallus ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir doctus in scrip. sanctis, & in palæstra scholis disciplinæ nobiliter exercitatus, ingenio clarus, & disputator egregius. Scripsit nonnulla præclara volumina quibus nomen suum cum gloria transmisit ad notitiam posteritatis. E quorum numero præcellit opus luculentum & insigne.

Super sententias lib.4. Quæstiones & collationes, li.1.
Nonnulla etiam scripsisse in philosophia morali dicitur, sed ad me non venerunt.

BARTHOLOMÆVS de Saliceto iureconsultus, omnium sui temporis celeberrimus, ingenio subtilis, & clarus eloquio, cuius dicta magnæ authoritatis habentur apud iuris ciuilis professores, edidit quædam in legibus luculenta opuscula, quibus memoriam sui nominis immortalitati apud posteros consecrauit, de quibus feruntur.

Super Codice lib.9. Super institutis lib.4.
De vsu Feudorum lib.1.
Et alia complura.

Claruit temporibus Wenceslai Imp. & Bonifacii Papæ 9. Anno domini 1390.

IOHANNES abbas monasterii S. Bauonis, ordinis diui patris Benedicti, natione Germanus, doctor & professor diuinarum scripturarum egregius, ingenio subtilis & comptus eloquio, non minus religiosa conuersatione quam scientia literarum insignis. Scripsit ad instructionem monachorum quædã præclara opuscula, de quibus extant subiecta. Opus quod prænotauit.

De esu carnium, lib.1. Declarationes in regulam, lib.1.
Quæstiones sententiarum, lib.1.

Varios preterea, multiplicesq; fertur scripsisse tractatus, sed nihil eorũ ad manº nostras memini peruenisse, præter eum quẽ de esu carniũ scripsit libellũ, in quo pulchre deducit

& probe concludit quod monacho sano, secundum regulam S. Benedicti professo, carnium esus illicitus sit, & ideo omnino interdictus.

RICHARDVS Lauinham, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, natione Anglicus, vir in scripturis sanctis egregie doctus, & secularis philosophiæ interpres eximius, in declamandis quoque sermonibus ad populum excellentis ingenii. Scripsit etiam nonnulla volumina, de quibus ista feruntur.

Contra Lolhardos,	lib. 1.	De fundatione sui ordinis,	lib. 1.
Pro libro Brigidæ,	lib. 1.	Sermones varii,	lib. 1.
De logica quoq;	lib. 1.	Et variæ quæstiones,	lib. 1.

Claruit in vniuersitate Oxonien. eo potissimum tempore quo hæresis Iohannis Wicleffi & Lolhardorum cœpit in Bohœmia.

IOHANNES de Werdena, ordinis (vt ferunt) fratrum minorum, natione Teutonicus, vir in scrip. sanctis studiosus & eruditus, ac veterum lectione diues atque in naturali philosophia sufficienter doctus ingenio excellens, sermone & scholastica simplicitate compositus, declamator sermonum popularium suo tempore celeberrimus. Scripsit inter cætera ingenii sui monimenta, prædicatoribus verbi Dei necessaria valde opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus extant.

Sermones de tempore duplices,	lib. 2.	*Induamur*, &c. vide.	
Sermones de sanctis duplices,	lib. 2.	Sermones etiam per quadragesimã, l. 1.	

Cætera vero quæ composuit, ad notitiam nostram minime venerunt.

IACOBVS, qui dicitur magnus, patria Tholetanus, ordinis fratrum heremitarum S. Augustini, vir in diuinis scrip. eruditus, & philosophiæ naturalis cognitione insignis, ac veterum lectione copiosus. Fertur in diuinis libris varios tractatus & commentarios edidisse, qui ad manus nostras necdum venerunt. Reperi volumen eius vnum egregium & insigne de sermone & inquisitione sapientiæ prænotatum.

Sophologium	lib. 3.	*Illustrissi. principis.*	

De aliis nihil vidi. Claruit temporibus Wenceslai Imp. & Bonifacii Papæ 9. Anno domini nostri Iesu Christi 1400.

IOHANNES Campscen ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, natione Anglicus, in scripturis sanctis longo studio exercitatus & continua lectione veterum ingenio copiosus, declamator sermonum egregius. Fertur quædam præclara cudisse opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum gloria transmisit. E quorum numero extare perhibentur valde notabiles.

Sermones de tempore,	lib. 1.	Sermones de sanctis,	lib. 1.

Cæterorum vero quæ composuit, titulos operum inuenire non potui.

THOMAS Gualensis, ordinis fratrum prædicatorum, natione Anglicus, vir in diuinis scripturis eruditus & multum studiosus, atque in secularibus literis maxime in philosophia scholastica nobiliter doctus, ingenio subtilis & clarus eloquio, sermonum quoque declamator egregius, & in scholasticis lectionibus disputator acutus. Scripsit multa præclara in scripturis sanctis opuscula, quibus nomẽ suum ad notitiam posteritatis transmisit. De quibus tamen pauca ad manus nostras peruenerunt. Reperi enim tantum subiecta.

In toto psalterio,	lib. 1.	*Beatus qui custodit.*
In prouerbia Salomonis	lib. 1.	*In absconditis parabo.*
In Augustinum de ciuitate Dei	lib. 10.	*Fluminis impetus læti.*
In Cantica canticorum	lib. 1.	

Claruit in vniuersitate Oxonien. vbi multa dicitur composuisse volumina, & præsertim lecturas diuersas in plures Bibliæ libros.

PHILIPPVS abbas monasterii Otterburgensis, diœcesis Wormacien. ordinis Cistercien sis, natione Teutonicus, vir in diuinis scrip. studiosus, & diuturna exercitatione doctus, & secularis literaturæ non ignarus, edidit pro ædificatione legentium non contemnenda volumina, quibus ingenium suum probe exercitans etiam nominis sui memoriam posteris reliquit. E quorum numero subiecta feruntur. Opus præclarum & insigne.

In Cantica canticorum,	lib. 1.	Sermones de tempore,	li. 1.
Sermones de sanctis,	lib. 1.	Epistolarum ad diuersos,	lib. 1.

Si quid amplius edidit, ad notitiam meam adhuc minime peruenit.

NICOLAVS eximiæ doctrinæ medicus, natione Italus, patria Florentinus, vir non solum in medicinis, verum etiam in aliis literis secularis philosophiæ eruditiss. ingenio

clarus

clarus & comptus eloquio, cuius eruditio quanti sit apud medicos huius temporis non meis verbis, sed eorum testimoniis comprobatur. edidit quædam in ea facultate præclara opuscula. De quibus fertur opus insigne.

Summa medicinæ lib.1. Et quædam alia.

Moritur temporibus Ruperti regis Romanorum, & Iohannis Papæ 23. Anno domini 1412. Indict. 5.

IOHANNES de Duren, ordinis fratrum minorum S. Francisci, natione Teutonicus, vir studiosus & in scrip. sanctis nobiliter exercitatus, in declamandis sermonibus ad populum magnæ & præclaræ opinionis. Fertur ad directionē simplicium sacerdotum & prædicatorum quædam cudisse opuscula, quibus nominis sui memoriam apud posteros reliquit. E quibus extant.

Sermones de tempore,	lib.1.	Sermones de sanctis,	lib.1.
Quadragesimale	lib.1.	*Sanctificate tetunium.*	
De septem peccatis mortalibus	lib.1.	*Cum confessor idoneus.*	
De occultis vitiis	lib.1.	*Est via quæ videtur ho.*	
De confessione,	lib.1.		

Alia quoq; multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

TILMANNVS de Hachenberg, ordinis fratrum minorum, natione Teutonicus, ex diœcesi Treuerorum, vir in diuinis scripturis studiosus, & longa exercitatione doctus, linguā habens politam vsū loquendi, in declamandis ad populum sermonibus magnus & clarissimus effulsit. Scripsit quædā non spernenda simplicibus opuscula, quibus ingenium suum fructuose commodans nominis sui memoriam posteris reliquit. E quibus extant.

Sermones de tempore.	lib.1.	*Erunt signa &c. hic prædi.*	
Sermones de sanctis,	lib.1.	Sermones per quadragesimam,	lib.1.

Et quædam alia.

Claruit in conuentu suo Confluentino, vbi & moriens sepultus est.

IOHANNES de Ligniano, iureconsultus celeberrimus, & philosophiorum disciplinis probe instructus, ingenio præstans, & clarus eloquio. Fertur in iure canonico quædā egregia cudisse opuscula, quibus insistens, & tempus vtiliter expendit, & nominis sui memoriam etiam posteris reliquit. E quibus (Francisco de Zabarellis in prologo super Clementinis teste) extant comportationes.

Super Clementinis, lib.1. Et quædam alia.

Claruit sub Ruperto Bauaro rege Romanorum, & Bonifacio Papa nono. Anno domini nostri Iesu Christi 1400.

HVGO de Sletstadt, natione Teutonicus, vir in scrip. diuinis studiosus & eruditus, atq; in philosophorum disciplinis egregie doctus ingenio subtilis, & quæstionum scholasticalium disputator insignis. Scripsit quædam (vt ferunt) præclara volumina, quibus nominis sui memoriam posteris reliquit. E quibus extat opus.

Quæstionum sententiarum lib.4. Et quædam alia.

Fuit autē diui patris Bonauenturæ, ordinis minorū, in suis determinationibus sectator & interpres luculentus, enucleans ea quæ in singulari philosophia illius obscura & rariora simplicibus videri potuerunt.

PAVLVS Venetus, ordinis fratrum heremitarum S. Augustini, vir in diuinis scrip. eruditiss. & in philosophia Aristotelica nulli suo tempore in Italia secundus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, & declamator egregius, multa in philosophia maxime opuscula composuit, quibus nominis sui memoriam posteris reliquit. E quibus feruntur.

Contra Iudæos,	lib.1.		
Summa de naturalibus	lib.1.	*Plurimorum astrictus.*	
Sermones de tempore,	lib.1.	Sermones de sanctis,	lib.1.
Sermones de quadragesima	lib.1.		
Super lib. Posteriorum,	lib.2.	*Omnis doctrina, &c.*	
Super Physicorum	lib.8.	*Naturali philosophia.*	
Super Metaphysicam,	lib.12.	*Tecum sapientissime re.*	
Super de anima	lib.2.	*Tanta literarum &c.*	
Summa philosophiæ,	lib.1.	*Colloquium insa. &c.*	
Logica duplex	lib.2.	*Conspiciens, &c.*	
Super de generatione & corrupt.	lib.2.	*Humanarum diuinarumq.*	
Super lib. Porphyr.	lib.1.	*Maxima & forti, &c.*	

Super lib. prædicamentorum lib. 1. *Quærenti mihi &c.*
Super consequentiis Strodi, lib. 1. *Iesum Deum & hominem.*

Et alia complura. Claruit sub Wenceslao Imp. Anno domin 1400. Et iuuenis decedens in sacristia sui ordinis. Venetiis sepultus est.

IACOBVS de Thessalonia, ordinis fratrum prædicatorum, vir in diuinis scrip. eruditus, & secularium literarum non ignarus, ingenio excellens, sermone nitidus atque cõpositus, in declamandis sermonibus ad populum, nulli suo tempore secundus, edidit quædam præclara volumina, quibus nominis sui laudabilem memoriam posteris reliquit. E quibus extat opus insigne, de moribus hominum, & officiis nobilium, ac popularium prænotatum, materiam præferens,

De ludo scaccorum lib. 4. *Inter omnia genera signo.*
Sermones varii lib. 1.

Alia vero quæ scripsisse dicitur, ad notitiam nostram minime venerunt.

THOMAS de Haselbach, natione Teutonicus, in scripturis sanctis eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, ingenio præstans & sermone scholasticus, sed nimis diffusus & prolixus, & ob id reprehensioni quorundam obnoxius. Nam cum esset ordinarius sacræ Theologiæ lector in gymnasio Wienensi vno & viginti annis in Esaia prophetalegens ad finem primi capituli non peruenit. Scripsit nonnulla in scripturis diuinis opuscula, de quibus feruntur subiecta multa volumina.

In Esaiam prophetam, lib. 1. Super sententias, lib. 4.
De decem præceptis, lib. 1.
De quinq; sensibus hominis lib. 1. *Postquam Dei dono taliter.*
Sermones de tempore lib. 1. Sermones de sanctis lib. 1.

Et alia multa. Claruit temporibus Ruperti regis Romanorum, & Gregorii Papæ duodecimi. Anno domini 1410.

THOMASINVS patria Ferraciẽsis, ordinis fratrum prædicatorũ sancti Dominici, vir in scrip. sanctis studiosus & doctus, in delictis populorum corripiendis declamator egregius. Fertur quædam ad instructionem simpliciũ sacerdotum præclara cudisse opuscula, quibus nominis sui notitiam cum laude transmisit ad posteros. De quorum numero potissime feruntur.

Sermones de tempore, lib. 1. Sermones de sanctis, lib. 1.
Sermones per quadragesimam. lib. 1.

Cætera vero quæ composuit, ad notitiam nostram hucusq; non venerunt.

THOMAS de Kempis, natione Teutonicus, ordinis canonicorum regularium sancti Augustini montis diuæ martyris & virginis Agnetis, prope Zwollis in diœcesi Traiectensi, vir in scripturis diuinis studiosus & eruditus, vita & conuersatione deuotus, & beatæ Mariæ semper virginis amator præcipuus. Scripsit pro instructionee simplicium fratrum non spernenda opuscula. De quibus feruntur subiecta.

De contemptu mundi lib. 4. *Qui sequitur me, non.*
Sermones ad nouicios lib. 3. *Ecce quam bonum & quam iocun.*
Sermones ad fratres lib. 1. *Qui non renuntiauerit.*
Dialogus nouiciorum; lib. 1. *Rogo te Pater charissime.*
De vita solitaria lib. 1. *Charissime cum esses in.*
De tribus tabernaculis lib. 1. *Est scriptum in Prophe.*
De vera compunctione lib. 1. *Flete mecum omnes amici.*
Hortulus rosarum lib. 1. *Cum sancto sanctus eris.*
Vallis liliorum, lib. 1. *Ego flos campi, & lilium.*
Alphabetum monachi, lib. 1. *Vias tuas domine demon.*
Consolatio pauperum, lib. 1. *Consolamini consolamin.*
Epitaphium monachi lib. 1. *Via iustorum recta fa.*
Qualis debeat esse monachus lib. 1. *Audi religiose mona.*
Manuale paruulorum lib. 1. *Sinite Paruulos veni.*
Doctrinale iuuenum lib. 1. *Fili à iuuentute tua ex.*
De contemptu mundi alius lib. 1. *Dominus regit me & nihil.*
Epistolarum ad diuersos lib. 1. *Charissime frater liben.*

Et quædam alia. Claruit temporibus Ruperti Bauari regis Romanorum, & Gregorii Papæ 12. Anno domini 1410.

NICOLAVS monachus cœnobii sanctæ crucis in Austria, ordinis Cistertiensis, natione

natione Germanus, vir in diuinis studiosus & eruditus, ac veterum lectione diues, ingenio excellens, & clarus eloquio. Scripsit quædam non spernendæ vtilitatis opuscula, quibus ingenii sui memoriam ad posteros transmisit. E quibus feruntur subiecta. Opus non abiiciendum in laudem beatissimæ Dei genitricis & virginis Mariæ, prædicatoribus vtile, quod prænotauit.

Imaginem sanctæ Mariæ lib. 3. *Nomen virginis Mariæ.*
Sermones varii lib. 1.

Cætera, etsi multa feruntur quæ composuit, ad nos minime venerunt.

BARTHOLOMÆVS de Vrbino, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini, vir in diuinis scrip. studiosus & eruditus, & secularium literarum non ignarus, operum sanctorum patrum diligens perscrutator. Scripsit non spernenda volumina, de quibus feruntur subiecta. Ex opusculis sancti Ambrosii & Augustini opus singulari studio secundum alphabeti ordinem in vnum comportauit, cui titulum imposuit.

Milleloquium Augustini lib. 1. Milleloquium Ambrosii lib. 1.
De bello quoq; spiritali lib. 1. Et alia complura.

Claruit temporibus Ruperti regis Romanorum, & Gregorii Papæ duodecimi. Anno domini 1410.

FRANCISCVS de Platæa, ordinis fratrum minorum sancti Francisci, vir in diuinis scripturis eruditus, & tam in iure quam in philosophia seculari notabiliter doctus, ingenio excellens, & declamator sermonum egregius, multa præclara dicitur lucubrasse opuscula, quibus nominis sui memoriam cum laude transmisit ad posteros, de quorũ numero subiecta feruntur. Opus insigne & preclarum quod prænotauit.

De restitutionibus lib. 1. *Vtrum restitutio sit de.*
De censuris lib. 1. Sermones varii. lib. 1.

Cætera vero quæ composuit, ad notitiam nostræ lectionis non venerunt.

PETRVS de Candia, natione Cretensis, ordinis fratrum minorum, primo, Episcopus Nouariensis, deinde Mediolanensis archiepiscopus, postea sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ cardinalis, & postremo summus pontifex Alexander quintus nominatus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in philosophia scholastica magnifice doctus, declamator sermonum celeberrimus, qui olim in gymnasio Parisiensi publicæ scholæ præfuit, & docendo ac scribendo magnas & ingentes laudes acquisiuit. De cuius elegantissimis opusculis extant luculenti vtilesque commentarii.

Super sententias, lib. 4. Sermones varii, lib. 1.

Et quædam alia. Moritur vltimo Ruperti regis Romanorum anno, sepultus in conuentu minorum Bononiæ. Anno domini 1410. Indict. 3.

FRANCISCVS de Bachone patria Cathalanus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, conuentus Gerundensis, vir in diuinis scripturis eruditus, & in philosophia seculari nobiliter doctus tantum docendo & disputando in Parisiensi vniuersitate valuit, vt doctor sublimis cognominatus sit. Scripsit inter alia ingenii sui monimenta opus magnum & insigne ex scriptis sanctorum patrum declamatoribus sermonum ad populum satis vtile, quod prænotare possumus.

Repertorium prædicantium lib. 1. Super Sententias quoq; lib. 4.

Fertur præterea & quædam alia scripsisse, sed ad manus nostras non venerunt.

MICHAEL Herbrant de Duren, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, natione Teutonicus sacræ theologiæ lector, & prior conuentus Crucennacensis in diœcesi Moguntina, vir doctus & declamator adeo insignis vt non solum in vicino, sed etiam ad remota loca, & cathedrales Ecclesias euocatus omnium admiratione habitus prædicaret. Hic apud Iohannem comitem Spanhemensem vltimum magnæ familiaritatis & authoritatis erat, & multa ab eo suo conuentui bona obtinuit. Scripsit inter cætera elegantes.

Sermones de tempore, lib. 1. Sermones de sanctis lib. 1.
Collationes synodales lib. 1. Et quædam alia.

Claruit temporibus Ruperti regis Romanorũ, & Sigismundi Imp. Anno domni. 1410.

PETRVS de Spira, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini, natione Teutonicus, vir in diuinis scrip. studiosus & eruditus, & in seculari philosophia magnifice doctus, ingenio præstans, & clarus eloquio, in declamandis sermonibus ad populum celeberrimæ opinionis. Scripsit quædam præclara opuscula quibus nominis sui memoriam ad posteros transmisit. E quorum numero feruntur.

Sermones de tempore lib.1. Sermones de sanctis lib.1.
Super libros Ethicorum lib.8. Alia vero quæ composuit, ad notitiam nostræ lectionis nondum venerunt.

REINHARDVS de Fronthouen, natione Teutonicus, ordinis (vt ferunt) fratrum prædicatorum, vir in diuinis studiosus & longa exercitatione peritus scripturis, & secularis literaturæ non ignarus. Scripsit prædicatoribus verbi Dei non abiicienda opuscula, quibus nomen suum etiam posteris notificauit. E quibus ego vidi tantum.

Sermones de tempore lib.1. Sermones de sanctis lib.1.
De aliis nihil vidi. Claruit (vt sui dicunt) in conuentu Confluentino, vbi & mortuus est.

IOHANNES Capreolus, ordinis fratrum prædicatorum, patria Tholosanus vir in scripturis sanctis eruditus, & in disciplinis Aristotelicæ philosophiæ egregie doctus, ingenio acutus, & ad disputandum satis idoneus, dictorum sancti Thomæ Aquinatis propugnator & defensor accerrimus. Scripsit ingenii sui monimenta clarissima, quibus nomen suum notificatuit. E quibus extant multa volumina.

Super sententias lib.4. Et sermones varii lib.1.
Ac quædam alia. Claruit sub Sigismundo Imp. Anno domini 1415.

HENRICVS de Cosueldia, natione Teutonicus, ordinis Carthusien. prior domus sanctæ Mariæ, prope montem diuæ Gertrudis in Hollandia, vir in diuinis scripturis eruditissimus, vita & conuersatione deuotus, & magnæ famæ, ingenio subtilis, & clarus eloquio, declamator quoque sermonum celeberrimus. Scripsit multa præclara volumina, quorum deuotis fratribus & suæ salutis amatoribus vtilis frequentatio iudicatur. E quibus subiecta feruntur.

In Exodum mystice lib.1. In epistolam Pauli ad Roman. lib.1.
De tribus votis substantialibus lib.2. *Nolite diligere mundum.*
Contra vitium proprietatis, lib.1. De tribus custodiis monasticis. lib.1.
De institutione nouitiorum, lib.1. Circumcisorium mysticum lib.1.
De sacramento altaris, lib.1. De annuntiatione dominica lib.1.
Eulogium Pauli heremitæ, lib.1. Sermones de tempore lib.1.
Sermones de sanctis, lib.1. Epistolarum ad diuersos lib.1.

Et alia complura. Guilhelmi Parisiensis Episcopi arduum opus de vniuerso corporeo & incorporeo seu spiritali, mira industria perlustrans, breui compendio pulchre concluſit. Moritur in domo Vallis gratiæ prope Brugas visitationis actu salubriter occupatus, temporibus Sigismundi Imp. Anno domini 1410. Indictione 3. 7. Idus Iulii.

HENRICVS de Hachenburg, ordinis fratrum prædicatorum, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis magnifice exercitatus & probe instructus, in declamandis ad populum sermonibus excellentis ingenii & celeberrimæ opinionis. Scripsit pro directione simplicium sacerdotum non abiicienda volumina. E quibus extant.

Sermones de tempore lib.1. *Ego veniam & curabo,*
Sermones de sanctis, lib.1.
Claruit (vt sui ferunt) in conuentu Confluentino, vbi varia composuit.

IORDANVS ordinis fratrum S. Augustini de heremo, natione Teutonicus, vir deuotus, & scripturarum diuinarum explanator & interpres egregius in declamandis sermonibus excellentiss. ingenii. Scripsit plures elegantes & deuotis fratribus vtiles tractatus, quibus nominis sui memoriam posteris reliquit. E quibus tamen pauca in manus nostras peruenerunt. Feruntur autem ista.

In Apocalypsin Iohannis, lib.1. Apologia ordinis sui, lib.1.
De passione domini lib.1. *Inspice & fac secundum ex.*
Sermones de tempore lib.1.
Sermones de sanctis lib.1. *Ecce dabit voci suæ vo.*
Quadragesimale, lib.1. Quæstiones variæ. lib.1.
Et alia multa. Claruit sub Ruperto rege. Anno domini 1410.

PETRVS Episcopus nouæ ciuitatis, natione Italus ex oppido Bruniquelli, ordinis fratrum heremitarum S. Augustini, vir in diuinis scrip. eruditiss. & secularium literarum non ignarus, ingenio præstans & eloquio clarus, edidit magnæ vtilitatis plura opuscula, quibus magnifice exercitato ingenio memoriam sui posteris demādauit. E quibus feruntur subiecta. Opus quoddam insigne, in quo omnes noui & veteris testamenti historias ad alphabeti ordinem redegit, & ad singulas materias disposuit.

Su-

Super sententias,	lib.4.	In prouerbia Salomonis,	lib.1.
In Ecclesiasten etiam,	lib.1.	In Cantica canticorum,	lib.1.

Et alia multa. Præterea vero totam ferme Bibliam optimis commentariis exornasse dicitur. Claruit sub Ruperto rege Romanorum. Anno domini 1410.

LAVRENTIVS Iustinianus, natione Venetus, ordinis Cœlestini, & Venetus postea patriarcha, vir in diuinis script. studiosus & eruditus, moribus & vita insignis, cum diuitias & honores huius mundi habere quam maximos potuisset, omnia pro Christi amore contemnens, ordinem præfatum ingressus est, in quo magna religione & abstinentia coruscans, ad ædificationem simplicium deuotiss. opuscula edidit, quorum tituli feruntur subiecti.

Lignum vitæ,	lib.1.	De disciplina monastica,	lib.1.
De connubio verbi & animæ,	lib.1.	De agone Christi,	lib.1.
De interiori conflictu,	lib.1.	De complanctu Ecclesiæ,	lib.1.
De sacramento altaris,	lib.1.	De vita solitaria,	lib.1.
De contemptu mundi,	lib.1.	De sermone domini in cœna,	lib.1.
De officio pastorali,	lib.1.	De obedientia quoq;	lib.1.
De gradibus perfectionis,	lib 1.	Sermones 40.	lib.1.

Claruit temporibus Ruperti regis Romanorum. Anno domini 1410. Sepultus est Venetiis in Ecclesia cathedrali. Ad cuius tumbam multa miracula diuinitus fiunt. Eius vitam Bernhardus Iustinianus nepos ipsius luculenter descripsit.

AVGVSTINVS de Roma, ordinis fratrum heremitarum S. Augustini, prior generalis, vir in diuinis scrip. studiosiss. & valde eruditus, atque in seculari philosophia nobiliter doctus, ingenio præstans & clarus eloquio. Scripsit multa egregia volumina, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus extant.

Super sententias,	lib.4.	In epistolas Pauli omnes,	lib.14.
In Apocalysin Iohannis,	lib.1.	De libero arbitrio,	lib.1.
De peccato originali,	lib.1.	De Christo & Ecclesia,	lib.1.
De charitate Christi erga electos,	lib.1.	De perfecta iustitia Ecclesiæ,	li.1.
De potestate Papæ,	lib.1.	Super lib. Ethicorum,	lib.8.

Alia insuper multa scripsisse dicitur, sed ad notitiam meam non venerunt.
Claruit temporibus Sigismundi Imp. & Iohannis Papæ 23. Anno domini 1410.

BALDVS Perusinus, Bartholi de Saxoferrato quondam auditor atq; discipulus, iureconsultus omniũ sui temporis celeberrimus, & in seculari quoque philosophia nobiliter doctus, ingenio acutus, sensu profundus, consilio cautus & stabilis. Scripsit multa in vtroque iure præclara opuscula, quibus nomini suo æternam apud posteros memoriam comparauit. De quorum numero subiecta feruntur.

Super Codice,	lib.9.	Super.ff. veteri,	lib 24.
Super.ff. nouo,	lib.12.	Super.ff. Infortiati,	li. 14.
Super Institutis,	lib.4.	De vsu feudorum,	lib.1.
Super Autenti.	lib.1.	Super secundo Decretalium,	li.1.
Additiones Speculi,	lib.1.	Consilia multa,	lib.1.

Et alia complura. Moritur temporibus Sigismundi Imperat. Anno Domini 1423. Indict. prima. Papiæ in conuentu fratrum minorum sancti Francisci, mense Iulio cum honore sepultus.

ANGELVS Perusinus, Baldi supradicti frater, & studiorum eius comes & socius, in iure ciuili doctissimus, ingenio clarus, fama & opinione apud iureconsultos celeberrimus, multa etiam in sua facultate volumina composuit, quibus monimenta ingenii excellentis constituens, memoriam sui nominis ad multorum notitiam destinauit. E quorum numero elegantissima feruntur commentaria.

Super Codice,	lib.9.	Super.ff. veteri,	lib.24.
Super.ff. nouo,	lib.12.	Super.ff. Infortiati,	lib.14.
Super Institutis	lib.4.		

In toto siquidem corpore iuris ciuilis, & alia quædam luculbrasse dicitur. Moritur temporibus Sigismundi Imp. eodem anno quo Baldus frater eius. Anno domini 1423. Indictione prima.

PETRVS de Ancharano, natione Italus, patria Bononiensis, Baldi Perusini quondam auditor, vir in vtroque iure peritissimus, & Aristotelicæ philosophiæ non ignarus, qui & si vxoris vinculo fuerit colligatus, & re familiari occupatus, semper tamen in lite-

rarum ſtudio verſans, multa in vtroque iure opuſcula edidit, quibus nomen ſuum cum gloria ad poſteros tranſmiſit. E quorum numero feruntur.

Super Decretalibus,	lib. 5.	Super 6. Decretalium,	lib. 1.
Super Clementinis,	lib. 1.	De regulis iuris,	lib. 1.
Super. ff. veteri,	lib. 24.	Super. ff. nouo,	lib. 12.
Conſilia plura,	lib. 1.	Et quædam alia.	

Claruit temporibus Sigiſmundi Imperat. Anno domini 1410. compater Franciſci de Zabarellis.

VINCENTIVS Gruner, natione Teutonicus, vir in diuinis ſcrip. eruditus, & in ſeculari philoſophia nobiliter doctus, ingenio clarus, ſermone ſcholaſticus. Edidit non ſpernendæ lectionis opuſcula, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis cum gloria tranſmiſit. E quibus extat lectura notabilis, quã in nouella plantatione Liptzenſis gymnaſii coram ſcholaribus publice ſcripſit & legit.

Super officio miſſæ.	lib. 3.	*Ad honorem benedictæ.*
Quæſtiones diſputatæ,	lib. 1.	Et quædam alia.

Claruit tempore translationis vniuerſitatis Pragenſis in Liptzen. Miſnen. Marchionatus prouinciam, quam Alexander Papa quintus confirmans priuilegiis dotauit. Anno domini 1410.

IOHANNES de Auerbach, natione Teutonicus, presbyter Eccleſiæ Bambergenſis, vir in diuinis ſcrip. ſtudioſus & eruditus, ingenio clarus, ſermone ſcholaſticus. Edidit nõ floccipendendæ authoritatis opuſcula, quibus memoriam ſui nominis poſteris reliquit. E quibus ego vidi tantum opus præclarum.

De ſacramentis Eccleſiæ	lib. 1.	*Ad laudem Dei animarum.*

De cæteris nihil vidi.

Claruit in ciuitate Bambergenſi, & varia conſcripſit opuſcula.

DIONYSIVS de Burgo ſancti ſepulchri, ordinis fratrum heremitarum diui patris Auguſtini, vir in diuinis ſcripturis doctus, & in ſecularibus literis eruditiſſimus, ingenio ſubtilis & diſertus eloquio. Scripſit in vtraq; literatura non contemnenda opuſcula, quibus ingenii ſui poſteris perpetua monimenta reliquit. E quibus ſubiecta feruntur. Commentarii perpulchri & elegantes.

Super Valerio Maximo.	lib. 1.	Super Metamorphoſeos,	lib. 1.
Super operibus Vergilii,	lib. 1.	Super tragœdiis Senecæ,	lib. 1.
Super Politicorum,	lib. 1.	Super Rhetoricorum,	lib. 1.

Et quædam alia. Fabulas inſuper omnes ad tropologicum ſenſum iocundum reduxit.

Claruit temporibus Sigiſmundi Imp. Anno domini 1412.

PETRVS de Aliaco, Epiſcopus Cameracenſis, & ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ cardinalis, Pariſienſis gymnaſii quondam cancellarius, præceptor Iohannis de Gerſon, vir in diuinis ſcrip. eruditiſſ. & in ſecularibus literis, maxime in philoſophia Ariſtotelica nobiliter doctus, ingenio excellens & clarus eloquio, declamator quoq; ſermonũ egregius. Scripſit multa præclara volumina, quibus memoriam nominis ſui & ingenii poſteris reliquit. De quibus reperi ſubiecta.

Super ſententias,	lib. 4.	*Quænam doctrina hæc.*	
De laude ſanctæ ſcripturæ,	lib. 1.	*Super hanc petram ædifi.*	
In principium Marci	lib. 1.	*Quænam doctrina hæc.*	
De ſtabilitate Eccleſiæ	lib. 1.	*Vtrum Petri Eccleſia le.*	
Speculum conſiderationis,	lib. 3.	*Quisquis qui à mundi.*	
Compendium contemplationis,	lib. 5.	*Quoniam multi ſapientes.*	
De ſpiritali ſcala	lib. 1.	*Quatuor ſunt ſpirita.*	
In pſalterio breuiter	lib. 1.	*Verbum abbreuiatum fa.*	
In pſal. 70. meditationes	lib. 1.	*Terret me dominus Deus.*	
De legibus & ſectis,	lib. 1.	De Concilio generali,	lib. 1.
Expoſitionis pſalmi. 70.	lib. 1.	*Poſtulauit charitas.*	
In pſal. 72. meditationes,	lib. 1.	*Summe ſacerdos tu.*	
In cantica canticorum,	lib. 1.	*Oſculetur, &c. Iſte liber.*	
In ſeptem pſal. pœnitentiales	lib. 1.	*Vera pœnitentia velut.*	
De oratione dominica	lib. 1.	*Sic ergo orabitis: Pater.*	
Super eadem anagogice	lib. 1.	*Pater noſter qui, &c. O pater.*	
Super Aue Maria,	lib. 1.	*Cogitanti mihi ô ſanctiſſ.*	

Super

Super magnificat lib.1. *Summæ trinitatis.*
In canticum Zachariæ, lib.1. *Dicturi de cantico Zac.*
In canticum Simeonis, lib.1. *Accedit vltimo canticum.*
De electione Papę lib.1.
De exercitio spiritali lib.1. *Anima deuota cupiens ad.*
De duodecim honoribus scil. Ioseph, lib.1. *Si colligimus in vnum.*
De anima & accidentibus eius lib.1. *Veterum tradit authori.*
Concordiam theologiæ & astrono. lib.2. *De concordia Theologiæ.*
De sacramentis Ecclesiæ lib.1. *Quoniam me sapius rogasti.*
Sermones varios lib.1. Epistolas plures ad diuersos lib.1.

Et quædam alia. Claruit tempore concilii Constantiensis, cui etiam personaliter interfuit. Anno domini 1416.

Nicolaus Clemangis archidiaconus Baiocensis, vir in diuinis scripturis eruditus, & in secularibus literis nobiliter doctus, metro excellens & prosa, in gymnasio Parisiensi magisterium sacræ paginæ consecutus, magnam eruditionis suæ euidentiam dedit. Scripsit vtroq; stylo multa præclara volumina quibus luculentissimi ingenii sui memoriam reliquit. De quibus subiecta feruntur. Ad dominum Petrum de Aliaco Episcopum Cameracensem, & cardinalem supradictum opus insigne quod prænotauit.

De fructu heremi. lib.1. De corrupto Ecclesiæ statu, li.1.
De nouis festiuitatibus lib.1. De materia schismatis lib.1.
Epistolarum ad diuersos lib.1. Et alia multa.

Claruit temporibus Sigismundi Imperatoris, & concilii Constantiensis. Anno domini 1417.

Iohannes Dominici, tituli sancti Sixti Cardinalis, Ragusinus vulgariter nuncupatus, patria Florentinus, ordinis fratrum prædicatorum, qui à Gregorio papa 12. pro vnione ad concilium Constantien. missus fuit, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularium literarum non ignarus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenii. Scripsit quædam præclara volumina, quibus nomen suum posteris notificauit. De quibus subiecta feruntur.

In Ecclesiasten, lib.1. In Cantica canticorum, lib.1.
In Euange. Matthæi lib. Super Magnificat li.1.
In Epistolam ad Romanos lib.1. Lucula noctis prænotatus, lib.1.
Itinerarium deuotionis lib.1.
De amore charitatis, lib.1. *Si linguis hominum loquar.*
Sermones de tempore, lib.1. Sermones de sanctis lib.1
Sermones per quadragesimam, lib.1. *Beatus vir qui non abiit.*

Et quædam alia. Moritur in concilio Constantien. sub Sigismundo Imp. Anno domini 1418. Indict. 11.

Iohannes Episcopus Lombariensis, natione Teutonicus, patria Basiliensis, vir in diuinis script. eruditissimus, & in seculari philosophia egregiè doctus, ingenio præstans, & clarus eloquio, declamator sermonum celeberrimus, edidit non contemnendæ lectionis opuscula, quibus memoriam sui nominis ad posterorum notitiam cum laude transmisit. E quorum numero præcipua feruntur.

Super Sententias lib.4. Sermones diuersi lib.1.

Et quædam alia. Multas præterea orationes & collationes fecisse dicitur ad clerum, sed & coram summo pontifice, ac cœtu cardinalium, quos ego non vidi.

Iohannes Zacharias, natione Teutonicus, patria Erfordensis, vir in diuinis scripturis studiosus & valde eruditus, secularis quoque philosophiæ interpres egregius, ingenio subtilis, & disputator acutissimus, in declamandis sermonibus tam ad clerum quam populum peridoneus. Scripsit quædam præclara opuscula, quibus nomen suum notificauit. E quibus feruntur.

Super sententias lib.4. In Genesim lib.1.
In Exodum, lib.1. In Leuiticum. lib.1.
In Epistolas Pauli li.14. Sermones varii lib.1.

Et alia quædam. Claruit sub Sigismundo Imp. & in concilio Constantiensi disputando contra hæreticos magnifice laudatus est. Anno domini 1420.

Antonius de Butrio, natione Italus, patria Bononiensis, iureconsultus omnium suo tempore facile celeberrimus & in aliis scri. tã diuinis, quã humanis egregie doctus, inge-

nio & eloquio clarus, ac non minus honesta conuersatione quam doctrina venerabilis, edidit in iure plura opscula quibus nominis sui memoriam posteris reliquit. E quorum numero subiecta feruntur.

Super Decretalibus	lib. 5.	Super Clementinis	lib. 1.
Repertorium iuris canonici	lib. 1.	Repertorium iuris ciuilis	lib. 1.
Consilia elegantissima,	lib. 1.	Et quædam alia.	

Claruit temporibus Sigismundi Imp. & Concilii generalis Constantiensis. Anno domini 1417.

GABRIEL de Spoleto, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularium literarum non ignarus, ingenio excellens, & declamator sermonum egregius. Scripsit nonnulla commendanda opuscula, quibus notitiam viuacis ingenii sui etiam posteris ostendit. Sed ego nullum eorum hucusque videre promerui. Feruntur tamen eius præcipui.

Aduersum hæreticos	lib 1.	Aduersum fratricellos	li. 1.

Et quædã alia. Claruit tẽporibus concilii Constantiensis, & Sigismundi Imp. An. 1417.

FRANCISCVS de Zabarellis, natione Patauinus, Ecclesiæ Romanæ presbyter cardinalis, vir in iure canonico eruditissimus, & tam in diuinis scripturis quam in secularibus literis nobiliter doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio. Scripsit in iure non spernenda opuscula, quibus nominis sui memoriam ad posteros transmisit. De quorum numero ista feruntur.

In Decretalibus	lib. 1.	
In Clementinis	lib. 1.	*Nouum nihil esse vna.*
De horis canonicis	lib. 1.	*Repetiturus decretalem.*

Repetitiones variæ. Et alia plura. Claruit in concilio Constantien. sub Sigismundo Imperatore. Anno domini 1418. Vbi & moritur sepultus apud minores. In cuius laudem Pogius orationem habuit.

PETRVS Maurocenus, patricius Venetus, sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ Episcopus cardinalis, vir in diuinis scripturis, & in iure canonico doctissimus, & secularium literarum non ignarus, ingenio præstans, sermone compositus, vita & cõuersatione insignis. Fertur multa præclara cudisse opuscula, in quibus viuacitas ingenii eius relucere dinoscitur. Sed ego vsq; in præsens nihil eorum videre commerui. Fertur eius insigne volumen.

Super 6. decretalium	lib. 1.	Et variæ determinationes.

Claruit in concilio Constantiensi personaliter, sub Sigismundo Imp. Anno Dn. 1418.

NICOLAVS Dinckelspule, natione Teutonicus Wienensis gymnasii in Austria decus & rector, in scripturis sanctis doctissimus, & in seculari philosophia multum eruditus, ingenio clarus, sermone scholasticus, vita & conuersatione insignis. Scripsit multa & præclara volumina, quibus nomen suum ad posteros cum gloria transmisit. E quorum numero subiecta feruntur.

Super sententias	lib. 4.	Quæstiones sententiarum	lib. 1.
De septem donis spiritus sancti	lib. 1.		
De decem præceptis	lib. 1.	*Scribitur Matthæi 22.*	
Super oratione dominica	lib. 1.	*Si quid petieritis patrem.*	
De octo beatitudinibus	lib. 1.	*In Euangelio quo legitur.*	
De tribus partibus pœnitentiæ	lib. 1.	De octo vitiis capitalibus	li. 1.
De septem peccatis mortalibus,	lib. 1.	*Notandum quod vt dicit.*	
De præcepto charitatis	lib. 1.	*Duo sunt præcepta char.*	
De peccatis linguæ	lib. 1.	*Consequentur dicendum est.*	
Sermones de tempore	lib. 1.	Sermones de sanctis	li. 1.
Sermones morales,	lib. 1.	Et alia plura.	

Claruit personaliter in concilio Constantien. missus ab vniuersitate Vienensi, sub Sigismundo Imperatore. Anno domini 1420.

PETRVS de Rosenhem monachus Mellicensis cœnobii in Austria, ordinis sancti Benedicti, natione Teutonicus, vir in diuinis scrip. studiosus & eruditus, & in secularibus literis magnifice doctus, philosophus & poeta præcellens, ingenio promptus & clarus, edidit tam carmine quam prosa non abiicienda opuscula, quibus ingenium suum probe exercitauit. E quibus opus metricum quod scripsit Nicolao Dinkelspule persuadente & rogante, ad dominum Brandam cardinalem sancti Clementis legatum Apostolicum in Austria super totius Bibliæ capita, quod prænotauit

Ro-

Roſeum memoriale diuinorum lib.1. Aſtripotens cœlum terram.
Hiſtoria temporum notabilis lib.1. Sermones varii, lib.1.
Claruit temporibus concilii Conſtantienſis. An. Dn. 1420. & multa ac varia cõpoſuit.

RAPHAEL Fulgoſus, natione Placentinus, vir in vtroque iure doctiſſimus, & ſecularis philoſophiæ præceptis probe inſtructus, ingenio excellens, conſilio cautus & ſtabilis, in iure ciuili quædam præclara volumina edidit, quibus vim & viuacitatem ingenii ſui etiam poſteris oſtendit. E quibus ſubiecta feruntur.

Super Codice, lib.9. Super.ff.veteri lib.24.
Super.ff.nouo lib.12. Conſilia multa li.1.
Et quædam alia. Claruit temporibus concilii Conſtantienſis, & Sigiſmundi Imper. Anno domini 1416.

IOHANNES de Palomar Barchinonenſis Eccleſiæ archidiaconus, doctor decretorũ inſignis, & tam in diuinis ſcrip. quam in ſecularibus literis nobiliter doctus ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, vita & conuerſatione præclarus, edidit non ſpernendæ lectionis opuſcula quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis tranſmiſit. E quibus extat tractatus inſignis ad Iohannem abbatẽ monaſterii Scotorũ ordinis diui Benedicti Wienẽſis.

De abſtinentia carnium lib.1. Surgent in iudicio filii. Sermones & quæſtiones. Cætera quæ compoſuit ad notitiam noſtræ lectionis minime venerunt. Claruit in gymnaſio Wienenſi in Auſtria, & multa compoſuit temporibus Sigiſmundi Imp. Anno domini 1420.

RAPHAEL Cumanus, iuris ciuilis inſignis profeſſor & celeberrimus interpres, ingenio excellens, & præſtans cõſilio, cuius apud iureconſultos non minima authoritas eſt.

Scripſit in ea facultate quædam præclara opuſcula, quibus memoriam ſui nominis ad poſteros tranſmiſit. E quibus iſta feruntur.

Super Codice lib.9. Super.ff.veteri. lib.24.
Conſiliorum quoq; lib.1. Et complura. Claruit ſub Sigiſmundo Imp. Anno domini 1416.

IOHANNES de Teneramunda, ordinis Carthuſien. prior domus Sillimaci in Sabaudia, vir in diuinis ſcrip. ſtudioſus & valde eruditus, vita & conuerſatione deuotus, ingenio clarus, ſermone compoſitus, edidit ad ædificationem religioſorum fratrum valde vtilia opuſcula, quibus non ſolum tunc præſentes, ſed etiam poſt ſe futuros ad amorem Dei eruditit. Et ſunt iſta.

De notitia Dei, lib.1. De natura & lapſu hominis, lib.1.
De reparatione lapſi, lib.1. De amore Dei, lib.1.
De gaudio hominis, lib.1. De ſacramento altaris, lib.1.
De fide Chriſtiana, lib.1. De honore Dei, lib.1.
De conceptione ſanctæ Mariæ, lib.1.
Alia quoque multa eleganter compoſuit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

GASPARINVS grammaticus celeberrimus, patria Pergomen. ex Barziza Ruſculo natus, vir in ſecularibus literis eruditiſſ. philoſophus & rhetor præſtantiſſ. ingenio ſubtilis, eloquio diſertus, qui latini ſermonis elegantiam ſemimortuam ab inferis reſuſcitauit. Scripſit multa in ea facultate præclara opuſcula, quibus nominis ſui memoriam poſteris reliquit. E quibus extant.

De orthographia, lib.1.
Epiſtolarum ad diuerſos lib.1. *Gaudeo plurimum ac læ.*
Orationes variæ, lib.1. In epiſtolas Ciceronis, li.1.
In eundem de officiis, lib.1. In eundem de oratore, lib.1.
In eundem de ſenectute lib.1.
Et quædam alia. Claruit temporibus Concilii Conſtantienſis, & Sigiſmundi Imp. Anno domini 1420.

ANTONIVS Ianuenſis, ordinis fratrum heremitarum S. Auguſt. vir in diuinis ſcrip. eruditus, & iuris canonici profeſſor, & celeberrimus interpres, ingenio præſtans & clarus eloquio. Scripſit quædam non ſpernendæ lectionis opuſcula, quibus nomen ſuum cum laude tranſmiſit ad poſteros. Sed ego nullum eorum videre merui, præter illud quod prænoratur, compendium.

Figurarum moralium lib.1. Religioſis viris in Chriſto. Cætera ad me non venerunt. Claruit perſonaliter in generali concilio Conſtantienſi, ſub Sigiſmundo Imp. Anno domini 1418.

Io-

IOHANNES de Imola, patria Bononiensis, vtriusq; iuris celeberrimus doctor, ingenio excellens & clarus eloquio, cuius eruditio & eloquentia suo tempore totã Italiam magnifice illustrarunt. Fertur in vtroque iure multa præclara volumina edidisse, quorum authoritas apud huiusce facultatis professores maximis laudibus attollitur. De quibus subiecta in primis feruntur,

Super tribus lib. Decretalium	lib. 3.		
Super 6. Decretalium,	lib. 1.	Super Clementinis.	lib. 1.
Super. ff. Infortiati	lib. 14.	*Antequam veniamus ad.*	
Super. ff. nouo,	Et quædam alia.		

Moritur Bononiæ temporibus Sigismundi Imper. & Eugenii Papæ 4. Anno domini 1436. Indict. 14.

ANTONIVS de Parma ordinis Camaldulen. prior generalis, vir in diuinis script. studiosus & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, ingenio excellens, eloquio compositus, in declamandis sermonibus ad populum satis idoneus, scripsit ad directionẽ prædicatorum verbi Dei nonnulla præclara opuscula, quibus nomen suum notificauit. E quibus præcipua feruntur.

Sermones de tempore,	lib. 1.	*Cum appropinquasset.*	
Sermones de sanctis,	lib. 1.	Sermones per quadragesimam,	lib. 1.

Et quædam alia. Claruit personaliter in concilio Constantien. sub Sigismundo Imper. Anno domini 1420.

LEONARDVS Aretinus philosophus, orator & historicus insignis, ac vir vndecunque doctissimus, græci & latini sermonis peritus, primum Innocentii septimi, Gregorii duodecimi, Alexandri 5. & Iohannis 23. pontificum Romanorum vsq; ad concilium Constantien. secretarius, ac deinde à senatu Florentino accitus cancellarius generalis constituitur, in quo officio vsque ad finem vitæ cum magna fidelitate & authoritate permansit. Scripsit inter cætera.

Dialogorum insigne opus,	lib. 1.	Historiam sui temporis,	lib. 1.
De bene gestis Florentinorum,	lib. 12.	De laudibus Florentiæ,	lib. 1.
Historiam Gothorum,	lib. 4.	Historiam belli Punici primi,	lib. 1.
Vitam Aristotelis,	lib. 1.	De vita Ciceronis,	lib. 1.
Epistolarum volumen	lib. 1.		

Alia insuper nõnulla elegantissime composuit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Præterea ex græcis multa transtulit in latinum, videlicet tractatum beati sacerdotis Basilii de instituendis discipulis, vitam quoque Tiberii & Gracci græcorum, Pauli Emilii, Catonis posterioris ac Sertorii Romanorum, ex Plutarcho transtulit. Libellum quoq; Xenophontis de tyranno, Platonis Gorgiam & Phædonem, & quasdam Epistolas, Aristotelis Oeconomicam & Ethicorum & Politicorum libros similiter traduxit. Et alia quæ ad me non venerunt. Claruit in cõcilio Constantien. personaliter sub Sigismundo Imp. Anno domini 1420. Moritur autem sub Frederico Imperat. tertio, & Eugenio Papa quarto. Anno domini 1443. Indict. sexta, 7. Idus Martii, ætatis suæ anno ferme 74.

POGIVS Florentinus philosophus & rhetor facundus, græco & latino sermone ad perfectum instructus, literarum apostolicarum multis annis scriptor disertissimus. Fertur nonnulla ingenii excellentis composuisse opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. Huius Pogii acerrimus æmulus Laurentius Valla extitit, & varia in eum scripsit. Ipse autem edidit.

De situ Indiæ regionis.	lib. 1.	In Laurentium Vallam.	li. 2.
Epistolarum ad diuersos	lib. 1.	Orationes varias.	li. 1.

Et alia complura. Dionysium Siculum & alios multos græcorum authores latinos fecit. Præterea in concilio Canstantien. funebres orationes plurimas habuit. Spurcitiarum opus quod Facetias prænotauit, ab hoc illustrium virorum cathalogo merito censuimus repellendum, quoniam eius lectio deuotos offendit, incautis nocet, carnales inficit. Claruit in concilio Constantiensi personaliter sub Sigismundo Imperatore. Anno domini 1420.

LAVRENTIVS Valla, Patricius Romanus, grammaticorum huius ætatis longe princeps, philosophus, rhetor & theologus præstantissimus, ingenio subtilis, acer & vehemens, latinam eloquentiam græce præferens, multa ad eius ornatum composuit græci & latini sermonis peritissimus, edidit non spernendæ lectionis opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum laude transmisit. E quibus subiecta feruntur.

Ele-

Elegantiarum	lib.6.	*Cum mecum sæpe maiorum.*	
De reciprocatione sui & suus.	lib.1.	*Singularis tu Iohannes.*	
Epistolarum multarum.	lib.1.	In Quintilianum quoq;	li.12.
Dialectica.	lib.1.		
Panegiricus de vero bono.	lib.3.	*Instituenti mihi Paule.*	
De libero arbitrio.	lib.1.	*Maxime vellem Garsia.*	
Apologus in Pogium	lib.1.	*Audio Pogium alteram.*	
In Antonium Raudensem.	lib.1.	Et alia multa.	

In latinum vertit, Homerum, Herodotum, Thucydidem, & plures alios. Claruit in concilio Constantiensi personaliter, sub Sigismundo imperatore. Anno domini 1420. De quo sic quidam ait: Quid ille censor Latinæ linguæ mordacissimus Laurentius Valla, dira & exacta sua reprehensione sibi peperit? Quid inquam laudis aliud consecutus est post fata quam q; de eo iuxta merita pulchrum illud epigramma confictũ legitur & prædicatur vbiq;? *Nunc postquam manes defunctus Valla petiuit. Non audet Pluto verba latina loqui. Iupiter hunc cæli dignatus honore fuisset. Censore lingua, sed timet esse sua.* Quid autem de Constantini donatione qua dotauit Ecclesiam Romanam senserit liber eius pulchre indicat, quem vtinam vir tantus nunquam edidisset.

Iohannes Tortellius, natione Aretinus, Laurentii Vallæ amicissimus ad quem elegantiarum linguæ latinæ sex libros perscripsit. Romani pontificis subdiaconus & cubicularis, ac Nicolai postmodum pontificis contubernalis, & studiorum eius intimus comes, græcis, latinisq; literis ad perfectum instructus, philosophus, rhetor, ac Theologus celeberrimus. Scripsit inter cætera ingenii sui opuscula, volumen grande & præclarum quod prænotauit.

Commentariorum grammaticæ.	lib.2.	*Græcorum literas quibus.*	
In Dialecticam quoq;.	lib.1.	Epistolas diuersas edidit.	

Et alia plura. Athanasii Alexandrini vitam ad Eugenium pontificẽ in latinum transtulit, & Appianum historicum ad verbum interpretatus est. Et alia. Claruit sub Sigismundo Imp. Anno domini 1420.

Hermannvs Petra de Stutdorp, ordinis Carthusiensium, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, vita & conuersatione deuotus, vicarius & rector domus sanctimonialium, ordinis sui, diuæ Annæ iuxta Brugas in Flandria, vbi per nouem & viginti annos multa religione & doctrina claruit. Scripsit ingenii sui quædam deuota opuscula, de quibus subiecta feruntur. Opus insigne per circulum anni in sex voluminibus diuisum, continens.

Sermones de tempore	lib.3.	Sermones de sanctis.	li.3.
Super oratione Dominica sermones 50.	li.1.	De regimine monialium.	lib.1.

Et alia complura. Moritur sub Sigismundo Imp. & Martino Papa quinto. Anno domini 1428. Nono Cal. Maii Indict. 6.

Omnibonvs Leonicenus, vir in literis humanitatis eruditissimus græco & latino ad perfectum instructus eloquio, philosophus & rhetor, omnium suo tempore celeberrimus. Emanuelis Chrysoloræ Constantinopolitani (qui græcas literas reduxit in Italiam) apud Venetias quondam auditor. Scripsit multa præclara volumina, quibus memoriam sui posteris reliquit. E quibus subiecta feruntur.

In oratorem Ciceronis.	lib.3.	*Quantum Ciceronis ora.*	
In Lucanum poetam.	lib.1.	*In exponendo hoc au.*	
In Quintilianum.	lib.1.		
In laudibus Eloquentiæ.	lib.1.	*Quantum admirationis.*	

Orationes multæ. Et alia complura edidit, quæ ad manus nostras nondum venerunt. Claruit sub Sigismundo Imp. Anno domini 1420.

Henricvs de Hassia Iunior, ordinis Carthusiensium, prior domus monachorum Mariæ, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, ingenio subtilis & clarus eloquio, edidit multa elegantissima volumina, quibus nominis sui memoriam posteris reliquit, & multa eorum in gymnasiis vniuersalibus publice ante religionis ingressum legit. E quibus ista feruntur.

Super sententias	lib.4.	In Genesim	lib.1.
In Exodum,	lib.1.	In Parabolas Salomonis	lib.1.
In Apocalypsin Iohannis,	lib.1.	*Dialogus inter Episc. & presbyterum,*	lib.1.
Sermones vtiles,	lib.1.	Et quædam alia.	

Moritur sub Sigismundo Imperatore, & Martino Papa 5. Anno domini 1428. Indictione 6.

IOHANNES de Gerson, natione Gallus, cancellarius Parisiensis, Petri de Aliaco cardinalis Cameracensis olim discipulus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & secularis philosophiæ non ignarus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, sententia certus & stabilis, consilio cautus, & dubiorum clarissimus interpres, vita & conuersatione insignis, Theologorum sui temporis longe princeps. Scripsit metro & prosa multa præstantissima opuscula, quibus nomen suum immortalitatem apud posteros semper obtinebit, quorum lectio deuotis & religiosis viris non minus vtilis, quam iocunda est. E quibus extat.

De laude scriptorum,	lib. 1.	*Scrutari scripturas.*
De concordantia Euangelistarum	lib. 1.	*Euangelium Latum esse.*
De potestate Ecclesiastica	lib. 1.	*Potestas Ecclesiastica de.*
De auferibilitate sponsi	lib. 1.	*Venient autem dies quando.*
De modo se habendi in schismate	lib. 1.	*Ad tollenda quorundam.*
De vnitate Ecclesiastica,	lib. 1.	*Vnitas Ecclesiasticæ.*
De statibus Ecclesiasticis	lib. 1.	*Pax quam omnes.*
De modo viuendi fidelium	lib. 1.	*Regula prima quæ.*
De defectibus Ecclesiasticis,	lib. 1.	*Forte dicitur mihi. Ec.*
De schismate	lib. 2.	*In inquisitione veritatis*
De concilio generali	lib. 1.	*Daturus occasionem.*
Trialogus de schismate	lib. 1.	*Sæpenumero sublimen.*
De nuptiis Ecclesiæ,	lib. 2.	*Nuptiæ factæ sunt in.*
Quæ sint necessario credenda	lib. 1.	*Declaratio compendiosa.*
De diuersis hæresibus	lib. 1.	*Protestatio seu reuo.*
De appellatione à Papa,	lib. 1.	*Quæritur vtrum hæc.*
Contra Petrum de Luna 30. ar.	lib. 1.	*Et primo constat, &c.*
Contra eundem octo articuli	lib. 1.	*Et primo notandum.*
De assumptione humanitatis Christi,	lib. 1.	*Reuerendiss. in Christo.*
Lectiones duæ in Marcum	lib. 1.	*Sicut scriptum est in.*
De literali sensu scripturæ	lib. 1.	*Qui autem blasphema.*
Contra hæresim Bohœmorum	lib. 1.	*Oblaturus iuxta se.*
De probatione spirituum	lib. 1.	*Probate spiritus si ex Deo.*
De examinatione doctrinarum,	lib. 1.	*Attendite à falsis pro.*
Trialogus contra Astrologiam,	lib. 1.	*Sapientiam quæ à domino Deo.*
De veris & falsis visionibus	lib. 1.	*Nuper vnam ex lectionibus.*
De obseruatione dierum superstitiosa.	lib. 1.	*Culpat Apostolus eos qui.*
Contra Iacobum Angeli	lib. 1.	*Omne opus Dei sanctum est.*
De erroribus Magicæ,	lib. 1.	*Collaudanti mihi nuper.*
Contra Matthæum Grabon	lib. 1.	*Reuerendissimo in Christo.*
Contra flagellatores	lib. 1.	*Lex Christi dicitur lex amo.*
Regulæ morales	lib. 1.	*Agamus nunc interim.*
De præceptis decalogi,	lib. 1.	*Christianitati suus qualis.*
De differentia peccatorum	lib. 1.	*Qui bene considerat.*
De confessionibus audiendis,	lib. 1.	*Et si virtus quam, &c.*
De confessione molliciei	lib. 1.	*Quidam magister in the.*
Remedia recidiuantium	lib. 1.	*Habet hoc proprium ars.*
De absolutione sacramentali,	lib. 1.	*Gratia tibi & pax frater,*
Dialogus de potestate ligandi	lib. 1.	*Cum Christus dederit.*
De indulgentiis	lib. 1.	*Quæcunq; alligaueris.*
De quatuor quæstionibus	lib. 1.	*Quæritur an male loqui.*
De diuersis quæstionibus	lib. 1.	*Dubitabat nuper aliquis.*
De contractibus	lib. 3.	*Qui volunt diuites fie.*
De Symonia	lib. 1.	*Super materia symonia.*
De solicitudine Ecclesiasticorum,	lib. 1.	*Nolite solliciti esse quid.*
De condendo testamento	lib. 1.	*Beatus ille seruus quem.*
Testamentum peregrini metro,	lib. 1.	*Gratia cui nomen, &c.*
De pollutione nocturna	lib. 1.	*Dubitatum est apud me.*

De pol-

De pollutione diurna	lib.1.	*Scripsi pridem aliqua.*
De castitate ecclesiasticorum	lib.1.	*Sunt eunuchi qui se cast.*
De abstinentia carnium	lib.1.	*Grandis & mira est*
De temperantia prælatorum	lib.1.	*Iam in vna priori lectio.*
De vita clericorum	lib.1.	*Pœnitemini & credi.*
De humilitate	lib.1.	*Adeo exiuit & ad de.*
De nobilitate	lib.1.	*Homo quidam nobilis*
De consideratione principis,	lib.1.	*Rex regum Iesu benigne*
Dialogus duorum militum	lib.1.	*Milites in heremo.*
De consolatione Theologiæ	lib.4.	*Quæcunq; scripta sunt*
Dialogus Apologeticus	lib.1.	*Rem inquiris o monice.*
Iosephina metrice,	lib.1.	*Fontem sueuerunt*
Centilogium de conceptibus	lib.1.	*Conceptum de virgine.*
De vita spiritali	lib.1.	*Ego vos baptizaui aqua*
Centilogium de impulsibus.	lib.1.	*Deposuit potentes de.*
De mystica Theologia.	lib.8.	*Pœnitèmini & credi.*
De eadem, practica.	lib.1	*Tractantes in lectionibus.*
Elucidatio eiusdem.	lib.1.	*Vobis datum est nosse.*
De perfectione religionis.	lib.1.	*Gratia vobis & pax.*
De meditatione cordis.	lib.1.	*Meditatio cordis mei.*
De simplicitate cordis.	lib.1.	*In simplicitate cordis*
De directione cordis.	lib.1.	*Confitebor tibi in dire.*
De illuminatione cordis	lib.1.	*Simile est regnum cælorum.*
De oculo quoque.	lib.1.	*Gauisi sunt discipuli.*
Contra pusillanimitatem.	lib.1.	*Qui pusillanimis est.*
De diuersis tentationibus diaboli.	lib.1.	*At nos sub Dei manu.*
De discretione exercitii.	lib.1.	*Deus vult vt sit rati.*
De passionibus animæ.	lib.1.	*Passionem feruorem.*
De perfectione cordis.	lib.2.	*Diliges Dominum Deum tuum.*
De monte contemplationis.	lib.1.	*Mirari nonnulli fortas.*
De mendicitate spiritali.	lib.1.	*O mea pauper infir.*
De valore orationis.	lib.1.	*Oportet semper orare.*
De canticis canticorum.	lib.3.	*Cecinimus vobis nec.*
Super Magnificat.	li.12.	*Canticum Mariæ tractan.*
Carmen de eodem.	lib.1.	*Magnificat anima mea.*
De hymno Angelico.	lib.1.	*Gloria in excelsis Deo.*
Super Cantica canticorum.	lib.1.	*Amo te sacer ordo car.*
De nuptiis sapientiæ.	lib.4.	*Quæsiui sponsam mi.*
De duplici logica.	lib.2.	*Et erat Iohannes vesti.*
Ad rectores puerorum.	lib.1.	*Sinite paruulos veni.*
Sermones in concilio Constantien.	lib.1.	*Ambulate dum lucem ha.*
Sermones ad clerum	lib.1.	Sermones ad populum. lib.1.
Dialogus de quolibet	lib.1.	Epistolæ plures ad diuersos. lib.1.

Alia insuper multa edidit minora quidem, sed valde vtilia opuscula, quorum ad nos certa notitia non peruenit. Claruit personaliter in concilio Constantiens. in quo pro extirpatione hæresium glorioſe laborans, tandem illo dissoluto, domo, patria, cognatis, amicis, dignitatibus, rebusque propriis, pro veritate tuenda priuatus est, & multis insidiis expetitus, vnde necessitate compulsus ad ciuitatem Lugdunens. confugiens, ibidem post paucos annos moritur sub Sigismundo imperatore, & Martino Papa quinto. Anno Domini 1429. Indictione septima, ætatis suæ anno 66. Quarto Iduum Iulias. Ibidem apud Cœlestinos cum honore sepultus.

VINCENTIVS Ferrarius de Valentia, ordinis fratrum prædicatorum, ad quem Iohannis de Gerson nonnullæ extant epistolæ, vir in diuinis script. eruditissimus, & secularis literaturæ non ignarus, ingenio subtilis & clarus eloquio, moribus & conuersatione deuotus, & declamator sermonum suo tempore omnium celeberrimus, miraculis viuus & mortuus coruscans. Scripsit elegantes,

Sermones de tempore.	lib.1.	*Benedictus qui venit in.*
Sermones de sanctis.	lib.1.	*Dues est in omnes qui in.*

Sermones per quadrageſimam. lib. 1. Epiſtolas quasdam.

Claruit perſonaliter in concilio Conſtantienſ. Anno domini 1418. Mortuus vero propter crebra miracula per Calixtum Papam tertium canonizatus eſt. Anno domini 1455. Indictione 3. Cuius feſtum in April.

BONIFACIVS Ferrarius de Valentia, natione Cathalanus, ordinis Carthuſienſ. prior 25. beati Vincentii prædicatoris ſupradicti frater, vir in diuinis ſcripturis eruditus, & iuris canonici Doctor egregius, vita & conuerſatione à ſancto fratre non degenerans, Carthuſiam maiorem verbo & exemplo ſtrenue gubernauit. Scripſit inter cætera notabilem tractatum, cur in ordine Carthuſienſ. pauci canonizati ſint, & miracula publice non faciant.

Ad Bonifacium eiuſdem ordinis. lib. 1. De approbatione ordinis. lib. 1.

Epiſtolas quaſdam. Et alia multa. Claruit temporibus Sigiſmundi Imper. & Martini papæ quinti. Anno domini 1420.

LVPVS de Oliuero, natione Hiſpanus, ordinis monachorum heremitarum ſancti Hieronymi, prior generalis, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, ordiniſque ſui inſtaurator egregius, ſcripſit nonnulla præclara opuſcula, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis tranſmiſit. E quibus feruntur ex dictis ſancti Hieronymi.

Regula ordinis ſui. lib. 1. *Fratres chariſſimi non.*

Sermones de tempore. lib. 1. Sermones de Sanctis. lib. 1.

Et quædam alia. Hanc regulam nouiter compilatam in 32. capitulis Martinus quintus confirmauit. Claruit tempore concilii Conſtantien. Anno domini 1420.

DOMINICVS de ſancto Geminiano, iureconſul. præſtantiſſimus, & tam in diuinis ſcripturis quam in cæteris literis ſecularium diſciplinarum nobiliter doctus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio, ſcripſit in iure canonico quædam præclara volumina, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis cum gloria tranſmiſit. E quibus extat opus inſigne & celeberrimum in duobus voluminibus partitum.

Super 6 Decretalium. lib. 2. Quia gloſſa prima ſine.

Et variæ declarationes.

Cætera vero quæ compoſuiſſe dicitur, ad notitiam meam non venerunt.

PAVLVS de ſancta Maria, genere Iudæus, fide Chriſtianus primo epiſcopus Carthaginenſis, ac poſtea Burgenſis in Hiſpania antiſtes archicancellarius regis Caſtellæ & legionis, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſiſſimus & valde eruditus, & magiſter ſacræ Theologiæ, in virili ætate ſua conuerſus ad fidem Catholicam, vitæ & doctrina in tantum profecit, vt inter omnes Hiſpaniæ Doctores ſimilem ſuo tempore habuerit neminem. Scripſit ad filium ſuum Alphonſum decanum Compoſtellanum legum Doctorem in Poſtillas Nicolai de Lyra.

Additiones notabiles lib. 1. *Quid tibi vis vt viuens.*

Scrutinium ſcripturarum, lib. 2. *Scrutamini ſcripturas*

Et quædam alia.

Claruit & compleuit hoc ſcrutinium ſuum ſub Sigiſmundo Imperatore & Eugenio Papa quarto. Anno domini 1434. Indictione duodecima, ætatis ſuæ 81. anno.

PETRVS Paulus Vergerius, patria Iuſtinopolitanus, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus, & in ſecularibus literis eruditiſſimus philoſophus & rhetor celeberrimus, Græco & Latino ſermone ad perfectum inſtructus, Chryſoloræ Byzantini philoſophi apud Venetias Græcas literas docentis quondam auditor. Scripſit ingenii excellentis quædam præclara opuſcula, quibus memoriam ſui poſteris reliquit. E quibus extat inſigne opus continens de geſtis Carrarien. dominorum.

Hiſtoriam perpulchram, lib. 1. De ingenuis moribus, lib. 1.

In laudibus diui Hieronymi, lib. 1. Et alia multa.

Claruit in concilio Conſtantien. Anno domini 1420.

MAPHÆVS Vegius, patria Laudenſis, Martini Papæ quinti datarius, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & egregie doctus, atque in ſecularibus literis eruditiſſimus orator & poeta celeberrimus, & non minus conuerſatione quam ſcientia inſignis, cuius procuratione & impenſa, reliquiæ S. Monicæ diui Auguſtini matris ex oſtia Tyberina Romam translatæ, & in noua capella à ſe pretioſe fabricata, condita ſunt, in qua & ipſe ſepultus eſt. Scripſit tam metro quam ſoluta oratione quædam præclara volumina, de quibus extat opus celeberrimum & omnibus religioſis neceſſarium, diuina & humana literatura compoſitum ad quaſdam ſorores quod prænotauit,

De

De perseuerantia lib.7. *Cum graues sæpe vt sit.*
In Psal. pœnitentiales, lib.1. In laudibus diuæ Monacæ, lib.1.
Librum 13. Æneid. heroico carm. lib.1. Epigrammata plura, lib.1.
De re militari. Dialogum, qui dicitur Philaletes.
Epistolas multas. Et alia complura.

Claruit temporibus Sigismundi Imp. & Martini papæ quinti. Anno domini 1430.

IOHANNES Plaeth, natione Teutonicus, gymnasii Heydelbergensis decus & columna, vir in diuinis scripturis eruditissimus & in philosophia Aristotelica nobiliter doctus, ingenio subtilis, sermone scholasticus vita & conuersatione (quantum secularis patitur status) insignis, in declamandis sermonibus ad populum doctor egregius. Scripsit inter cætera magnum & insigne volumen, quod in præfata vniuersitate Heydelbergensi ordinarie & publice legit.

Super primo c. Decretalium, lib.1. *Venerabiles patres.*
Contra Bohœmos lib.1. *Sicut sapiente dicente.*
Quæstiones sententiarum, lib.1. Sermones plures.
Quæstiones varias. Et quædam alia.

Claruit sub Sigismundo Imp. Anno domini 1430.

IOHANNES Dieppurg dictus de Franckfordia, natione Teutonicus, Doctor Heydelbergensis, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, disputator acutus, & declamator sermonum egregius, Ludouici ducis Bauariæ & comitis Palatini Rheni quondam capellanus & secretarius, ac in multis arduis caussis sæpe legatus. Scripsit non spernendæ lectionis opuscula, quibus memoriam nominis sui posteris reliquit. E quibus feruntur subiecta

Contra Hussitas lib.1. *Cum nuper anno domini.*
Contra Feymeros, lib.1. *Lex Domini ad extra mor.*
De contractibus lib.1. *Vt in foro animæ vbi in,*
De prædestinatione lib.1. *Gloria in altissmis Deo.*
Sermones multi lib.1.
Coram rege Angliæ oratio lib.1. *Verbum mihi est ad te.*
Coram duce Sabaudiæ oratio, lib.1. Coram rege Franciæ oratio, lib.1.
Quæstiones variæ, lib.1. Epistolæ complures.

Orationes diuersæ. Claruit temporibus Sigismundi Imp. & Eugenii papæ quarti. Anno domini 1430.

RAYMVNDVS Sebeide, natione Hispanus, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, atque in secularibus literis egregie doctus, artium & medicinæ doctor insignis, qui docendo & scribendo in gymnasio Tolosano magnum eruditionis suæ experimentum dedit. Fertur multa præclara scripsisse opuscula, de quibus ego vidi tantum volumen grande, quod in præfata vniuersitate publice legerat, in cuius principio & multa & gloriosa promittit, de quorum veritate nonnulli sibi applaudunt tanquam experti, quod prænotauit.

Creaturarum siue de homine, lib.1. *Ad laudem & gloriam.*
Quæstiones disputatas, lib.1. Cætera me latent.

Claruit temporibus Sigismundi Imperatoris, & Eugenii papæ quarti. Anno domini 1430.

FRANCISCVS Barbarus, patricius Venetus, Chrisoloræ Byzantini philosophi in Græcis literis discipulus, vir in secularibus literis eruditissimus & diuinarum scripturarum non ignarus, philosophus clarus & summus in vtraque lingua orator. Scripsit adhuc inuenis quædam non abiiciendæ lectionis opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus extat opus, quod prænotauit,

De re vxoria, lib.1. Epistolarum ad diuersos, lib.16.
Et quædam alia.

Ex Plutarcho traduxit in Latinum ad Zachariam fratrem suum vitam Aristidis & Catonis, & multorum illustrium virorum. Similiter & alia.

Moritur temporibus Frederici Imp. tertii, & Nicolai papæ quinti. Anno domini 1454. indictione secunda.

THOMAS Walden, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, natione Anglicus, & prior prouinciæ Anglicanæ generalis, vir in diuinis scripturis eruditissimus & in philosophia Aristotelica nobiliter doctus ingenio acutus & ad dispu-

tandum satis idoneus, non minus conuersatione quam scientia insignis, egregius quoque declamator sermonum, & Henrici Anglorum regis quinti olim confessor & secretarius. Scripsit inter cætera ingenii sui monimenta, opus insigne tribus magnis voluminibus distinctum contra insanos Wiclefitas & Hussitas hæreticos, quod Martinus papa quintus examinatum authoritate apostolica confirmauit. Hoc opus prænotatur

Doctrinale ecclesiæ lib. 3. *Exurgat Deus & dissip.*
Super sententias quoque, lib. 4.
In lib. Physicorum, lib. 8.
In de generatione & corrupt. lib. 2.
In libros de anima, lib. 4.
In lib. Ethicorum, li. 10.
In lib. de cœlo & mundo, lib. 4.
In lib. Metheororum, lib. 4.

Alia insuper multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Moritur autem Rothomagi in suo conuentu honorifice tumulatus, sub Sigismundo Imper. anno Martini papæ quinti vltimo. Anno vero domini nostri Iesu Christi, 1430. Indict. 8. tertia die mensis Nouemb. Id. est 3. Non.

PAVLVS de Castro, iureconsultus omnium sui temporis celeberrimus, vir magnæ doctrinæ & eloquentiæ, qui ius ciuile annis multis Senæ, Florentiæ & Patauii conductus publico salario glorioſe docuit, multa in legibus opuscula condidit, quæ huiusce facultatis professoribus, & nota & chara sunt, quibus memoriam nominis sui celeberrimi posteris reliquit. E quorum numero subiecta feruntur

Super Codice, lib. 9.
Super ff. nouo, lib. 12.
Super Institutis, lib. 4.
Super ff. veteri, lib. 24.
Super ff. Inforciati, lib. 14.
Consilia elegantissima, libr. 1.
Et alia complura.

Moritur temporibus Sigismundi Imperat. & Eugenii papæ quarti. Anno domini 1437. Indict. 15.

AMBROSIVS Florentinus, ordinis Camaldulensis generalis abbas, Chrysoloræ Bizantini philosophi Græcas literas apud Venetias docentis quondam auditor, vir tam in diuinis scripturis quam in secularibus doctrinis eruditissimus philosophus, rhetor & theologus luculentissimus & multa & præclara ingenii sui monimenta posteris reliquit. Hic fuit nuntius & orator Eugenii papæ ad concilium Basilienſe, vbi pro eo solemnem orationem habuit ad patres. Scripsit insigne volumen

Epistolarum ad diuersos libros lib. 1.
Orationes varias.
Et alia complura.

In latinum etiam ex græco transtulit quatuor libros beati Dionysii Ariopagitæ, elegantiore & faciliori stylo. Vitam quoque originalem beati Iohannis Chrysostomi ad Sigismundum Imperatorem. Item Basilium de virginitate, ad Gabrielem cardinalem, postea papam Eugenium quartum. Item Laertium de vita philosophorum, ad Cosmum de medicis. Sed & tres libros diui Iohannis Chrysostomi ad Stagirium monachum Arreptieium luculento & ornato conuertit eloquio. Et alia complura nobis adhuc incognita. Claruit temporibus conciliorum Constantiensis & Basilienſis, & vtrumq; sua præsentia illustrauit. Anno domini 1430.

CAIETANVS patria Vicentinus, Patauinus canonicus, vir in diuinis scripturis studioſus & eruditus, & in secularib. literis nobiliter doctus, philosophus & medicus insignis, & theologus celeberrimus, qui in gymnasio Patauino literas & sacras & scholasticas publice docuit, & magnam eruditionis suæ laudem acquisiuit. Scripsit in vtraque literatura (vt ferunt) plura opuscula, quibus nominis sui memoriam posteris reliquit. E quorum numero ista feruntur

In lib. Physicorum, lib. 8.
In lib. de cœlo & mundo lib. 4.
In libros de anima, lib. 4.

Et

Et alia complura. Claruit temporibus Sigismundi Imper. & Eugenii papæ quarti. Anno domini 1430.

HENRICVS Gulpen, abbas monasterii S. Egidii in Nurenberga, ordinis diui patris Benedicti, natione Teutonicus, iureconsultus insignis, & tam in diuinis scripturis quã in seculari philosophia egregie doctus, nec minus religiosa conuersatione quam scientia scripturarum venerandus, cuius ingenii promptitudinem & consilii prouidẽtiam Iohannes Nider in suo de formicis opusculo commendat expertus. Scripsit eleganter super septem distinctionibus.

De pœnitentia	lib.1.	Super de consecratione,	lib.1.
De passione Domini,	lib.1.		

Et quædam alia. Claruit in concilio Constantiens. personaliter cum adhuc secularis esset artium magister & studens iuris. Anno domini 1417.

IACOBVS Forliuiensis, philosophus & medicus celeberrimæ opinionis, qui cunctos philosophiæ & medicinæ professores sui temporis longe præcelluisse à multis perhibetur, non solum eruditione, verum experientia quoque curandarum ægritudinum humanarum insignis. Scripsit in sua facultate desudantibus perutilia opuscula quibus nomen suum posteris notificauit. E quibus præcipua feruntur.

De extensione graduum forma	lib.1.	In primum canonem Auicennæ,	lib.1.
In Aphoris. eiusdem	lib.1.	In tegni quoque,	lib.1.

Et quædam alia.

Claruit temporibus Sigismundi Christianissimi Imperatoris. Anno domini nostri Iesu Christi 1430.

RVDOLPHVS de Buxella vico Sueuiæ, natione Teutonicus, Spirensis diœcesis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, atque in seculari philosophia quam Aristotelicam vocant egregie doctus, sacræ theologiæ Professor insignis, qui in gymnasio Heydelbergensi eruditionis suæ laudes ingentes acquisiuit. Scripsit in ea facultate non spernenda opuscula, quibus nomen suum notificauit posteritati videlicet,

Quæstiones sententiarum	lib.1.	Sermones perutiles	lib.1.
Quæstiones varias.	lib.1.		
Orationes plures ad patres	lib.1.	*Et si sancta mater*	

Et alia multa. Claruit in gymnasio Heydelbergensi tempore concilii Basil. & deinceps Anno domini 1430.

HVGO Senensis, natione Italus, vir in secularibus literis eruditissimus & diuinarum scripturarum non ignarus, philosophus clarus, & medicus celeberrimus, ingenio excellens, & præstans. Scripsit in medicina studentibus non paruipendenda volumina, quibus memoriam nominis sui posteris reliquit. E quibus feruntur.

Super primo Auicennæ	lib.1.	Super aphoris. Hippocratis,	lib.1.
Super tegni Galeni	lib.1.	Et alia complura.	

Claruit temporibus concilii Basilienſis, & Sigismundi Imperatoris. Anno domini 1430.

HENRICVS de Gauda, natione Teutonicus, in scripturis sanctis magnifice eruditus, ingenio subtilis, & disputator scholasticarum quæstionum acutissimus, in gymnasio Heydelbergensi, tum legendo tum docendo, tumque componendo suo tempore facile principatum obtinuit. Scripsit quædam præclara ingenii sui opuscula, de quibus ad meam notitiam pauca hucusq; peruenerunt.

Super sententiarum,	lib.1.	*Fons hortorum puteus,*	
De celebratione	lib.1.	Orationes variæ	
Quæstiones disputatæ		Et alia quædam.	

Claruit temporibus concilii Basilienſis, & Sigismundi Imperatoris. Anno domini 1435.

SANCTES de Arduinis ex Pisaurensi vrbe natus, vir in Philosophia & Medicina doctissimus, & in medendis corporibus humanis expertissimus apud Venetos suo tempore magno in precio habitus, edidit huiusce facultatis quædam præclara opuscula, quibus memoriam celeberrimi nominis sui ad posteritatis notitiam destinauit. E quibus extat opus de omnibus naturalibus & artificialibus.

Venenis notabile	lib.1.	De odoratione quoque,	lib.1.
De prolificatione,	lib.1.	Et quædam alia.	

Claruit sub Sigismundo Imp. Anno domini 1430.

NICOLAVS de Susato, natione Teutonicus, sacræ theologiæ Doctor celeberrimus, & tam in seculari philosophia quam in diuinis scripturis eruditissimus, apud Ludouicum ducem Bauariæ comitē Palatinum Rheni, in precio habitus, & in concilio Constantien. ad eligendum summum Pontificem Cardinalibus ex Germanica natione cum cæteris adiunctus, sicut in eiusdem concilii gestis inuenitur, scripsit ingenii sui nonnulla præclara opuscula, quibus memoriam nominis sui posteris reliquit. E quibus feruntur.

Quæstiones sententiarum lib.1. Sermones multi, lib.1.
Variæ quæstiones. Et alia complura. Claruit in concilio Constantien. sub Sigismundo Imper. Anno domini 1417.

IOHANNES de Marliano, philosophus, & medicus celeberrimus, ingenio excellens, experientia huiusce artis clarus, & inter medicos suæ tempestatis non infimus, edidit tam in Philosophia quam in Medicina quædam præclara & luculenta opuscula, quorum lectio & studium harum rerum discipulis non parum vtilis perhibetur, videlicet.

De reactione, &c. lib.1. De caliditate corporum, lib.1.
De Antiperistasi, lib.1. Et alia complura.
Claruit temporibus Sigismundi Christianissimi Imperatoris. Anno domini 1430.

IOHANNES Gritsch, natione Teutonicus, patria Basilienſis, ordinis fratrum minorum, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & tam in iure Canonico quam in Philosophia seculari sufficienter instructus, ingenio præstans, & clarus eloquio, in declamandis sermonibus ad populum celeberrimæ opinionis, scripsit prædicatoribus verbi Dei non spernenda opuscula, quibus nominis sui memoriam posteris commendauit: E quibus ista feruntur.

Sermones de tempore, lib.1. Sermones de sanctis lib.1.
Sermones per quadragesimam, lib.1. *Cum ieiunatis, &c. secundum.*
De passione Domini, lib.1. Et quædam alia.
Claruit (vt sui dicunt) temporibus Sigismundi Imper. Anno domini 1430.

IOHANNES Nider, ordinis fratrum prædicatorum, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & in Philosophia scholastica sufficienter doctus, in declamandis sermonib. ad populum excellentis & præclari ingenii, hæreticæ prauitatis inquisitor, & muliercularum quas maleficas vulgus appellat acertimus inuestigator. Scripsit aperto sermone nonnulla volumina, quibus nomen suum posteris notificauit. E quibus ista feruntur.

De contractibus mercatorum lib.1. *Cum mercatorum officium.*
De lepra morali lib.1. *Olim dum legimus in leui.*
De præceptis Decalogi, lib.1. *Decalogi legem sacratiß.*
De formicis moraliter lib.5. *Peragrans crebro quas.*
De consolatione timoratæ conscientiæ li.1. *Apud disciplinas reperi.*
Speculum perfectionis. lib.1.
Sermones de tempore, lib.1. *Ecce rex tuus, &c. Tria*
Sermones de sanctis, lib.1. *Venite post me, &c.*
Quadragesimale lib.1. *Conuertimini ad, &c.*
Et alia complura.
Claruit temporibus Sigismundi Imperatoris, & conciliorum Constantien. & Basilien. Anno domini 1430.

NICOLAVS Siculus, abbas Monacen. ordinis sancti Benedicti, ex Cathania vrbe oriundus, dictus de Tudeschis, primo auditor causarum domini papæ & rotæ, postea Panormitanus archiepiscopus, & demum sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ cardinalis, iurecōsultus omnium celeberrimus ingenio subtilis & acutus, consilio promptus & firmus, sermone apertus & compositus, qui merito lucerna iuris appellatur. Scripsit multa præclara volumina, quibus nomen suum posteris notificauit, de quibus subiecta feruntur.

Super decreto imperfectum lib.1.
Super Decretalibus, lib.5. *Quoniam omnis ratio superna.*
Super Clementinis lib.1.
Pro concilio Basilienſi lib.1. *Quoniam veritas verborum*
Processus iudiciarius lib.1. *Rex pacificus cunctorum.*
Consilia centum quatuor, lib.1. *Facti contingentia talis est*

Dispu-

Disputationes variæ, lib.1. Et alia complura.

Claruit in concilio Basilien. personaliter. Anno domini 1435. Et pro authoritate ipsius concilii coram principibus in Francofordia, præfatum tractatum publice legit, & elegantem orationem ibidem habuit.

LVDOVICVS Pontanus de Roma, natione Italus, iureconsultus luculentissimus, & non minus in scripturis sanctis, quam in seculari Philosophia studiosus, ingenio excellens, sententia succinctus & ponderans, edidit in iuridica facultate proficere cupientibus non spernenda volumina, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum gloria transmisit E quorum numero ego vidi tantum opus quod prænotatur.

10 Singularia notabilia lib.1. *Verbum omnino intelligitur.*

De cæteris nihil vidi. Claruit temporibus Sigismundi præstantissimi Imperatoris. Anno domini 1430.

IOHANNES Noblet, ordinis fratrum minorum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, natione Gallus conuentu & studio Parisiensis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularium disciplinarum non ignarus, quippe qui ante religionis ingressum, arte, vsu, & professione corporum ægrotantium salutifer medicus extiterat. Scripsit nonnulla præclara opuscula, de quibus feruntur subiecta.

Super sententias lib.4.
In epistolas Canonicas lib.7. *Nobilis in portis vir eius.*
20 Centiloquium ænigmatum lib.1. Sermones varii lib.1.

Et alia complura. In multos præterea Bibliæ libros commentarios mirificos & elegantissimos scripsisse dicitur, qui ad notitiam nostram minime venerunt.

IOHANNES de Ragusio, ordinis fratrum prædicatorum, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, ingenio præstans & clarus eloquio, in declamandis sermonibus ad populum celeberrimæ opinionis, edidit ingenii sui præclara quædam opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus legi opus instructum ad patres concilii Basilienses.

Contra Hussitas lib.1. *Reuerendissimi veneran.*

De cæteris nihil vidi.

30 Claruit in concilio Basilienſi personaliter, vbi dictum contra hæreticos tractatum pronunciauit publice ad patres, sub Alberto Imperatore. Anno domini 1438.

BLONDVS Flauius Forliuiensis, Eugenii Pontificis quarti Secretarius, vir in omni bonarum artium disciplina peritus, Philosophus & Rhetor celeberrimus, & Historiographus insignis, ingenio excellens, eloquio disertus, & dicendi gratia nulli secundus. Scripsit multa præclara volumina, quibus nominis sui memoriam posteris reliquit. E quibus ista feruntur.

Decades tres prænotatæ.
De gestis Romanorum, li.31. *Romanorum imperii.*
De Roma triumphante, li.10. De Roma instaurata, lib.3.
40 De Italia, lib.8. Epistolarum ad diuersos, lib.1,
Orationes variæ, lib.1. Et alia complura.

Claruit temporibus Sigismundi Imper. sub Eugenio Papa quarto. Anno domini 1435. Hic quinq; filios ex legitimo matrimonio reliquit bonarum artium cultores.

HEYMERICVS de Campo, natione Teutonicus, gymnasii Colonienſis vicecancellarius, vir in diuinis scrip. eruditiſ. & in philosophia Aristotelica nulli suo tẽpore secundus, ingenio subtilis & disputator difficilium quæstionum egregius. Scripsit multa præclara opuscula, de quibus tamen pauca in manus nostras hucusq; peruenerunt. In concilio Basilienſi personaliter fuit, missus ab vniuersitate Colonienſi, vbi ad instantiam magistri Nicolai de Cusa postea Cardinalis, edidit

50 Compendium quæstionum, lib.1. *Post plerosq; occasio.*
Super sententias, lib.4. *Vt dicit Auguſt. in libro.*
De esse & essentia lib.1. *Esse & non esse repugnant.*
Compendium diuinorum, lib.4. *In hoc opuſculo ſub con.*
Quæstiones varias, lib.1. Sermones multos, lib.1.
De authoritate concilii, lib.1. Et alia complura.

Claruit in concilio Basilienſi, vbi multa scripsit & disputauit. Anno domini 1438. sub Alberto Imperatore.

GREGORIVS. Trapezontius apostolicus secretarius, vir vndecunq; doctissimus

philosophus, rhetor & poeta celeberrimus, qui ab Eugenio pontifice gymnasio publico Romæ præfectus multis annis Rhetoricam, & Poeticam disciplinã docuit, & discipulos plures in omni scientia peritissimos post se reliquit. Scripsit quædam præclara volumina, quibus nomen suum notificauit posteritati. In quibus extant

Rhetorica perpulchra,	lib.1.	Dialectica singularis	lib.1.
In orationes Ciceronis,	lib.1.	Orationes variæ & epistolæ.	

Et quædam alia.

Claruit Romæ temporibus Eugenii Papæ quarti. Anno domini nostri Iesu Christi 1435.

FLORIANVS de sancto Petro, natione Italus, patria Bononiensis, vir in iure ciuili omnium sui temporis facile doctissimus, & tam diuinarum scripturarum quam secularis philosophiæ non ignarus, ingenio acutus, eloquio clarus, disputator subtilis, & consiliator cautus. Scripsit in ea facultate quædam præclara opuscula, quibus memoriam celeberrimi nominis sui posteris commendauit. E quibus feruntur

Super Codice	lib.9.	Super ff. veteri.	lib.24.
Super ff. nouo,	li.13.	Super ff. Inforciati,	lib.14.

Claruit temporibus Sigismundi Imperatoris & Eugenii papæ quarti. Anno domini 1435.

NICOLAVS Lackman, natione Teutonicus, ordinis fratrum minorum sancti Francisci, minister Saxoniæ, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus & Aristotelicæ philosophiæ non ignarus, ingenio præstans, & ad disputandum idoneus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis opinionis. Scripsit non abiiciendæ lectionis opuscula, quibus nomen suum ad posteritatis notitiam transmisit. E quorum numero subiecta feruntur potiora.

Super sententias,	lib.4.	Quæstiones variæ,	lib.1.
Sermones de tempore,	lib.1.	Sermones de sanctis,	lib.1.

Et alia complura.

Claruit temporibus concilii Basilienſis, & Eugenii Papæ quarti. Anno domini 1440.

IOHANNES de Schonhouen, natione Teutonicus, ordinis canonicorum regularium S. Augustini, monasterii in Brabantia, Cameracensis diœcesis, quod vulgariter Gronedael, latine Viridis vallis dicitur, in quo Iohannes Rusbrugh olim prioris gessit officium, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, ingenio cautus, sermone compositus, nec minus conuersatione quam scientia illustris. Scripsit ad Simonem nepotem suum.

Exhortatorium spiritale,	lib.1.	*Magnam mihi letitiam.*	
De cursu monachi,	lib.1.	*Vt tibi charissime ali.*	
De profectu monachi	lib.1.	*Bonum certamen certa.*	
Defensorium Iohannis Rusbrog,	lib.1.	*Quoniam doctor quidam e.*	
Sermones varios,	lib.1.	Epistolarum ad diuersos,	lib.1.

Et alia complura.

Claruit tempore concilii Constantien. sub Sigismundo Imper. & Martino papa quinto. Anno domini 1420.

PETRVS de Colle, ordinis fratrum minorum S. Francisci, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis eruditus, & in seculari philosophia egregie doctus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, in declamandis sermonibus ad populum facundus & luculentus, edidit pro ædificatione legentium nonnulla volumina, quibus memoriam præclari nominis sui ad posteros transmisit. E quibus extat opus instructum quod in Basilienſ. concilio patribus recitauit.

De authoritate concilii.	lib.1.	*Pugnauit ecclesia multi.*	
Quæstiones sententiarum.	lib.1.	Sermones varii.	lib.1.

Et alia complura.

Claruit tempore eiusdem concilii Basilienſis, in principio regni Frederici Imperatoris tertii. Anno domini 1440.

HERMANNVS monachus in Campo, Cistertiensis ordinis in diœcesi Monasteriensi, natione Teutonicus, patria Westphalus, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & tam in iure Canonico quam in philosophia Aristotelica egregie doctus, ingenio promptus & apertus eloquio, scripsit nonnulla exercitii sui opuscula, quibus pro defen-

sione

sione Basilienſis concilii non mediocriter laborauit. E quibus reperi opuſculum quod prænotauit, de vocibus diffinitiuis.

In concilio generali.	lib.1.	*Iam ſæpius iteratis vi.*	
De poteſtate papæ & concilii.	lib.1.	*Beatus Athanaſius.*	
De ſchiſmate quoque.	lib.1.	De neutralitate.	lib.1.

De cæteris (& ſi multa ferantur, quæ compoſuit) nihil ad me peruenit. Claruit tempore concilii Basilienſis. Anno domini 1440.

IOHANNES Gauwer, natione Teutonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli ſacræ paginæ lector conuentus Moguntini, vir in ſcripturis diuinis ſtudioſus & eruditus, in declamandis ſermonibus ad populum ſatis idoneus. Scripſit exercitati ingenii ſui non ſpernenda opuſcula, quibus nomen ſuum poſteris notum fecit. E quibus extant.

Super ſententias	lib.4.	*Ad laudem Dei omnipoten.*	
In Exodum quoque.	lib.1.	*Lex pro communi vtilitate.*	
Concordia euangeliſtarum.	lib.1.	*Quia miſit Deus filium.*	
Sermones de tempore.	lib.1.	Sermones de ſanctis.	lib.1.
Quadrageſimale triplex.	lib.3.	*Cum ieiunatis, &c. ſcien.*	

Et alia complura.

Claruit temporibus concilii Basilienſis, & Eugenii papæ quarti. Anno domini noſtri Ieſu Chriſti 1440.

BERNARDINVS ordinis fratrum minorum, natione Italus, patria Senenſis, vir in diuinis ſcripturis eruditus, & declamator omnium ſui temporis celeberrimus, vita & conuerſatione ſanctiſſimus, quippe qui viuus & mortuus infinitis miraculis coruſcauit, ſcripſit ad ædificationem fidelium quædam opuſcula, quibus ingenii ſui vim etiam poſteris oſtendit. E quibus extant.

In Apocalypſin Iohannis.	lib.1.	*Beatus ille qui le. &c. triplex.*	
De euangelio æterno.	lib.1.	*Non enim veni ſoluere leg.*	
De Chriſtiana religione.	lib.1.	*Nunc manent fides, ſpes.*	
De conceptione ſanctæ Mariæ.	lib.1.	*Nondum erant abyſſi, &*	
De paſſione Domini.	lib.1.	Sermones de tempore.	lib.1.
Sermones de ſanctis.	lib.1.	Et quædam alia.	

Moritur apud Aquiliam Aprucii vrbem regnante Frederico tertio imperatore, ſub Eugenio papa 4. Anno domini 1443. Indictione 6. ætatis ſuæ anno 63. Et propter crebra miracula per Nicolaum papam quintum cathalogo ſanctorum inſertus eſt, anno 50. poſt obitum vero 7. Cuius feſtum colitur 20. die menſis Maii.

ANTONIVS Gaynerus, natione Papienſis, artis medicinæ doctor celeberrimus, & in præceptis philoſophorum nobiliter doctus, ingenio excellens, & peritia ſuæ profeſſionis non mediocriter clarus, ſcripſit in ea doctrina quædam luculenta opuſcula, quibus nomen ſuum poſteritati notum reddidit. De quibus iſta feruntur.

De ægritudine ſtomachi.	lib.1.	De febri quoque.	lib.1.
De ægritudinibus in generali.	lib.1.	De pleureſi.	lib.1.
De matrice.	lib.1.	De fluxibus.	lib.1.
De artetica in iuncturis	lib.1.	De paſſionibus calculi.	lib.1.
In tertium Auicennæ.	lib.1.	Et alia complura.	

Claruit tempore concilii Basilienſis. Anno domini 1440.

GERARDVS Stredam, natione Teutonicus, ordinis Carthuſienſium prior domus omnium apoſtolorum iuxta Leodium, vir in ſcripturis diuinis ſtudioſiſſimus, & longa exercitatione egregie doctus, religione quoque, prudentia & authoritate venerandus. ſcripſit ad ædificationem ſimplicium fratrum quædam præclara opuſcula, de quibus ſubiecta feruntur. Ad abbatem ſancti Hadriani de Giraldi monte.

De cura paſtorali.	lib.1.	De decem præceptis.	lib.1.
De ſeptem ſacramentis.	lib.1.	Speculum religioſorum.	lib.1.
Dialogus de virtutibus.	lib.1.	Dialogus de vitiis.	lib.1.
Sermones de tempore.	lib.1.	Sermones de ſanctis	lib.1.

Et quædam alia.

Moritur in principio regni Frederici imperatoris tertii, ſub Eugenio papa 4. Anno domini 1443. Indict. 6.

MATTHÆVS Palmerius, natione Italus, patria Florentinus, hiſtoriographus,

philosophus & orator disertissimus, qui in concilio Florentino (quod Eugenius Papa quartus contra Basilienſem ſynodum celebrauit) inter præclaros viros annumeratus fuit, ſcripſit plenum erroris de angelis librum, quem pertinaciter defendens tanquam hæreticus condemnatus, apud Cornam ciuitatem exuſtus eſt. Chronicam Euſebii Cæſarienſis diligenter perluſtrans emendauit, eamque vſque ad annum domini 1448. complens intitulauit.

Petro Coſmi de medicis,	lib. 1.	*Animis noſtris innatum.*	
Epiſtolarum ad diuerſos	lib. 1.	Orationes quoq; varias.	

Et quædam alia.

Claruit temporibus concilii Basilienſis, & Eugenii Papæ quarti. Anno domini noſtri Ieſu Chriſti 1440.

IOHANNES Erneſti, natione Teutonicus, Heydelbergenſis gymnaſii decus quondam & rector, in ſcripturis ſanctis eruditus, & veterum lectione diues, ingenio ſubtilis, eloquio ſingulari venuſtate diſertus, quæſtionum diſputator egregius. Scripſit quædam (vt ferunt) præclara opuſcula, quibus memoriam nominis ſui cum gloria tranſmiſit ad poſteros. De quorum numero ſubiecta feruntur.

Quæſtiones ſententiarum	lib. 1.	Quæſtiones diſputatæ	lib. 1.
Sermones multi	lib. 1.		
De natiuitate Domini oratio	lib. 1.	*Etſi loquendi de maxi.*	
De ieiunio ad vniuerſitatem,	lib. 1.	*Sacratiſſimam deſidera.*	
Orationes multæ & variæ	lib. 1.	De authoritate concilii	lib. 1.

Et alia complura.

Claruit tempore concilii Basilienſ. in exordio regni Frederici Imperatoris. Anno domini 1440.

BARTHOLOMÆVS ordinis Carthuſienſ. prior domus Bethleem in Ruremunda oppido Gelriæ, natione Teutonicus, ſacrarum literarum acutus deuotus & celebratus interpres. Scripſit ad ædificationem fratrum ſuorum quædam præclara opuſcula, quibus magnifice ſuum exercitauit ingenium, & nominis memoriam poſteris reliquit. De quorum numero ſubiecta feruntur.

Exercitium deuotionis	lib. 1.	Summa vitiorum	lib. 1.
De abſtinentia carnium	lib. 1.	De proclamationibus fratrum,	lib. 1.
De iudiciis temerariis	lib. 1.	De iuramento	lib. 1.
De voto quoque	lib. 1.	Et quædam alia.	

Moritur ſub Frederico Imperatore tertio. Anno domini 1446. Indictione 9. quarto Idus Iulii.

HENRICVS de Werlis, natione Teutonicus ordinis fratrum minorum miniſter prouinciæ Colonienſis, vir in diuinis ſcripturis eruditus, & ſecularis philoſophiæ non ignarus, excellens ingenio & eloquio ſcholaſticus, diſputator acutus & declamator ſermonum egregius, compoſuit luculenta quædam volumina, quibus nominis ſui memoriam poſteris reliquit. E quibus extat inſigne opus.

Super ſententias	lib. 4.	De poteſtate eccleſiaſtica	lib. 1.
Sermones quoque varii,	lib. 1.	Et alia complura.	

Claruit temporibus concilii Basilienſis, & Eugenii papæ quarti. Anno domini 1490.

ANDREAS de Traiecto, natione Teutonicus, monachus cœnobii noſtri Spanhemenſis, ordinis ſancti Benedicti, quod ſitum eſt in finibus diœceſis Moguntinæ, inter Rhenum & Hirciniam ſyluam, quæ Saonus dicta Treuerim verſus ad occidentem extenditur, vir certe ſtudioſus, & in diuinis ſcripturis eruditus, ſecularium quoque literarum non ignarus, ingenio præſtans, & clarus eloquio. Scripſit tam metro quam proſa, non contemnenda opuſcula, de quibus habentur ſubiecta.

Soliloquiorum hominis ad Deum	lib. 1.	*Dum olim diuinæ voca.*	
De profectu virtutum	lib. 1.	*Egreſſus forſan cubiti*	
De abſtinentia carnium	lib. 1.	*Tuæ fraternitatis au.*	
De vſu floccorum,	lib. 1.	*Reuerende pater nuper a.*	
Epiſtolarum ad diuerſos	lib. 1.	*Licet inter omnes qui ſiniſtre*	
Collationes variæ	lib. 1.	*Licet nihil in me ſit quod*	
Carmina & rhythmi		Et quædam alia breuia.	

Claruit in præfato monaſterio Spanhem, ante introductionem reformationis nouiſſimæ Bursfeldenſis. Anno domini 1445.

ANTO-

ANTONIVS ordinis fratrum prædicatorum, archiepiscopus Florentinus, natione Italus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & secularium literarum non ignarus, ingenio excellens, & clarus eloquio, in declamandis sermonibus ad populum famosus & celebris opinionis, nec minus vita & conuersatione quam scientia reuerendus. Scripsit multa & præclara volumina, quibus ad ædificationem militantis ecclesiæ magnifice laborauit. E quibus extat opus magnum & celeberrimum, in quatuor non paruis voluminibus diuisum, quod prænotatur.

Summa casuum conscientiæ,	lib.4.	*Quam magnificata sunt*
Chronica ingens & notabilis	lib.3.	*Loquar propositiones ab.*
Instructorium confessorum,	lib.1.	*Defecerunt scrutantes.*
De censura ecclesiastica	lib.1.	
Sermones de tempore	lib.1.	*Conuertimini ad Dominum.*
Sermones de sanctis,	lib.1.	Et quædam alia.

Moritur post multos studii sacrati labores non sine opinione sanctitatis, sub Frederico Imp. tertio. Anno domini 1459. Indictione 7. sexto nonas Maii. Sepultus apud sanctum Marcum sui ordinis conuentum.

LEONARDVS de Vtino, ordinis fratrum prædicatorum, vir quidem in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenii & præcelsæ opinionis. Scripsit pro vtilitate prædicantium quædam præclara opuscula, quibus memoriam sui nominis ad posteritatis notitiam cum gloria transmisit. E quibus ista feruntur.

Sermones de tempore.	lib.1.	
Sermones de sanctis.	lib.1.	*Diuinorum interpres.*
De legibus per quadragesimam.	lib.1.	Et quædam alia.

Claruit sub Frederico Imp. tertio. Anno 1445.

IOHANNES de Capistrano Aprucii oppido non longe ab Aquila vrbe, ordinis fratrum minorum sancti Bernardini Senensis olim discipulus, vir in diuinis scripturis eruditus, & in iure Canonico egregie doctus, ingenio excellens & clarus eloquio, vita quoque & religiosa conuersatione deuotus, diuini verbi prædicator celeberrimus, qui multos verbo & exemplo ab iniquitate conuertit, scripsit quædam non paruæ vtilitatis opuscula, de quibus ad me pauca peruenerunt.

De cupiditate.	lib.3.	*Nolite vobis thesauri.*	
Contra Hussitas.	lib.1.	Sermones varios.	lib.1.
De passione Domini.	lib.1.	Epistolas nonnullas.	

Et quædam alia. Claruit sub Frederico Imp. tertio. Anno domini 1450. & non sine opinione sanctitatis.

NICOLAVS de Cusa, episcopus Brixinensis & sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ tituli sancti Petri ad vincula presbyter cardinalis, natione Teutonicus, ex diœcesi Treuerensi vir in diuinis scripturis eruditiss. & theologorum suo tempore facile princeps, atque in secularibus literis egregie doctus philosophus, rhetor, & mathematicus celeberrimus, ingenio subtilis & eloquio disertus, trium linguarum Hebraice, Græce, & Latine peritus, vita & conuersatione integerrimus & singulariter deuotus, animarum salutis amator syncerus & feruidus, qui legatus in Germaniam missus, multa pro reformatione ecclesiæ, & præsertim ordinis nostri vtilia fecit & constituit, scripsit multa præclara volumina, de quibus extant subiecta.

De visione Dei.	lib.1.	*Pandam nunc quæ vobis.*
De pace fidei.	lib.1.	*Fuit ex his qui apud.*
Reparatio Calendarii.	lib.1.	*Sume sanctissime pa.*
De mathematicis complementis.	lib.1.	*Ad laudem omnipotentis*
Cribratio Alchorani.	lib.3.	*Tanta est potestas sum.*
De venatione sapientiæ.	lib.1.	*Propositum est meas sa.*
De ludo globi mystice.	lib.2.	*Cum te videam ad sedem.*
Compendium.	lib.1.	*Accipe breue compendium.*
Trialogus de possl.	lib.1.	*Cum nobis conce.*
De mathematica perfectione.	lib.4.	*Sollicita est nobilis mens.*
Contra Bohœmos.	lib.1.	*Nicolaus miseratione.*
De Beryllo.	lib.1.	*Qui legerit ea quæ in.*
De dato patris luminum.	lib.1.	*Et si iam ante p. v. no.*

De quærendo Deo.	lib. 1.	*Desiderio tuo posse te.*	
De apice theoriæ.	lib. 1.	*Video te quadam profun.*	
De docta ignorantia	lib. 3.	*Admirabitur & recte.*	
De coniecturis.	lib. 2.	*Data nunc qualicunque.*	
De filiatione Dei.	lib. 1.	*Tandem me compulit.*	
De Geneſi.	lib. 1.	*Sæpe delectabilius re.*	
Idiotæ de ſapientia.	lib. 4.	*Conuenit pauper quidam.*	
De quadratura circuli.	lib. 1.	De fortuna.	lib. 1.
Directorium ſpeculantis.	lib. 1.	*Tu noſti nos tres, &c.*	
Sermones per totum annum.	lib. 1.	Epiſtolarum ad diuerſos	lib. 1.

Et alia complura. Circa Cuſam natiuitatis ſuæ villam ad ripas Moſellæ in oppoſito Vrſicaſtri hoſpitale celeberrimum in honorem ſancti Nicolai epiſcopi conſtruxit, quod prædiis & redditibus copioſe ditauit, ac libris in omni ſcientia pluribus exornauit, Græcis, Latinis & aliis. Moritur ſub Frederico imperatore 3. Anno domini 1464. Indictione 12. vndecima die menſis Auguſti, ætatis ſuæ anno 63. Romæ ſepultus, cuius cor ad prædictum hoſpitale miſſum, ibidem in medio chori ſub marmore ſepelitur.

Iohannes Rode, abbas monaſterii ſancti Matthiæ Apoſtoli extra muros Treuerenſes, ordinis diui patris Benedicti, natione Theutonicus, patria Treuerenſis, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & in iure Canonico egregie doctus, moribus & conuerſatione deuotus, & regularis obſeruantiæ inſtaurator celeberrimus, ex cuius labore & fundamento nouiſſima ordinis noſtri reformatio Bursfeldenſis in Germania cœpit. Hic quondam literis operam dedit in gymnaſio Heidelbergenſi, vbi ſacræ Theologiæ Baccalarius, & canonum Licentiatus doctiſſimus euadens, mente & corpore mundum iamiam contemnere videbatur. Factus deinde Meten. Eccleſiæ Canonicus, & ſancti Simeonis Decanus, atque curiæ Treuerenſis Officialis, omnia pro Chriſti amore contempſit, & ordinem Carthuſienſ. extra Treuerim cunctis mirantibus intrauit, & prius aliquot annos prioratus officium (licet renuens & inuitus) ſuſcepit. Cernens autem Otto Archiepiſcopus Treuerenſis virum illum eſſe doctum, expertum & zeloſum, authoritate ſummi pontificis de Carthuſia extractum in præfato monaſterio Abbatem conſtituit, & per eum multa cœnobia in ſua diœceſi reformauit. Ipſe etiam authoritate Baſilienſis concilii reformatione magnifice dilatauit. Scripſit autem pro reformatione monachorum.

Conſtitutiones vtiles.	lib. 1.	*Cum diuinum officium cul.*
De qualitate abbatis	lib. 1.	*Quomodo ab alto procedit omnis.*

Et quædam alia. Moritur ſub Alberto imperatore & Eugenio Papa quarto. Anno domini 1439. abbatiæ ſuæ 20. Indictione ſecunda, prima die menſis Decembris. Sepultus in dicto monaſterio S. Matthiæ apoſtoli Treueren. ante altare protomartyris Stephani, in abſide dextera chori, ſub lapide nomini eius inſcripto.

Gvarinvs Veronenſis, Chryſoloræ Byzantini philoſophi quondam auditor, vir in ſecularibus ſcript. omnium ſuo tempore facile doctiſſ. & diuinarum literarum non ignarus, Græci & Latini ſermonis peritiſſimus cuius opera excitata & in lucem reuocata ſunt ſtudia bonarum artium, quæ debilitata, & iam prope extincta videbantur. Docuit primo Venetiis, poſtea Ferrariæ, & vtrobique diſcipulos celeberrimos habuit. Scripſit ad Leonellum principem opus prænotatum

De differentia aſſentatoris & amici,	lib. 1.	Grammaticam quoque breuem,	lib. 1.
Comparationem Scipionis & Gaii,	lib. 1.	Epiſtolarum ad diuerſos,	lib. 1.
Orationes complures,	lib. 1.	Carmina multa.	

Et alia non pauca. Iuſſu Nicolai papæ quinti, in latinum tranſtulit Geographiam Straboñis, opus non minus vtile quam iocundum. Ex Plutarcho multorum illuſtrium virorum vitas latinas fecit. Sed & ipſum Plutarchum de liberis educandis cum aliis multis elegantiſſime traduxit, quæ partim habentur. Moritur ſub Frederico Imperat. tertio. & Pio papa ſecundo. Anno domini 1460. Indict. 8. pridie Nonas Decemb. Ferrariæ ſepultus in conuentu Carmelitarum, ſepulchro marmoreo honorifice donatus.

Henricvs Kaltyſen, archiepiſcopus eccleſiarum Nydroſienſis & Cæſarienſis ordinis fratrum prædicatorum, natione Teutonicus, patria Confluentinus, vbi & ordinem ingreſſus primũ lector ſacri palatii, ſanctæ crucis prædicator & hæreticæ prauitatis inquiſitor factus, & poſtea (vt diximus) archiantiſtes duarum prouinciarum authoritate Apoſtolica conſecratus, ſua eruditione, & prædicatione toti mundo clarus innotuit. Qui cum eſſet ſacræ Theologiæ Doctor celeberrimus, ſcripſit inter cætera notabiles,

Sermones

Sermones de tempore,	lib.1.	Sermones de sanctis,	lib.1.
Sermones per quadragesimam,	lib.1.	Super Magnificat,	lib.1.
Quæstiones varias,	lib 1.	Collationes ad clerum.	

Et alia complura. Moritur sub Frederico Imperatore tertio, & Paulo papa secundo. Anno domini 1465. Indictione 13. sexto Nonas Octobris. Sepultus in conuentu suo Confluentino.

IOHANNES Berthachinus de Firmo iureconsultus celeberrimus, & in ea facultate singulariter studiosus, ingenio præstans & clarus eloquio. Scripsit in iure quædam præclara opuscula, quibus memoriam sui nominis ad posteros transmisit. De quibus extat præclarissimum opus, tribus magnis voluminibus diuisum, quod multo labore diligentissime & pulchro ordine comportans prænotauit

Repertorium vtriusque iuris	lib.3.	*Solent principes immort.*

Quæstiones variæ.

Alia insuper complura edidit, quæ ad notitiam nostræ lectionis non venerunt.

PIVS papa secundus, natione Tuscus, patria Senensis, Æneas Syluius antea vocatus, sedit in pontificatu maximo post Calixtum tertium annis sex, vir vndecunque doctissimus philosophus, orator & poeta insignis, multa ingenii sui monimenta posteris reliquit. Hic quondam in concilio Basiliensi cuidam prælato seruiuit pauper. Deinde in scribam cancellariæ Frederici Imperatoris tertii assumptus, & poeta ab eo laurea recepta creatus, primo episcopus Tergestinensis, postea Senensis, exinde cardinalis, & nouissime papa omnium suffragio electus est. De scriptis vero eius subiecta feruntur, magnis eloquentiæ neruis composita

De miseriis curialium	lib.1.	*Stultos esse qui regibus.*	
De educatione liberorum	lib.1.	*Omnibus qui ad virtutis.*	
Solutio quæstionum,	lib.1.	*Aderat nuper Cæsarea.*	
De duobus amantibus	lib.1.	*Vrbem senas vnde tibi.*	
Contra Thaboritas,	lib.1.	*Quamuis apud Bohæmos.*	
Ad Nicolaum de Cusa	lib.1.	*Venit ad me hac ipsa.*	
De fide ad Turcum	lib.1.	*Scripturi ad te aliqua.*	
De profectione in Turcas	lib.1.	*Ezechielis prophetæ.*	
Ad episcopum Cracouiensem,	lib.1.	*Heraldus Alphonsi re.*	
De concilio Basilensi,	lib.1.	De ortu Nili fluminis,	lib.1.
De studio venandi,	lib.1.	De fato quoque,	lib.1.
Abbreuiationes Blondi	li.20.	*Fuit autem in vrbe Con.*	
De ortu & historia Bohœmorum	lib.1.	*Interitura esse quæque.*	
Præcepta rhetoricæ,	lib.1.	*Bene esset vir illustris.*	
Europa, Ad Anton. card.	lib.1.	*Podagrantem me nuper.*	
De præscientia Dei,	lib.1.	Dialogus contra Turcas,	lib.1.
De grammatica,	lib.1.	Historiarum opus imperfectum,	lib.1.
Epistolarum ad diuersos,	lib.1.	*Non cogit me necessitas.*	
De clade Constantinopol. oratio	lib.1.	*Constantinopolitana cla.*	
De clade vniuersalis ecclesiæ,	lib.1.	*Inuitus quidem beatissim.*	
In conuentu Mantuano, oratio	lib.1.	*Cum bellum hodie aduer.*	
Ad Calixtum papam oratio,	lib.1.	*Solent plerique omnes.*	
Coram cœtu cardinalium oratio,	lib.1.	*Moses vir Dei beatiss.*	
De rebus à se gestis,	lib.1.	Orationes variæ.	

Epigrammata plura, & quædam alia elegantissima, quæ ego non vidi opuscula scripsisse dicitur, quibus nomen suum posteris notificauit. Moritur sub Frederico Imperatore tertio, Anchonæ vt dicitur. Anno domini 1464. Indictione 12. 19. Calen. Septemb. ætatis suæ anno similiter 4. & 60. Sepultus Romæ in ecclesia sancti Petri, iuxta altare diui Andreæ.

LANFRANCVS de Oriano, iureconsultus celeberrimus, & secularis literaturæ non ignarus, ingenio præstans & clarus eloquio, scripsit in sua professione quædam non spernenda volumina, quibus ingenii sui memoriam ad posteros transmisit, & se in studio multiplicitèr & magnificè comprobauit. De quorum numero extant subiecta

Repetitiones. Quoniã contra de prob. li.1.		*Quoniam contra hæc decre.*
Commentatio cle. Sæpe. de ver. sig.	lib.1.	*Ista clementina in se con.*
In c. Dispendiosam, de iudi.	lib.1.	*Non est necesse diuide.*

Repeti c. Raynucius de testam.	lib.1.	*In textu vbi Raynucius,*
De lege admonendi, de iureiur.	lib.1.	*Hæc lex diuiditur in duas:*
De interpretatione statutorum,	lib.1.	*Pro euidentiori intelle.*
L.centurio.de vul.& pu.substi.	lib.1.	*Famosa est ista lex ha.*
Repeti.Rubri.de causa pos. & pro.	lib.1.	

Alia quoq; complura edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

primus Regens Lovanij.

HENRICVS Gorrickem, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, atq; in seculari philosophia nobiliter doctus, ingenio clarus, sermone scholasticus, & disputator acutus, qui in gymnasio Colonienſi, legendo & componendo clarus suo tempore est habitus. Scripsit non contemnendæ lectionis opuscula, quibus nomen suum ad posteros cum gloria transmisit. E quibus extant

Conclusiones sententiarum	lib 4.	*Cupientes aliquid de p.*
De superstitionibus	lib.1.	*In lectione.*
Contra Hussitas quoque,	lib.1.	De festorum celebratione, lib.1.
Summarium sancti Thomæ,	lib.1.	Sermones & collationes, lib.1.

Quæstiones & determinationes insuper varias, lecturas, libros & diuersos tractatus edidit, qui ad notitiam nostræ lectionis minime venerunt. Claruit sub Frederico Imp. tertio, & Pio papa secundo. Anno domini nostri Iesu Christi 1460.

errat, quia mortuus est anno 1431.

IOHANNES Kanneman, ordinis fratrum minorum, natione Teutonicus, vir in scripturis sanctis eruditus, & secularium literarum non ignarus, ingenio subtilis, & clarus eloquio, in declamandis sermonibus ad populum egregius fuit, qui de potestate ecclesiastica male sentiens, cum à ministro Saxoniæ quæreretur, ad carcerem fuga lapsus ad obseruantiales confugit, & errorem cum vita deinceps emendauit. Corripuerat eum Iohannes de Hagen. Carthusiensis vir doctissimus iampridem & ad semitas æquitatis reuocauit. Scripsit autem

Defensorium sui	lib.1.	*Multi famosi viri, &c.*
De passione Domini	lib.1.	*Egredimini filiæ Sion.*
Sermones varios,	lib.1.	Quæstiones quasdam, lib.1.

Et alia complura. Claruit temporibus Frederici Imperatoris tertii, & Pii papæ secundi. Anno domini 1460.

IACOBVS Iunterbuck, natione Teutonicus, ordinis Carthusiensium, vicarius domus montis sancti saluatoris prope Erfordiam, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, ingenio clarus, sermone apertus, dubiorum cautus interpres, vita quoque & conuersatione deuotus. Scripsit multa & varia opuscula, quibus nomen suum ad posteritatis notitiam transmisit. De quibus subiecta feruntur

De anno Iubilæo,	lib.1.	De causis multarum passionum,	lib.1.
De moribus Christianorum,	lib.1.	De triplici statu hominum,	lib.1.
Consolatio malorum huius seculi,	lib.1.		
De modo seruandi interdictum,	lib.1.	*Ad amputandum errores.*	
Apologeticus religiosorum,	lib.1.	De cautelis diuersorum statuum,	lib.1.
De cognitione secretorum,	lib.1.	De veritate dicenda vel tacenda,	lib.1.
De cogitationibus,	lib.1	De contractibus,	lib.1.
De malis huius seculi,	lib.1.	De obedientia monachorum,	lib.1.
De arte moriendi,	lib.1.	De stabilitate monachorum,	lib.1.
De refrenatione cogitationum,	lib.1.	Soliloquium hominis ad animã,	lib.1.
De arte curandi vitia,	lib.1.	De septem peccatis mortalibus	lib.1.
De eisdem mentalibus,	lib.1.	De potestate dæmonum,	lib.1.
De dignitate prælatorum,	lib.1.	De dignitate sacerdotii,	lib.1.
De obseruantia mandatorum,	lib.3.	De sabbato,	lib.1.
De statu securioris vitæ,	lib.1.	De intentionis directione,	lib.1.
De profectu vitæ spiritalis,	lib.1.	De indulgentiis,	lib.1.
Sermones varii,	lib.1.	*Ambulans Iesus iuxta.*	

Et alia complura. Moritur temporibus Frederici Imp. tertii, & Pauli papæ secundi. Anno domini 1466. Indict. 14.

NICOLAVS Dorbellus, ordinis fratrum minorum S. Francisci prouinciæ Thuronensis, vir in diuinis scripturis eruditissimus & in philosophia scholastica nulli secundus, ingenio clarus, & ad disputandas enodandasque quæstiones scripturarum satis idoneus. Scripsit quædã præclara volumina, quibus nomen suũ ad notitiam posteritatis cum gloria

gloria transmisit & in gymnasio Pictauiensi tum disputando, tum docendo, tumque scribendo magnam eruditionis suæ laudem commeruit. De cuius opusculis subiecta feruntur, opus insigne ac celeberrimum & prope diuinum, singulari vtilitate iocundum.

Super sententias	lib.7.	
Super summulam Petri Hispani	lib.7.	*Quia teste sapiente.*
De scientia Mathematica	lib.1.	*Sicut dicit philosophus*
In lib.Physicorum Aristotelis	lib.8.	*Expedita prima parte*
In lib.de cœlo & mundo	lib.2.	*Natura hic incipit liber*
In lib.de generatione & corrupt.	lib.2.	*De generatione, hic inci.*
In lib.Meteororum	lib.3.	*De primis. Incipit liber*
In lib.de anima	lib.1.	*Bonorum honorabilium*
In lib.Metaphysicorum	li.12.	*Expedita secunda parte.*
In lib.Ethicorum	li.10.	*Pertracta.compendiose.*

Et quædam alia. Fuit autem dictorum Iohannis Scoti profundus interpres & acerrimus defensor, ex cuius scriptis philosophiam exponens hoc ipsum opus in tres partes, mathematicam, theologicam, & ethicam diuidens compendium nominauit. Claruit temporibus Frederici Imperatoris tertii, & Calixti papæ tertii. Anno domini 1455.

PETRVS de Vnzola, ciuis Bononiensis, iureconsultus celeberrimus, & disciplinis bonarum artium probe instructus, ingenio præstans, & clarus eloquio, multarum rerum, maxime iudicialium experientia insignis. Scripsit ad vtilitatem tabellionum, & in legali scientia studentium egregium volumen, super continuatione quinti, sexti, & septimi capitulorum Summæ domini Rolandini, quod prænotauit.

Auroram nouissimam	lib.1.	*Scribarum & tabellionum.*
Consultationes varias	lib.1.	

Alia quoque nonnulla scripsisse perhibetur, sed ad notitiam meam non venerunt.

HENRICVS de Herph, ordinis fratrum minorum sancti Francisci, natione Teutonicus prouinciæ Colonienſis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & iuris pontificii non ignarus, ingenio pręstans, & apertus eloquio in declamandis sermonibus ad populum celeberrimæ opinionis, non minus religiosa vita, quam scientia scripturarum venerandus. Scripsit non abiiciendę authoritatis opuscula, quibus nomen suum notificauit posteritati. De quorum numero subiecta feruntur. Volumen magnum & insigne.

De præceptis Decalogi,	lib.1.	*Inuenio aliam legem in.*
Sermones de tempore,	lib.1.	*Ecce rex tuus venit*
Sermones de sanctis	lib.1.	*Rabbi vbi habitas?*
Sermones per aduentum	lib.1.	*Quis poterit cogitare.*
De tribus partibus pœnitentiæ	lib.1.	*Nemo potest duobus dominis.*

Et quædam alia. Claruit sub Frederico Imperatore tertio, & Pio papa secundo. Anno domini 1460.

IOHANNES de Turre cremata, ordinis fratrum prædicatorum, episcopus Sabinensis, & sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ presbyter cardinalis, vir in diuinis scripturis studiosus, & declamator sermonum egregius, ingenio promptus, & apertus eloquio. Scripsit ingenii sui multa opuscula, quibus nomen suum notificauit. De quibus subiecta feruntur. Ad Arsenium monachum cœnobii sancti Benedicti (quod ipse in commendandis habebat) opus magnum & non abiiciendum composuit.

In regulam sancti Benedicti,	lib.1.	*Quoniam adiuuante Domino nostro*
In Psalterio toto	lib.1.	*Beatissimo patri & cl.*
In Euangelia dominicalia, quęstiones	li.1.	*Sacro & colendissimo.*
In Euangel.de sanctis, quæstiones,	lib.1.	
De aqua benedicta	lib.1.	*Iniunxit mihi nuper.r.p.*
De salute animæ	lib.1.	*Docet nos diuina scrip.*
Sermones de tempore,	lib.1.	Sermones de sanctis lib.1.

Et alia complura. Claruit sub Frederico Imperatore tertio, & Pio & Paulo summis pontificibus. Anno domini 1460.

IOHANNES de Mechilinia, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis longo studio exercitatus, & in philosophia scholastica non mediocriter doctus, ingenio excellens, & clarus scientia, in gymnasio Colonienſi theologiam multis annis publice docuit, & magnam eruditionis suæ laudem acquisiuit. Scripsit ingenii sui quædam præclara opuscula, quibus memoriam nominis sui ad posteros transmisit. De quibus subiecta feruntur. Opus insigne.

Super sententias	lib.4.	In Psalterio	lib.1.
Quæstiones variæ	lib.1.	Sermones & collationes	lib.1.

Et alia complura. Claruit temporibus Frederici Imperat. tertii, & Pii papæ secundi. Anno domini 1460.

DIONYSIVS Rykel, alias de Leeuwis, natione Teutonicus, ordinis Carthusiensium domus Bethleem, in Ruremunda, vir in diuinis scripturis studiosissimus, & continua exercitatione peritus, secularis quoque philosophiæ non ignarus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, vita & conuersatione & singulariter deuotus, adeo vt etiam diuinis reuelationibus dignus haberetur (ad quem Nicolai Cusæ cardinalis viri eruditissimi plures extant epistolæ) tot ac tanta scripsit, vt numero opusculorum, præter Augustinum apud latinos parem habuerit neminem. Contemplationi & orationi cum tanto feruore instabat, vt eum nihil scribere potuisse vnquam putares. Rursum in scribendo, ac legendo tam sedulus erat, vt nec orare nec contemplari eum posse vsquam æstimares. Erat parcissimi somni, cibi & potus abstinentia admirabilis, qui beati exemplo Hieronymi die ac nocte in lege Domini meditari dulce iudicabat, semper aut scribēs aliquid vtile aut legēs, ita vt & aut lectionem oratio sæpe interrumperet, & orationem lectio sacra frequenter exciperet. De cuius opusculis ipse per se subiecta quodam indiculo recensuit.

Super sententias	lib.4.	
In Genesim,	lib.1.	*Dilectus Deo & hominibus*
In Exodum,	lib.1.	*Iusti sunt omnes sermones.*
In Leuiticum	lib.1.	*Honora Dominum de tua.*
In Numeros	lib.1.	*Qui in numero milici.*
In Deuteronomium,	lib.1.	*Serua mandata & legem.*
In librum Iosuæ	lib.1.	*Fortis in bello Iesus*
In librum Iudicum	lib.1.	*Iudices singuli suo no.*
In librum Ruth	lib.1.	*Teste sancto Hieronymo*
In Regum libros	lib.4.	*Reges ex te egredientur.*
In paralipomenon	lib.2	*Deus fecit ex vno homine*
In Esdram	lib.3.	*Lex veritatis fuit in ore*
In Neemiam	lib.1.	*Neemiæ in memoria.*
In Tobiam,	lib.1.	*Qui pronus est ad mise.*
In Iudith	lib.1.	*Hæc vocabitur virago,*
In Hester	lib.9.	*Sicut sol oriens in mundo*
In librum Iob	lib.1.	
In prouerbia Salomonis	lib.1.	*Dixit Deus Salomoni.*
In Ecclesiasten,	lib.1.	*Quemadmodum Salomon.*
In Cantica canticorum,	lib.1.	*Gaudebit sponsus super.*
In librum Sapientiæ	lib.1.	*Disce vbi sit sapientia.*
In Ecclesiasticum	lib.1.	*Mirabuntur omnes in verbis*
In Esaiam prophetam,	lib.1.	*Esaias propheta magnus.*
In Hieremiam	lib.1.	In librum Baruch lib.1.
In Ezechielem	lib.1.	In Danielem lib.1.
In duodecim prophetas,	li.12.	*Sapientiam omnium antique.*
In libros Machabæorum	lib.2.	*Iuda te laudabunt fratres t.*
In Psalterium	lib.3.	*Dixit Dauid filius Isai.*
In Matthæum	lib.1.	In Marcum lib.1.
In Lucam,	lib.1.	
In Iohannem	li.20.	*Ego quasi aquæ ductus*
In epistolas Pauli	li.14.	*Audite me quoniam de tua.*
In Actus Apostolorum	lib.1.	In epistolas canonicas lib.7.
In Apocalypsin	lib.1.	
Expositionis hymnorum	lib.1.	*Implemini spiritu sancto,*
In septem Psalmos pœnitentiales,	lib.1.	*Scrutemur vias nostras*
De documentis authenticis,	lib.1.	*Sapientiam sanctorum narrant*
Expositionis missæ	lib.1.	*Memoriam fecit mira.*
Dialogum de celebratione	lib.1.	*Quicunque manducauerit*
De communione	lib.1.	*Qui præest in solicitu.*
Compendium philosophiæ,	lib.1.	*Preciosior est sapientia.*
Compendium Theologiæ	lib.1.	*Comparate vobis vinum.*

Dia-

Dialogum philosophi & theologi lib.1.
Super vndecim epistolas eius lib.1.
Super Boetio de consulatu, lib.5.
Sermones de tempore, lib.1.
Sermones de sanctis, lib.1.
Sermones ad religiosos temporis lib.1.
Ad eosdem de sanctis, lib.1.
De sacramento sermones sex lib.1.
Meditationis Dominicæ passionis lib.1.
De laudibus Dei lib.1.
De laudibus sanctæ Mariæ, lib.4.
De fonte salutis & semitis vitæ lib.1.
De lumine Christianæ theoriæ, lib1.
De venustate mundi, lib.1.
De natura æterni & veri Dei lib.1.
De diuina essentia lib.1.
De distantia perfec. diuinæ & hum. lib.1.
De beneficiis Dei lib.1.
De mutua sanctorum agnitione lib.1.
De donis spiritus sancti lib.1.
Cordiale prænotatum lib.1.
De gaudio & pace interna lib.1.
De via purgatiua lib.1.
Dialogus de fide catholica lib.1.
Dialogus Christiani & Sarraceni lib1.
Contra Magos & Walden. lib.1.
Contra superstitiones lib.1.
De vitiis & virtutibus lib.1
Contra ambitionem lib.1.
Contra Sarracenos, lib.3.
De contemptu mundi lib.1.
De modo iudicandi & corripiendi lib.1.
De remediis tentationum lib1.
Speculum peccatoris lib.1.
De quatuor nouissimis, lib.1.
De reformatione interna lib.1.
De iudicio particulari, lib.1.
De passionibus animæ lib.1.
De discretione spirituum, lib.1.
De perfectione charitatis, lib.1.
Inflammatorium diuini amoris, lib.1.
De contemplatione, lib.1.
De oratione, lib.1.
De meditatione lib.1.
Sonus epulantis, lib.1.
De modo agendi processiones, lib.1.
De eleuatione mentis in Deum, lib.1.
De potestate & iurisdictione papæ lib.1.
De reformatione ecclesiæ, lib.1.
Contra symoniam, lib.1.
Contra eandem, lib.1.
De reformatione claustralium, lib.1.
Contra pluralitatem beneficiorum, lib.1.
De reformatione monialium, lib.1.
De professione religiosorum, lib.1.
Exhortatorium nouitiorum, lib.1.
De vita & regimine præsulum lib.1.
De institutione ordinis Carthusien. lib.1.

Super lib. beati Dionysii, lib.4.
In lib. Iohannis Clymachi lib.1.
Summarium partium S. Thomæ, lib.1.
Labia sacerdotis cust.

Fratres sancti, vocationes.
Religio munda est visi.
Expositionis dominicæ passionis, lib.1.

O Deus præstantißime
Quæ est ista quæ progre.
Quis sapiens & intell.
Omnis processio secundorum
Vnus est altißimus

Scimus quoniam filius Dei ve.
De felicitate animæ lib.1.
Anima mea desidera.
Pater gloriæ det vobis
Quis hominum poterit.
De custodia cordis lib.1.

Sicut dicit Apostolus: Stul.
Magna & mirabilia.
Sic Deus dilexit mundum.
Caue ne imitari velis.
Dominum Deum tuum adorabis
Qui conuerti fecerit pec.
Reges gentium dominantur.
De grauitate peccati, lib.1.
Indicabo tibi, &c.
Quæstionem mihi pro.
Militia est vita hominis
Conuertere ad Dominum Deum.
Gens absq. consilio & sin.
Pro omnibus mortuus est Christ.

Primus homo de terra ter.
De profectu charitatis, lib.1.

Quid Dominus Deus.
Sapientiam amaui & ex.
Oportet semper orare.
Cogitationes meæ va.
Omnes qui credebant erant per.
Zelus domus tuæ co.
De authoritate papæ, lib.1.
De authoritate concilii lib.3.

Gratis accepistis gratis.
Pecunia tua tecum sit in.
Omnia honeste fiant.
De regulis vitæ Christianorum lib.1.
Aperi mihi soror mea.
Excellentiorem viam vobis.
Nemo mittens manum.
Attendite vobis & gre.
De laudibus eiusdem, lib.1

De visitatione clausträlium lib.1.
De vita canonicorum lib.1. *Maledictus homo qui facit.*
De disciplina scholarium lib.1. *Quemadmodum Aristo.*
De vita militarium lib.1. *Labora sicut bonus mi.*
De virginitate lib.1. *Virgo cogitat quæ domini.*
De officio archidiaconorum, lib.1. De officio legati, lib.1.
De regimine prælatorum, lib.1. De vita & regimine curatorum, lib.1.
De vita nobilium, lib.1. De regimine principum, lib.1.
Dial.inter Christum & principem, lib.1. Dial.inter Christū & principissam,li.1.
De regimine politiæ, lib.1.
Dialogus inter Iesum & puerum, lib.1. *Complexans Iesus par.*
De viduarum vita, lib.1. *Eo quod castitatem amaue.*
De vita coniugalium lib.1. *Dixit Dominus Deus, non est.*
De vita inclusarum lib.1. *Quam magna multitudo.*
De officio mercatorum, lib.1. *Nolite facere iniquitat.*
De vita solitaria, lib.1. Dial.inter Christum & sacerdot. lib.1.
Contra proprietatem monachorū, lib.1. Apocalypsis sibi factæ, lib.1.
Epistol. ad principes, lib.1. *Vniuersis principibus.*
Annotationes suorum operum, lib.1. *A religiosis alisq; ve.*
Epistolarum ad diuersos, lib.1. Collationes pro capitulis tres.

Et alia multa nobis inuisa. Moritur sub Frederico Imperatore tertio, & Paulo papa secundo. Anno domini 1471. Indictione quarta, 12. die mensis Martii. Sepultus non sine magna opinione sanctitatis, in cœmiterio fratrum communi, domus præfatæ Ruremundensi. Denique libros Iohannis Cassiani, ad faciliorem stylum propter simpliciores fratres redegit, cuius operis procœmium sic incipit. Declaratio, &c.

Bessarion, natione Græcus, sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ cardinalis Nicænus vulgariter nūcupatus, & patriarcha Cōstantinopolitanus, vir vndecunq; doctiss. philosophus & orator in vtraque lingua nulli secundus. Scripsit ingenii sui quædam præclara volumina, quibus nomen suum ad posteros cum ingenti gloria transmisit. E quibus subiecta feruntur. Aduersus Marcum episcopum Ephesinum de spiritu sancto more Græcorum male sentientem in concilio Florentino. Scripsit insigne & præclarum opus quod prænotauit.

Confutationem, lib.1. In illo. Sic eum volo manere, lib.1.
In philosophiæ Platonis laudem, lib.5. Laudes patriæ suæ, lib.1.
Ad Græcorum Imper.consolationis, lib.1. Orationes & epistolæ plures.

Et quædam alia. Fundauit etiam Venetiis insignē bibliothecam, multis libris tam Græcis quam Latinis ornatissimam, cui præfectus est non paruo stipendio Marcus Antonius Sabellicus vir doctissimus, de quo postea dicemus. Moritur tandem plenus dierum, in legatione Galliarum sub Frederico Imper. & Sixto papa quarto. Anno domini nostri Iesu Christi 1473. Indictione sexta.

Iohannes Hagen, alias de Indagine, natione Teutonicus, ordinis Carthusiensium, domus montis sancti saluatoris prope Erfordiam, prior in Ysenach, & in Stetyn, vir in diuinis scripturis studiosissimus & valde eruditus atq; in iure canonico egregie doctus, ingenio clarus, consilio promptus & prouidus. Scripsit aperto sermone multa præclara volumina, ad principes, episcopos & alios ecclesiarum prælatos, de variis ac diuersis quæstionibus interrogatus, de quibus pauca ad manus nostras memini peruenisse. Nam sicut ex scriptis cuiusdam deuoti patris eiusdem ordinis accepi, plusquam trecentos tractatus edidit, de quibus omnibus ego vidi & legi tantum quos consequenter subiecti. Opus insigne, quod prænotauit

De laude paupertatis lib.1. *Beati pauperes spiritu quoniam*
De vita religiosorum lib.1. *Simile est regnum cælorum.*
De casu religionis, lib.1. *Quomodo sedet sola ciuitas.*
De vita adolescentulorum lib.1. *Adolescentulus sum ego.*
De humilitate & superbia lib.1. *Ego sum via veritas.*
De ornatu interiori lib.1. *Omnis gloria filiæ regis.*
De accessu ad nouum hominem lib.1. *Ecce ego noua facio.*
De gratia & libero arbitrio lib.1. *Non ego solus sed gratia.*
De correptione & gratia Dei lib.1. *Corripiet me iustus in.*

De

De natura & gratia lib.1. *Vidit Deus cuncta quæ fec.*
De perseuerantia lib.1. *Qui perseuerauerit.*
De spiritu, corpore & anima lib.1. *Apostolus Paulus vas electi.*
De mandatis prælatorum lib.1. *Sic nos existimet homo.*
De charitate lib.1. *Fortis est vt mors di.*
De dilectione Dei. lib.1. *In lege Mosi post mul.*
De meditatione lib.1. *Felix anima quæ humili.*
De inquisitione summi boni lib.1. *Magnus es domine & laud.*
Contra errores Bohœmorum, lib.1. *In Christo Iesu orationes.*
Ad episcopũ Ratispon. contra eosdẽ, lib.4. *Reuerendiss. in Christo.*
Ad Marchionem Brandeburgens. lib.1. *Illustri principi & domino.*
Ad vniuersitatem Erfordens. lib.1. *Synceram in domino charita.*
In regulam sancti Benedicti lib.1. *Probate spiritus si ex Deo.*
De cauendis doctrinis peregrinis, lib.1. *Variis & peregrinis.*
De cognitione futurorum lib.1. *Annuntiate quæ futura sunt.*
De visione Tundali lib.1. *Circa visionem Tundali*
De visione Danielis. cap. 7. lib.1. *Quæsitum est de exposit.*
De apparitione cuiusdam defunctæ lib.1. *Quædam mulier perducta*
De futuris prodigiis, lib.1. *Omnia in mensura, numero.*
De planctu solitarii lib.1. *Quis dabit capiti me.*
De cruciata contra hæreticos lib.1. *Circa cruciatam quæ da.*
De auferibilitate sponsi ab ecclesia lib.1. *In nomine domini nostri Iesu.*
De tempore schismatis, lib.1. *Et quia entia nolunt.*
De authoritate papæ in concilio lib.1. *Dubitatum est & quæsitum.*
De potestate ecclesiastica lib.1. *In Christi euangelio le.*
De correctione fraterna, lib.1. *Item quæritur in fraterna.*
De paruulis non baptizatis lib.1. *Dubitatum est & quæsitum.*
De iudice cõtra conscientiã iudicãte li.1. *Dubitatum est si liceat.*
Contra flagellatores lib.1. *In nomine Christi. Incipit.*
An sine professione religiosus, lib.1. *In nomine Christi. Incipit.*
De ieiunio quintæ feriæ lib.1. *Dubitatur an licitum sit.*
De iusto & iniusto bello, lib.1. *Nota ad iustum bellum.*
De doctrina ecclesiæ, lib.1. *Tu es Petrus & super.*
De auditione missarum, lib.1. *Sapiens dicit, fili omnia fac*
Contra Iohannem Kanneman, lib.2. *In nomine Iesu Christi. In.*
De vita spiritali, lib.1. *Si spiritu viuimus, spiritu &.*
De discretione cogitationum. lib.1. *Vt quid cogitatis ma.*
De vera & falsa pœnitentia lib.1. *Pœnitentiam agite ap.*
De modo confitendi lib.1. *Propheta regius Psal.*
De audiendis confessionibus, lib.1. *Confitemini alterutrum.*
De spiritali arte memoratiua, lib.1. *Memorare nouissima.*
De quatuor sensibus scripturæ, lib.1. *In nomine Christi, & eius in.*
De contemplatione, lib.1. *Hæc est vita æterna.*
De interdicto. lib.1. *In salicibus in medio.*
In dedicatione sermones quinque lib.1. *Salomon ædificauit.*
Ad Rudolph. episcop. Lauantinum, lib.1. De falsis prophetis, lib.1.
De communione sub vtraq; specie, lib.1. De communione sub vtraque
Epistolarum ad diuersos, lib.1. Sermones quoque varios, lib.1.
In regum, quadruplici sensu lib.1.

In multos denique libros Bibliæ commentarios elegantes composuit, aliosque tractatus & quæstionum solutiones pene innumeras & insignes. Claruit sub Frederico tertio, & Pio papa secundo. Anno domini 1460.

IOHANNES abbas monasterii Niuicellensis, in scripturis sanctis studiosus & eruditus, & in iure canonico nobiliter doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio, scripsit multa & diuersa ingenii sui opuscula, quibus memoriam celeberrimi nominis sui ad posteros cum gloria transmisit. De quibus extant subiecta, Opus præclarum & insigne, quod prænotatur, Bibliæ & canonum

Concordantia, lib.1. *In principio creauit Deus.*
Sermones de tempore lib.1. *Respice & leuate cap.*

Sermones de sanctis. lib.1. *In principio creauit Deus*

Epistolæ& quæstiones variæ.Cætera quæ composuit,ad notitiam nostræ lectionis non venerunt.

IACOBVS de Gruytrode,natione Teutonicus, ordinis Carthusiensium prior domus omnium Apostolorum iuxta Leodium,vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, vita & conuersatione deuotus,ingenio præstans & dulcis eloquio. Scripsit præclara quædam, & deuota opuscula, quorum lectio religiosis personis, salutis proprie amatoribus non inutilis perhibetur. De quibus subiecta feruntur.

De veris virtutibus	lib.3.	De septem peccatis mortalibus,	lib.1.
De quatuor nouissimis	lib.1.		
Devita domini Iesu,	lib.1.	*Fasciculus myrrhæ dil.*	
De præparatione ante missam,	lib.1.	De diffinitione nominis monachi,	li.1.
Meditationes passionis Domini	lib.1.		
Lectionarius mense	lib.1.	*Comedite amici & bib.*	
Speculum prælatorum	lib.1.	Speculum subditorum	lib.1.
Speculum sacerdotum	lib.1.	Speculum secularium hominum,	lib.1.
Speculum senectutis	lib.1.	Colloquium Iesu & monachi,	lib.1.
Colloquium Iesu & prælati,	lib.1.	*Fac mecum Iesu dulciß.*	
Colloquium Iesu & senis	lib.1.	*Ne indigneris quæso.*	
Colloquium Iesu & heremitæ,	lib.1.	Colloquium Iesu & discipuli,	lib.1.
Contemplatio sanctæ Mariæ	lib.1.	*Vulnerasti cor meum.*	
Coronula sanctæ Mariæ	lib.1.		
Dialogus crucifixi & peccatoris	lib.1.	*Ignosce quæso benigniß.*	
Dialogus Mariæ & peccatoris	lib.1.	*Verbum mihi est ad te.*	
Dialogus alius Mariæ & peccatoris	lib.1.	Meditationes compassionis Mar.	lib.1.
De nomine Iesu & Mariæ	lib.1.	Sermones de tempore.	lib.1.
Sermones de sanctis	lib.1.	Epistolarum ad diuersos	lib.1.

Et alia multa. Moritur quam deuotissime sub Frederico Imp.tertio, & Sixto papa quarto.Anno domini 1472. Indictione quinta,pridie Idus Februarias.

IACOBVS Zenus,patricius Venetus, episcopus ecclesiæ Patauinæ, vir in scripturis sanctis studiosus eruditus, & secularium literarum non ignarus, ingenio subtilis, eloquio disertus, consilio promptus & circumspectus, ac multarum rerum experientia insignis. Scripsit quædam præclara volumina, quibus nomen suum ad posteros cum gloria transmisit. E quibus extat opus elegantissimum.

De gestis summorum pontificum lib.1. Et quædam alia.

Moritur autem sub Frederico Imp. tertio, & Sixto papa quarto. Anno domini 1477. Indictione vero nona.

GVILHELMVS Forleon, natione Brito, ordinis fratrum minorum sancti Franciſci,vir in diuinis scripturis eruditissimus,& in seculari philosophia egregie doctus,ingenio clarus,eloquio scholasticus, qui in gymnasio Parisiensi, tum docendo, tum disputando,tumq; scribendo magnam eruditionis suæ laudem commeruit, edidit quædam præclara in scripturis opuscula. E quibus extat celeberrimum opus.

Super sententias	lib.4.	Quæstiones variæ	lib.1.

Et alia complura.

Huius auditor atque discipulus olim fuit vir doctissimus & theologorum nostræ tempestatis facile princeps,magister Stephanus dictus Brulefer, natione Gallus eiusdem ordinis, qui in conuentu Parisiensi theologiam docuit, postea ad obseruantiam ordinis se conferēs apud Moguntiacum in Germania, sententias ibidem legere cœpit, quas in conuentu Metensi magno cum laude continuat. Claruit autem iste Guilhelmus sub Frederico Imp.tertio, & Paulo papa secundo. Anno domini 1470.

ALBERTVS de Eybe,natione Teutonicus, Bambergensis ecclesiæ canonicus,& Pii 2.pontif.maximi cubicularius,vir in secularibus literis studiosus & eruditus,& diuinarum scripturarum non ignarus, ingenio subtilis, eloquio disertus, rhetor & poeta insignis Scripsit non spernendæ lectionis opuscula, de quibus extant subiecta. Ad dominum Iohannem ducem Bauariæ, Monasterienſem episcopum, & Magdeburgensem postea primatem,opus insigne prænotatum.

Margarita poetica	lib.1.	*Optasti sæpenumero te.*	
De re quoque vxoria	lib.1.	Epistolarum ad diuersos	lib.1.

Et

Eralia complura. Claruit sub Frederico Imperatore tertio,& Pio papa secundo. Anno domini 1460.

RODERICVS episcopus Samorensis,vir in diuinis scripturis studiosus & eruditis,& secularium literarum non ignarus,ingenio præstans,& clarus eloquio. Scripsit ingenii sui nõ contemnendæ auctoritatis opuscula,quibus memoriam sui nominis posteritati commendauit. De quibus ego vidi adhuc tantum volumen vnum quod prænotauit.

Speculum humanę vitæ lib.2. *Super cunctas humanas.*

Cætera non vidi. Claruit temporibus Frederici Imper. tertii, & Pauli papæ secundi. Anno domini 1470.

AMBROSIVS Choriolanus,ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini,prior generalis,patria Romanus,vir in diuinis scripturis eruditus, & scientia secularium literarum insignis,excellens ingenio, & eloquio disertus, doctus & eloquens. Scripsit quædam præclara opuscula,quibus nomen suum immortalitati commendauit, de quibus tamen ad notitiam lectionis nostræ pauca peruenerunt quæ subieci.

In regulam sancti Augustini, lib.1. *Ex omnium parente docto.*
Eiusdem regulæ commendatio lib.1. *Postquam beatus Augustinus*
In secundam regulam lib.1. *Acer ingenio vita præ.*
De vita sancti Augustini lib.1. *Sæpenumero cum in ma.*
De eiusdem laudibus lib.1. *Consueuere beatiß.pater.*
Orationes varias lib.1. Scripsit & alia plura.

Claruit autem sub Frederico Imp.tertio,& Paulo papa secundo. Anno domini 1470.

BENEDICTVS Stendel de Hallis, oppido Saxoniæ, natione Teutonicus vir in diuinis scripturis eruditissimus,& in philosophia seculari nobiliter doctus,ingenio excellens,& apertus eloquio, qui in gymnasio Erfordensi theologiam annis multis gloriose docuit,& tam vita quam doctrina clarus effulsit. Scripsit quædam non spernendæ lectionis opuscula,ex quibus in dicta vniuersitate legit ordinarie subiecta.

In Genesim,	lib.1.	In Exodum	lib.1.
In Leuiticum	lib.1.	In Numeros	lib.1.
In Deuteronomium	ltb.1.	Sermones varios	lib.1.
Collationes diuersas.	lib.1.		

Et quædam alia in logica philosophia, cæterisq; studiis & exercitiis scholasticis. Claruit sub Frederico Imp.tertio,& Paulo papa secundo. Anno domini 1470.

SIFRIDVS episcopus Cirenensis titulatus, ordinis fratrum prædicatorum, natione Teutonicus, archiepiscopi Moguntini Theoderici in pontificalibus vicarius,vir in diuinis scripturis eruditissimus,& secularium literarum non ignarus, hebraicæ & latinæ linguæ peritus, ingenio subtilis & clarus eloquio, disputator acutus, & diuini verbi prædicator egregius, consilio promptus, vita præclarus. Scripsit quædam digna lectione opuscula,quibus nomen suum posteris notificauit. De quibus extant subiecta,ad Theodericum archiepiscopum prædictum.

De Iudæorum vsura lib.1. *Quæritur in foro conscientiæ*
De censibus & reemptione, lib.1. *Quærebatur primo an.*
Sermones & collationes lib.1. Quæstiones variæ lib.1.

Et quædam alia. Claruit sub Frederico Imp. & Pio ac Paulo Romanis pontificibus. Anno domini 1470.

GODESCALCVS de Meschede, natione Teutonicus, patria Westphalus, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus,& in seculari philosophia egregie doctus, acer ingenio, vita præclarus, doctor sacræ theologiæ profundus, qui multis annis in gymnasio Erfordensi eam scientiam gloriose docuit & magnã eruditionis suæ laudem ab omnibus commeruit. Scripsit & legit in eadem vniuersitate quædam præclara opuscula, quibus nomen suum posteris notificauit. E quibus feruntur.

Quæstiones sententiarum	lib.4.	Sermones & collationes,	lib.1.
Quæstiones variæ disputatæ	lib.1.	Et alia complura.	

Huius frater Theodericus Gresmunt de Meschede artium & medicinæ doctor vir vndecunq; doctissimus,adhuc superstes Moguntinæ residet,qui & ipse inter alia tractatũ elegantẽ composuit,de regimine sanitatis tempore pestilentiali. Filiũ habet sub nomine Theodericũ appellatũ,vix tria lustra ætatis implentẽ,cuius admirandũ ingeniũ,& singularis tũ eruditio, tũ eloquẽtia multos prouectæ ætatis(doctores etiã)longe præcellit cuius ad me extat lib. insignis de septẽ artib. liberalib. Scripsit etiã tam ad me quã ad alios pene

infinitas epistolas, cuiuscunque argumenti ornatissimas, variasque orationes Ciceronianam disertitudinem præferentes, adeo vt velut alter Adeodatus Augustini sanctissimi quondam filius, suo ingenio & scribendi argumentandique promptitudine, ac solertia multis (doctis etiam viris) sit admirationi & stupori. Godescalcus autem patris sui frater. Claruit sub Frederico Imperatore tertio. Anno domini 1470. Et ante hoc decennium mortuus est.

STEPHANVS Hoest Laudenburgensis, ecclesiæ Spirensis olim canonicus, natione Teutonicus, vir in secularibus literis eruditus, & diuinarum scripturarum non ignarus philosophus & orator celeberrimus, ingenio acer, & disertus eloquio in declamandis sermonibus ad populum insignis, quippe qui aliquot annis in castro Heydelburgensi prædicatoris gessit officium. Scripsit non spernenda opuscula, quibus memoriam sui nominis posteris commendauit. E quibus extat

In libros Ethicorum lib.10. Sermones & collationes, lib.1.
Carmina & quædam alia.

Moritur sub Frederico Imperatore tertio, & Paulo papa secundo. Anno domini 1471. Indictione quarta.

BERNARDVS Iustinianus, patria Venetus, philosophus & orator celeberrimus, ingenio excellens, & disertus eloquio, qui ob singularem dicendi gratiam non modo apud senatum suum Venetum, verumetiam apud Romanos pontifices cardinales, & cæteros Italiæ principes, ac vrbium senatores in precio est habitus. Scripsit inter cætera ingenii sui monimenta Laurentii Iustiniani patriarchæ Veneti auunculi sui.

Vitam & sanctiss. conuersationem, lib.1. Historiarum quoque, lib.1.
Orationes plures & elegantes, lib.1. Epistolas & quædam alia. lib.1.

Claruit sub Frederico Imper. tertio, & Paulo papa secundo. Anno domini nostri Iesu Christi 1470.

HENRICVS de Piro, natione Teutonicus, ex ciuitate Colonienſi oriundus, ordinis Carthusiensium, professus domus sanctæ Barbaræ in eadem ciuitate, ante ordinis ingressum doctor vtriusque iuris subtilis & famosus & postea etiam in diuinis scripturis exercitatus, scripsit quædam præclara volumina, de quibus subiecta feruntur

Super Institutis lib.4 *Annuente mihi omnium le.*
Ad nouitios quoque, lib.1. Consilia in diuersis casibus lib.1.
Sermones de tempore, lib.1. Sermones de sanctis, lib.1

Et quædam alia. Claruit temporibus Frederici Imperatoris tertii, & Pauli papæ secundi. Anno domini 1470.

NICOLAVS Donis, natione Teutonicus, ordinis diui patris Benedicti, vir in secularibus literis studiosus & eruditus & diuinarum scripturarum non ignarus, philosophus & mathematicus insignis, cosmographiæ Ptolemæi vigilantissimus repertor, & sagacissimus instaurator, ingenio præstans & clarus eloquio. Scripsit non contemnenda volumina quibus nomen suum ad posteros transmisit. E quibus extat opus mirandum, cum picturis & nouis tabulis elegantissime ordinatis, & diligentissime correctis.

In cosmographiam Ptolemæi
Ad Paulum papam secundum lib.7. *Non me fugit beatiß.*
De locis quoque mirandis lib.1. *Quoniam, vt ait Augustinus.*
Epistolæ variæ ad diuersos.

Et quædam alia. Claruit autem sub Frederico Imperatore tertio, & Paulo papa secundo. Anno domini 1470.

GEORGIVS de Burbach, natione Teutonicus, vir in secularium literarum scientia peritissimus & sanctarum scripturarum non ignarus philosophus & astronomus omnium sui temporis facile luculentissimus, qui in gymnasio Wienensi philosophiam & astrorum scientiam multo tempore publice docuit, vbi inter alios innumeros discipulos Iohannem de regio monte virum postea doctissimum erudiuit. Scripsit ingenii perspicacis præclara quædam opuscula. De quorum numero ego vidi duntaxat,

Theoricas planetarum nouas lib.1. *Sol habet tres orbes à.*

De aliis adhuc nihil vidi. Claruit sub Frederico Imperatore tertio, & Pio ac Paulo Romanis pontificibus. Anno domini 1470.

DOMICIVS Calderinus, patria Veronensis, rhetor luculentissimus & omnium bonarum artium disciplinis ad perfectum imbutus, græci & latini sermonis egregie peritus ingenio subtilis & disertus eloquio. Scripsit multa in literis humanitatis præclara

opuscula

opuscula, quibus memoriam sui nominis ad posteros transmisit. E quibus subiecta feruntur

In Iuuenalem	lib.1	*Satyrarum genera duo.*	
In Marcialem,	lib.1.	In Suetonium,	lib.1.
In Ibin Nasonis,	lib.1.	In epistolas Ciceronis,	lib.1.
Aduersus Broteum grammaticum,	lib.1.	*Vtinam Heli & Marce.*	
Epistolarum ad diuersos,	lib.1.	Orationes variæ.	

Et alia complura. Moritur sub Frederico Imp. tertio, & Sixto papa quarto, cuius secretarius fuerat. Anno domini 1477. Indict.10.

IOHANNES Tinctoris, natione Teutonicus, Colonienſis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & seculari philosophia nobiliter doctus, ingenio acutus & disputator egregius, qui in gymnasio Colonienſi theologiam multo tempore publice docuit, & eruditionis suæ laudes ingentes acquisiuit. Scripsit non contemnenda opuscula, de quibus feruntur subiecta

Dissensiones Thomæ & Scoti.	lib.1.	Concordare cœpit in.	lib.1.
Quæstiones sententiarum,	lib.1.	Collationes quoque variæ.	

Et quædam alia. Claruit in præfato gymnasio sub Frederico Imper. tertio, & Paulo papa secundo. Anno domini 1470.

NICOLAVS Perotus Saxoferratenſis, & Sipontinus episcopus, vir in diuinis scripturis eruditissimus & in secularibus literis nulli suo tempore secundus, egregius theologus, ac rhetor disertissimus ingenio acer & vita præclarus scripsit quædam luculenta opuscula, quibus nomen suum posteris notificauit. E quibus extant, Opus insigne de duobus voluminibus diuisum, in Marcum Valerium Martialem poetam, omnem latini sermonis elegantiam, rationem & enucleationem pulcherrime complectens, quod prænotauit, commentariorum linguæ latinæ volumen, siue vt vulgo appellatur

Cornucopiam,	lib.2.	*Barbara, &c. blanditur.*	
De puerorum eruditione,	lib.1.	De generibus metrorum,	lib.1.
Orationes & variæ epistolæ.			

Alia insuper multa scripsisse dicitur, tam in diuinis literis quam in humanis, ac nonnulla è græco transtulisse in latinum sed ad manus nostras non venerunt.

Claruit sub Frederico Imperatore tertio, Pio ac Paulo Romanis pontificibus. Anno domini 1470.

ANTONIVS Roselus, natione Tuscus, vtriusque iuris professor eximius, & celeberrimus interpres, ac aliarum bonarum artium disciplina plurimum decoratus, ingenio præstans & disertus eloquio, qui in gymnasio Patauino multis annis iura docuit, scripsit multa præclara opuscula, quibus nominis sui memoriam posteris commendauit. Sed ego nihil eorum me vsquam vidisse memini. Fertur autem eius insigne opus.

De monarchia mundi.	lib.3.	In legibus varii tractatus.	

Et alia complura.

Moritur sub Frederico Imper. tertio, vegeta senectute, Patauii sepultus. Anno domini 1467. Indict. 15.

IOHANNES Beetz, natione Teutonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus theologus excellens, & philosophus subtilis, ingenio acer, vita præclarus disputator quæstionum egregius, & in declamandis sermonibus ad populum insignis, scripsit quædam præclara opuscula. De quibus feruntur subiecta.

In epistolam Pauli ad Romanos.	lib.1.		
Præceptorium diuinæ legis.	li.10.	*Sacra scriptura diuini.*	
De sacramento altaris.	lib.1.	Sermones de tempore.	lib.1.
Sermones de sanctis.	lib.1.	Quæstiones variæ disput.	lib.1.

Alia insuper nonnulla edidit, quæ ad notitiam nostræ lectionis non venerunt. Moritur sub Frederico Imp. tertio, & Sixto papa quarto in conuentu suo Tenensi. Anno domini 1476. Indict. 9. decima sexta Cal. Augusti.

BARTHOLOMÆVS Cepolla, Veronensis natione, iureconsultus celeberrimus, & aliarum disciplinarum secularis literaturæ cultor insignis, qui in gymnasio Patauino ordinarie legendo, disputando & scribendo magnam eruditionis suæ laudem acquisiuit, scripsit multa præclara opuscula, quibus memoriam sui nominis posteritati commendauit. E quibus extat opus profecto subtilissimum quod prænotauit.

Cautelas iuris causarum ciuilium.	lib.1.	*Notandum singulariter*	
De simulatis contractibus.	lib.1.	De prædiis vrbanis	lib.1.
De prædiis rusticorum.	lib.1.	De re quoque militari.	lib.1.

Et alia complura. Moritur autem tempore Frederici Imperatoris tertii & Sixti papæ quarti. Anno domini 1477. Indictione 10.

IOHANNES de regio monte, natione Teutonicus, Georgii Burbachii astronomi quondam discipulus non minor Anaximandro Milesio, aut Syracusano Archimede, græca & latina eloquentia eruditissimus Germanorum decus, ob astronomiam, cæteraque mathematicas disciplinas à Matthia Pannoniæ rege, & consolatu, ciuibusque Nurenbergensibus perpetuo donatus stipendio, magnam eruditionis suæ laudem non modò apud Germanos suos, verumetiam apud Italos, Gallosque consecutus est. Nam à Sixto summo pontifice ad emendandum paschalem Dionysii computum Romam accitus, dum pleraque posteritati parat, non sine maxima studiosorum iactura morbo periit, scripsit quædam præclara opuscula, de quibus extant subiecta.

Calendarium perpulchrum.	lib.1.	*Ephimerides, id est. Darius lib.1.*
Contra Gerardum Cremonen.	lib.1.	*Postquam emisimus indicem.*
Epistolarum & orationum.	lib.1.	Et alia complura

Moritur autem Romæ sub Frederico Imperatore tertio, & Sixto papa 4. Anno domini 1476. Indictione nona.

GERARDVS de Elten, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis studiosus, & eruditus & secularis philosophiæ nõ ignarus, acer ingenio, vita præclarus. Posteaquã theologiã in Colonien. gymnasio multis annis gloriose docuerat, mundi vanitatibus contemptui habitis in senectute sua ordinem prædicatorum pro Dei amore in eadem ciuitate Agrippina ingreditur, & mox hæreticæ prauitatis inquisitor & exterminator constituitur, scripsit inter alia (vt ferunt.)

Quæstiones sententiarum.	lib.1.	Quæstiones disputatas.	lib.1.
Sermones & collationes.	lib.1.	Varia quoque in philosophia.	lib.1.

Et alia complura. Claruit sub Frederico Imperatore tertio, & summo pontifice Sixto quarto. Anno domini nostri Iesu Christi 1475.

ALEXANDER Tartagin de Imola, Iureconsultus & studiosus & eruditus, & in aliis secularium disciplinarum institutionibus probe expertus, ingenio excellens & præclarus eloquio, scripsit ad vtilitatem eorum qui studio iuris vtriusque inuigilant quædam præclara volumina, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. De quorum numero subiecta feruntur.

In sexto decretalium.	lib.1.	In Clementinis quoque	lib.1.
Super Codice etiam.	lib.9.	Super ff. veteri.	li.24.
Super ff. nouo.	li.12.	Super ff. Inforciati	li.14.

Et quædam alia. Claruit tempore Frederici Imperatoris tertii, & Sixti papæ quarti. Anno domini 1470.

IOHANNES Soreth, natione Normannus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, quintus & vicesimus prior generalis, vir in diuinis scripturis doctissimus & secularis philosophiæ non ignarus, ingenio subtilis, eloquio dulcis & clarus, vita & conuersatione deuotus, & singulariter religiosus & sanctus, Carmelitici ordinis decus, gloria, splendor & reformator, qualem nostra raro viderunt secula, rarius cernent ventura totus Deo deditus, totus lectioni & orationi intẽtus, contemptor mundi, amator, norma & speculum monasticæ conuersationis, angelicæ puritatis imitator, virtutum custos vitiorum acerrimus hostis, scripsit præclara ingenii sui multa commendanda opuscula, de quibus extant subiecta

Super sententias,	lib.4.	Sermones varii	lib.1.
In regulam ordinis sui,	lib.1.	In eandem maius commentum,	lib.1.
Constitutiones ordinauit	lib.1.	Scripsit & alia complura.	

Moritur Andegauis sub Frederico Imperat. tertio, & Sixto papa. Anno domini 1471. Indictione tertia. 8. Calen. Augusti.

THEODORVS Gaza Thessalonicensis, vir in secularibus literis egregie doctus, & sanctarum scripturarum non ignarus græcæ latinæq; eruditissimus, ingenio excellens, & disertus eloquio, multa scripsit opuscula, de græco in latinum multa transtulit, quibus memoriam sui posteris commendauit. De cuius scriptis ad notitiam nostræ lectionis nihil vsquam peruenit, de traductis autem feruntur.

Theophra-

Theophraſtus de plantis, lib.1. Ariſtotel.problemata lib.1.
Idem de animalibus, lib.1. Et quædam alia.

Moritur Romæ ſub Frederico Imp.tertio,& Sixto papa quarto. Anno domini 1478. Indict. vndecima.

IOHANNES de Lutria, natione Teutonicus, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & in philoſophia ſcholaſtica egregie doctus, ingenio acer, vita præclarus, & declamator ſermonum celeberrimus,qui primum in gymnaſio Erfordenſi theologiam glorioſe docuit, & poſtea in eccleſia Moguntina prædicatoris officium ſtrenue geſſit. Scripſit quædam non ſpernendæ lectionis opuſcula, quibus memoriam ſui poſteris reliquit.E quibus ſubiecta feruntur.

Super ſententias lib.4. Sermones varii lib.1.
Quæſtiones diſputatæ lib.1. Et quædam in philoſophia lib.1.

Moritur ſub Frederico Imp.tertio, & Sixto papa quarto. Anno domini 1479. Indictione duodecima.

ALANVS de Rupe, natione Teutonicus, ordinis fratrum prædicatorum, vir in diuinis ſcripturis eruditus,in declamandis ſermonibus ad populum excellentiſſimæ opinionis,vita & conuerſatione Deo deuotus, & beatæ Mariæ ſemper virginis amator præcipuus,eiuſque roſarii & famulatus promotor venerandus, à qua etiam ſingulari dono ſupernæ conſolationis aliquotiens meruit recreari, & iam in æterna felicitate refoueri. Scripſit inter alia ingenii ſui opera.

Compendium pſalterii Mariani lib.1. *Quia catholicæ verita.*
De miraculis roſarii, lib.1. *Quamuis ſpecioſa laus n.*
Sermones quoque varios, lib.1. Et quædam alia.

Moritur autem in conuentu ſuo Zwollenſi,ſub Frederico Imperatore tertio, & Sixto papa quarto. Anno domini 1474. Indictione ſeptima,in vigilia aſſumptionis beatæ Mariæ virginis. Cuius roſarium & paſſionis Chriſti recordatiuum pſalterium, quod diu iam fuit neglectum reuocauit ad mentes & exercitia hominum, ob cuius honorem confraternitatem inſtituit, quæ per apoſtolicam ſedem confirmata indies augetur, & multis ſalutare præbet exercitium.

CONRADVS de Zabernia, natione Teutonicus, vir in ſcripturis diuinis ſtudioſus & exercitatus,& ſecularis literaturæ,præſertim muſicæ non ignarus, ingenio docilis, & vita exemplaris,in declamandis ſermonibus ad populum clarus & deuotus. Scripſit aperto ſermone quædam non ſpernenda opuſcula, quibus ingenium ſuum vtiliter & fructuoſe exercitans,etiam poſteris memoriam nominis ſui commendauit. De quorum numero extant ſubiecta.

De monochordo lib.1. *Cum vt quidam ſapiens.*
De modo bene cantandi lib.1. *In fauorem totius cleri.*
De fine collectarum lib.1. *Quanquam plerique de.*
Sermones multi & varii lib.1. Et quædam alia.

Claruit. Anno domini 1470.ſub Sixto pontifice quarto,ſub quo & mortuus eſt.

LAVRENTIVS Calcaneus Brixianus, vir nobilis, eques auratus, & legum doctor celeberrimus,philoſophus, & hiſtoriologus luculentiſſimus, ingenio & eloquentia clarus,ac diſputator quæſtionum acutiſſimus.Scripſit quædam præclara volumina, quibus nomen ſuum ad poſteros tranſmiſit,de quibus ſubiecta feruntur.

De commendatione ſtudiorum lib.1. De ſeptem peccatis mortalibus, lib.1.
De conceptione ſanctæ Mariæ, lib.1. Conſilia quoque plura lib.1.

Et quædam alia parua. Moritur ſub Frederico Imp.tertio,& Sixto papa quarto. Anno domini 1478. Indictione vndecima.

IOHANNES de Dorſten, natione Teutonicus, ordinis fratrum herenitarũ ſancti Auguſtini, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularis philoſophiæ non ignarus,ingenio ſubtilis,& ad diſputandas enodandaſque quæſtiones ſcripturarum ſatis idoneus, in declamandis quoque ſermonibus ad populum excellentis opinonis, qui in gymnaſio Erfordenſi docendo & prædicando in pretio eſt habitus. Scripſit non contemnenda opuſcula quibus memoriam ſui poſteris commendauit. De quibis feruntur.

Sermones de tempore, lib.1. Sermones de ſanctis lib.1.

Et quædam alia. Claruit in conuentu Erfordenſi ſub Frederico Imp.ertio, & Sixto papa quarto. Anno domini 1475.

ANGELVS Saxo de Brunſuico,natione Teutonicus,vir in diuini ſcripturis eru-

ditissimus, & in seculari philosophia egregie doctus, ingenio acer, vita præclarus, in declamandis sermonibus ad populum celeberrimæ opinionis, quippe qui post adeptum magisterium docendi in gymnasio Erfordensi apud Moguntiam multo tempore prædicatoris gessit officium, scripsit inter alia opus quoddam insigne,

In Canonem missæ.	lib.1.	Sermones varios,	lib.1.
Quæstiones diuersas.	lib.1.	Et quædam alia.	

Moritur Argentinæ in cœnobio pœnitentium sepultus, sub Frederico Imper. tertio. Anno domini 1481. Indict. 14.

FRANCISCVS Philelfus, ex vetusto Tolentini oppido natus, eques auratus & poeta laureatus, philosophus & orator celeberrimus, Chrysoloræ Byzantini philosophi quondam in iuuentute apud Venetias auditor, à quo græcam eloquentiam ac latinam perfectissime didicit, vir adeo studiosus & bonarum artium amator & cultor indefessus, vt velut alter Plinius inter continuas bellorum occupationes semper aliquid aut legeret sibi, aut dictaret aliis, scripsit enim vtroq; sermone, tam prosa quam carmine, multa præclara volumina quib. memoriã celeberrimi ingenii sui posteris reliquit. E quibus extant,

Eutiphron de pietate.	lib.1.	De morali disciplina.	lib.8.
Vita Nicolai papæ quinti.	lib.2.		
Consolatorius ad amicum.	lib.1.	*Cupienti mihi aliquid.*	
De diuersitate legum.	lib.1.	*Quam multarum legum men.*	
Sphorciadorum versu heroico.	lib.9.	Satyrarum eodem metro.	li.10.
De iocis & seriis hexametro.	lib.6.	Lyricorum omni genere metri.	lib.6.
Orationes variæ 60.	lib.1.	*Si fieri posse censerem.*	
Epistolarum latinarum.	li.16.	*Quam nihil apud me duxe.*	
Epistolarum græcarum.	li.39.	Græcis versibus per odas.	lib.4.
Conuiuiorum prosaice.	lib.2.	De exilio quoque.	lib.1.

Et alia complura.

Multa præterea vertit in latinum, è quibus subiecta feruntur. Rhetorica Aristotelis ad Alexandrum regem, lib.1. Ex Platone, lib.2. Hippocratis de flatibus & corporis passionibus, lib.2. Ex Plutarcho, Thesei & Galbæ Ottonisque vitas. Apophthegmata quoque, lib.2. Et alia plura. Hic Franciscus (vt diximus) Chrysoloræ Bizantini clarissimi viri auditor & gener fuit, à quo cum doctissimus euasisset, primum apud Venetos, postea apud Florentinos, Senenses, Bononienses, & demum Mediolanenses sub quatuor ducibus cum annua pensione græcas, latinasque literas plurimos gloriose docuit. Moritur autem Bononiæ nonagenarius & pauper, imo vt philosophus & Christianus sub Frederico Imperatore tertio, & Sixto papa. Anno domini 1481. Indictione 14. Anno post ortum Marii filii.

MARIVS Philelfus, Francisci Philelfi supra dicti filius, eques auratus (quales nostri milites appellant) & laureatus poeta, philosophiæ & artium doctor celeberrimæ opinionis, & tam diuinarum scripturarum quam vtriusq; iuris scientia insignis, in gymnasio Mantuano ad lectionẽ publico conductus salario, ibidem & vitæ studii finem fecit, scripsit inter cætera, opus præclarum præceptorum.

Artis rhetoricæ.	lib.3.	*Decreueram iam dudum.*	
Orationes elegantes.	lib.1.	Epistolarum ad diuersos.	lib.1.

Cantilenas & rhythmos. Sed & alia multa metro & prosa composuit, quæ ad me non venerunt. Moritur autem Mantuæ sub Frederico Imp. tertio, & Sixto papa quarto. Anno domini 1480. Indict. 13.

THEODERICVS de Herxen, natione Teutonicus, ordinis fratrum clericorum in communi viuentium visitator, vir deuotus, & in diuinis scripturis studiosus & eruditus, ingenio promptus, sermone apertus, vita & conuersatione præclarus, scripsit ad ædificationem simplicium fratrum multa deuota volumina, quibus ingenium suum vtiliter exercitans memoriam sui posteris reliquit. E quibus ista feruntur.

In toto Psalterio.	lib.1.	Super oratione Dominica.	lib.1.
Super Aue Maria.	lib.1.	De passione Domini.	lib.1.
De morindi desiderio.	lib.1.	Et alia multa.	

Claruit sub Frederico Imperatore tertio, & Sixto pontifice quarto. Anno domini 1476.

DOMINICVS de Dominicis, patria Venetus, primum Torcellanus, & postea Brixianus episcopus, & referendarius apostolicus, vir in diuinis scripturis eruditus, & in

& in secularibus literis doctissimus, philosophiæ, dialecticæ & astronomiæ, ac eloquentiæ egregie decoratus, qui ob ingentes virtutes suas apud Romanos pontifices Pium, Paulum & Sixtum magno in pretio habitus sæpe legationis munus implenit, scripsit excellentis ingenii plura opuscula, sed nihil eorum ad manus nostras meminì peruenisse. Feruntur autem eius elegantes.

Orationes de diuersis. lib. 1. Sermones quoque varii lib. 1.

Et multi tractatus. Moritur apud Brixiam, sub Frederico Imp. tertio, & Sixto quarto summo pontifice. Anno domini 1478. Indictione vndecima. 13. Cal. Martii, ætatis anno sexagesimo.

LVDOVICVS Donatus Patricius Venetus, & Pergomensis episcopus, vir in diuinis scripturis eruditus, & philosophiæ scholasticæ non ignarus, pietate quoque, religione, clementia, & mansuetudine insignis, ingenio subtilis, & clarus eloquio, scripsit quædam luculenta opuscula, quibus memoriam sui posteris reliquit. E quibus nihil vsquam videre merui. Fertur autem eius insigne opus ad Paulum secundum.

Super sententias, lib. 4. Orationes quoque variæ, lib. 1.

Moritur sub Frederico Imperatore tertio, & Sixto pontifice quarto. Anno domini 1484. Indictione secunda. Sepultus in ecclesia sancti Vincentii martyris.

CONRADVS de Rodenberg, natione Teutonicus, abbas monasterii sancti Iohannis Baptistæ Rinaugiensis, Moguntinæ diœcesis, ordinis diui patris Benedicti, vir deuotus & eruditus, & regularis obseruantiæ custos & amator præcipuus, qui antea multis annis apud sanctum Matthiam apostolum Treueris, & diuum Martinum Coloniæ prioris gessit officium. Cum esset beatæ Mariæ semper virginis ardentissimus amator, Scripsit in ipsius honorem aperto sermone celeberrimum volumen, sumpta de singulis membris eius (sub typo botri) materiam laudis, cui aptissimum titulum imposuit

De vinea Domini Sabaoth	lib. 1.	*Fundamenta eius in mon.*
Exercitium nouitiorum,	lib. 1.	*Videte vocationem ve.*
De præparatione ante missam	lib. 1.	*Dominus noster Iesus Christus*
De ruina ordinis orationem,	lib. 1.	*Cecidit corona capitis.*
De causis ruinæ, orationem,	lib. 1.	*Capite nobis vulpecu.*
De cura pastorali, orationem,	lib. 1.	*Beatus seruus quem inue.*

Et varias coll. in capitulis.

Moritur sub Frederico Imper. tertio, & Innocentio pontifice octauo. Anno domini 1486. Indict. quarta. 8. Cal. Ianuarii. Sepultus in absyde dextera chori ante altare sancti Benedicti versus ambitum.

STEPHANVS de Caieta Neapolitanus, vir in diuinis scripturis studiosus, & eruditus & vtriusque iuris professor, & interpres doctissimus ingenio acutus, & ad disputandas soluendasque quæstiones scripturarum satis idoneus, eloquio clarus atque compositus, scripsit ad Iohannem Baptistam de Benteuoleis de Saxo ferrato, Ferdinandi Siciliæ regis consiliarium opus celeberrimum,

De sacramentis lib. 7. *Ad limina beati Petri.*

Et quædam alia. Claruit tempore Frederici Imp. tertii, & Sixti pontificis quarti. Anno domini 1470.

GEORGIVS Molitoris Nurenburgensis, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis longo studio exercitatus & egregie doctus, atque in philosophia scholastica (quam Aristotelicam vocant) non mediocriter eruditus, ingenio acer, vita præclarus, in gymnasio Erfordensi theologiam pluribus annis publice docuit, & magnam eruditionis suæ laudem reportauit, scripsit ingenii sui quædam præclara opuscula, quibus memoriam sui posteris commendauit. E quibus subiecta feruntur

Super sententias,	lib. 4.	De passione Domini,	lib. 1.
Sermones multi,	lib. 1.	Quæstiones variæ.	lib. 1.

Et alia complura. Moritur sub Frederico Imp. tertio, & Sixto papa quarto. Anno domini 1484. Indict. secunda.

BARTHOLOMÆVS, cognomento Platina, patria Cremonensis, apostolicus quondam abbreuiator, vir vndecunque doctissimus philosophus & rhetor celeberrimus, ingenio subtilis & vehemens, eloquio differtus, & mulcens, animo constans & validus, multas à Paulo papa secundo calamitates sustinuit, adeo vt bonis omnibus & dignitate spoliatus, post Æculei suspensionem in carcerem crudelissime detrusus, vsq; ad mortem ipsius Pauli detentus est. Qui à Sixto mox liberatus, ad imitationem Eutrandi Ti-

cinensis diaconi à Berengario rege Italiæ similia passi, Pauli mores & vitia per Antipodosium non insulse notauit. Scripsit enim ad Sixtum pontificem quartum

De gestis Romanorum pontificum, lib.1. De naturis rerum, lib.1.
Epistolarum ad diuersos, lib.1. Et quædam alia.

Moritur Romæ ex peste, sub Frederico Imp.tertio, & Sixto pontifice quarto. Anno domini 1481. Indict. 14.

NICOLAVS de Wachenheim, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis eruditissimus & in seculari philosophia egregie doctus, ingenio excellens, & clarus eloquio, qui in Heydelbergensi gymnasio per annos ferme quinquaginta docendo, legendo, ac disputando velut princeps theologorum in maximo pretio fuit, scripsit non spernendæ lectionis opuscula, quibus nominis sui memoriam etiam posteritati commendauit. E quibus ad me pauca peruenerunt

Quæstiones sententiarum, lib.1. Sermones multi, lib.1.
Collationes plures & orationes lib.1. *Quia approbante sacri.*

Et quædam alia. Claruit Heydelbergæ sub Frederico Imperat. tertio. Anno domini 1480. Iam valde senex, & sub Sixto pontifice quarto, ante hoc ferme septennium mortuus est.

MICHAEL de Mediolano, ordinis fratrum minorum, in scripturis sanctis studiosus & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, ingenio subtilis, vita & conuersatione præclarus, in declamãdis sermonibus ad populum celeberrimæ opinionis. Scripsit ad vtilitatem eorum qui declamationibus vacant, non spernenda opuscula, quibus etiam posteritati nomen suum notificauit. De quibus extant

Sermones de tempore, lib.1. Sermones de sanctis lib.1.
Sermones per aduentum, lib.1. Sermones de pœnitẽtia per quod, li.1.
Sermones de peccatis. lib.1. Sermones de decem præceptis, lib.1.

Et quædam alia. Claruit sub Frederico imperatore tertio. Anno domini 1480. Et sub Innocentio papa octauo moritur.

SIXTVS papa quartus, natione Ligurgus, ex Sauona vrbe maritima natus, Franciscus antea vocatus, ordinis fratrum minorum minister generalis, sedit post Paulum secundum in cathedra Petri annis tredecim, vir in diuinis scripturis eruditus, & disputator egregius, amator cleri, religiosorum promotor, & benefacto singularis, eorum maxime quos vita obseruantialis commendabat, quem Paulus papa semel disputantem audiens, tantum admiratus est, vt eum cardinalatus honore dignum fecerit, scripsit ante pontificatum quædam præclara opuscula. E quibus ista feruntur.

De futuris contingentibus lib.1. De potentia Dei. lib.1.
De sanguine Christi. lib.1. De conceptione sanctæ Mariæ. lib.1.

Et quædam alia. Moritur sub Frederico Imperatore tertio. Anno domini 1484. Indictione secunda.

IOHANNES consobrinus, Portugalensis natione, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & secularis literaturæ ac iuris canonici non ignarus, ingenio excellens, in declamandis sermonibus ad populum celeberrimæ opinionis, contra inimicos fidei primum in Anglia, ac deinde in Portugalia magnos & efficaces latratus dedit. Hæreses & errores quamplurimos disputãdo, prædicando, scribendoque reprobauit & confutauit, scripsit ad instantiam præpositi regalis collegii diuæ Mariæ de Amhten in Anglia, insigne opus tripartitum de contractibus & commutationibus, quod prænotauit.

De iustitia commutatiua. lib.4. Sermones varios lib.1.

Et quædam alia. Conflatum Francisci Maronis grato compendio breuiauit.

Claruit anno domini 1475. Et sub Sixto pontifice quarto, Vlixbonæ pro fide intoxicatus moritur.

HENRICVS cognomento Prudens, ordinis Carthusiensium, prior domus vallis iuxta Brugas in Flandria, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, ingenio clarus, vita & conuersatione deuotus & Deo singulariter deditus, scripsit pro institutione religiosorum quædam præclara opuscula, quibus nomen suum posteris notificauit. De quibus extat opus celeberrimum deuotioni maxime congruum, vt in tres partes secundum differentias statuum, incipientium, proficientium & perfectorum diuisum, per modum dialogi, in quo collocutores introducuntur, Angelus & Monachus, Iesus & pater cœlestis, Maria amorosa sanctarum socrus animarum, ipsumque prænotauit.

Tetra-

Tetralogum deuotionis. lib.3. Et quædam alia.

Moritur in noua domo ſanctæ Sophiæ Conſtantinopolitanæ prope Buſcunducis, in qua per aliquot annos prioris geſſit officium, ſub Frederico Imperatore tertio. Anno domini 1484. Indictione ſecunda.

FRANCISCVS Diedus nobilis patricius Venetus, vir tam in diuinis ſcripturis, quam in ſecularibus literis egregie doctus, philoſophus & rhetor, doctrina & eloquentia inſignis, iuris pontificii & ciuilis celeberrimus interpres, & reipublicæ Venetæ amator & tutor indefeſſus, ſcripſit tam metro quam proſa quædam præclara opuſcula, quibus memoriam ſui poſteritati commendauit. E quibus iſta feruntur.

Hiſtoria ſancti Rochi confeſſoris. lib.1. Orationes & variæ epiſtolæ

Et quædam alia. Moritur Veronæ ſub Frederico Imp. tertio, & Sixto quarto. Anno domini 1483. Indict. 1.

RVDOLPHVS Agricola de Gruningen, natione Friſo, vir in ſecularibus literis eruditiſſimus, & diuinarum ſcripturarum non ignarus, philoſophus, rhetor & poeta celeberrimus, græci & latini ſermonis peritus, & hebraicæ linguæ non ingnarus, ingenio excellens, ſermone diſertus, Iohannis Camerarii de Dalburg Wormacienſis epiſcopi viriæque doctiſſimi quondam præceptor, in gymnaſio Heydelbergenſi docendo & ſcribendo principatum facile obtinuit inter omnes etiam cuiuſcunque facultatis doctores, ſcripſit quædam ingenii ſui excellentiſſima opuſcula, quibus nomen ſuum immortalitati conſecrauit, & poſteritati reliquit. De quibus extant ſubiecta

Vita Franciſci Petrarchæ lib.1.
Carmen de ſancta Anna. lib.1. *Anna parens ſummæ ge.*
Dialectica ſubtiliſſima. lib.3. Epiſtolæ & orationes variæ. lib.1.

Varia inſuper & elegantiſſima carmina edidit, quibus ingenium ſuum prope diuinum oſtendit. Tranſtulit ex hebraico pſalterium, ex græco quædam opera Platonis Dionyſii Ariopagitæ volumina traducere incipiens morte immatura præuentus, imperfecta reliquit, ſcripſit etiam alia. Moritur Heydelbergæ mente in Deum porrectiſſima, ſub Frederico Imperatore tertio, & Innocentio papa octauo. Anno domini 1485. Indictione tertia. Cui Hermolaus barbarus patriarcha Aquilegienſis hoc epitaphium ſcripſit, Inuida clauſerunt hoc marmore fata Rudolphum Agricolam Friſii ſpemq; decuſq; ſoli. Scilicet hoc viuo meruit Germania. Quicquid laudis habet Latium, Græcia quicquid habet. Sepultus eſt Heydelbergæ apud fratres minores, non ſine iactura latinarum literarum.

TILMANNVS ordinis canonicorum regularium S. Auguſtini, præpoſitus cœnobii diui martyris Chriſtophori in Rauengirsburg in fine Moguntinæ diœceſis, iuxta Hircinam ſyluam quæ à Rheni flumine caudam dirigit verſus Mediomatricum & Treueros, in loco qui ab antiquo *receſſus Hunorum* appellatur, natione Teutonicus, in diuinis ſcripturis ſtudioſus, vita & conuerſatione deuotus. Scripſit ſimplici & aperto ſermone pro fratrum ædificatione quædam plena deuotionis & charitatis opuſcula, quibus ingenium exercitauit. E quibus extant iſta.

De vinea ſpiritali lib.1. *Mirarer chariſſime*
De inſtitutione nouitiorum lib.1. *Ingreſſus chariſſime*

Et quædam parua exercitia. Moritur ſenex & plenus dierum ſub Frederico Imp. tertio, & Innocentio papa octauo. Anno domini 1485. Indict. tertia.

HENRICVS Arnoldi, natione Saxo, profeſſione monachus Carthuſienſis domus Baſilienſis, vir religione deuotus, ingenio clarus, affectu ſyncerus, morib. grauis, eloquio dulcis, conuerſatione affabilis, pius, manſuetus, exemplo fulgidus, in ſacris literis plurimũ exercitatus, & pontificii iuris non ignarus. Qui cum officio notariatus in ſacro Baſilienſi concilio multis annis fungeretur, fidelis, iuſtus, ac prudens cunctorum teſtimonio probatus eſt. Hic tandem omnia cernens eſſe vanitatem, vniuerſa pro Chriſti amore contempſit, clauſuram Carthuſienſium eligens & ingrediẽs vbi in priorem eiuſdem domus præfectus, multis annis ſubditos ſibi monachos, conuerſos cæteroſq; paterno amore proſequens, in pace ac tranquillitate laudabiliter rexit. Scripſit opuſcula multa valde deuota atque ſalubria. E quibus ea quæ ad notitiam noſtram peruenerunt ſubiecta ſunt.

Multę de diuerſis ſanctis orationes de li. 1. Orationes ſequentes.
Sermones plures lib.1. Hiſtoriæ de diuerſis ſanctis, lib.1.
Concordantia Euangeliſtarum de paſſione Domini lib.1.
Meditationes de vita Chriſti, lib.1. De concept. immaculatæ vir. Mar. tract. 1.

De nouitiorum instructione, tract.1. Dialogus inter Iesum & Mariam, tract.1.
Dialogus de exercitiis, scilicet inter sanctam Margaretam & eius seruulum, tract.1.
Alius dialogus inter eosdem de cruce, tract.1.
De commendatione charitatis, tract.1. *Charitatis excellentia.*
De sancta humilitate sub forma oratio tract.1. *Humilitas perfecta*
Iterum de humilitate, tract.1. *Fratres charissimi humil.*
Chronica domus Carthusiensium in Basil. tract.1.

Feliciter migrauit ex hac vita sub Frederico tertio Romanorum Imperatore. Anno domini 1487.

IVDOCVS de Calue, natione Teutonicus, patria Sueuus, vir in diuinis scripturis longo studio exercitatus, & scholasticæ philosophiæ non ignarus, ingenio promptus & vehemens, in gymnasio Heydelbergensi, legendo, docendo & prædicando multis annis in pretio fuit, vbi etiam iuxta morem in ecclesia sancti spiritus prædicatoris aliquandiu gessit officium. Scripsit quosdam (vt ferunt) tractatus non abiiciendos, sed ad notitiam nostræ lectionis non venerunt. Extant eius de diuersis.

Sermones varii lib.1. Vocabularius prædicantium, lib.1.

Et varii tractatus. Claruit sub Frederico Imp. tertio, & Sixto papa quarto. Anno domini 1480. Et sub Innocentio papa octauo ante hoc triennium moritur.

NICOLAVS de Crutzenach, natione Teutonicus, ex diœcesi Moguntin. & comitatu Spanhemensi, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & secularis philosophiæ non ignarus, ingenio subtilis, vita præclarus, disputator acutus, & declamator sermonũ egregius, qui in gymnasio Wienensi theologiam multis annis publice docuit, & tam apud scholasticos ibidem quam Imperatorem Fredericum tertium magnam eruditionis suæ & laudem & mercedem obtinuit. Scripsit quædam præclara opuscula, quibus nomen suum posteris notificauit. E quibus ista feruntur.

Quæstiones sententiarum lib.4. Sermones varii, lib.1.
Collationes & orationes multæ, lib.1. De conceptione sanctæ Mariæ, lib.1.

Et alia complura, quæ cum vsque ad mortem celauerit, ad notitiam nostræ lectionis necdum venire potuerunt, quæ tamen indies ventura sunt. Moritur Viennæ in Austria sub Frederico Imp. tertio, & Innocentio papa octauo. Anno domini 1491. Indict.9.

PETRVS Scotus, natione Teutonicus, patria Argentinensis, canonicus sancti Petri ibidem, vir in diuinis scripturis exercitatus, & in vtroque iure doctissimus, atque in cæteris humanitatis artibus valde eruditus, philosophus, rhetor, & poeta celeberrimus, ingenio excellens, vita & conuersatione præclarus. Scripsit tam metro quam prosa quædam pudica elegantissimaque opuscula, quibus se posteris commendauit. De sanctis Iohanne Baptista, Euangelista, & Chrysostomo scripsit pulchrum & delectabile opus.

Carmine elegiaco, lib.1.
Laudes Iohannis Gerson lib.1. *Iohannes Gerson pari.*
Epistolas elegantissimas lib.1.

Carmina insuper & diuersa & compunctioni legentis non contraria, sed probe apta & congrua, vario metrorũ genere composuit. Moritur Argentinę in ecclesia sancti Petri sepultus, sub Frederico Imperatore tertio, & Innocentio papa octauo. Anno domini 1491. Indictione nona. Ætatis vero suæ tricesimo primo. Consummatus in breui impleuit tempora multa & sublatus est, ne malitia mutaret intellectum eius.

NICASIVS de Voerda Mechilinienſis, natione Teutonicus, patria Brabantinus, captus à tertio ætatis suæ anno oculis, & ob id elementorum quoque omnium naturaliter penitus ignarus velut grande miraculum secundum nostra tempestate Didymũ Alexandrinum exhibuit, dum in omni doctrina & scientia tam diuina quam humana eruditissimus euasit. Nam in gymnasio Colonienſi (vbi & mortuus est) iura publice docuit, libros vtriusque iuris quos nunquam vidit, auditu didicit, tenuit mente, aperte recitauit. In vniuersitate Louanienſi gradum magisterii in artibus primo suscepit, scholas postea aliquanto tempore in Mechilinia rexit, deinde ad Louanium reuersus, in sacra theologia licentiatus constituitur, & singulari dispensatione apostolica sacerdos ordinatur, prædicat publice, audit confessiones, ad altare ministrat euangelium cæcus coram omnibus (mente vtens pro libro) recitat, tantum ad altare diuina per se non celebrat. Postremo in Colonienſi Academia omnium doctorum consensu doctor canonici iuris factus est, & legum quoq; imperialium cautus interpres, edidit celeberrimum opus quod in eadem vniuersitate Colonienſi multis excipientibus extraordinarie legit,

Super

Super institutis. lib.4. *Quia ea quæ bene in.*
Super sententias. lib.1. Sermones varios. lib.1.
Quæstiones diuersas. Scripsit ad me quasdam non inelegantes epistolas, in quarum vna satis copiosa, omnem historiam suæ fortunæ contexuit, & se prædicta opuscula fecisse interrogatus pridem à me humiliter confessus fuit. Moritur Coloniæ in maiore ecclesia sepultus, sub Frederico Imperatore tertio. Anno domini 1492. Indictione decima, 7. Cal. Septemb.

CHRISTOPHERVS Porsena, Romanus, prior sanctæ Albinæ de Vrbe, ordinis fratrum heremitarum sancti Guilhelmi, vir in diuinis scripturis studiosissimus & valde eruditus, græcæ & latinæ linguæ peritissimus, quippe qui ab ineunte ætate eas literas imbibit in Græcia ipsa & sub græcis præceptoribus, vt ex Græcia natus videretur, ingenio subtilis & disertus eloquio, scripsit inter cætera.

Epistolarum ad diuersos lib.1. Et alia complura.

Vertit in Latinum Origenem contra Celsum philosophum libros octo, ad Sixtum pontificem quartum. Sermones quoque diui Iohannis Chrysostomi morales, numero quinque & viginti, quos dicauit Marco Barbo cardinali S. Marci. Sed & quædam Theophylacti Bulgariæ archiepiscopi opuscula cum aliis perbelle conuertit, ac latinis legenda donauit. Moritur Romæ peste sublatus, sub Frederico Imper. tertio, & Innocentio papa octauo. Anno dominicæ incarnationis 1486. Indict. 4.

HERMOLAVS Barbarus, natione Venetus, genere Patricius archiepiscopus & patriarcha Aquilegiensis, & demum sacros. ecclesiæ Rom. episcoscopus cardinalis, vir in diuinis scripturis studiosus, & in secularib. literis eruditissimus, philosophus, rhetor, poeta, astronomus & geometer celeberrimus, græci ac latini sermonis peritissimus, ingenio subtilis, eloquio disertus, vita & conuersatione deuotus atque præclarus, omnique honore ecclesiastico dignissimus, ab adolescentia bonis literis & moribus sanctis studium & operam impendens, talis ac tantus euasit, vt secundum non reliquerit. Ab octauodecimo ætatis suæ anno scribere exorsus, multa elegantissima opuscula composuit, quibus memoriam sui posteris commendauit De quorum numero subiecta feruntur, opus perpulchrum

De cœlibatu. lib.2.
Castigationes Plinianæ. lib.1. *Qui lucubrationes suas.*
Contra barbaros philosophos lib.1. De re vxoria metrice. lib.1.
Quæstiones Geometriæ. lib.1. Conuenientia astron. & medic. lib.1.
Præcepta historiæ conscribendæ. lib.1. Compendium philosophiæ. lib.1.
Compendium Galeni. lib.1. Epistolarum ad diuersos. lib.1.
Orationes multiplices. lib.1. Carminum plusquam 12. lib.1.

Et alia complura. Castigationes Plinianas opus grande, quod legatus Venetus Romæ inchoans, patriarcha compleuit, Alexandro pontifici sexto dicauit, in quo ferme quinque millia librariorum vulnera sanauit. Cum olim anno domini octogesimo sexto Moguntiam ascensurus Coloniam præteriret, rogatu Theoderici Flas Nusiensis medici, libellum condidit quãtum astronomia medicinæ conueniat. Ad Marcum Antonium Sabellicum historiographum librum edidit de conscribendæ historiæ præceptis. Rhetoricam Aristotelis, & Dialecticam vniuersam. Dioscoridem quoque interpretatus est, & elegias, epistolas & orationes metricas vsque ad carminum duodecim millia (sicut diximus) composuit. In latinum vertit tractatum patriarchæ Constantinopolitani responsalem de fide catholica ad quæstiones Mahumetis magni Turcæ. Plutarchum quoque de Iside & Osiride. Et eundem quare oracula defecerunt. Ad Arnoldum Bostium Carmelitam Gandensem quondam Dionysii Ariopagitę opusculum. Transtulit & alia complura. Opus suum de re vxoria continet circiter versus sexcentos, in quo disputat elegantissime vtrum expediat viro sapienti ducere vxorem, concludẽs quod non. Moritur non sine maxima studiosorum iactura, sub Frederico Imp. tertio, & Alexandro papa sexto. Anno domini 1493. Ætatis suæ anno 39. Indictione vndecima.

IVNIANVS Maius Parthenopæus, Neopolitanus, vir certe in secularibus literis studiosissimus & egregie doctus, diuinarũ quoq; scripturarum non ignarus, philosophus & rhetor celeberrimus, ingenio præstans & clarus eloquio, scripsit quædam non contemnendæ lectionis opuscula, quibus memoriam sui posteris reliquit. E quibus extat volumen grande & insigne ad Henricum Acherontinum archiepiscopum Ferdinandi regis Neapolitani confessorem atq; principaliter ad ipsum regem quod ex veterum libris colligens prænotauit

De priſcorum proprietate verborum, lib.1.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib.1. Et quædam alia.

Claruit ſub Frederico Imp.tertio,& Sixto pontifice quarto. Anno domini 1480. Et incertum habeo an adhuc viuat.

BENEDICTVS Capra,Peruſinus,vir in vtroque iure celeberrime doctus,& tam diuinis ſcripturis quam philoſophorum præceptis probe exercitatus, ingenio ſubtilis & diſputator egregius, multarumque rerum antiquarum, nouarumque peritia inſignis, in gymnaſio Peruſino iura multo tempore publice docuit, & magnam eruditionis ſuæ famam acquiſiuit. Scripſit inter cætera

Super decretalibus, lib.5. Conſilia quoque plura, lib.1.
Et quædam alia. Claruit ſub Frederico Imperatore tertio,& Sixto papa quarto. Anno domini 1480.

IOHANNES Andreas epiſcopus Alerienſis, apoſtolicæ bibliothecæ ſecretarius, Nicolai Cuſæ cardinalis quondam contubernalis, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & in ſecularibus literis eruditiſſimus iureconſultus & orator eloquentiſſimus ingenio excellens, vita & conuerſatione præclarus, ſermonis tam græci quam latini peritus, ſcripſit quædam non mediocris authoritatis opuſcula,quibus memoriam nominis ſui cum gloria tranſmiſit ad poſteros. De quorum numero ſubiecta feruntur

In quartum decretalium, lib.1. De vſu feudorum, lib.1.
De appellationibus, lib.1. Epiſtolarum ad diuerſos, lib.1.
Et alia complura. Moritur ſub Frederico Imp.tertio,& Innocentio papa octauo. Anno domini 1493. Indict.vndecima.

IOHANNES Campeius Bononienſis, iureconſultus celeberrimus,& tam in diuinis ſcripturis quam in philoſophia ſeculari non mediocriter doctus, ingenio excellens & clarus eloquio,in gymnaſio Bonon. multo tempore iura publice docuit,vbi diſcipulos & multos & clariſſimos erudiens,magnum ſcientiæ ſuæ fructum reportauit & laudem, ſcripſit in ea facultate multos egregios (vt ferunt) commentarios atque tractatus, quibus nomen ſuum poſteritati commendauit. Sed nihil eorum ad manus noſtras peruenit. Fertur eius inſignis

De dote tractatus lib.1.
Et conſilia perpulchra,cum aliis multis.

Claruit ſub Frederico Imp.tertio,& Sixto papa quarto. Anno domini 1484. Et neſcio ſi adhuc ſuperſtes ſit.

DOMINICVS Bolanus,natione Venetus, vir in diuinis ſcripturis exercitatus,& in ſecularibus literis egregie doctus,philoſophus & rhetor non abiiciendus,ingenio acer & vehemens, ſermone compoſitus, edidit nonnulla ingenii ſui præclara opuſcula, quibus ſe deuotum fidelemq; Chriſtiani nominis cultorem exhibuit, & memoriam ſui poſteris commendauit. De quibus ego tantum vidi opuſculum inſigne contra Mariane puritatis detractores, quod dicauit Nicolao Marcello, primo & ſeptuageſimo duci Venetorum.

De conceptione ſanctæ Mariæ lib.1. *Non paruo dolore.*

De cæteris nihil vidi. Claruit Venetiis ſub Frederico Imp.tertio, & Sixto papa quarto. Anno domini 1484. Audio adhuc eum haberi ſuperſtitem.

FRANCISCVS Niger presbyter Venetus, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus artium & philoſophiæ profeſſor doctiſſimus poeta & orator non futilis, ingenio præſtans,ac diſertus eloquio, ſcripſit ingenii ſui varia opuſcula, quibus nomen ſuum notificauit poſteritati. E quibus extat opus non ſpernendum,ſed magnis attollendum laudibus ad Leonardum Bottam equitem Mediolanenſem

Grammatica prænotatum lib.1. *Ab Anneo Seneca lit.*
Feruntur & eius epiſtolæ. Et quædam alia.

Claruit Venetiis ſub Frederico Imp.tertio, & Sixto papa quarto. Anno domini 1480. Neſcio ſi adhuc ſuperſtes ſit.

IACOBVS de Stralen, natione Teutonicus, vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus,& in ſeculari philoſophia egregie doctus,ingenio excellens & clarus eloquio, qui in gymnaſio Colonienſi theologiam multis annis docuit, & magnas eruditionis ſuæ laudes ab omnibus commeruit,ſcripſit multa præclara opuſcula, lecturas & varias quæſtiones, de quibus duntaxat vidi

In Apocalypſin Iohannis lib.1. *Vidit Iacob in ſomno.*

De

De aliis nihil vidi. Claruit in Colonia Agrippina sub Frederico Imperatore tertio, & Innocentio pontifice octauo. Anno domini 1490. Senex valde, annos habens ætatis circiter octoginta. Et credo eum adhuc haberi superstitem.

MARSILIVS Ficinus, natione Italus, patria Florentinus, vir in secularibus literis eruditissimus & diuinarum scripturarum non ignarus, philosophus & rhetor celeberrimus, vtraque lingua peritissimus, Platonicæ theologiæ vnicum decus, ornamentum & corona, scripsit ornato sermone multa præclara opuscula, quibus excellentis ingenii sui venam posteris ostendit. De quibus subiecta feruntur

Theologia notabilis,	lib.1.	*Quemadmodum in perme.*
De intellectu & intelligentia,	lib.1.	
In conuiuium Platonis,	lib.1.	*Plato philosophorum pr.*
Epistolarum	lib.plures.	

Et alia complura. E græco autem multa transtulit in latinum. Ad Petrum Medicen Florentinum quinquaginta sex Platonis tractatus vertit. Mercurium quoque Trimegistum de potestate & sapientia Dei. Librum Zenocratis Platonici de morte, ad eundem Petrum Medicen. Ad Iohannem Caualcantem Speusippi Alcinoi, & Pythagoræ opuscula traduxit. Ad eundem librum Alcinoi Platonici de doctrina Platonis. Alia insuper complura, & traduxit & scripsit, quæ ad notitiam nostræ lectionis minime venerunt. Claruit Florentiæ sub Frederico Imperatore tertio, & Sixto quarto, ac Innocentio octauo Rom. pontificib. Anno domini 1490. Et credo eum adhuc esse in humanis.

RVPERTVS de Licio, episcopus Aquilæ Marsorum seu Aprucii vrbis, ordinis fratrum minorum, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, ingenio excellens, eloquio dulcis & compositus, vita & conuersatione præclarus, declamator sermonum celeberrimus, & vniuerso Christiano in orbe famosus, qui verbo & exemplo multos ab iniquitate conuertit, scripsit ad ædificationem legentium, & maxime prædicatorum verbi diuini quædam præclara volumina, de quibus feruntur subiecta,

Sermones de tempore	lib.1.	*Nox præcessit, &c. verba*
De laudibus sanctorum,	lib.1.	*Non glorietur sapiens in.*
De pœnitentia per quadragesimam	lib.1.	*Multi sunt vo. &c. propter.*
De peccatis quoque,	lib.1.	Et quædam alia.

Claruit sub Frederico Imp. tertio, & Sixto & Innocentio pontificibus. Anno domini 1486. Nescio si adhuc viuit.

IOHANNES Phefter de Widenberg, natione Teutonicus, patria Francus orientalis, vir in diuinis scripturis longo studio eruditus, & in seculari philosophia egregie doctus, ingenio excellens, vita & conuersatione deuotus, mansuetus & præclarus, qui de vniuersitate Heydelbergensi missus, principium Friburgensis gymnasii sua eruditione illustrauit, in quo iam per annos plurimos theologiam glorioſe docuit, & multos auditores suos probe erudiuit, scripsit quædam præclara opuscula, de quibus extat opus insigne super epistolis Pauli, quod publice lectum prænotauit,

Directorium sacerdotale	lib.13.	*Circa lecturam epistolarum.*

Et alia complura. Claruit adhuc in humanis sub Frederico Imp. tertio. Anno domini 1490. Potest adhuc viuere.

IOHANNES Britannicus ex palatiolo agri Brixiani oppido ortus, vir in secularibus literis eruditissimus & diuinarum scripturarum non ignarus, philosophus clarus, poeta insignis, & rhetor luculentus, qui apud Brixianos suos hodie in pretio habetur, quos inæstimabili eruditione, doctrina & scriptis indies reddit clariores. Multa ac varia scripsit, quibus nomen suum posteritati notum præsentibus effecit venerandum. De quibus subiecta feruntur. Commentariorum opus celeberrimum

In Persium	lib.1.	In Statium quoque,	lib.1.
In Metamorphos. Ouidii,	lib.1.	Epistolæ quoque variæ.	

Et alia complura. Claret in ciuitate Brixiana & varia componit opuscula sub Maximiliano Romanorum rege, & Alexandrino pontifice sexto. Anno domini. 1493.

BAPTISTA Ferrarienſis, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in diuinis scripturis eruditus, & in seculari literatura egregie doctus, metro excellens & prosa, & in vtraq; lingua peritus in declamandis sermonibus ad populũ celeberrimi ac prope diuini ingenii, scripsit multa præclara volumina, quibus se vtilem præsentibus & notum posteris reddidit. E quibus subiecta feruntur. Opus luculentissimum historiarum à Christi temporibus vsque ad nos, quod prænotauit

Floridam,	lib.1.	Chronica sui ordinis,	lib.1.
De ruina Romani Imperii,	lib.1.	De monte Syna,	lib.1.
Vita Mechtildis,	lib.3.	Chronica Ferrariensis	lib.1.
Sermones varii	lib.3.		

Epigrammata admodum multa edidit atque diuersa, quæ indies publicanda speramus. Conuertit etiam de græco in latinum, sermones beati Iohannis Chrysostomi complures, & alia multa nobis incognita. Viuit adhuc apud Ferrariam & varia conscribit sub Maximiliano Rom. rege clementissimo. Anno domini quo hæc scribimus 1494.

PETRVS Brutus, natione Venetus, episcopus Catharensis, vir certe in diuinis scripturis eruditissimus & in secularibus literis egregie doctus, ingenio excellens, sermone disertus, vita & conuersatione præclarus, hebraicæ ac latinæ linguæ peritus, qui pro confirmatione fidei Christianæ multa contra perfidos Iudæos disputationum certamina semper victor exegit. Scripsit inter cætera ingenii sui opuscula ad senatum Vicentinum opus celeberrimum & insigne sanctarum scripturarum authoritatibus copiose instructum.

Aduersus Iudæos,	lib.1.	*Lectitanti mihi pluri.*

Et quædam alia. Claruit sub Frederico Imp. tertio. Anno domini 1485. Et nescio si adhuc viuat.

HVBERTINVS clericus Crescentinas, vir in secularibus literis eruditissimus, & diuinarum scripturarum non ignarus, philosophus, rhetor, & poeta insignis, & vtriusque linguæ peritissimus, ingenio excellens, & disertus eloquio, qui in celeberrimo gymnasio Papiensi septem annos maxima cum audientium & attentione & vtilitate publico legit stipendio. Scripsit tam metro quam prosa multa præclara opuscula, de quibus extant subiecta.

In epistolas Ciceronis	li.16.	*Huius voluminis epistolas*	
In Officia eiusdem,	lib.3.	In Metamorphoseos Naso.	lib.1.
Epistolarum quoque	lib.1.	Carmina multa,	lib.1.

Claruit sub Frederico Imperatore tertio. Anno domini 1480. Et nescio an adhuc viuat.

GVILHELMVS de Aquisgrani, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, ingenio subtilis, eloquio scholasticus, vita & conuersatione præclarus, qui olim in ecclesia Basiliensi prædicatoris gessit officium. Scripsit multa & commendanda opuscula quibus memoriam sui posteris commendauit. E quibus in gymnasio Erfordensi quædam cum omnium attentione & laude publice legit. Scripsit autem:

In euangelium Iohannis,	lib.1.	In Canonem missæ,	lib.1.
De passione Domini,	lib.1.	Iesum tradidit volunt.	
Quæstiones disputatas	lib.1.	Itinerarium terræ sanctæ	lib.1.
Sermones varios	lib.1.	Et alia complura.	

Claruit sub Frederico Imper. tertio, & Sixto summo pontifice quarto. Anno domini 1485. Et credo eum adhuc viuere.

IOHANNES de Lapide, natione Teutonicus, ordinis Carthusiensis monachus domus Basiliensis, vir in diuinis scripturis eruditiss. & secularis literaturæ non ignarus, ingenio excellẽs, eloquio disertus, vita & conuersatione præclarus. Qui olim in gymnasio Parisiensi magisterium in artium facultate assecutus, pluribus annis rexit in eadem, studiumq; sacrarum literarum docendo, legendo, ac disputando diligenter prosequens, doctorali dignitate in schola theologorum decorari meruit. Hic doctrinam eorum Parisiensium qui Reales appellantur, primus ad Basilienſium vniuersitatem transtulit ibidemque plantauit, roborauit, & auxit. Inter præcipuos quoque Tibingensis studii inceptores & authores vnus extitit. Qui deniq; post liberam plurium beneficiorum dimissionem, ad canonicatum & prædicationis officium insignis ecclesiæ Basilienſis vocatus fuit, ac tandem paucis lapsis annis omnia pro Christi amore relinquens, sacri Carthusiensis ordinis habitum induit. Hic multa præclara scripsit opuscula, quibus se & præsentibus vtilem & futuris memorabilem fecit. Paucorum ex his nobis copia obuenit. Extant tamen quæ sequuntur.

Introductorium grammaticæ	lib.1.	*Cum grammati.*
Dialogus de arte punctandi	lib.1.	*Discipulus sal.*
De propositionibus exponibilius	tract.1.	*Vt à iuuent.*

De

De arte dissoluendi sophistica argumenta, tract.1. *Quoniam ad omnem.*
Explanatio omnium librorum logicæ Aristotel. lib.1. *Inuestigare*
Explanatio librorum Physicæ eiusdem, lib.1. *Liber Physic.*
Explanatio sex librorum Metaphysicæ eiusdem lib.1. *Quia prima*
De his quæ ad dignum sacerdotem exiguntur, tract.1. *Homo ad imagi.*
Resolutorium dubiorũ circa missam occurrentium, tract.1. *Officium quantum.*
Summarium passionis Iesu Christi tract.1. *Nocte Iesus*
De ascensione Domini inter sermones Meffret Ser.1. *Consurge Domine*
In sermones Meffret de conceptione immacu. vir. tract.1. *Cum Dominus ac re.*
Sermones tam ad clerum quam ad populum plurimi lib.1.
Orationes & epistolæ variæ lib.1.
Complura quoque alia quorum hic non fit mentio.

Multos præterea diuersorum authorum libros per tractatus & capitula distinxit, singulis argumẽta præmittens, quibus quæ in illis sit scribẽtis intentio dilucide potest agnosci. E quibus sunt libri Ciceronis de officiis, de amicitia, de senectute, de somnio Scipionis. Item libri logicæ Aristotel. Libri eiusdem de anima, & libri Metaphysicæ. Item libri Effrem diaconi. Libri Iohannis Chrysostomi de compunctione cordis. Libri diui Augustini de contritione cordis. Liber epistolarum eiusdem. Et omnes fere libri sancti Ambrosii episcopi. Viuit adhuc in Carthusia Basiliensi & varia componit, multosque suo exemplo & scriptis ad sancta studia prouocat, sub Maximiliano Romanorum rege clementissimo, & summo pontifice Alexandro sexto. Anno domini 1494.

Angelvs de Clauasio, natione Italus, ordinis fratrum minorum sancti Francisci, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & iureconsultus celeberrimus, ingenio præstans, eloquio clarus, vita & conuersatione deuotus. Fertur quædam præclara cudisse opuscula, quibus nomẽ suum longe lateq; diuulgauit. E quibus extat notabilis summa de casibus simplicibus confessoribus, doctis nihilominus occupatis valde vtilis, & necessaria vbique iam dispersa, quæ ex nomine authoris prænotatur.

Summa Angelica lib.1. *Angelici spiritus & si.*
Additiones in eandem lib.1. Et quædam alia.

Compleuit hanc summam sub Frederico Imp. tertio, & summo pontifice Sixto quarto. Et audio eum adhuc esse superstitem, Maximiliano regnum Romanorum & Germanorum gubernante. Anno domini, quo nos hæc scribimus 1494. Indict. 12.

Iason de Mayno, patria Mediolanensis, ducalis senator, vir in vtroque iure doctissimus, & tam in diuinis scripturis quam in cæteris disciplinis secularibus eruditissimus, philosophus clarus, & orator celeberrimus, ingenio subtilis, eloquio disertus, consilio & actione præcipuus. Fertur quædam præclara cudisse opuscula, quibus ingenium exercitans, etiam memoriam sui posteris commendauit. Sed præter orationem quam Romæ corã Alexandro papa sexto (quæ & impressa circumfertur) habuisse dicitur, nihil eorum ad manus nostras memini peruenisse. Verum sicut certo didici, eleganter scripsit:

Super tit. de acci. in institutis lib.1. Super Codice quoque lib.9.
Super ff. varia scripsit, li.50. Orationes & epistolas.

Et quædam alia. Claret hodie apud principes Mediolanenses maximo in pretio sub Maximiliano Rom. rege clarissimo, & Alexandro summo pontifice sexto. Anno domini quo hæc scripsimus 1493. Indict. vndecima.

Lavrentivs Burellus Diuionensis, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in diuinis scripturis eruditus, & in secularibus literis egregie doctus, ingenio excellens, & clarus eloquio, metro exercitatus & prosa. Scripsit vtroque genere quædam præclara volumina, quibus nomen suum notificauit. E quibus ista feruntur. Opus celeberrimum in laudem Heliæ patriarchæ Carmelitarum, quod prænotauit.

Heliadem lib.1. De illustribus viris sui ordinis, lib.1.

Et alia complura. Viuit adhuc magno apud suos in pretio, multa scribens & condens sub Maximiliano Romanorum rege inuictissimo, & Alexandro summo pontifice sexto. Anno domini 1494.

Christopherus Landinus, natione Italus, ciuis Florentinus, vir secularium literarum apprime eruditus, philosophiæ etiam ac diuinæ paginæ non ignarus, longis annis musarum cathedræ præfuit, publicoque munere poeticam edocuit, ingenio præclarus. Scripsit opera magno in pretio apud omnes habita præcipue

In P. Vergilium Maronem commentarios.

Item, in Q. Horatium commentarios.

Camaldulenſes. Ethicam. Fertur adhuc florere apud ſuos Florentinos, quos omnit literaturæ exornat floribus.

IACOBVS Pergomēſis, ordinis fratrum heremitarum ſancti Auguſtini, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & in ſecularium literarum diſciplinis nobiliter doctus, ingenio præſtans, eloquio diſertus, vita & conuerſatione præclarus, hiſtoriographus celeberrimus. Scripſit quædam luculentiſſima opuſcula, quibus poſteritatem memoriæ ſuæ fecit obnoxiam. E quibus extat *opus hiſtoriarum* ab initio mundi, vſque ad annos domini 1486. volumen grande & inſigne, quod multo & diuturno labore ex diuerſis to comportans, prænotauit

Supplementum chronicarum lib. 15. *Pro Ciceronis veſtri.*

De aliis nihil vidi. Viuit adhuc apud Pergomenſes ſuos in pretio, prope ſexagenarius, ſub Maximiliano Rom. rege & Alexandro papa ſexto. Anno domini 1494.

BAPTISTA de ſancto Blaſio de Padua, vir in vtroque iure peritiſſimus, & philoſophorum eruditione præclarus, ingenio ſubtilis, & ornatus eloquio, qui in Patauino gymnaſio iura publice & egregie docuit, vbi magnam diſcipulorum copiam eruditit. Scripſit in ea facultate quædam præclara opuſcula, quibus ingenii vim præſentibus & poſteris oſtendit. E quibus legi

De priuilegiis dotalibus	lib. 1.	*Quoniam circa dotes multa.*
Correlatiuorum quoque	lib. 1.	*In hoc opere correlatiuo*
Quæſtiones de arbi. c.	lib. 1.	*In Chriſti nomine. a. Quoniam*
Super prima rubrica decre.	lib. 1.	*In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

Scripſit & alia. Compleuit hæc ipſa opera in gymnaſio Patauino, ſub Frederico Imperatore tertio, & Sixto ſummo pontifice quarto. Anno domini 1480. Indictione 13. Et credo eum adhuc eſſe ſuperſtitem.

MARCVS Antonius Sabellicus, vir vndecunque doctiſſimus, philoſophus, orator & poeta omnium noſtræ tempeſtatis celeberrimus. Venetias ſua eruditione & libris exornans, ingenio excellens, ſermone diſertus, vtriuſq; linguæ peritus, ad quem Hermolaus Barbarus archiepiſcopus Venetus, Aquilegienſis patriarcha librum de præceptis hiſtoriæ conſcribendæ olim compoſuit. Scripſit tam metro quam proſa quædam præclara volumina, quibus nomini ſuo memoriam perpetuam apud poſteritatem comparauit. De quibus ego vidi ſubiecta. Tria magna hiſtoriarum volumina à mundi initio. Ad ſenatum Venetum opus celeberrimum ab initio vrbis continens

Hiſtoriam & geſta Venetorum	li. 33.	*Scripturus ego ab vrbe.*
De venuſtate Aquilegien. patriæ	lib. 1.	*Et ſi ex omni ſcriptorum*
In munitionem ſontiacam car.	lib. 1.	*Funditur Illyricis rapi.*
In Cædem ſontiacam car.	lib. 1.	*Quo præceps fortuna.*
In Carnicum incendium	lib. 1.	*Iam fuſis profecta rotis.*
In naufragium cymbæ Petri	lib. 1.	*Fluctuat alma ratis.*
De rerum artiumque inuentoribus	lib. 1.	*Inter grata ſoles ſtudii.*
In originem Vtini, carmen	lib. 1.	*Hæc ſpacitatis humi.*
In laudem ſanctæ Mariæ, eleg. 14.	lib. 1.	*Virginis alma dies.*

De cæteris nihil vidi. Claret hodie apud Venetos maximo in pretio, multa ac varia componens, ſub Maximiliano Romanorum rege, & Alexandro papa ſexto. Anno domini quo hæc ſcribimus 1494.

HVBERTVS Leonardus, epiſcopus Darienſis, ordinis fratrum beatę Mariæ ſemper virginis de monte Carmeli, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularis literaturæ non ignarus, ingenio præſtans, & clarus eloquio, qui olim in gymnaſio Pariſienſi theologiam egregie docuit, ſcripſit multa commendatiſſima opuſcula, quibus nomen ſuum notificauit cum gloria. De quibus ſubiecta feruntur. De genealogia nobilium Francorum & geſtis eorum

Ad Ludouicum epiſcopum Leodien.	li. 1.	In euangelium Lucæ,	lib. 1.
De regimine principum,	lib. 3.	De immunitate eccleſiaſtica,	lib. 1.
Contra hæreticos Niuellen.	lib. 1.	Sermones varii,	lib. 1.
Quadrageſimale notabile,	lib. 1.	Et alia complura.	

Hic cum eſſet inquiſitor hæreticæ prauitatis, contra quoſdam hæreticos Niuellenſes per diœceſim Leodien. gladio ſancti ſpiritus eos confutauit & vicit ſcribes præfatum opus

opus celeberrimum octo & viginti propositiones principales continens, in quo totidem articulos eorum erroneos fortiter, ac diserte oppugnans reprobauit. Claruit in Germania vnde & oriundus fuit, sub Frederico Imperatore tertio, & Innocentio papa octauo. Anno domini 1490. Et credo eum adhuc viuere.

GABRIEL Byel, natione Teutonicus, ordinis eorum qui se fratres de communi vita, vel in communi viuentes appellant, vir in diuinis scripturis eruditus, & in seculari philosophia egregie doctus, ingenio excellens, vita & conuersatione præclarus, qui gymnasio Tibingensi ab exordio suæ institutionis præfuit annis multis, vbi tam in philosophia quam in sacris literis multos discipulos erudiuit, scripsit quædam non spernendæ authoritatis opuscula quibus nomen suum notificauit. E quibus ordinarie legit in præfato gymnasio.

In canonem missæ,	lib.1.	*Præmissa in cubiculo.*	
De passione Domini scripsit,	lib.1.	Sermones quoque varios,	lib.1.

Et quædam alia. Claret hodie senex prouectæque ætatis apud comitem Wirtenbergensem maximo in pretio, & quædam scribere dicitur, sub Maximiliano Romanorum rege, & Alexandro papa sexto. Anno domini quo hæc scribimus 1494.

GEORGIVS de Gemmyngen, natione Teutonicus, præpositus & canonicus Spirensis insignis ecclesiæ, vir doctus & nobilis, vtriusque iuris professor, & celeberrimus interpres, ac in cæteris bonarum artium disciplinis egregie peritus, philosophus & rhetor præclarus, ingenio subtilis & disertus eloquio, metro excellens & prosa, scripsit quædam preclara opuscula, quibus ingenium suum laudabiliter exercitans, nomen quoque suum posteritati notificauit. Celat tamen quæ scribit, vt typum inanis gloriæ fugiat, vel ea quæ scripsit lima maturioris examinis castiget. E quibus tamen nobis subiecta innotuerunt,

De ratione duelli,	lib.1.	De machinis bellicis	lib.1.
De cura equorum & militum,	lib.1.	Orationes quædam.	

Multas præterea epistolas tam ad me quam ad alios edidit, quibus quantum valeat, tum eruditione, tum eloquentia, tumque multarum rerum experientia facile deprehenditur ab eo qui eas legerit. Claret ætate virili in ciuitate Spirensi, sacris literis intentus, ac varia scribens sub Maximiliano Roman. rege, & Alexandro summo pontifice sexto. Anno domini 1494.

IOHANNES Venetus, ordinis Carthusiensium, domus diui Andreæ apostoli de Litore apud Venetias, vir in diuinis script. studiosus & eruditus, ingenio præstans, vita & conuersatione deuotus, & regularis obseruantiæ cultor eximius, scripsit ad instructionem simplicium non contemnenda opuscula, quibus nomen suum notificauit. E quibus extat opus præclarum, quod prænotauit,

Noscete	lib.3.	*Cum nihil iocundius, nihil.*	
De patientia & humilitate,	lib.1.	*Fratres in Christo charis.*	
Speculum morientium,	lib.3.	*More bonorum parentum.*	
Corona quoque senum	lib.1.	*Dum mens humana.*	
Sermones varii,	lib.1.	Epistolæ plures deuotæ,	lib.1.

Et quædam alia. Claruit Venetiis sub Frederico Imperatore tertio, & Sixto papa quarto, & compleuit præscripta opera. Anno domini 1480. Indict. 13. Et incertum habeo an adhuc viuat.

IOHANNES de Mylbach, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis quoque philosophiæ non ignarus, ingenio clarus, sermone scholasticus, qui olim in gymnasio Erfordensi theologiam multo tempore glorioſe docuit, & plurimos in ea facultate discipulos erudiuit, scripsit nonnulla præclara opuscula, quibus ingenium suum magnifice exercitauit, & notitiam sui posteritati commendauit. De quibus ordinarie legit

In epistolas Pauli,	lib.13.	Sermones varios,	lib.1.
In laudibus S. Hieronymi,	lib.1.	Quæstiones diuersas.	

Et quædam alia. Claret Erfordiæ senex & debilis, præbendarius in cœnobio S. Petri. Anno domini quo hæc scribimus 1494.

IOHANNES de Arundine, natione Teutonicus, episcopus Vsbiten. ordinis fratrum beatę Mariæ semper virginis de monte Carmeli, Dauidis de Burgundia Traiectensis episcopi in pontificalibus vicarius, vir in diuinis scripturis eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus declamator sermonum egregius, ingenio subtilis, vita & conuer-

satione præclarus, scripsit multa præclara volumina, quibus nomen suum notificauit. De quibus feruntur subiecta. Lectura notabilis.

In librum sapientiæ,	lib.1.	In epistolam Pauli ad Roma.	lib.1.
In, Beati immaculati, sermones,	lib.1	Sermones de tempore,	lib.1.
Sermones de sanctis,	lib.1.	Et quædam alia.	

Claruit apud Traiectum, sub Frederico Imp. 3. & Innocentio papa octauo Anno domini. 1490. Et credo eum adhuc haberi superstitem.

GEORGIVS Valla Placentinus, vir vndecunque doctiss. philosophus, rhetor & poeta celeberrimus, ingenio excellens & disertus eloquio, qui totam Italiam sua doctrina modo exornans, Venetiis vtramque linguam florentissime docet. Scripsit multa præclara volumina, quorum elegantia & vtilitate eruditos viros omnis debitores sibi merito sentiat & obnoxios. De quibus extant subiecta

De orthographia,	lib.2.	De quantitate syllabarum,	lib.1.
De figuris oratorum & poetarum,	lib.1.		
In Ciceronem de vniuersitate	lib.1.	*Platonis liber qui Tt.*	
In eundem de fato.	lib.1.	*De fato Ciceronis.*	
In topicorum lib. eiusdem	lib.1.	*Obseruantia præcipuaque.*	
In rhetoricam ad Herennium,	lib.1.		
In Iuuenalem	lib.1.	*Prospecta pridem mihi.*	
In poeticam Horatii,	lib.3.	De ratione differendi.	lib.1.
De rebus expetendis & fugiendis,	lib.1.	Epistolarum ad diuersos,	lib.1.
Orationes variæ.		Et alia complura.	

In latinum vertit ex græco, opusculum Aristotelis de virtute. Eiusdem Ethicorum libros duos. Opus quoque Nemesii philosophi Christiani, de natura hominis. Libellum etiam Athenagoræ philosophi acutissimi, de resurrectione. Librum quoque dialecticen Brissonis. Tractatum insuper Galeni medici de hæresibus medicorum. Eiusdem introductorium ad medicinam. Problematum quoq; Allendri, libros quatuor. Et alia multa.

IOHANNES Camerarius de Dalburg, episcopus Wormaciensis, natione Teutonicus, iureconsultus celeberrimus, & tam in diuinis script. quam in secularibus literis eruditissimus. Rudolphi agricolæ viri doctiss. quondam auditor, in vtraque lingua peritus, rhetor & poeta clarissimus, ingenio subtilis, eloquio disertus & multa rerum experientia insignis nobilitatem generis sui moribus & doctrina magnifice illustrans. Scripsit & scribit tam metro quam prosa quædam excellentis ingenii opuscula, quæ nec dum in lucem venire passus est, propterea quod reipublicæ negotiis occupatus, ea non vsque adeo vt sui propositi erat perficere potuit. E quibus tamen aliqua nobis innotuerunt. Carmen sapphi.

De morte Rudolphi agricolæ,	lib.1.	De moneta quoque	lib.1.
Oratio coram Innocen. papa. 8.	lib.1.	Carmina & orationes variæ.	

Et plures elegantissimæ epistolæ. Claret hodie ætate virili in cathedra ecclesiæ Wormaciensis præsul Deo dignus, & varia conscribit, sub Maximiliano Rom. rege clementiss. & summo pontifice Alexandro sexto. Anno Domini, quo ad ipsum hæc scribimus. 1494.

BAPTISTA Guarinus Veronensis, Guarini doctiss. viri filius, cuius suo loco fecimus mentionem, vir certe patre non inferior, sed in omni literatura & disciplina bonarum artium eruditiss. philosophus, orator & poeta omnium celeberrimus, græcæ ac latinæ linguæ peritissimus, & in vtraq; multum facundus. Scripsit & vertit multa præclara opuscula, quibus vim & acumen ingenii sui prope diuini tam præsentibus quam posteris commendat. De quibus subiecta feruntur. Opus dialogorum perpulchrum

De secta Epicurea,	lib.1.		
De ordine docendi	lib.1.	Et si Maphee clariss.	
De regno administrando,	lib.1.	In epistolis Ciceronis,	lib.1.
In fastis Ouidii,	lib.1.	In pharsalia Lucani,	lib.1.
In Catullum poetam,	lib.1.	Epistolarum ad diuersos,	lib.1.
Orationes quoque plures,	lib.1.	Et carmina varii generis.	

In latinum vertit subiecta. Ex Xenophonte Agesilai laudationem, quam & dicauit Hermolao Barbaro seniori episcopo Veronensi. Orationes etiam quasdam Demosthenis & Dionis historici. Sed & orationes nonnullas Gregorii Nazanzeni ad Christum & Mariam. Et alia complura edidit & conuertit quæ ad notitiã meã non venerunt. Claret vsq; hodie

hodie Ferrariæ, vbi patri succedens, iam per annos tres & triginta vtramque linguam florentissime docet, & varia conscribit, sub Maximiliano Rom. rege, & Alexandro papa 6. Anno domini quo hæc scribimus 1494. Indict. 12. Habet & ipse filium græcæ ac latinæ linguæ eruditum, auitam disciplinam sequentem.

ANGELVS Policianus, vir vndecunque peritus atque doctissimus grammaticus celebris, philosophus, orator & poeta insignis, græco & latino ad perfectum instructus eloquio, ingenio excellens, qui sua eruditione & doctrina Italiam multo tempore illustrauit. Scripsit & varia & præclara volumina, quibus nominis sui memoriam posteris commendauit. De quibus subiecta feruntur,

Centuriæ quædam	lib. 1.	In errores linguæ latinæ,	lib. 1.
Epistolæ variæ ad diuersos	lib. 1.		

Et quædam alia scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. His ausus est Iliadam Homeri versib. latinis legendam exhibere. Claret adhuc in Italia (vt accepi) varia conscribens, sub rege Romanorum Maximiliano & Alexandro summo pontifice sexto. Anno domini 1494.

BAPTISTA Mantuanus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in secularium literarum scientia nullisecundus, sacræ theologiæ doctor, philosophus insignis, poeta & orator celeberrimus, ingenio excellens, sermone disertus, vita & conuersatione præclarus, latinæ linguæ deus, & græcæ clarus interpres, metro excellens & prosa. Scripsit vtroq; stylo multa egregia volumina, quibus nomini suo per vniuersum orbem Christianum famam celebrem acquisiuit. E quibus subiecta feruntur. Ad patrem suum,

De beata vita dialogus	lib. 1.	*Frater Baptista, Petro*	
Suburbanum, de Bucol.	lib. 1.	*Faustus adit segetes*	
Parthenices vita	lib. 3.	*Sancta Palæstinæ repe.*	
De sancta Catharina	lib. 1.	*Cœstidis aggressi pu.*	
De vita Ludouici Bononien.	lib. 1.	*Maxime pontificum.*	
Vita Alberti Carmel. sapphico.	lib. 1.	*Mensis Augusti redeunt.*	
De calamitate suorum temporum	lib. 1.	*Cogimur istius mala.*	
Panægyricus Roberti	lib. 1.	*Semideum veteres insig.*	
Somnium de eodem	lib. 1.	*Maxime iustitiæ cul.*	
Ad Falconem epigrammatum	lib. 1.	*Debeo sed curæ prohib.*	
De consolatione super morte	lib. 1.	*Deliciæ sacri fontis ce.*	
De contemptu mortis	lib. 1.	*Quid meres fatumque ti.*	
Contra poetas turpiloquos	lib. 1.	*Sunt quibus eloquii datur.*	
De expugnatione Granatæ	lib. 4.	De patientia, prosaice,	lib. 1.
De ortu religionum,	lib. 1.	Apologia pro fratre Petro,	lib. 3.
Introductorium subtil. Scoti,	lib. 1.	Orationes elegantissimæ	lib. 1.
Epistolæ multæ ad diuersos.		Diuersi generis carmina.	lib. 1.

Et alia complura.

Viuit adhuc in Italia celeberrima opinione vbique nominatus, & varia conscribit, sub Maximiliano Romanorum rege. Anno domini quo nos ista compleuimus 1494.

IOHANNES Bertram Nuenburgensis, natione Teutonicus, Georgii Molitoris Nuenburgensis quondam auditor, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, ingenio clarus, sermone scholasticus, primum Erfordiæ, & tunc in gymnasio Moguntino theologiam publice docens, ac multos erudiens. Scripsit in ea facultate quædam præclara opuscula, quibus nomen suum notificauit. E quibus extat opus grande.

In prologum Bibliæ,	lib. 1.	*Cogitanti mihi in prist.*	
Collationes multæ ad clerum	lib. 1.		
De valore missarum,	lib. 1.	*Reuerendiß. in Christo.*	
Quæstiones variæ.		Et quædam alia.	

Claret ætate virili in gymnasio Moguntino, theologiam ordinarie docens, ac varia componens, sub Maximiliano Rom. rege clarissimo, & summo pontifice Alexandro sexto. Anno domini quo hæc scribimus 1494.

RVPERTVS Ganguinus, natione Gallus, ordinis sanctæ Trinitatis generalis minister, doctor decretorum insignis, & tam in diuinis scripturis quam in secularibus literis eruditissimus, poeta clarus, & orator facundissimus, qui Italos sæpe stupidos

sua eloquentia reddidit, ingenio excellens, vita & conuersatione deuotus. Scripsit vtroque genere multa præclara opuscula, quibus nomen suum longe lateque notificauit. E quibus extant subiecta. Opus insigni carmine ad Arnoldum Bostium Carmelitam Gandaui morantem, contra Vincentium de Castronouo, ordinis prædicatorum,

De conceptione sanctæ Mariæ,	lib.1.	*Est mihi mens æquis te.*
De eadem re, prosaice.	lib.1.	*Nemo Christianæ reli.*
De misera hominis conditione,	lib.1.	*Inter multa quibus se.*
De arte metrificandi	lib.3.	*Quæ de conficiendis ver.*
Orationes multæ elegantissimæ,	lib.1.	Epistolarum quoque, lib.1.
Epigrammata innumera.		Et alia complura.

Viuit adhuc Parisiis apud sanctum Maturinum residens. Et varia scribit indies publicanda, sub Maximiliano Rom. rege, & Alexandro summo pontifice sexto. Anno domini quo nos hæc scripsimus 1494.

HARYNGHVS Sifridi Sinnama de Hagis Phrysię oriundus, qui vulgo Hermannus appellatur, natione Teutonicus, vtriusque iuris professor & celeberrimus interpres, & tam in diuinis scripturis quam in seculari philosophiæ egregie doctus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, consilio promptus & stabilis, cuius apud principes & ecclesiarum prælatos magni habetur autoritas, in gymnasio Colonienſi docendo, scribendo, & consultando facile obtinet principatum. Scripsit inter alia opus grande & celeberrimum, titulos legales enucleatissime declarans, omnibus in vtroque iure siue in altero studere incipientibus valde vtile & necessarium

Super titulos Codicis,	lib.12.	*Et si verbositas sine f.*
Super tit. ff. Veteris	lib.24.	*Quanquam autem noua pla.*
Super tit. ff. Inforciati	lib.14.	*Sciendum erit hic in.*
Super tit. ff. noui.	lib.12.	*Quia septem sunt partes*
Super tit. authenticorum,	lib.1.	*Quamuis constitutiones*
In vsus feudorum,	lib.1.	*Quia hic liber feudorum*
De pace constantiæ	lib.1.	*Quia Imperator Frede.*
Super tit. institutionum	lib.4.	*Quanquam ab hoc libro.*
Super tit. Decretalium,	lib.5.	*Quoniam vt dicit Imperator.*

Extant & alia quædam.

Viuit ætate virili in ciuitate Colonienſi, sua illam doctrina illustrans, sub Maximiliano Rom. rege clarissimo, & summo pontifice Alexandro sexto. Anno quo hæc scripsimus 1494. Indict. 12.

RAPHAEL Regius, natione Italus, vir vndecunque doctissimus, philosophus clarus, poeta celebris, & orator insignis, vtriusque linguæ peritus, ingenio excellens, & disertus eloquio, qui in Patauino gymnasio maximas eruditionis suæ laudes docendo, disputando, ac componendo acquisiuit. Fertur multa præclara cudisse opuscula, quibus nomen & ingenium suum cum gloria notificauit, de quibus extant subiecta,

In Quintilianum correctiones,	lib.1.	*Solent magnanimi be.*
De laudibus eloquentiæ	lib.1.	*Si quis vnquam præclari.*
In epistolam vnam Plinii	lib.1.	*In operis huius inscriptione.*
Contra Iohannem Calphurnium	lib.1.	*Tametsi grauissimo*
In eundem Dialogus,	lib.1.	*Heri puerorum turbasti.*
Orationes variæ.		Epistolæ quoque multæ.

Et alia complura.

Viuit adhuc Patauii vt accepi, & varia conscribit, sub Maximiliano rege Rom. & summo pontifice Alexandro sexto. Anno domini 1494.

LAVRENTIVS Bonicontrius, philosophus, & astronomus insignis, atque in cæteris bonarum artium disciplinis egregie doctus, ingenio præstans, & clarus eloquio, metro valens & prosa. Fertur multa præclara cudisse opuscula, quibus nomen suum ad multorum notitiam transmisit. sed nihil eorum hucusque videre potui. Fertur autem eius insigne opus per circulum anni,

Fastorum prænotatum	lib.1.	Et quædam commentaria.

Et certa alia. Viuit adhuc in Italia multa & varia conscribens tam metro quam prosa sub Maximiliano Romanorum rege, & Alexandro papa sexto. Anno domini 1494.

IOHANNES de Keisersberg, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis philosophiæ non ignarus, ingenio præstans, vita & conuersatione

conuersatione præclarus, declamator sermonum celeberrimus, qui in cathedrali ecclesia Argentinensi à multis annis prædicatoris gerit officium. Scripsit nonnulla commendanda opuscula, sed ad notitiam nostræ lectionis adhuc minime venerunt. Feruntur autem eius elegantes

Sermones ad populum lib.1. Orationes variæ ad cleruni lib.1.

Et quædam alia, Magnis hic sumptibus & labore diuturno collegit opera Iohannis Geriõa, quorum multa ex Gallia tandem ad nos perduxit, diuidens ea in tres partes ordine pulcherrimo, ac tabulam vtilem admodum conficiens, id totum impressuræ donauit. Viuit adhuc in ciuitate Germaniæ Argentinensi, ac varia componit, sub Maximiliano Rom. rege clarissimo, anno domini 1494.

IOHANNES Picus, natione Italus comes Mirandulæ & concordiæ dominus, vir omnis bonæ literaturæ studiosissimus, & sicut præclaro sanguine, ita diuino admodum, ingenio nobilissimus, magna familiæ omnigenum artium stipatus caterua, cum quibus literis & studiis latinis, pariter hebraicis & græcis palæstram exercet, dignus & optime meritus, cuius profectionem Musæ sequantur, doctissimus nostra ætate philosophus est atque disputator acerrimus. Scripsit stylo elegantissimo nonnulla quæ ætas nostra tum comprobare, tum vel maxime admirari habebit, quibus nominis & gloriæ suæ memoriam non indigne sempiternam reddidit, de quibus extant quæ iam prodiere

Heptaphus super principium Geneseos.

Item: Nongentæ conclusiones philosophicæ.

Apologia. Item super Psalmos lib.1.

Et plura alia quæ nondum conspectui nostro sese exhibuere. Viuit adhuc hodie inter ingeniosorum adolescentum suorum gregem apud Italos, neque altiora scribere, neque benefacere posteritati cessat, sub Alexandro sexto pontifice maximo, regeq; Rom. Maximiliano. Anno domini, quo hæc scribimus 1494.

IOHANNES Capnion, alias Reuchlin, natione Teutonicus, ex Phorcen oppido Sueuiæ, legum imperialium doctor eximius, illustrisque comitis Eberhardi de Wirtenberg consul cum facundissimus tum iuris fideique integerrimus omnis antiquissimæ philosophiæ & literaturæ indagator solertissimus. Trium principalium linguarum hebraicæ scilicet similiter & caldaicæ, græcæ pariter & latinæ interpres peritiss. Gallicanæ etiam atq; politioris linguæ nostræ vernaculæ inprimis clarus. Et tam in diuinis scripturis secretarius, quã in secularib. literis eruditissimus. Quin imo in omni genere doctrinæ hac tempestate præcipuus, puta qui Græcorum, Hebræorum secreta mysteria multis iam annis enixissime penetrauit. Dignus profecto qui solis litteris, non etiam perstrepẽti populari curiæ incumberet. Nullum enim nobis non modo Italia, sed nec seculum quidem nostrum huic tanto viro parem obiiceret. Scripsit nonnulla opera, quibus memoriam sui præsentibus commendauit & posteris. Ad episcopum Vangionum camerarium Dalburgi, Dialogum in quo omnia secreta philosophiæ græcæ, hebraicæ, & Christianorum portentifica verba explicat, quem præscripsit

Capnion, vel de verbo mirifico, lib.3. *Rerum arcanarum.*

De præexercitamentis rhetoris, lib.1. *Est à veteribus.*

De diuersitate quatuor idiomatum græcæ linguæ, lib.1.

Orationem funebrem in mortem Rudolphi Agricolæ.

Epigrammaton & elegiarum, lib.1.

Epistolas quoque & orationes scholasticas sine numero plures.

Multa præterea vtilitati nostræ communi è græco in latinum vertit opuscula, Xenophontis apologiam pro Socrate, Nestorium hęreticum, Confessionem Cypriani, Proclũ de beata virgine, Luciani aliquos mortuorum dialogos, Eiusdem dialogum de concilio Deorum, Monomachiã Iliados Homeri de Paridis & Menelai duello in lingua Germanica metrice. Epiphanium de vita & morte prophetarum. Maximum Tyrium Platonicũ philosophũ in oratione, Si Deus fecit bona, vnde veniant mala Viuit vsq; hodie literis incumbẽs, sub Maximiliano rege, principeq; suo Eberhardo de Wirtenberg, cuius illustre nomẽ insignis ille Capnion ingenio suo illustrius reddit. Anno quo hæc scribimus 1494.

CONRADVS Leontorius, vulgariter de Leonberg, natione Teutonicus, monachus cœnobii Mulbronensis, ordinis Cistertien. vir in diuinis scrip. studiosus & eruditus, & in secularibus egregie doctus, philosophus, orator & poeta nõ abiiciendus trium (vt ferunt) principalium linguarum peritus, ingenio subtilis & disertus eloquio, scripsit metro & prosa nonnulla opuscula, quibus nomen suum notificauit. De quibus extat volumen,

Epistolarum ad diuersos,	lib.1.	Orationes variæ.
Carmina multa.		Et quædam alia.

Viuit vsque hodie apud Cistertium & cœpto perstat in studio, sub Maximiliano Romanorum rege clarissimo. Anno domini 1494. Indict. 12.

CONRADVS Celtis Protucius, natione Teutonicus, ex Francia Germaniæ oriundus, vir vndecunque doctissimus philosophus clarus, orator facundus, astronomus & cosmographus insignis, & poeta laureatus diuinarum quoque scripturarum non ignarus, vtriusque linguæ peritus, ingenio excellens, & disertus eloquio, scripsit tam metro quam prosa quædam præclara opuscula, quibus memoriam sui posteris commendauit. De quibus mihi pridem legit subiecta. Ad Maximilianum Rom. regem clarissimum in vtramque M. Tullii Ciceronis rhetoricam

Epitoma, id est, Breuiarium	lib.1.	*Qui in concione quip.*
De laudibus eloquentiæ	lib.1.	*Morine æternis cele.*
De arte versificandi	lib.1.	*Accepi illustriss. prin.*
De condendis epistolis,	lib.1.	*Epistola seu apostolus est.*
De situ Nurenberg,	lib.1.	*Cum nuper relaxandi ani.*
Peregrinationem Sarmaticam	lib.1.	*Cui dedit nomen volu.*
Carminum	lib. 4.	*Vrse doctorum specimen.*
Amorū qui secūdū 4. latera ger. inscri. li. 4.		*Scribere quæ nostræ fatalia*
Panegyrin duci Bauariæ	lib.1.	*Italicas tentare lyras.*
De vita sancti Sebaldi, car.	lib.1.	*Regiæ stirpis soboles.*
Germaniæ situm	lib.3.	*Germaniam scripturus.*
Orationes varias,	lib.1.	Epistolas multas ad diuersos elegantissimas metro & prosa edidit, ac diuersa epigrammata, & in cosmographia, cuius scientissimus est, varia scripsit, quæ post hac in lucem ventura confidimus.

Viuit adhuc annos ætatis huius quinque & triginta, ac varia scribit sub Maximiliano Romanorum rege illustrissimo, & summo pontifice Alexandro sexto. Anno domini quo nos hæc scribimus 1494.

PETRVS Bonomus Tergestinus imperialis aulæ protonotarius, vir latinæ linguæ eruditissimus & in cudendis omnifariis carminibus tum facillimus, tum exercitatissimus puta ex cuius promptuario Musæ canoræ eructuant, ac propterea multi nominis & fama celeberrimus, scripsit plurima & soluta oratione, & varii generis carmine. Equibus præcipue extant

Libri Epigrammaton.	Epistolarum indefessa congeries.

Nec vnquam scribere cessat. Viuit adhuc sub rege suo Maximiliano literis mancipatus, atque ingenium suum bonis excolens artibus. Anno quo hæc scribimus 1494. Indictione 12.

SEBASTIANVS Ticio, alias Brandt, Argentinensis, natione Teutonicus, vtriusque iuris professor insignis, & tam in diuinis scripturis quam aliis secularis literaturæ disciplinis egregie doctus poeticam non mediocriter callens, ingenio subtilis, eloquio disertus, consilio & actione præcipuus, qui sua eruditione atque lucubratione Basileam inclitam Germaniæ vrbem mirum in modum exornat. Scripsit tam metro quam prosa quædam haud contemnendæ lectionis opuscula quibus nomen suum diuulgatum reddidit. E quibus extant

Super titulis vtriusque iuris.	lib.1.	*Cum difficile.*
Rosarium diuæ Mariæ sapphicum.		*Stirpis humanæ.*
In laudem virginis ænigmata ve. testa.		*Quæ paris.*
Virginalem conceptum possibilem probat.		*Huc ades ô.*
Admiratio Mariæ aduenientē angelo.		*Quid tibi vis.*
Salutatio Angeli.		*Missus ab excelso.*
De locis mirificis beatæ virginis.		*Si tua virgo.*
Compassio virginalis.		*Nate patris.*
Consolatio Christi ad matrem.		*Quid gemis ô.*
De colaphis Christi.		*Respice quæ tulerim.*
De ingratitudine edentium manna		*Sorte sub hac.*
In laudem sancti Sebastiani.		*Quid tuas coner.*
Vita sancti Onophrii.		*Nostris carminibus.*
In laudem sancti Valentini.		*Laudibus ô præsul.*
In laudem sancti Iuonis.		*Carminū exorsum*

Vita

Vita sancti Bernardi.	*O vtinam mihi*
In laudem ordinis Carthusiens.	*Spiritus sancti.*
De contemptu seculi.	*Tu quicunque voles.*
Laudes beatæ Christianæ prope Basileam.	*Postea quam meritis.*
Contra aduocatos calumniantes.	*Aduocatorum mores*
De captiuitate regis Maximiliani	*Accipite ô reges.*
Elegia in mortem Imperatoris Frederici	*Mirum nuper erat.*
Ad diuum Maximilianum regem.	*Quid iuuat inclyte rex*

Variorum epigrammaton. lib. 1. Commendaticia carmina in varias impressiones. Compilauit præterea mira arte & ingenio, vulgari tamen & vernacula lingua libellum quendam, quem nauem Narragonię appellauit. In quo causam & radicem omnium stultitiarum adeo eleganter expressit, mores hominum carpit, & quædam salutaria remedia singulis tradit, vt non iure stultorum librum, sed diuinam potius Satyram opus illud appellasset. Nescio enim si quid tempestatis nostræ vsibus salubrius, aut iocundius legi posset. Aiunt eum magnopere anniti, vt & latine carmine pariter & oratione soluta opus illud quamprimum prodeat. Viuit adhuc apud Basileam, annos habens ætatis 36. eiusque opera & industria impressores plurimum in exornandis libris suis vtuntur. Varia enim conscribit sub Maximiliano Rom. rege, quem singulariter diligens plura de eo & ad eum suauissima (etiam secreta vt aiunt) condidit carmina. Anno quo hæc scribimus 1494.

Iacobvs Wimphelingus Sletstetensis, natione Teutonicus, presbyter ecclesiæ Spirensis, vir in diuinis eruditissimus, & in secularibus literis egregie doctus, theologus celeberrimus, philosophus, orator & poeta omnium præstantissimus, primum apud Erfordiam, ac deinde in Heidelbergensi gymnasio philosophiam, sacramq; scripturam publice edisserens, magnam eruditionis suæ gloriam acquisiuit. Vir, inquam, undecunq; doctissimus, ingenio subtilis, eloquio disertus, qui & metro excellit & prosa, scripsit vtroque genere quædam præclara opuscula, quibus nomen suum longe lateq; diuulgauit. E quibus extant subiecta. Ad Bertholdū archiepiscopum Moguntinū opus celeberrimū hexametro & pentametro versu elegātissime composuit, quod prænotauit de triplici cādore.

In laudem diuæ Mariæ	lib. 1.	*Maxima nostrarum spes.*
Præcepta rhetorices.	lib. 1.	*Nescio si tuum Theoderi.*
Laudes Spirensis ecclesiæ.	lib. 1.	
De Spiritu sancto oratio.	lib. 1.	*Quemadmodum expect.*
Ad regem Franciæ oratio.	lib. 1.	*Lustra iam octo fruendæ.*
De arte poetica.	lib. 1.	*Carmina varii generis multa.*

Epistolas tam ad me quam ad alios multas, elegantesq; composuit, quarum incertus est numerus. Ad instantiam Ludouici Spirensis episcopi officium de compassione beatæ Marię semper virginis composuit, quod per eandem diœcesim annuatim solenniter peragitur. Ad hunc Iacobum librum de luminaribus siue illustribus viris Germaniæ iam pridem dedimus. Viuit ætate virili annos habens ferme tres & quadraginta, in inclyta ciuitate Spirensi, & varia conscribit, sub Maximiliano Romanorum rege. Anno domini quo nos hæc scripsimus. 1494.

Baptista de Salis, ordinis fratrum minorum prouinciæ Ianuensis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & tam in vtroq; iure quam in seculari philosophia egregie doctus, ingenio subtili sermone scholasticus vita & conuersatione deuotus, & regularis disciplinæ obseruantia præclarus, edidit quædam ad instructionem simplicium sacerdotum necessaria opuscula, quibus nomen suum longe lateq; diuulgauit. De quibus extat summa de casibus in foro conscientiæ valde vtilis, quæ iuxta nomē autoris vocatur

Summa Baptistiniana.	lib. 1.	Et quædam alia.

Compleuit eandem summam sub Frederico Imperatore tertio. Et viuit adhuc eius filio Maximiliano regnum tenente. Anno domini 1494.

Engelhardvs Funck de Suobach Francus orientalis, natione Teutonicus, vir doctus & vndecunq; peritus, philosophus, orator & poeta insignis, diuinarum scripturarum & iuris pontificii non ignarus ingenio præstans, & disertus eloquio, metro excellens & prosa. Fertur vtroq; genere styli quædam cudisse opuscula, quibus nomen suum notificauit. Carmine elegiaco.

De laude patriæ suæ.	lib. 1.	De annulo sibi donato,	lib. 1.
Epistolas plures ad diuersos.		Epigrammata varia.	
Et alia complura.			

Claret Romæ, author siue aduocatus causarum & varia componit, sub Maximiliano Rom.rege. Anno domini 1494.

IOHANNES Langer de Bolkenhan, presbyter Vratislauiensis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, ingenio præstans, & disertus eloquio, metro excellens & prosa, vita & conuersatione presbyterio dignus. Scripsit vtroque styli genere multa præclara opuscula, quibus nomen suum notificauit. De quibus extat opus insigne ad Georgium de Lapide dominum Steynauiæ, quod prænotauit,

De censibus & re. empt.	lib.1.	*Ingenti hodie premor.*
Epistolarum ad diuersos	lib.1.	Carmina multa.
Et alia complura.		

Viuit adhuc in Vratislauia & varia conscribit, sub Maximiliano Rom.rege, & Alexandro summo pontifice 6. Anno domini 1494.

WERNERVS Roleuinck, de Laer, natione Teutonicus, patria Westphalus, ordinis Carthusiensium, domus sanctæ Barbaræ in Colonia Agrippina, vir in diuinis scripturis studiosissimus, & valde eruditus, ingenio excellens, vita & conuersatione deuotus, edidit multa præclara opuscula, quibus se vtilem præsentibus, & memorabilem reddidit futuris. E quibus extant subiecta, opus grande super omnes epistolas Pauli, quod prænotauit,

Doctrinam Pauli	li.14.	*Doctrina Pauli apostoli.*
De vita quoque Pauli	lib.7.	*Sicuti fui cum Moyse sic.*
De valore missarum	lib.1.	De regimine principum, lib.1.
De studio theologiæ	lib.1.	
Fasciculus temporum	lib.1.	*Generatio & genera.*
Paradisus conscientiæ	lib 1.	*Tulit Dominus Deus hominem.*
Sermones multi.	lib.1.	Et alia complura.

Vidi olim in eius cellula tractatus paruos quidem, sed plures & vtiles, quorum titulos iam à memoria tulit obliuio. Viuit adhuc in Carthusia Colonicnsi prouectæ ætatis, & varia conscribit sub Maximiliano Roman.rege. Anno domini quo ista scripsimus 1494 Indict.12.

ARNOLDVS Bostius, natione Teutonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli conuentus Gandensis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & in secularibus literis egregie doctus, theologus, philosophus, orator, & poeta præclarus, ingenio acutus, eloquio disertus, vita & conuersatione deuotus, cuius ad me plures extant epistolæ. Scripsit metro & prosa multa præclara opuscula, de quibus extant subiecta, volumen insigne carmine & prosa conscriptum, in quo luculenter ostendit ordinis sui Marianæ protectionis intuitu prærogatiuam originem & progressum, quod idcirco prænotati complacuit,

De patronatu Mariæ	lib.1.	*Petisti vir clarissime*
De illustribus viris Carthusiensium	lib.1.	*Venerabili & inter mis.*
De illustribus viris ordinis sui	lib.1.	*Frater Arnoldus Bostius*
Contra Vincentium in nouo castro,	lib.1.	*Vsquequo semper desip.*
Epistolarum ad diuersos	lib.1.	De quatuor nouissimis lib.1.
Carmina diuersa.		Et alia complura.

Viuit adhuc Gandaui ætate virili & varia componit, multosque suo exemplo & scripturis ad sancta studia prouocat. Anno domini quo hæc scripsimus 1494.

HENRICVS Euticus Francus orientalis vtriusque medicinæ professor egregius, multa edidit quæ posteritati parat. Item diuerso & venusto charactere carminum opusculum pulcherrimum, quod intitulauit,

Scommata seu vrbanos, & lepidos iuuenum iocos.
In medicina opuscula plura.
Satyram in sophistas & dialecticos & humanitatis studii inimicos.
In laudes beatæ virginis Et alia plura.
Viuit adhuc quando hæc scripsimus sub Maximiliano rege. Anno domini 1494.

EYTELWOLFVS de Lapide, vir nobilis, natione Teutonicus & Sueuus, magni ingenii vir, & eloquentiæ Romanæ vehemens æmulator, & ob id magnum honorem apud Marchionem Brandenburgen. consecutus. Scripsit ad Georgium de Lapide auunculum suum, virum literarum amantissimum.

De laudibus heroum & virorum illustrium lib.1. Epistolare eruditissimum.

Et

Et alia quibus magnam Germaniæ laudem apud Rom. linguæ cultores pariet. Viuit adhuc hodie sub rege Maximiliano. Anno quo hæc scripsimus 1494.

RVDOLPHVS Langius, natione Teutonicus, monasterien sis ecclesiæ in Westphalia canonicus, vir in diuinis scripturis studiosus, & in secularibus literis eruditissimus philosophus, orator, & poeta celeberrimus, ingenio subtilis, & disertus eloquio. Scripsit tam metro quam prosa multa præclara opuscula, quibus nomen suum cum ingenti gloria longe lateque diuulgauit, de quibus extant subiecta. Ad Hermannum Langium eiusdem ecclesiæ decanum,

De vrbe Hierosolyma,	lib. 2.	*Splendidissime quondam.*	
Ad decanũ Colonien. carminum,	lib. 1.	*Clara quem virtus supe.*	
De obsidione Nusien. vrbis,	lib. 1.	De tribus Magis carmen,	lib. 1.
Epistolæ plures ad diuersos.		Carmina quoque varia.	

Et alia complura.

Viuit adhuc admodum senex in ciuitate Monasterien si, multa componẽs sub Maximiliano rege Rom. Anno domini quo ista scripsimus 1494.

SEBASTIANVS Murrho Colmarien sis, natione Teutonicus, presbyter & canonicus in Colmaria, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & in secularibus literis doctissimus, philosophus, orator, poeta & cosmographus insignis, trium linguarum, hebraicę græcę ac latinæ peritissimus, legum & canonum notitia celebris, in architectura, musica & toto quadruuio nulli secundus, scripsit inter alia. Ad Iacobum Wimphelingum Sletstetensem (cuius supra meminimus) breue, sed perpulchrum,

Epitoma de laudibus Germanorum.	lib. 1.	In Baptistæ Mant. opera.	lib. 1.
Epistolas ad diuersos.		Et quædam alia.	

Viuit hodie in Colmaria vbi canonicus est & varia conscribit, quæ indies publicanda speramus, sub Maximiliano Rom. rege. Anno domini quo nos ista scripsimus 1494.

CAROLVS Phernandus, natione Teutonicus, Brugis oppido Flandriæ ortus, à parua ætate captus oculis, & ob id elementorum quoq; penitus ignarus, tantum sui miraculum præbet, vt velut alter Homerus poeta, musicus, philosophus & orator celeberrimus euaserit, diuinarum quoque scripturarum sagacissimus interpres, carmine excellens & prosa, ingenio subtilis, eloquio disertus, vita & conuersatione integerrimus, qui à rege Gallorum publico & perpetuo donatus stipendio in celeberrimo gymnasio Parisien. multo tempore literas humanitatis egregie docuit, & authores complures pulcherrime exposuit. Demum contemptis omnibus, mundum cum suis stipendiis deseruit, & ante biennium ferme ordinem diui patris nostri Benedicti intrauit, in monasterio probe reformato quod Casale Benedictum appellatur, situm in quadam sylua densissima decem à Bituricensi ciuitate ferme millibus distante, in quo vsque hodie perseuerat, magno feruens zelo animarum adeo vt dispensatione apostolica Leuita ordinatus, verbum Dei cum maximo omnium fructu & admiratione publice prædicet, scripsit tam metro quam prosa multa præclara volumina, quibus nomen suum posteritati commendauit. In decertationem metricam Ruperti Gaguini de purissima conceptione sacræ Dei genetricis & virginis Mariæ, aduersus Vincentium de Castronouo ordinis prædicatorum opus elegantissimum,

Commentariorum	lib. 1.	*Non ambigimus ab apostolo.*	
Laudes ordinis Carmelitarum.	lib. 1.	*Dum tela vertit Parthus.*	
Odarum in laudem Christi.	lib. 4.	De cõceptione contra Vincentiũ.	li. 1.
Carmen Iambicum de eadem.	lib. 1.	*Quantum creatis antecel.*	
Orationem de concep. ad Carthus.	lib. 1.	De S. Catharina orationem.	lib. 1.
Epistolarum multarum.	lib. 2.	Carmina ferme innumera.	lib. 1.
Elegias de contemptu mundi.	lib. 1.	Et alia multa.	

Viuit hodie cæcus, sed doctissimus in præfatò cœnobio multa ac varia componens, sub Maximiliano Romanorum rege, & summo pontifice Alexandro 6. Anno domini quo ista scripsimus. 1494. Indictione 12.

IOHANNES Phernandus frater prædicti Caroli, natione & ipse Teutonicus, vir vndecunque doctissimus, philosophus, orator & poeta celeberrimus, & diuinarum scripturarum non ignarus, ingenio subtilis & disertus eloquio, quem rex Gallorum perpetuo stipendio donans sibi in musicum desumpsit, scripsit tam metro quam prosa multa vtilia & deuotioni congrua opuscula, quibus nomen suum ad multorum notitiam deduxit. E quibus extant subiecta.

De sancto Iohanne Baptista.	lib.1.	*Quo rite plectro quam.*	
Orationes multæ & variæ.	lib.1.	Epistolarum ad diuersos.	lib.1.
Carmina & epigrammata plura,		Et alia multa.	

Scripsit etiam horas sanctæ Crucis, & compassionis sanctæ Mariæ virginis eleganti carmine, quæ Parisiis nuper impressæ circumferuntur. Viuit vsque hodie apud regem Franciæ maximo in pretio, & varia componit, sub Maximiliano Rom. rege. Anno domini quo nos hæc scripsimus 1494.

HIERONYMVS Donatus Patricius Venetus, vir clarissimus in diuinis scripturis studiosus, & in secularibus literis eruditissimus, vtriusque linguæ celeberrimus interpres, ingenio excellens & disertus eloquio, qui licet vxoris & filiorum cura iam distrahatur, mirabili tamen diligentia & incredibili studio feruet literarum, multa indies scribens. E græco multa transferens, quę si alius etiam omni cura solutus conderet, posset esse miraculi. E quibus extant.

Oratio ad regem Lusitaniæ.	lib.1.	Orationes quoque variæ.	lib.1.
Epistolarum ad diuersos.	lib.1.	Et alia complura.	

In latinum vertit Iohannem Damascenum de immaculatis mysteriis. Dionysium quoque de diuinis nominibus, & quasdam ipsius epistolas. Volumen etiam de anima Alexandri Aphrodisei philosophi. Et alia multa. Viuit vsque hodie Venetiis annos natus septem & triginta, varia conscribens & vertens sub Maximiliano Roman. clarissimo rege. Anno domini 1494.

IVDOCVS Badius Gandensis, natione Teutonicus, vir in secularibus literis eruditissimus, & diuinarum scripturarum non ignarus, philosophus, rhetor & poeta clarissimus, ingenio excellens, & disertus eloquio, qui olim Ferrariæ Baptistã Guarinum literas græcas docentem audiuit, & in ea quoque scientia doctus euasit. Lugdunum modo eruditione sua exornat, poetas legit publice & priuatim, plures magnatum filios instruens, scripsit carmine & prosa multa præclara opuscula, de quibus extant subiecta. Opus metricum insigne contra vitia quod prænotauit,

Syluam moralem	lib.1.		
Contra Vincentium quoque.	lib.1.	*Vincenti infœlix quæ.*	
Psalterium Mariæ sapphicis	lib.1.	*Quam chorus vatum ve.*	
De grammatica quoque,	lib.1.	Epigrammata plura,	lib.1.
Epistolæ variæ.		Et alia complura.	

Viuit vsque hodie annos natus duos & triginta, multa & varia componens sub Maximiliano inclyto rege. Anno domini 1494. Indict. 12.

HELIAS Regnier, iureconsultus celeberrimus, & tam in diuinis scripturis quam in seculari philosophia egregie doctus, ingenio subtilis, eloquio clarus, consilio cautus, qui in gymnasio Pictauiensi iura multo tempore publice docuit, scripsit quædam præclara opuscula, quibus memoriam sui posteris commendauit. E quibus ego vidi tantum subiecta, opus celebre, quod continet

Casus sexti Decretalium	lib.1.	*Bonifacius octauus condi.*	
Casus Clementinarum	lib.2.	*Iohannes episcopus Diuide.*	

De aliis nihil vidi. Viuit adhuc in vniuersitate Pictauiensi, sub Maximiliano rege. Anno domini 1494.

RVTGERVS Venray, natione Teutonicus, ordinis canonicorum regularium sancti Augustini cœnobii diui apostoli Petri, quod non longe à Wormacia situm, Heyne dicitur, vir in diuinis scripturis studiosus, & secularis literaturæ non ignarus, metro exercitatus & prosa. Scripsit vtroque genere quædam non spernenda opuscula, de quibus extant subiecta. Tetralogus, quem prænotauit

De institutione puerili	lib.2.	*Cum pueriles animaduerte.*	
De inquisitione beatæ vitæ	lib.2.	*Sub anno quo ceres ie.*	
Hymnorum de sancta Maria	lib.2.	*Ecce Dei matris Mariæ.*	
De vario vsu literarum	lib.2.	*Tametsi optime Petre.*	
De re mirabili	lib.2.	*Ad cognoscendam versu.*	
De rebus nouis	lib.2.	*Complura animo voluntati.*	
De metrorum generibus	lib.1.	*Familiarissime in Christo.*	
De accentibus latinorum,	lib.2.	*Hic tetralogus qui de.*	
Panegyricus ad me,	lib.1.	*Reuerendo in Christo patri.*	
Epigrammata varia.		Et quædam alia.	

Audio

Audio eum ad me opus cudere de calamitatibus horum temporum, quod necdum vidi. Epistolas tam ad me quam ad alios carmine ac oratione soluta plurimas perscripsit non inelegantes. Viuit vsque hodie & varia componit sub Maximiliano rege Rom. & Alexandro papa sexto. Anno domini, quo nos ista scripsimus 1494.

IVDOCVS Beysselius regiæ vrbis Aquensis patricius, natione Teutonicus, vir in scripturis sanctis studiosus, & in secularibus literis eruditissimus, philosophus clarus, orator facundus, & poeta insignis, qui licet vxoris & rei familiaris cura sit necessario distractus, incredibili tamen amore feruet scripturarum, multa indies scribens & componens, quibus nomen suum cum ingenti gloria vbique diuulgatur. E quibus extant subiecta,

Dialogus pulcherrimus ad Hermolaum Barbarum, Platonicorum more,

De optimo genere musicorum,	lib.1.	*Perduxi vos ô Hermo.*
De Christiano ambitu,	lib.1.	*Etsi tibi omnia suppetunt.*
Epitoma stimuli amoris	lib.1.	*Cum per hæc Christina.*
De rosacea Mariæ corona	lib.1.	*Rosaceam Augustissime.*
Rosarium metricum,	lib.1.	*Quisquis amat roseam.*
De rosarii mysteriis	lib.1.	*Egredimini filiæ Sion.*
Rosarium de sacramento altaris,	lib.1.	*Pane sub hoc modico.*
Gesta Flandrensium,	lib.1.	Orationes elegantissimæ.
Epistolæ quoque plures.		Carmina & epigrammata multa.

Et quædam alia.

Viuit vsque hodie Aquisgrani vtriusque iuris clarissimus interpres & varia conscribit sub Maximiliano Romanorum rege. Anno domini quo nos ista scripsimus 1494.

HIERONYMVS Balbus, vir celeberrimæ opinionis, & in omnibus disciplinis bonarum artium egregie doctus, philosophus clarus, & rhetor facundus metro excellens & prosa, ingenio præstans, & disertus eloquio, qui docendo, legendo publice & scribendo, magnam gloriam apud Gallos & Parisienses commeruit. Scripsit quædam ingenii sui præclara opuscula, quibus nomen suum posteritati commendauit. E quibus ego adhuc vidi tantum, volumen magnis eloquentiæ salibus conditum, in quo calumniis respondet cuiusdam Guilhelmi Tardiui rhetoris, per modum dialogi sub suo, Caroli Phernandi, Petri Cohardi, & ipsius insensoris nominibus, cui titulum imposuit,

Rhetoris glorioſi	lib.1.	*Inter ea officia quibus.*

De aliis nihil vidi. Viuit adhuc in Gallia scribens & varia componens, sub Maximiliano Rom. rege illustriss. Anno domini. 1494.

EGIDIVS Nettelet, decanus ecclesiæ Cameracensis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, ingenio præstans, vita & conuersatione præclarus, & singulari deuotione conspicuus, edidit quædam præclara volumina, quibus nomen suum notificauit. E quibus extat opus celeberrimum omni statui necessarium quod mirabili industria, pulcherrimaque consequentia in vnum comportauit ex epistolis

Sancti Hieronymi presbyteri,	lib.4.	Cætera me latent.

Viuit vsq; hodie in ciuitate Cameracen. vita & doctrina celeberrimus & varia cõponit, sub Maximil. Rom. rege clariss. & summo põtifice Alexãdro sexto. Anno domin. 1494

PHILIPPVS Callimachus, natione Italus, patria Florentinus, regis Poloniæ secretarius, vndecunque doctiss. philosophus clarus, orator facundus & poeta insignis, ac diuinarum scripturarum non ignarus, ingenio præstans & disertus eloquio. Fertur multa præclara cudisse opuscula, quibus memoriam sui posteris reliquit. De quorum numero subiecta feruntur. Opus insigne de gestis Attilæ regis impii, quod prænotauit.

Attilam.	lib.1.	Historia Polonica contra Turcã.	lib.1.
De moribus Tartarorum.	lib.1.	Amorum diuerso metro.	lib.1.

Et alia complura. Viuit vsque hodie apud regem Poloniæ, maximo in pretio, & varia conscribit, sub Maximiliano Romanorum rege Anno domini, quo hæc scripsimus. 1490. Indictione duodecima.

PAVLVS Niauis, natione Teutonicus, vir in literis humanitatis egregie doctus, & diuinarum scripturarum non ignarus, philosophus & rhetor celeberrimus, ingenio præstans & disertus eloquio, docendo & scribẽdo varia in gymnasio Lyptzensi magnam nomini suo famam acquisiuit, scripsit enim quædam præclara opuscula, quorum lectio non venit contemnenda. De quibus subiecta feruntur. Opusculum pro nouitiis religiosis.

De institutione latinizandi.	lib.1.	*Cum ego sæpius cogita.*

Visio cuiusdam heremitæ. lib.1. *Nemus ingens liquide.*
Colores artis rhetorices. lib.1. *Voluisti quondam eleg.*
Dialogus idiotæ. lib.1. *Cum repeterem sæpe nu.*
Epistolæ breues formales. lib.1. *Magnam solet vim.*
Epistolæ ad idem mediocres. lib.1. *Pollicitus sum vir ho.*
Epistolæ quoque longiores. lib.1. *Magnam concipio & in.*

Et quædam alia. Viuit vsque hodie in Germania varia componens sub Maximiliano rege Romanorum illustrissimo. Anno domini quo nos ista scripsimus 1494.

BOVSLAVS de Hassenstein, natione Germanus, vir nobilis & vndecunque doctissimus, orator & poeta insignis, qui præter consuetudinem cæterorum nobilium huius tempestatis & arma tractat, & mirabili studio literas colit, fouet & celebrat, vt velut alter Plinius secundus etiam militando libros & carmina conficiat, scripsit tam metro quam prosa quædam præclara opuscula, quibus nomen suum notificauit. E quibus extant subiecta,

Opus præclarum de Germanorum & Italorum inuentis propriis. lib.1.
Carminum quoque. lib.1. Epistolæ variæ.
Et alia complura.

Viuit vsque hodie in castro suo Hassenstein & varia conscribit sub Maximiliano Romanorum rege præstantissimo. Anno domini 1494. Indict.12.

HENRICVS Northeymensis, natione Teutonicus, vir in secularibus literis studiosus & eruditus, & diuinarum scripturarum non ignarus, ingenio subtilis & disertus eloquio, metro excellens & prosa, scripsit quædam non spernendæ lectionis opuscula, quibus nomen suum posteritati cum gloria commendauit. E quibus ego vidi duntaxat, opus illud præclarum quod metro & prosa conscripsit ad Fredericum Marchionem Mysne, ac ducem Saxoniæ Dimetromachiam prænotatum,

De virtutum & vitiorum conflictu. lib.1. *Tu mea laurigeros.*

De cæteris quæ composuit, nihil ad notitiam meam peruenit. Viuit vsque hodie varia conscribens, sub Maximiliano Romanorum rege illustrissimo & summo pontifice Alexandro sexto. Anno domini 1494.

AQVINVS ordinis fratrum prædicatorum ex Suedia habens vitæ originem vir in diuinis scripturis studiosus & secularis literaturæ non ignarus, philosophus celebris & mathematicus præclarus, ingenio excellens, & comptus eloquio, imitatus Boetium, scripsit commendatissimum opus de numerorum & sonorum

Proportionibus. lib.1. Epistolas quasdam.

Et quædam alia. Viuit vsque hodie apud ducem Bauariæ Ottonem in pretio, & varia conscribit, sub Maximiliano rege inuictissimo. Anno domini 1494. Indictione.12.

ALBERTVS de Prusa, natione Polonus, gymnasii Cracouien. collegiatus, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, in secularibus quoque literis egregie doctus, theologus, philosophus, & astronomus insignis. Carmine Conradi Celtis astrorũ peritia laudatus, ingenio præstãs & clarus eloquio, scripsit non contemnẽdę lectionis plura opuscula, quibus nomen suum notificauit. Sed pauca eorum ad notitiam meam peruenerint,

In Georgii Burbachii. Theoricas commentariorum. lib.1.
Ad epimeridas Konisperg. lib.1. Et quædam alia.

Viuit adhuc in gymnasio Cracouiensi, varia componens sub Maximiliano Rom. rege. Anno domini quo ista scribimus 1494. Indict.12.

THEODERICVS de Osenbruck, natione Teutonicus, ordinis fratrum minorũ prouinciæ Colonien. vir in diuinis scripturis exercitatus, declamator sermonum popularium famosissimus, cuius vitam omnes qui eum nouerunt sanctissimam hoc tempore prædicãt, in sermonibus faciendis ad populum tanta gratia diuinitus illustratur, tanta facundia loquitur, tanta deniq; compunctione & dulcedine afficit auditores suos, vt similem apud Germanos habuerit neminem. Vnde & per totam prouinciam generalis prædicator constitutus est. Legit mihi nuper dum Coloniæ mecũ esset, opusculum insigne & deuotioni congruũ, quod composuerat ad instantiã Hermanni archiepiscopi Colonien.

De passione Domini, lib.1. *Reuerendißim. in Christo*
Manuale simplicium lib.1. *Quia sicut Augusti.*
De exercitio interiori lib.1. *Qui perseuerauerit.*

Et quædam alia. Viuit adhuc in prouincia Colonienſ. cœpto fortiter instans officio, sub Maximiliano rege, & Alexandro papa sexto. Anno domini 1494.

BARTHO-

BARTHOLOMÆVS Colonienſis natione theutonicus, vir in ſecularibus literis egregie doctus, ingenio ſubtilis, & diſertus eloquio, philoſophus, & poeta præclarus, cuius carmina etiam doctiſſimi poetæ & mirantur, & laudibus attollunt. Scripſit vtroque ſtylo nonnulla celebranda opuſcula, quibus nomen ſuum notificauit. E quibus ego hucuſque vidi tantum opuſculum de laudibus philoſophiæ metro compoſitum quod prænotauit.

Syluam carminum, lib.1. *Cur Plutoni aurum præ.* De ſecta Diogenis, lib.1. *Quiſquis auet cynice.* Epiſtolam mitylogicam.

Dealijs nihil vidi. Viuit vſque hodie Dauentriæ varia componens, ſub Maximiliano rege, & Alexandro ſummo pontifice ſexto. Anno Domini, quo hæc ſcripſimus M.CCCCXCIIII.

IOHANNES Thurotus Pannonius, vir in ſecularibus literis ſtudioſus & exercitatus ac diuinarum ſcripturarum non ignarus, ingenio præſtans, & clarus eloquio. Fertur nonnulla cudiſſe opuſcula, quibus nomen ſuum notificauit. E quibus extat volumẽ non abiiciendum, quod multa induſtria comportauit continens.

Chronicam Hungariæ lib.3. *Iugi ocio his annis no.*

Et quædam alia. Viuere adhuc dicitur, & varia componere, ſub Maximiliano rege. Anno domini M.CCCCXCIIII.

HIERONYMVS de Padua, natione Italus, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus, & in ſecularibus literis egregie doctus, philoſophus, & poeta præclarus, ingenio excellens, & diſertus eloquio. Scripſit quædam non contemnendæ lectionis opuſcula, quibus memoriã ſui poſteris commendauit. E quibus extat libellus pulcherrimus, Ieſuita prænotatus, ad Petrum Donatum Paduanæ vrbis epiſcopum metrice.

De paſſione domini lib.1. *Maxime cœlicolum ſu.*

Extant eius & alia. Viuere adhuc dicitur, & varia componere, ſub Maximiliano rege. Anno domini M.CCCCXCIIII.

FRANCISCVS Mataracius Peruſinus, vir in ſecularibus literis eruditus, & diuinarum ſcripturarum non ignarus, philoſophus, orator, & poeta celeberrimus, & in vtraque lingua peritiſſimus, ingenio excellens, & diſertus eloquio. Scripſit quædam præclara opuſcula, quibus memoriam ſui poſteris reliquit. E quibus extat opuſculum celeberrimum ad Petrum, Paulum, Cornelium adoleſcentem.

De componendis verſibus lib.1. *Poeticam artem veteres.*

Epiſtolarum ad diuerſos lib.1. Epigrammata multa.

Et alia complura. Claruit ſub Frederico Imperatore tertio, & Sixto ſummo pontifice quarto.

DOMINICVS Mancinus, vir in diuinis ſcripturis admodum eruditus & in ſecularibus literis egregie doctus, metro excellens & proſa, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio. Scripſit quædam probata opuſcula quibus nomen ſuum diuulgauit. E quibus ego legi duntaxat tractatum illum quem eleganti metro compoſuit.

De paſſione domini, lib.1. *Non hominum laudes, nec.*

Scripſit & alia. Viuere adhuc dicitur, & varia conſcribere, ſub Maximiliano Romanorum rege nobiliſſimo. Anno domini quo nos iſta ſcripſimus M.CCCCXCIIII.

LVDOVICVS Brunus, natione Italus, de Marchionatu montis Ferrati, vir vndecunque doctiſſimus, vtriuſque iuris profeſſor & celeberrimus interpres, poeta Laureatus, philoſophus, & orator inſignis, ac diuinarum ſcripturarum non ignarus, ingenio excellens, & diſertus eloquio. Fertur vtroque genere ſcribendi multa præclara cudiſſe opuſcula, ſed nihil eorum ad manus noſtras memini peruenisſe præter illum tractatum quem eleganti carmine deſcripſit.

In coronatione Maximiliani regis lib.1. *Sanctã per æternum pe.*

De cæteris nihil vidi. Viuit adhuc, & varia conſcribere dicitur, ſub eodem rege Maximiliano. Anno Domini M.CCCCXCIIII.

IACOBVS Sprenger, natione theutonicus, ordinis fratrum prædicatorum prouincialis Colonienſis, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularis philoſophiæ non ignarus, ingenio præſtans, & apertus eloquio, cum pridem eſſet ab Innocentio papa octauo inquiſitor hæreticæ prauitatis conſtitutus vna cum Henrico inſtitoris eiuſdem ordinis theologo, comportauit, & ſcripſit eodem collega ſuo iuuante volumen contra maleficas mulierculas Diaboli inſtrumenta pro cautela ſimplicium quod prænotauit.

Malleum maleficiarum lib.3. *Virum asserere malefi.*
Sed quid amplius scripserit nescio. Viuit vsque hodie in conuentu suo Colonienſi sub Maximiliano rege Romanorum clementissimo. Anno domini, quo hæc scripsimus M.CCCCXCIIII Indict.XII.

IOHANNES Tholosus,natione theutonicus , ex Francia orientali,quæ Franconia dicitur oriundus , canonicus Ratisponensis , & præpositus Forchemensis, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus , & in secularibus literis egregie doctus, pontificij iuris doctor insignis,Astronomus, Cosmographus, & Poeta celeberrimus,ingenio subtilis & disertus eloquio,scripsit tam metro quam prosa quædam præclara opuscula,quibus nomen suum posteris commendauit.Sed nihil eorum ad manus nostras memini peruenisse. Feruntur autem ab his qui hominem probe nouerunt eius in diuersis rebus.
Epistolæ elegantes. lib.1. Et quædam in Mathematica.

Et quædam alia. Viuit vsque hodie in ciuitate Ratisponensi prouinciæ Noricorum & varia conscribit,maximus doctorum hominum fautor, sub Maximiliano rege Romanorum,& Alexandro papa sexto. Anno domini M. CCCCXCIIII. Indictione duodecima.

ADAM Wernerus Themarensis, natione Theutonicus,vir in secularibus literis egregie doctus,& diuinarum scripturarum non ignarus, philosophus & poeta non futilis, iuris Cæsarei clarissimus interpres,ingenio præstans & disertus eloquio,varia scribit,metro ludens & prosa,quibus nomen suum longe lateque notificauit. Extant eius & multa & elegantissima carmina sparsim de diuersis rebus & materijs.
Carminum ad me. li.1. Reuerendo in Christo patri.
Epistolæ quoque multæ. Ad me cudit de sancta Anna. lib.1.

Alia insuper complura scripsit & scribit indies publicanda. Viuit vsque hodie apud Heydelbergam pædagogus iuuenum principum, sub Maximiliano rege. Anno domini quo ista conscripsimus M.CCCCXCIIII.

IOHANNES de Duseldorp,natione Theutonicus , ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli,prior Argentinensis,vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus,& secularis philosophiæ non ignarus, theologicæ facultatis celeberrimus interpres,ingenio præstans & vita præclarus,dicitur multa scribere,sed celare.Vidi quosdam ipsius tractatus , quorum titulos nunc ad memoriam reuocare non potui. Viuit vsque hodie apud Argentinam sub Maximiliano Romanorum rege clementissimo. Anno domini M.CCCCXCIIII.Indictione duodecima.

THEODERICVS Vlsenius homo Phrysius singularis eruditionis & peritiæ in carmine & oratione.Inter quæ extant eius.
Elegiæ cultæ.
Et alia epigrammata.

Et alia plura quæ ad posteritatem ventura sunt. Viuit adhuc sub Maximiliano rege Romanorum.Anno domini M.CCCCXCIIII.

HARTMANNVS Scedel Nurenbergens. natione Theutonicus,artium & medicinæ doctor,diuinarum quoque scripturarum non ignarus, ingenio præstans & clarus eloquio,comportauit & scripsit inter alia ingenij sui opuscula , ex Iacobo Pergomensi & alijs historiographis addens nonnulla maxime de rebus Germanorum opus grande & insigne,quod continet.
Historias temporum. lib.1. De cæteris nihil vidi.

Viuit vsque hodie apud Nurenbergam , sub Maximiliano rege. Anno Domini MCCCCXCIV.

IOHANNES abbas monasterij sancti Martini episcopi in Spanhem , ordinis diui patris Benedicti,Moguntinæ diœcesis, natione theutonicus, patria Mosellanus, ex villa Trittenhem Treuerensis diœcesis oriundus, quamuis non sim dignus quod nomen meum cum scriptoribus Ecclesiasticis poneretur , propter ingenij paupertatem, tamen amicis vrgentibus compulsus sum in fine huius catalogi , mearum quoque lucubrationum titulos & exordia ponere , exemplo diuorum patrum , Hieronymi, Gennadij , Honorij presbyteri Augustudunensis, & Sigeberti monachi Gemblacensis , qui se quoque in fine suorum tractatuum de his ipsis rebus æditorum posuerunt. Scripsi ergo præter hoc opus etiam subiecta. Et primo quidem ex mandato præsidentium generalis capituli abbreuiaui.

Statuta

Statuta eiusdem capituli	lib.1.	*Quoniam volenti singula.*
De visitatione monachorum	lib.1.	*Fratres tuos visitabis.*
De modo seruandi capitulum	lib.1.	*Quoniam in celebrandis ca.*
In regulam sancti Benedicti	lib.2.	*Venite filij audite me.*
Exhortationem ad monachos.	lib.2.	*Militiæ Christianæ con.*
De tentationibus	lib.2.	*Humanum genus per.*
De vita sacerdotum.	lib.1.	*Petis à me Nicolae fra.*
De vitio proprietatis.	lib.1.	*Omnes ad vitam æternam.*
De miseria huius vitæ.	lib.1.	*Cum nihil sit vita præsens.*
De ruina ordinis nostri.	lib.1.	*Cum ordinis nostri pristinum.*
De illustribus viris nostri ordinis.	lib.4.	*Cogitanti mihi ac crebri.*
Laudes ordinis Carmel.	lib.2.	*Precibus & instantia.*
De laude scriptorum.	lib.1.	*Venerabili patri domino g.*
De luminaribus Germaniæ	lib.1.	*Quoniam sunt nonnulli.*
Epistolarum ad diuersos.	lib.1.	*Petitis vt copias e.*
De sancta Anna.	lib.1.	
Sermones varios.	lib.1.	

Collationes vero tam in capitulis generalibus quam in obseruantialibus vel alias habitæ sine certo numero, partim habentur, partim subtractæ sunt. Hæc ergo sunt (præter ea quæ adhuc in manibus imperfecta versantur) quæ me scripsisse ad præsens recolo. Anno ætatis meæ quarto & tricesimo, assumpti Abbatiæ officij decimo, conuersationis vero duodecimo, sub Maximiliano Romanorum rege, & summo pontifice Alexandro sexto. Anno Domini (quo hunc catalogum iam tertio emendaui, augmentaui, & compleui) per septennium ferme in eo laborans M.CCCCXCIII. Indictione XII.

IAM nunc igitur post multos tandem labores operi nostro finem imponamus, quoniam & si multi restant scriptorum illustrium catalogo digni, nobis tamen impossibile fuit omnium vel sola nomina inuenire. Eos vero quorum certitudinem habere potui diligenter consignaui, nec quemquam scienter omisi, cuius opuscula, ingenium & tempora scire potuissem. Neque ignoro quam multi eruditissimi viri hodie supersint vana componentes, quorum ego nullam feci mentionem, non quod eos iudicauerim indignos, nostro catalogo, sed propterea quod opuscula sua vel celare maluerunt, vel non vsqueadeo multiplicata sunt, vt in notitiam meam venire potuerint. Feci quantum potui, non quantum volui, quippe qui omnes quotquot sunt vel vnquam fuerunt (si licuisset) scriptores mihi conciliassem. Relinquo posteris eam prouinciam, vt de sua vena addant, vbi ego fatigatus destiti. Cæterum vos oro patres conscripti, qui cœlica regna tenetis, qui hunc nostrum catalogum vestris nominibus, ingenijs & lucubrationibus exornatis, quatenus si vera, si iusta, si digna, si denique grata de vobis scripsimus, omnipotentis Dei clementiam pro nobis exoretis, vt culpas abluat, veniam tribuat, sanctum propositum confirmet, intellectum illuminet, affectum purificet, participes gaudiorum vestrorum clementer efficiat. Quod si in aliquibus minus quam res ipsa requirebat potuimus, veniam nobis ô sacratissimi donate, quoniam si cubi erratum est, vitium est ignorantiæ, non voluntatis. Vos etiam ô clarissimi viri scriptores, qui adhuc vitam terrenam & mortalem agitis, vos interpello, vos obtestor & oro, si quid minus vestris meritis, ingenijs vel lucubrationibus dignum in hoc catalogo peregimus, non voluntati, sed imperitiæ nostræ ascribatis, veniam quam petimus non negantes, quoniam si cubi defecimus, eorum culpa fuit qui nobis aliter quam se res habet, opuscula vestra vel ingenia descripserunt. Lectorem deinde huius catalogi monemus & obsecramus, ne facile contra nos moueatur, si scriptorum nomina, dignitates, patriam, vel opuscula secus exarata inuenerit, quam ipse forsitan alibi legit, cum historiarum transacti temporis dissonantiam, nemo vnquam potuerit conciliare. Neque nos aliquid scripsimus, quod non multis locis vel testimonijs fuerit cõprobatum. Verum sicut in principio huius operis professi sumus, libenter cedimus opinioni cuiuscunq; benevoli correctoris, quam & veritas solidam, & charitas reddiderit sinceram. Nouissime vero nobis deridendi sunt æmuli, qui more canum ex cõsuetudine pessima latrantes, omnia damnant, omnia vituperant, omnia lacerant, quæ vel ipsi non fecerint, vel suis opinionibus inuenerint esse contraria. Mox enim vt vel modicum legere cœperint, stomachantes, illud non verum esse dicunt, iudices temerarij priusquam examinatores veritatis effecti. Sed quæ nobis causa cum istis, qui nihil vituperãt nisi bonum, nihil laudant nisi malum? Contemnendi sunt igitur inuidi canes, non docendi. Nos autem & si

displicere maleuolis existimemus glorioſum, bonis tamen & eruditis viris placuiſſe multo glorioſius arbitramur, à quibus ſicubi erratum eſſet libenter corripimur, correcti fructuoſius emendamur. Excuſet nos amor ſcripturarum, pro quibus hoc onus graue intrepida ceruice ſubiuimus.

Finis libri de ſcriptoribus eccleſiaſticis domini Iohannis de Trittenhem Spanhemenſis Abbatis. Sequuntur additiones nonnullorum illuſtrium virorum.

AD SVPERIORES, ILLVSTRIVM VIRORVM PARTIM HINC inde excerptorum, partim recenter inſertorum additio.

MARIANVS, natione Romanus, patria Zinizanenſis, ordinis heremitarum S. Auguſtini, Theologus conſultiſſimus, ac totius ordinis generalis Prior, hoc æuo noſtro tanquam lucifer, & quidam ſol perfulgidus ſuis exquiſitiſſimis declamationibus, & nouo quodam concionandi genere emicuit, ac veluti alter electionis vas mundo oblatus, tantam ingenij vim & docendi robur de ſe oſtendit, vt dicere auſim, neminem in hoc ſeculo inuenirivnquam potuiſſe qui cum eo exquireret comparari. Erat profecto talis ac tantus, vt nihil ex eo eſſet in omni politiore diſciplina fruſtra deſiderandum. Nam in ſuis declamationibus ad populum ita verbis lectis diſertus erat & ſententioſus etiam canora voce, vultuque ac cæteris corporis motibus ad rem erat accommodatus, vt nihil ad laudis cumulum addere poſſis. Quanta autem huius viri doctrina, quanta eloquentiæ vis ac maieſtas fuerit, partim ex ſermonibus, partim ex epiſtolis & orationibus à ſe eruditiſſime æditis quiſque dilucide elicere poteſt. Scripſit enim ſermones varios.
Orationum, lib. n. Epiſtolarum, lib. 1.

Obijt autem cum magna reipub. Chriſtianæ iactura. Anno Domini M.D.

FELINVS Sandeus, ex nobiliſſima Sandeorum familia, patria Ferrarienſis, vtriuſque iuris doctor conſummatiſſ. reliquarum quoque bonarum literarum non ignarus. Ferrariæ primum, inde Piſis publico earum vrbium gymnaſio cum magna omnium admiratione iura pontificia profeſſus. Ab Innocentio octauo Romam accitus Rotæ collegio (vbi ardua & maximi momenti tractantur negotia) præficitur. Qui & ſi mille negotiis, tum illic, tum in ſummi pontificis conſultationibus occuparetur, attamen cum ingenio prope diuini & conſummatiſſime in vtroque iure eſſet prudentiæ, multa in eo opuſcula & commentaria ædidit. Et ea quidem ita dilucide, ita docte, ita exacte, vt omnes huius diſciplinæ nodos enodauerit, obſcura in lucem reſtituerit, dubia recto adhibito iudicio, facilia & peruia reddiderit, in quo non parum noſtris iuriſperitis attulit adiumentum. Quæ autem emiſit ſubnectuntur:
Primo ſuper libros Decretalium Grego. De conſtitutionibus
De reſcriptis. De officio ordinarij. De Maio. & obedien.
De Treug. & pace. De Lite conteſta. De probatio.
De Teſtibus. De Teſtibus cog. De fide inſtrumentorum.
De præſumptionibus. De iureiurando De exceptionibus.
De præſcriptoribus. De Senten. & re iudicata. De appellationibus.
De accuſat. & inquiſitionibus.
Additiones in Decretum ad initiatum ab abbate opus.
De iure patronatus tractatus vnus.
De indulgentia plenaria ſermo, cuius thema eſt: Hodie mecum eris in paradiſo, &c.
In hiſtoria libellus vnus de regibus Neapolitanis.
Sunt & alia eius commentaria.
Floruit Romæ ſub Innocentio octauo, & Alexandro ſexto.

MATTHÆVS Boſſus, patria Veronenſis, ordinis canonicorum regularium beati Augu. vir in omnigena eruditione egregie doctus, ſed in dicendi elegantia & granitate doctior, magno apud omnes in pretio habitus eſt, tamen ex concionandi, docendique (in quo diu verſatus eſt) munere, tum ex varijs operibus à ſe compoſitis, quibus eccleſiaſticum dogma oratorijs pigmentis ſic venuſtauit & expoliuit, vt terſius mundiusve inuenias nihil. Scripſit autem ſubſcripta opuſcula. Dialogum de tolerandis aduerſitatibus in duos libros diſtinctum. De gerendo magiſtratu, colendaq; iuſtitia ad Iohannem Ludouicum Boſſum iuriſconſultum, equitemque auratum, lib. 1.
Orationum, lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1.

Ædidit & alia quædam, in quibus omnibus cum varia ſcateat doctrina, & vbique ſit lu-

sit luculentus, nullibi vllum arrogantiæ cuomuit fumum, sed quod decet religiosum, vbique sanctitatis & diuinæ sapientiæ studiosissimus.

Obijt Patauij, Anno domini MDII.

ANTONIVS Cornazanus, patria Ferrarien sis, orator & poeta luculentissimus, adeo terſus, copiosus, suauis, & præsertim in poesi, vt plerique autument ipsum ex angelorum ore poesim accepisse. Nam inter cætera vitam & obitum deiparæ virginis ita deuote, pie, copiose, luculenter, ac sancte cecinit, vt non mortalem eius poesim, sed diuinam prorsus omnes proclament. Ipsum opus Hippolitæ Neapolitanorum reginæ, dum adhuc virgo esset, inscripsit, dicauitque.

Elegias quasdam, atque poemata varia emisit.

Scripsit & oratione soluta vitam Bartholomæi Colonei Imperatoris Venetorũ maximi.

Orationes quoque plurimas atque alia quædam.

GEORGIVS Merula, patria Alexandrinus, orator & philosophus vtriusque linguæ eruditissimus, & docendo & scribendo rei literariæ semper bene consuluit. Scripsit autem Ludouici Sporciæ, suorumque maiorum res gestas multis voluminibus.

Commentaria in Iuuenalem. In Statium atque alios plures.

Emisit centurias quasdam. Epistolarum libros multos.

Obijt Mediolani. Anno domini MCCCCXCIIII.

BERNARDINVS Gadolus Brixianus Camaldulensis abbas, vir bonarum literarum, philosophiæ iuris canonici apprime eruditus, vitæ & religionis sanctimonia clarus, nobis multa suæ doctrinæ monimenta reliquit, in quibus se eruditissimum ostendit.

Scripsit autem in omnes Bibliæ libros commentaria.

De fugiendo seculo, & amplexanda religione, tractatum vnum.

Contra superbiam & ambitionem, lib. I.

Opera Hieronymi in ordinem redegit.

Extant eiusdem sermones varij. Item: Epistolæ multæ.

Et quædam alia hincinde dispersa.

Vita sanctus sepelitur honorifice in Camaldulensi cœnobio.

MARINVS Sanutus, patricius Venetus, non solum bonarum literarum vir eruditus, sed etiam administrandæ Reipublicæ eruditus, eloquentia plurimum valuit, vt ex eius opusculis dignosci facile potest. Scripsit enim quæ subijciuntur.

De magistratibus Venetis lib. I. De vitis principum Veneto. lib. I.

De bello Gallico libros quosdam & latine & vulgariter.

Scripsit & alia quædam.

RVGERVS, natione theutonicus, ordinis sancti Augustini, in diuinis scripturis apprime clarus, & secularis literaturæ non ignarus & soluta & pedestri oratione quædam non spernenda conscripsit opuscula, de quibus extant subiecta.

Primo de institutione	lib. 2.	De inquisitione vitæ beatæ	lib. 2.
De beata Maria hymnorum	lib. I.	De vario literarum vsu	lib. 2.
De rebus mirabilibus	lib. 2.	De rebus nouis,	lib. 2.
De metrorum generibus,	lib. I.	De accentibus Latinorum,	lib. 2.

Panægyricus ad Iohannem Spanhemensem sancti Martini abbatem.

De calamitatibus horum temporum, tract. I.

Epigrammata ad diuersos multa.

Epistolæ tam prosa quam metro permultæ.

PHILIPPVS Beroaldus, patria Bononiensis, vtriusque linguæ peritissimus grammaticorumque ac rhetorum, oratorumque omnium sui seculi facile princeps, fœcundissimi sui ingenij testimonia non vulgaria reliquit.

Orationes in diuersorum authorum enarratione habitas.

Panægyricum ad Lodouicum Sphortiam.

De nuptijs Bentiuolorum orationem vnam.

Gisippi & Titi historiam. Item Galesi & Symonis.

Orationem prouerbialem vnam.

Libellum de septem sapientum sententijs vnum.

Symbolorum Pythagoræ lib. I.

De optimo statu lib. I.

De felicitate lib. I.

Philosophi,medici & oratoris declamationem.
Ebriosi,scortatoris,& aleatoris declamationem.
De passione dominica veniam.
De duobus amantibus carmen
In maledicam carmen.
De terræmotu & pestilentia cum annotamentis Galeni opusculum.
Annotationes in Seruium,
Commentaria in Propertium
In Tusculanas quæstiones
In Titum Liuium annotationes
In Horatium Flaccum In Persium. In Siluium Italicum.

De fortuna carmen.
De cupidine Deo amoris carmen.
Epigrammata varia.
Annotationes in ius ciuile.
In Suetonium.
In Apuleium.
In Rhetoricam Ciceronis.

Scripsit & plura alia quæ nondum ad nos peruenere. Obijt Bononiæ non sine magna rei literariæ iactura. Anno domini M.DX.

PONTICVS Virmius,patria (vt aiunt) Taruisinus,eruditissimus philosophus,latinæ græcæque literaturæ studiosus,industria,labore,ingenij viuacitate,sine vllo parentum auxilio eo doctrinæ euasit,vt ob ingentem eruditionem magno apud Ludouicum Sphortiam,& per totam Insubriam habitus sit in pretio.

Scripsit autem quæ subijciuntur.
In Claudianum commentaria.
In Iohannem Sacroboscensis sphæram commentaria.
De obscuris authorum locis & corruptis nominibus,libri tres.
De miseria literarum lib.2.carmine.
De laudibus Beatricis Mediolanensis reginæ,librum vnum carmine.
Elegiarum & Epigrammatum lib.2.
In Cromata Chrisolore commentarium.
In Achileida Statianam commentarium.
In Ouidianam meta.commentaria.
In Vergilij opera commentaria.
De arte diuinandi. libri sedecim.
Odysseam Homeri transtulit in latinum.
Hymnorum eiusdem Homeri, lib.4.
Euripidis tragœdias sex. In medicina traduxit Theophylum.
De pulsibus & vrinis Item Æneum de pulsibus & vrinis.
Inuectiuarum, lib.1.
De intitulationibus. lib.1.

Apollonij argonautica in latinum vertit in lib.4. Alia quoque multa & latina fecit & emisit. Floruit sub Ludouico Sphortia.

NICOLAVS Leonicenus oratorum omnium suæ ætatis elegantissimus,in philosophia consummatissimus,& rerum naturalium non ignarus,multa in medicina eleganter & copiose tractauit.

In Galeni opera commentarios,quos etiam latine loqui compulit, edidit.

Item opusculum in eadem disciplina,in quo omnibus ægris salutem & vitam restitui conciliarique posse docuit.

Extant & quamplurimæ eiusdem epistolæ, quæ maximam eius doctrinam præferunt & elegantiam. Floruit hoc eodem tempore in Italia sub Ludouico Sphortia.

AMBROSIVS Calepinus Bergomensis, ordinis sancti Augustini hac ætate floruit, diulnarum & humanarum literarum indagator studiosissimus. Vnde opus pergrande sua industria magno labore ex innumeris prope auctoribus collectum de vocabulorum notitia, ac præpositionum interpretatione græca & latina cum authorum attestatione nobis commune fecit. In quo non solum quæ ad literaturam & poetarum & oratorum cognitionem plurimum conferunt,sed etiam quæ ad medicos philosophos,nec non doctores ecclesiasticos pertinent vocabula,docte satis eleganterque explicuit,explicatam veriorem lucem,quam in quibusdam alijs codicibus consiliaribus legenda reliquit. Quæ profecto doctis pariter & indoctis non mediocre attulerunt subsidium. Hinc enim factum est vt quæ apud barbaros iam barbara euaserant,latina fiant. Quæ vero apud doctos in dubium reuocabantur,nunc pateant discussa dubietatis nebula.

PETRVS Burrus Belgicus, patria Brugensis, canonicus Ambianus, diuinis & humanis literis clarus,Parrhisijs sub Carolo octauo Francorum rege floruit, vbi eximiarum disciplinarum virtutum probatissimorum morum,pietatis,religionis,celebritate adole-

adoleuit. Vt pleriq; & potissimum Gandincurtorum familia hoc vno solo suis pro liberis instituendis alijsq; permultis nobilioribus adolescẽtulis vti voluerit præceptore. Nec plane iurandum, vtpote qui vnus inter paucos hac nostra ætate, eloquentiam, poesim, cæterasque artes bonas cum sapientia iungere doceret, nec artes sine moribus, mores vero sine literis prodesse. Quod quidem eius opera indicant, in quibus quid potissimũ admireris, nescias sentẽtiarumve grauissimarum sanctissimarũ pondera. An styli poematisq; varietatẽ. An rerum verborumq; decorẽ. An callidas iuncturas. An lepidum vocalium contextũ. An carminis subinde fluorem & concentum. Denique an sexcenta alia ornamenta ita vt omnis gratias, charitates, lepores, ac dicendi veneres huc cumulatissime congestas merito dixeris, cum tamen aut turgidum, aut inflatum conspicetur nihil. Quocirca si hic Burrus Quintiliani scripsisset tempore. Non vtique dixisset: Ab lyricorum Horatius fere solus legi dignus. Nam & hic qui & legatur etiam à sanctis monialibus dignissimus est. Siquidem cũ (quod ille non est) totus sit castus, totusque Christianus, & Christianam religionem suauiter redolens. Non minimus tamen quam ille insurgit aliquando plenus iucunditatis, gratiæ, & varijs figuris, & verbis felicissime audax. Vt ex eius operibus subscriptis, & in lucem emissis, cui promptum est dignoscere. Sunt autem hæc fœcundissimi illius ingenij monimenta.

Odarum	lib.4.	Exametrorum,	lib.1.
Apologorum,	lib.1.	Elegiarum,	lib.2.
Epigrammatum	lib.1.	Moralium.	
Canticorum de duobus festis,		De aduentu Domini.	
De vigilia domini.		De natiuitate domini.	
De Circumcisione domini		De Epiphania.	
De ieunio.		De ingressu in Hierusalem.	
De confessione & Eucharistia		De cœna dominica.	
De laude crucis		De passione dominica.	
De resurrectione dominica,		De communione paschali.	
De inuentione crucis		De ascensione domini.	
De Pentecoste		De Trinitate.	
De corpore domini,		De exaltatione crucis.	
De die dominica,		Hymni de omnibus sanctis.	
De festo beatæ Mariæ,		Epistolæ & orationes non paucæ.	
Sunt & quædam alia		Obijt Ambianis anno. MDVII.	

IACOBVS Faber Stapulensis celeberrimus nostri seculi philosophus Belgicæ, quinimo totius Galliæ vnicum decus. Hac nostra tempestate diuino quodam munere in reliquariæ remedium datus, omnes philosophiæ partes à caliginosa quorundam sophistarum barbarie vendicauit. Et quæ iã omnino latine loqui dedidicerant aclonge ab Aristotelis, cæterorumque vere philosophantium mente abierant, in pristinam & sermonis & doctrinæ maiestatem restituit ea structura & serie, vt nihil desit addendum, nihilque sine vitio se offerat demendum, tanta industria, tantumque in omnibus suis operibus artificium, tanta in dicendo dignitas vt cum philosophia quisque vel mediocriter doctus eloquentiam (quod antea non licebat) consequi vberrime possit. Primus enim apud Gallos (vt Cicero apud Romanos) philosophiam rudem adhuc & impolitam cum eloquentia iunxit. Nam cum antea Parisijs peregrinaretur ciuitate donauit. Vnde non solum philosophiæ rudes, sed etiam docti aliquantum se arbitrantur adeptos, & ad dicendum & adiudicandum. Est enim in dicendo sublimis. In sententijs grauis. In inuentione exquisitus. In compositione diligens & curiosus, nec suorum tamen, sed etiam alienorum operum ad hoc siquidem vnum natus videtur, vt palæstræ literariæ consulat, bonas artes instauret, & in antiquum splendorem reducat. Ea est huius viri cura, ea oblectatio ad studium, eo cogitatus omnis, eo mens, eo animus dirigitur. Quod vt liberius fiant non modo patrimonium quod non contemnendum stapulis habebat instar Demetrij suis condonauit, sed & dignitates, officia, beneficia, & honorificia & opulenta abiecit cum Thebano Crathe ratus talia raro virtutibus cohærere. Denique vt exiguo concludas omnia versu.

Dirauit Sophia secula nostra Faber. Sequuntur autem quæ in artibus liberalibus à se contexta sunt. Primum est:

Paraphrasis in logicam Aristotelis miro artificio elaborata.

In physicen Aristotelis introductio. Et paraphrasis stylo non inerudito contexta.

In Ethicen eiusdem paraphrasis & introductio.
In œconomica commentarius. In Politica commentarius & introductio.
In Arithmeticam Iordani commentarius & demonstrationes.
In Seuerini Boetij libros arithmeticos epitome.
In Musicam elementa quædam.
In astronomicum introductorium Iohannis de sacro Bosco commentarius.
Astronomici theorici corporum cœlestium, lib. 2.
Introductio in sex lib. Methaphysices Aristotelis & in eandem commentarius.

Cætera quidem maiora in liberalium artium facultate expectantur. Sed neque his contentus vir religiosissimus rebus diuinis animum intendit, & se illis totum dedidit, magnum theologis nostris & diuini verbi scrutatoribus ornamentum & adiumentum allaturus, vt pote qui implicita explicet, obscura elucidet, innodata enodet, trunca & mutilata passim loca restituat. Quod ex his quæ in hæc sacratissima diuinæ sapientiæ disciplina, aut traduxit, aut scripsit, aut correctius emendatiusque imprimi curauit, facile deprehendi potest.

Sunt autem subscripta.

Io. Damasceni translatio. Commentaria in Ricardum.
De trinitate. Commentaria in Ecclesiasten.
Commentaria in epistolas Pauli. Scolia in Dionysij Areopagi. opera.
De ornatu spiritalium nuptiarum. Commentaria in Hugonem de S. Victore.
Viuit Parisijs quotidie noua quædam fabrili sua incude cudens.

GVILHELMVS Budæus Parisiensis exclarissima Budæorum familia natus, historicus, poeta, philosophus, oratorque disertissimus. Non modo fortunæ, sed etiam animi dotibus pulcherrime ignitus. Hac nostra tempestate per vniuersam Italiam, nedum per Gallias ob incredibilem ipsius omnium sapientiarum notitiam claruit, indies vtraque lingua eruditissimus, ingenio prope diuino, eloquio graui & terso, in omni disciplinarum genere doctissimus, & præter doctrinam singularem vir certe perhumanus, affabilis, modestus, ac multa veneratione dignus. Scripsit autem orationes & epistolas ꝙplurimas. Elegias & epigrammata diuersa. Annotationes in quatuor & viginti pædestrum, seu digestorum libros edidit. In reliquos æditurus vt ipse in ea quam ad Iohannem de Ganayo magnum Franciæ cancellarium scribit epistola testatur. Quandoquidem annotationes quantæ sint eruditionis & doctrinæ cuique perpendendum relinquitur. Viuit Parisijs magna omnium expectatione, à quo maiora propediem in lucem prodibunt.

GVILHELMVS Castellus seu Castalius Gallus, poeta & orator tersissimus Turonensis, patre Christiano Castello doctore Parisiensi regio medico Martina parente Biturica, Turonis nascitur, anno domini MCCCCLXVIII. vbi prima literarum cunabula edoctus Parisijs (vt moris est) ad fructuosiores, solidioresque disciplinas capessendas mutatur Iohanni Anglico fratri Materno viro in diuinis humanisq; literis apprime erudito. In bursam (vt triuiali vtar verbo) Nauarricam successurus, vbi liberalibus studijs, & præsertim humanioribus eam nauant operam, vt breui temporis curriculo socios omnes ætate & doctrina præcedentes non modo æquauerit, sed etiam longe superauerit. Tanta rei literatiæ sitis, tantus amor, tanta cura, tantum studium. Hinc subito fama super æthera notus, in gymnasium Burgundiacum ad instituendam melioribus, politioribusque literis iuuenturem à Bernhardo Roilleto viro omnium bonarum disciplinarum cumulatissimo eiusdem gymnasij rectore primario accersitus, primæ humanitatis classi præficitur. Hinc exanclato dialectices agone & discipulis laurea donatis Nauarricum gymnasium repetit humanis disciplinis diuina (ad quas semper anhelauerat) adiuncturus. Tandē adepto in sacratissima theologiæ facultate doctoratu, Turonum secessit, vbi honorificis ecclesiæ beneficijs archidiaconatu & canonicatu honestatus cum suis viuit, orationi & prædicationi intentus. Quod supereſt temporis, bonis disciplinis impertit nonnihil & potestati consulens, vt iam cœpit multis operibus quæ in lucem emisit. Quorum nomina subijciuntur. Sibyllinum de iudicio extremo carmen.
Ægloga, cui nomen, Enmorphus. Carmen de stultis mulierum votis.
Dialogus in Iacobi fabri Stapulensis laudem.
Elegiarum lib. 1.
Epigrammatum lib. 1.

Epistolæ

Epistolæ ad diuersos multæ & variæ. Expectantur longe maiora.

IOHANNES Bartholus Parisien. doctor medicinæ, omnium huius ætatis excellentissimus, & ob id Apollinis & Æsculapij nomine à varijs etiam cuiusuis disciplinæ & amantissimis & peritissimis peculiariter donatus. Tantæ est apud omnes & authoritatis & doctrinæ, vt quem illi conferas inuenias profecto neminem, siue quæ suæ sunt professionis quæsieris, siue quæ sint alterius cuiusuis dogmatis. Quandoquidem in omni disciplinæ genere consummatissimus, de omnibus ita docte, ita eleganter, ita scite, prompteque disserit, ac profunde sapit, vt vnus omnes tam diuinas quam humanas artes studiosissime complexus sit.

ANTONIVS Syluiolus Parisien. poeta & orator insignis, cum multa linguarum genera calleat, tribus tamen, Gallica scilicet, latina & vulgari Itala excellit, quibus cum apud omnes, tum apud quosque & doctissimos & nobilissimos, & præsertim domus Amboisianæ Francæ gentis, maxime & nominatissime proceres eam sibi famam & gratiam conciliauit, quam nulla inuidorum obtrectatio dissoluat, nulla edacis caries vetustatis aboleat, vtpote qui iam hoc triplici linguæ dona immortalitatem sibi quæsierit, nec minoris hac suauissima Gallicæ linguæ volubilitate apud nostros habeatur, quam Dantes apud Florentinos. Quanta vero eloquentia laboret, suo ingenij lumine polleat, qua inuentionis subtilitate emineat, quo dispositionis artificio præstet, quę varietatis fœcunditate scateat, quę denique rerum sententiarumque grauitate incedat, locupletissimum præclara eius opera dant testimonium. Scripsit enim multa & præclara imprimis in vulgari suo comedias plures, in quibus ostendit quam varius, quam abundans, quã facundus, quam elegans, quam facetus, denique quam vrbanus fuerit, latine vero subnexa emisit.

Elegiarum lib. 1. Epigrammatum. lib. 1.

Dialogos plures & graues. De Venetis triumphum. Scripsit & indies scribit alia longe maiora, quibus Gallis & suos esse poetas & oratores, Italis non inferiores, quin & illis superiores ostendat. Si his linguæ inuolueris (quibus Italus omnis aut blanditur, aut auram aucupat) iugē & irrequietum laborē impenderent. Viuit adhuc & vescitur aura ætherea, reuerendi in Christo patris Georgij Amboisiani archipræsulis Rothomagien. orator.

GVILHELMVS Copus Basilien sis, eruditissimus philosophus, latinæ græcæque peritissimus, hac nostra ætate Parisijs arte medica (cuius est doctor & professor eminentissimus) excellit, ad cuius ædes non modo Parisien. tanquam ad vnicum salutis remedium confugiunt, sed etiam qui huic nostro regno præsunt audita viri fama ocissime mittentes accurrunt, eius opem sentiunt. Vnum vnus inter omnes huiusce professionis antistites non sibi peperit, nescio an immortale, an inuidiosum potius. Est autem hic Guilhelmus ingenio subtilis, eloquio tersus, sermone disertus, doctrina admirabilis, & rerum naturalium scientia nulli postponendus. Viuit Parisijs sub Ludouico huius nominis duodecimo magna sui apud omnes & celebritate & expectatione. Cudit enim quæ posteritas legat, inter quæ iam habemus.

Pauli Cegmetæ præcepta salubria ab ipso latino decore vestita

Idem Hypocratis prænostica.

IVDOCVS Clichtoueus Neoportuen. doctor, theologus consummatissimus, philosophus nitidissimus, oratorq; adeo insignis, vt ferinos hominum mores, & omne mortale genus diuina potius quam mortali facundia componat. Qui ad hæc natus officia, vt literarum ignaros rectis habenis dirigat, insulsos terso eloquio erudiat, philosophiæ splendore destitutos, pulsa procul caligine nitidissimo fulgore illuminet. Hunc his nobilissimis animi dotibus & dignitate, natura parens insigniuit, vt quicquid hoc in mundo sensibili moliatur rei literariæ propagandę accommodet. Quæ enim scabra, fæda, hiantia, barbaraque sunt expolire, & suum philosophiæ reparare nitorem summopere nititur, & maxime in sacris eloquiis interpretandis studium conterere animo, menteque decernit. Diuina hunc adeo exornant eloquia, rerumque supramundanarum cognitiones vt eum in terris mortalem adhuc vitam spirantem fulgentissimis cœlestium choris admisceant, suæ profusissimę doctrinæ eximia monumenta magno voluminum numero nobis venturæque posteritati reliquit, maiora tandē relicturus. Scripsit enim quæ hac serie digesta scribuntur.

In Augustini Dathi elegantias commentarium.

In introductionem Arithmeticam Seuerini Boetij commentarium. De praxi numerandi compendium.

In Iohannem Damascenum commentarium. De vera nobilitate librum eximium.

In paraphrasim physices Aristotelis scholia.

In introductionem paratam in physicen Aristotelis commentarium.
In introductionem paratam in libros metaphysices Aristotelis commentarium.
In introductionem elaboratam in Ethica Aristotelis commentarium.

CAROLVS Bouillus Beromandius Samarobrinus, vir & rhetorico liquore, poetica varietate, totius philosophiæ micantissimo splendore expolitus, geometraque insignis. Quē quidē ad diuina potius peruestiganda rerum secreta, entiūq; omniū latitātes essentias natura produxisse creditur, quā vt mortali corpore interceptus humanā vitā duceret. Adeo. n. eucēto ingenij acumine insignitus, vt nō modo terrenorum entium naturas (prius cæca caligine obductas) in lucem educat, verū & stelliferos orbes, patulamque cœlorum machinā duce philosophia, profundissime penetret, entiū supernaturaliū naturas mūdanorū philosophica proportione præmonstret indissērabilē cœlestis curiæ trinitatē, & numerorum philosophica ostensione, & terrenarum rerum vnitissima scrutatione exacte præfiguret. Hic prorsus & maxime philosophiæ contemplatiuæ, geometricisq; abstractionibus deditus est, vt sæpenumero horis nouē trunco arboris innixus immotis oculis, immoto corpore sui, suorum humaniq; victus oblitus & mole corporea solutus rerum naturas contemplari visus sit, vt potius anima corpore soluta in cœlis degere quā humanis vinculis astricta hoc in mundo sensibili auras vitales capere videretur. Multa sui ingenij acumine adinuenit priscis seculis inuisa. Quadraturam enim circuli, suis geometricis machinamentis contexit, quam philosophorū nullus antea satis exacte adinuenerat. Librum de nihilo magna cum omnium admiratione mira ingeniositate perscripsit, aliaque quā plurima philosophica opera quæ nullus mortalium exactis retro seculis præuiderat posteritati reliquit.

In Geometriam libros sex introductorios. De circuli quadratura. lib. 1.

Introductionem in scientiam perspectiuam. Librum de intellectu diuino, angelico, & humano. Librum de sensu. Librum de nihilo. Artem oppositorum. Librum de generatione Librum de sapiente. Librum de duodecim numeris. Epistolas philosophicas complures.

GVILHELMVS de Quercu doctor theologus insignis, hac nostra tempestate ceteros inter omnes mortales consilio, moribus sacrisq; eloquijs eminentissimus, qui dum illa Gallorum maiestas horrifico summi pontificis, Anglorum, Hispanorumque insidiis & atroci bellorum apparatu premeretur, solus suo consilio & sana animi sententia Gallorum angustiæ & necessitati benignissimus occurrit. Hic nempe Alpes transuectus Pisanam accessit ad vrbem, vbi maximam & cardinalium episcoporumque concionē superet Gallica, & tanto bellorum prodigio dissērentem sola sua animi sagacitate corroborauit, tantique concilij partes sibi vendicauit eminentiores. Nec minori in populo addiuina officia subeunda vtitur eloquio. Tanta enim & sententiarum grauitate & diuinorum cōsiliorum cognitione excultus, vt indomitos mortalium mores, barbarosque populos facili componat eloquio, ad nitidamque summi creatoris agnitionem, benigna voce, gratis oculis, gestu moderato, & similitudinibus iucundis facile reducat.

RENATVS Garnerius Luxionensin vtroque iure doctor, nostræ ætatis peritissimus, qui ob suam in omnigeno disciplinarum genere, tum maxime præclara legum ticultate claritudinem sui famam atq; decus per varios terrarum tractus disseminauit, meritoque in condendis interpretandisque passim legibus Ligurgi, Socratisque partes facile sibi vendicauerit. Tersiori etenim vocis eloquio, spectata professione, animo lagaci placido gestu, legum ænigma soluit, vt Pictauicos fines perpetuo decorauit honore totamque Galliam indies sua nobilitate eminentia.

CHRISTOPHORVS Longolius Parisien. philosophus ingeniosissimus nostrique seculi orator clarissimus, quem vt natura parens maximis decorauit animi dotibus, & naturali ad rerum indagandas naturas præparamento insigniuit. Ita fortuna bonorum emulis ingentissimis & gratissima dexteritate eum vberrime donauit. Qui naturam ei benenolam, nobilissimasque animi dotes inspirasse animo repetens, ita naturæ munera & labore & exercitio exauxit, vt nostræ ætatis philosophus clarissimus, oratorque exuberantissimus euaserit. Hic Plinium in præclara Pictauica academia inenarrabili structura professus est, vt non mortali eloquio fretus, sed potius cœlorum penetralibus educta sententiarum varietate roboratus omnium sine discrimine videretur. Hunc Parisiana (disciplinarum alumna) academia & moribus, & oratorio succo, literisque philosophicis non ineleganter erudiuit, nihilominus tamen non Gallico satiatus eloquio Italicos lares (maiora coniectans assequi) festino pede aggreditur, vbi & facile rerum experientia, tersoque edoctus

ctus eloquio Gallicos tandem fines pede reuerſo acceſſit, vbi, ſuæ eloquentiæ & doctrinæ edidit teſtimonia. Quartum enim vix & vigeſimum annum exagitans innumera voluminum varietate (poſteritati conſulens) ſuæ doctrinæ monimenta edidit, ſequacibusque ſuis hac digeſta ſerie reliquit. Orationem de diui Ludouici Francorum rege, & gentis Gallorum laudibus ad Franciſcum Valeſium Delphinum.

Orationes & epiſtolas prope innumeras. Elegias & Epigrammata varia.

Commentaria in Plinium quæ Pictauij publice cum ſumma omnium admiratione docte & eleganter interpretatus eſt.

Quædam in iure ciuili dum illud Pictauij publice profiteretur.

IOHANNES Stephanus floruit hac noſtra tempeſtate, natione Italus, Verſellarum epiſcopus, cardinalis Bononienſis, & rei literariæ cultor exactiſſimus, quem quanto excellentioribus & eminentiſſimis fortuna dignitatibus euexit, tanto natura nobilioribus decorauit animi dotibus. Hic nempe cuncta etiam dignitatū clariſſima faſtigia otio literario & rerū exquiſitis naturis ſemper poſtpoſuit. Et ſuo tandē infatigabili labore & induſtria effecit, vt Ariſtotelis magna moralia priſcis ſeculis nunquam prægnita nobis communia fecerit, quæ Iacobus Faber noſtri ſeculi philoſoph. eminentiſſimus, & philoſophiæ defenſor acerrimus ipſius auſpicio impreſſioni cōmiſit poſteris fructū nō exiguos allatura.

GVILHELMVS de Mera floruit hac tempeſtate, natione Neuſtrius, ex deſerto Cōſtantini pago oriundus, à parentibus nobilis proſapiæ, atque ſanctiſſimæ vitæ procreatus. Nunc cathedralis eccleſiæ Conſtantienſis canonicus ac theſaurarius, orator ac poeta inſignis. Hunc adhuc puerum exiſtentem inſignis theologus doctor Iohann. Boucardus quondam Abrinſen. epiſcopus ac confeſſor regius ſuſcepit in diſciplinis educandum ob præclaras animi dotes quas in puero cernebat. Nec ſolum ipſum per alios curabat erudiendum, ſed etiam ipſemet quando per otium vacabat, erudiebat nō parum ſe oblectans in tam fertilis agricultura. Ac tantum de præclara eius indole ſperabat, vt non dubitauerit cum in ea ætate beneficio donare, maiora profecto daturus ſi ſuperuixiſſet. Denique Guilhelmus ipſe ad præclare ſtudium Pariſienſis profectus in modico temporis interuallo eo euaſit, vt nullus in arte oratoria aut poetica eo celebrior haberetur. Vnum Ro. Briſſonetus quondam Remenſis archiepiſcopus, ac Franciæ cancellarius in tanti viri famam audiens cum ſibi in ſecretarium accerſiuit. Quo quidem Roberto mortuo Carolus Octauus dedit hunc Guilhelmum cancellario ſuo Guidoni de Rupeforti. Carolus enim ipſum Guilhelmum diligebat propter rhitmos non inſulſos quas ipſe lingua gallica nouerat elegantiſſime componere, & etiam propter artē ſcribēdi in quocunq; literarū genere in qua ſibi parē non inueniebat. Poſtea reuerendiſſ. cardinalis S. Maclouij Guilhelmus Briſſonetus hunc ſibi à Guidone de Rupeforti impetrauit vt eſſet eius auricularius, apud quem diu manſit. Sed demū curialium miſeriam pertęſus, ac tēporis iacturam ægre ferens cōceſſit in ſtudium Cadomenſe vbi rectoria dignitate, & poſtmodum laurea doctorali in vtroque iure donatus eſt. Eſtque in eo ſtudio iura pluribus annis profeſſus, tandem in cānonicum ac theſaurarium cathedralis eccleſiæ Conſtan. aſſumptus, vbi reſidet ſoli Deo ſeruiens, & bonis literis quibus poſteritatem ditaturus eſt.

Hæ ſunt quæ iam extant ſuæ doctrinæ teſtimonia.

Conflictus in Chimerā ad Iohan. de Ganayum magnum Franciæ cancellariū opus ſane egregium atq; ſanctum, in quo illa tria præcipua vitia quibus totus mundus inficitur atque venenatur, ſuperbiam ſcilicet, libidinem, atque auaritiam eleganter inſectatus eſt.

Opuſculum de ſacroſancta euchariſtia ad Guilhelmum Conſtan. epiſcopum.

Paraphraſis in Muſcum de Herone & Leandro ad Nicolaum de Ceriſay ſancti Germani Pariſienſis decanum.

De amoribus liber vnus ad eundem.

De laudibus liber vnus ad Io. Briſſonetum regiorum calculorum præſidentem.

De probris liber vnus ad Carolum Guillart Pariſei ſenatus præſidentem.

Neniarum ac epithaphiorum. lib. 1. De diuinis. lib. 1.

Multa præterea in oratione pedeſtri ſcripſit quæ nondum in lucem prodiere.

MATTHEVS Ebroicen. Normannus, ordinis fratrum prædicatorum, profundiſſimus ſcripturarum indagator, vir vtique religione plenus, ac literis ſuper penthateucum Eſaiā & alios quāplures veteris ac noui teſtamenti libros egregiam fecit poſtillā, quæ in libraria cōmuni conuentus Ebroicen. ſupradicti ordinis cuius alumnus fuerat repoſita habetur. Floruit autē vt ex quibuſdā eius ſcriptis apparet circa tempora Caroli ſexti Francorum regis. Huius libros cum per quaternos diſperſi eſſent recollegit frater Robert. Baiguardus

guardus theologiæ doctor & confessor Christianissimi Francorum regis Caroli septimi eorundem ordinis & conuentus, ipsoque reposuit in communi libraria eiusdem domus.

GVIDO Ebroicen. egregiorum sermonũ compilator, circa hæc etiam tempora floruisse creditur, eiusdem ordinis frater, qui etiam præter regulas tichonij quædam aptissima dedit documenta ad sacræ scripturæ sensum capescendum, ostendens ex quatũ rerum ignorantia in doctrinæ sacræ expositione errare sæpius contingit, quæ in quorundam cõuentuum bibliothecis inter cætera eius opera recollecta inueniuntur.

LAVRENTIVS Geruasii de conuentu Lexouien. ordinis prædicatorum in Normannia, Regnante Ludouico vndecimo Francorum rege apud Parisios clarus habitus est, doctor, theologus, vir vtique scientia & doctrina famatissimus, qui propter excellentem eius sapientiam cum maxime sanctissimi doctoris Thomæ Aquinatis doctrinam calleret ad reformandum in melius Colonien se studium missus, cum ibidem supra modum profecisset exinde rediens apud Diuionum Burgundiæ oppidum speciẽ reddidit, ibique cum fratribus sui ordinis sepultus, vtilia valde opera quæ copulata magistri Laurentij Geruasij dicuntur super totam summã theologiæ angelici doctoris (cuius videlicet doctrinæ dum viueret emporium dicebatur) reliquit.

SILVESTER de Prierio Bononien. ordinis fratrum prædicatorum doctor venerabilis, ac clarissimus sane doctrinæ sancti Thomæ Aquinatis expositor pariter & acerrimus defensor, circa tempora Innocentij octaui pontificis maximi in Lombardia floruit. Scripsit enim defensorium doctrinæ S. Thomæ quæstio. Io. Capeoli scripta breuians, luce clarius doctrinam sanctissimi doctoris irrefragabilem demonstrat, ex ipsius dictis omniũ aduersantium argutias dissoluens. Scripsit etiam introductorium logice.

Item summam sermonum quæ rosa aurea nuncupatur.

Item summam de casibus conscientiæ.

Item malleum Scotistarum.

Item super 4. libros sententiarum.

Adhuc vsque tempora perseuerat scribendo, Bononię degens vsque videlicet ad annum Domini DXII. supra millesimum.

DOMINICVS de Flandria, doctor clarissimus, eiusdẽ ordinis Bononiensis, eisdem temporibus quibus & præcedens.

Scripsit quæstiones metaphysicales.

Quæstiones de anima. Item super libros posteriorum.

Obijt autem præsidente in cathedra Petri Alexandro octauo summo pontifice.

PAVLVS Soncinnas eiusdem ordinis hisce temporibus.

Scripsit quæstiones Metaphysicales.

Item super prædicabilia & prædicamenta.

Eodem tempore, vel eo circa quo & præcedens vita functus est.

FINIS.

APPENDIX.

EPISTOLA MAGISTRI IACOBI WIMPHELINGI SLETSTATENSIS, ad reuerendum patrem, Dominum Iohannem Trithemium abbatem Spanhemensem, in additiones Catalogi Germanorum.

IACOBVS Wimphelingus Sletstatinus, reuerendo religiosissimoque patri, Domino Iohanni Trithemio abbati Spanhemensi, sacrosancti ordinis diui patris Benedicti, salutem plurimam dicit. Tanta est tuæ paternitatis innata quidem humanitas, clementia, comitas, quæ indignissimum me homuncionem, & amare, & amorẽ lucubratione tua coegerit aperire, qui de te nihil bene meritus sum, neque vnquam propter status angustiam tibi benefacere posse confido. Dulcissime pater, fruor ingenio tuo, fruor donis, fruor laude tua: omnia hæc tuæ liberalitati, tuæ clementiæ, tuæ mansuetudini tribuo. Et vtinam vel mortuis characteribus tibi gratias agere possem (nunquam enim factis aut operibus potero referre) quod tibi ex vno labore duplicem feci. Postea enim quam Catalogum Scriptorum Ecclesiasticorum (opus profecto clarissimum) consummauisses, quiescendum tibi fuit. Nunc ego te permoui, vt ex abysso & densa virorum illustrium sylua, qui in Christiana religione sub quacunque gente scripsissent, separatam atque singularem mihi

Germa-

Germaniæ luminũ partem excerpseris (adiunctis nõ paucis qui tibi interea occurrerunt) quam tanto iocundius legi, quanto minus tam ingentem excellentium virorum copiam in Germania fuisse credidissem. Adieci ego (veluti videbis) nonnullorũ vel sola nomina, quoniã eorum opera perquirere mihi nõ licebat. Committamus hoc on⁹ posteritati, vt si futuri sunt vnquã in Alemania qui nationis & patriæ suæ laudẽ ac gloriã amabunt, addant de sua vena, vbi nos iam destitimus, ipsi quidẽ posthac incepturi. Nõ etenim de cætero regnabit inter Germanos illepida crudaq; barbaries, nec verũ semper prædicabitur, ꝙ apud Lucanũ quondã introducitur Cato dixisse. *Me geminæ figant acies: me barbara telis Rheni turbabetur.* Existimant. n. pleriq; gloriã propriã exaggerare, alienam attenuare soliti, eam Rheni aut Germaniæ barbariem à Iulij temporibus ad nostram vsque ætatem inualuisse. Id ꝙ verum sit, vt intelligant, vtinam meditarentur diui Hieronymi verba, qui inter cæteras terrarum calamitates, Alemaniæ quoque miserabilem ruinã deflet, excellas Rheni quidẽ vbes nequaquam prætergressus. *Moguntiacum*, inquiens, *nobilis quondam ciuitas capta atque subuersa est, & in ecclesia multa hominum millia trucidata. Vangiones longa obsidione deleti: Nemetis*, (quæ iam Spira est) *Argentoratum* (quæ nunc Argentina vocatur) *populatæ sunt.* Nunquid diuus Hieronymus Moguntiæ, Wormaciæ, Spiræ, & Argentinæ illustrissimarum suæ tempestatis vrbium, præclara mœnia, locosque munitissimos aut opes, magis doluit vastari quam in eisdem florentissima plurimorum ingenia miserabiliter interire? An Hieronymus illarum ciuitatum cladem aut exitium meminisset, si non in eis fuisse tum pientissimos Christicolas, tum doctrinis & sapientia præstantes viros cognouisset? An non est præualidum & victoriosum argumentũ, extitisse quondã in Germania doctos plurimos, tam affluens vetustissimorum voluminum copia? An indocti fuere vel auctores eorundẽ, vel scriptores, aut qui scribi mandauerunt, aut qui eis quotidie vsi sunt? An vero huiuscemodi clarissima volumina, ex Hispanijs, ex Ausonia, ex Anglia, in Germanorũ bibliothecas olim translata sunt? De oratore Tullium, & Quintilianũ ipsum in Alemanorũ latebris inuẽtos esse, Itali confitẽtur. Æneas quoq; Siluius inter Germanos educatus Gregorio Heimburgensi Theutonico dissertissimo iureconsultissimoq; scribens, inter cætera sic ait * *Inueni apud sanctũ Gallum (ꝙ Sueuorum est oppidum) in veteri monasterio bibliothecã peruetustã, vbi & libros reperi ornatissime conscriptos, quorũ auctores fuerunt Theutones. Mirabar, cur pride nihil eloquentiæ his in regionib. eluxisset: sed venit in mentẽ, apud Italos quoq; tempus fuisse, quo sepulta dicendi facultate barbarorum insciti a dominabatur. Ante centum ferme annos & antea trecentis quadringẽtis, nõ inuenies, qui per Italiã sermonẽ habuerit tersum & lucidum.* Neq; Cornelius Tacitus negat, nõ semper apud Italos eloquentiã floruisse, ita exorsus: *Sæpe ex me requiris, Iuste Fabi, cur cõpro secula tot eminentiũ oratorũ ingenijs gloriaq; effloruerint, nostra potissimũ ætas deserta & laudibus, vix nomẽ ipsum oratoris retineat.* Quocirca ne deinceps Alemanos cæteræ nationes obinterceptã aliquando fortassis bonarũ literarũ notitiã despiciant, dignẽtur meminisse & apud suos quandoq; temporũ infelicitate philosophiæ & eloquentiæ studiũ interpolatum interclusumq; fuisse. Neq; enim ex interceptione disciplinarũ, quæ tempore quocũque facta creditur, censendũ est omnib. retro seculis Germaniæ literarũ defuisse cultores. Non defuerunt Caroli Magni filiorumq; eius temporib. Germaniæ doctissimi viri. Testes sunt, qui vtrumq; testamentũ glossa nobilissima interpretati sunt. Testis est qui sanctũ & admirabile opus de Dominicæ crucis laudib * carmine sine cuiusq; imitatione cõscripsit. Testimoniũ præbent ornatissima vetustissimaq; diuersis in locis Epigrãmata, quæ hodie extant, quæ in Moguntiaco, cœnobijsque plurimis Rheno finitimis, nos ipsi summa cum iucunditate vidimus, & lectitauimus. Profecto si nunc videat Cornel. Tacitus Germaniã, non scriberet (vt olim) *informẽ terris asperã cælo, tristẽ cultu aspectuq;*. Sic & qui quondã Barbaros vocauere Germanos, si plerosque nostrates, eorumque ingenia pernoscerent & contemplarentur, labris suis digitum admouerent.

Aut si vetustatis præclara vestigia conquirerentur, suapte confirmarent, difficile posse numerari quot viri præstantes, quanta scientiã, quantaque in studijs suis copia fuerit, & quanta varietas apud Germanos, qui non vna aliqua in re separatim elaborarunt, sed omnia, quæcunq; possent, vel scientiæ perquisitione, vel differendi ratione cõprehenderunt. Quis ignorat fuisse inter nostrates summos ac præcipuos Mathematicos, & astrorum exploratores? Quis denique ignorat eã cœli syderũq; notitiã ex Germania nuper ad externas nationes præsertim ad illustres Italos esse profectã. Itaq; quocunq; me animo & cogitatione conuertã, permultos excellentes in quocunq, genere video Germanos nõ mediocriũ artiũ, sed prope maximarũ. Ne vero nationũ externarũ candidi laudatores mendacij nos arguant, tuo Pater reuerende Catalogo, quid de Germanis sentire debeant, admonẽtur.

tur. Quidnam deinceps obijcerent? An Deus, à quo omne datum optimum & omne donum perfectum & desursum est, sicut à Simonide Metaphysicen diuinamne scientiã mortalibus inuidere falso creditum est, ita & singulari quadam inuidia solos prosequitur Alemanos, non fauens, neque donans eis mẽtis aciem, viuax ingenium, eleuatum intellectũ, alacrem industriam, firmam memoriam exercitationes ingenij, curricula mentis, in quibus desudent atque elaborent? Absit, nam sine inuidia Deus. Est enim gentilis Poeta qui canit: *Sua cuique exorsa laborem fortunamque ferent; Rex Iupiter omnibus idem.* Taceo de doctissimis Germaniæ viris, qui hac nostra tempestate tum in Gymnasijs & Cœnobijs, tum in Ecclesijs, Principumque curijs in omni arte & quarumcunque rerum notitia florent, in regulari Grammatica, in omni Dialectica, in Musicis, in Geometrica, in astrorum scientia, in Aristotelica philosophia, in cunctis naturalium rerum mysterijs, in moralibus disciplinis, in oratoria, in poetica, in omnibus humanitatis literis, in sacratissimis legibus, in pontificijs canonibus, in diuinis institutionibus, doctissimi sunt, & ingenio præstantes: qui carmina in omni genere cudunt, qui Historias & Cosmographiam egregie norũt, qui ornatismata syntagmata scribunt. Taceo & de his Alemanis nostris, qui Græcas literas non ignorant. Imo hodie supersunt Alemani, qui libros Græcos in Latinam linguam non inseleganter transtulerunt. Etsi forte quidam Germanorum res sanctas vtiles & honestas solidissimasque sententias humili stylo scripserunt, an ideo floccipendendi sunt? Absit. Non sunt abijciendi veteres iureconsulti (etiam Itali) non medici, non theologi, qui suas veras & optimas doctrinas, non verborum fuco & ventositate, sed quieto genere dicendi & mediocri latinitate sparserunt. An reijciendus est Bonauentura Italus? quo non est maior, nõ profundior, non deuotior in scripturis sacris. An reijciendus est Iohannes Andreas? an Hostiensis? an Bartholus? an Baldus? an Abbas Syculus? an isti omnes reijciendi sunt, tãquam horridi, impoliti, rudes & informes, propterea quod Scholasticorum more suas institutiones pedestri campo transcurrunt? an non est censendus doctus: nisi qui more Tulliano elegantissime scribit? an vniuersi qui leues, lubricas, inutiles, & obscœnas sententias phalerato stylo, lasciuia verborum, & licentia compositionis exornare student, doctissimi sunt iudicandi? Falsum est vtrumque. Quanquam is certe prouectior est, qui egregijs, grauibus atque profundis sententijs melliti sermonis dulcedinem intermiscet: Sed non possumus omnes esse Scipiones, non omnes Nestori similes, ex cuius (licet veruli & penitus crepiti) lingua melle dulcior fluebat oratio. Quapropter si nostrates aliqui non accurato quidem, sed doctrinali quotidianoque sermone vsi fuere, non sunt aspernandi. Namque satis erat eis ita loqui, vt in rebus honestis intelligerentur. Enimuero sicut rustico illa non solum colenda est terra, quæ vel aromata preciosissima vel præstantissima Bacchi munera profert: ita nec Tullianas solum orationes, aut tersiora nobilium vatum carmina boni viri suscipiunt, sed amplexantur etiam mediocres: legunt humili quoque cothurno perãbulantes. Denique meminerint (obsecro) detractores inuidi, & acerrimi linguæ nostræ censores, mutari cum temporibus genera dicendi, nec statim deterius esse, quod diuersum est, vitio autem malignitatis humanæ vetera semper in laude, præsentia in fastidio esse. Satis constat, nec Ciceroni quidem obtrectatores defuisse, quibus inflatus & tumens, nec satis pressus, supra modum exultans, & supereffluens, & parum antiquus videretur. Crediderim ego nostrates philosophos non eloquentiæ insciti a deflexisse ab illa veteri & ornatissima via scribendi: Sed temporum argumenti & auditorum conditione pensata formam atque speciem orationis mutauisse. Desinant igitur exteri lacessere Germanos, qui sub plano & humili stylo negotia quondam altissima sanctissimaque descripserunt. Quid ille censor Latinæ linguæ Valla mordacissimus, dirâ & exactâ sua reprehensione sibi peperit? quid aliud (inquam) laudis consequutus est post fata, quam quod de eo iuxta merita, pulchrum illud epigramma confictum, legitur & prædicatur vbique. *Nunc postquam manes defunctus Valla petiuit, non audet Pluto verba latina loqui. Iupiter hunc cæli dignatus parte fuisset, Censorem linguæ sed timet esse suæ.* Demum vt ad rem ipsam descendamus, reuerende pater, aliquid nos ad tuum Catalogum addituri, à Romanis pontificibus Theutonicis exorsi sumus, quos non arbitramur non excellentes, & cæteris multis non longe præstantiores. Reliquos deinde passim sine ordine, ita vt animum subierunt, coniunximus: Breuitatis, confusionis, indigesti & illepidi stili à candido Lectore veniam postulantes. Vale elegantissime Pater, ordinis diui Benedicti vnicum decus & exemplar honesti, ex Spiris. 15. calend. Octobris. Anno M.CCCC.XCII.

PRO-

PROSTHESIS SIVE ADDITIO.

ILLVSTRIVM GERMANORVM, IACOBI WIMPHELINGI SLETSTAtenſis, poſt Catalogum Domini Iohannis Trithemij Abbatis Spanhemenſis compoſita.

CVM nuper Catalogum illuſtrium virorum Germaniæ meis precibus inductus, reuerendus pater Trithemius abbas Spanhemenſis edidiſſet, eumque ipſum ad me transmiſiſſet, comperi deeſſe ſummos Romanæ vrbis pontifices ex Theutonicis aſſumptos, & quoſdã alios (meo iudicio) memoria dignos: & indolui, ſtatimque induxi animum, quatenus neglectos adiungerem, & vel ſolis nominibus poſteritati commendarem. Trithemius etenim noſter pientiſſimus pater hoc propoſitum me conſcio dudum aſſumpſerat, nullum penitus ſuo Catalogo inſerere, niſi cuius & tempora vitæ & opuſcula ingenij certa ſibi memoria innotuiſſet. Ego vero, qui Germanum quempiam non ſine ſingulari eruditione ad faſtigium ſummi pontificatus aſſumi potuiſſe crediderim, quamuis opera ad nos eorum non peruenerint, nequaquam illos pertranſeam.

STEPHANVS igitur Papa octauus, ex Germania natus, non eſt cenſendus absque ſingulari & virtutum & doctrinarum excellentia, in ſanctiſſimum Romanæ ſedis culmen ſublimari potuiſſe, quamuis Romanorũ tyrannide vexatus, vt nihil magnificum aut præclarum, memoriaue dignum agere poſſet, aduerſam ſibi fortunã expertus ſit cum dolore. Huius quoque meminit Sebaſtianus Murrho Colmarienſis de virtutib. & magnificentia Germanorum. Claruit ſub Ottone Imperatore primo anno Domini M.CCCC.XLII.

GREGORIVS Papa Quintus, genere Saxo, ſtatutis, ordinatisque Romani Imperij Electoribus (quibus Imperatoris electio irrefragabli perpetuitate commiſſa eſt) mirifica prudentia ſua ſacroſancto Romano Imperio feliciter atque ſalubriter conſuluit, veritus aliquando prolem ab auitis patrijsque virtutibus degenerare poſſe. Claruit ſub Ottone tertio. Anno Domini M.CCCC.XCV.

CLEMENS Papa ſecundus, Syndetus antea vocatus, Bambergenſis epiſcopus: Henricum ſecundũ coronauit, qui Romanos in verba ſua iurare coegit, *Pontificũ electioni ſe nunquam interfuturos*, optimum & ſaluberrimum decretum à Pontifice & Principe Romanis (vtroque licet Theutone) inſtitutum. Claruit ſub Henrico tertio Imperatore ſecundo, anno Domini MXLVII.

LEO Papa nonus, Alſaticus natione, ex comitibus de Egesheim, ſanctitate clarus, prius Bruno epiſcopus Tullenſis, monachus diui patris Benedicti, vocem è cœlo audire meruit: *Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis*. Et de hoc in Catalogo ſuo Trithemius noſter mentionem fecit, & ſimiliter Sebaſtianus Murrho. Claruit ſub Henrico tertio, anno Domini MXLVIII.

VICTOR Papa ſecundus Gebhardus ante vocatus, epiſcopus Eichſtettenſis, magnã ſynodum Florentiæ habuit, in qua multos epiſcopos propter Symoniã & fornicationẽ damnans depoſuit. Hic optime rexit & reformauit clerum, & multa bona fecit atque conſtituit. Claruit ſub Henrico tertio, anno Domini MLIIII.

STEPHANVS Papa nonus, Fridericus ante vocatus, monachus ordinis diui patris Benedicti. Statim curauit, vt Mediolanenſis eccleſia, quæ à Romana ducentis fere annis ſe ſubtraxerat, nunc demum eidem obtemperaret, vt vero omnium eccleſiarum parenti. Claruit autem ſub Henrico huius nominis tertio anno MLVII.

Et tantum de Romanis pontificibus ex noſtratibus aſſumptis, iam de reliquis in Catalogo obmiſſis, quantum nobis conſtare potuit, breuiter aliquid perſcribamus.

BRVNO inceptor ordinis Carthuſienſis, ex Colonia Agrippina oriundus, vir ſanctus & clariſſimus, tum philoſophus, tum theologus, ſcholarum Pariſienſium rector & moderator, cum in Gallijs legendo, diſputando & ſcribendo excellentiſſimus haberetur, relicto ſeculo & pompis eius, cum ſeptem viris doctiſſimis in Heremum Carthuſiæ ſeceſſit, ibique monaſterio extructo, hunc ipſum ordinem feliciter inſtituit. Ex eius diſcipulis fuit Vrbanus Papa ſecundus. Claruit autem Bruno, circa annum Domini MLXXXV.

HVGO de ſancto Victore Pariſienſi, natione Germanus, oriundus ex Saxonia fuit, vnde noſtris merito connumerandus eſt. Qui quanta ſcripſerit, in Catalogo de ſcriptoribus eccleſiaſticis Trithemius noſter non tacuit. Claruit autem eodem tempore, quo Diuus Bernhardus abbas Clareuallis, anno Domini MCXX.

IOHANNES ex Turghem Sueuiæ vico oriundus, primũ Eichſtettenſis, deinde Argenti-

gentinensis Episcopus, vir omnium tum diuinarum tum humanarum literarum doctissimus sagacissimusque non sine memoria & laude transeundus est, quamuis nihil suorum ad nos operum peruenerit. Vidimus Bibliam & Decretum, quæ sua manu scripsit, quæ hodie in Molsheim extant. Mortuus est anno Domini M.CCC.XXVIII.

IOHANNES Buridanus philosophus maximus, primum in gymnasio Parisiensi philosophiam multis annis glorioſe docuit, ac deinde in vniuersitate Wiennensi in Austria multos in eadem facultate non sine admiratione omnium erudiuit. Scripsit inter multa ingenii sui opuscula. Quæstiones ethicæ Aristotelis, solidas, veras & profundas, teste Iohanne de Gerson, cætera multa composuit, nobis iam non occurrentia.

APOLLONIVS summus & perspicacissimus medicus Erffurdensis, qui in loco plurimis philosophiam docentibus perpetua stipendia instituit, quæ & magnifice dotauit. Scripsit in sua professione nonnulla opuscula, quæ tamen in manus nostras adhuc minime venerunt.

SIGISMVNDVS Romanorum Imperator, vir tum doctrina, tum multarum linguarum peritia insignis: in concilio magno Constantiensi orationem latinam habuit, omni religiosa pietate & vera Christiana religione plenam, quam auribus suis Ioannes Gerson non sine pia compunctione sed lætum audiuisse narrat. Nec Dauidi sanctissimo eum comparare dubitauit.

IOHANNES dictus Sonnemannus, id est vir Solis, ordinis fratrũ beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmelitarum, Doctor sacræ Theologiæ, conuentus Cassellensis in Hassia, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis philosophiæ interpres egregius, ingenio subtilis, sermone scholasticus, declamator sermonum popularium facundissimus. Scripsit de decem præceptis li. 1, super symbolo apostolorum li. 1. de præparatione cordis li. 1. de superstitionibus li. 1. de contractibus lib. 1. casus contra reemptiones censuum lib 1. Sermones de tempore & de sanctis lib. 11. alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit in conuentu suo Cassellensi, sub Friderico Imperatore tertio, anno Domini M.CCCC.LX.

GERARDVS de Castris ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis, de monte Carmelitarum, prior conuentus Moguntinensis, vir doctus & eruditus, ingenio præstans sermone scholasticus, vita quoq; & conuersatione deuotus, ac regularis obseruantiæ cultor celeberrimus, declamator sermonum egregius. Scripsit de passione Domini lib. 1. Sermones de tempore & de sanctis li. 11. Et alia non spernenda. Claruit sub Friderico Imperatore tertio, anno Domini M.CCCC.LXX.

GREGORIVS Heimburgius non mediocris iurisconsultus & Orator, nec ab Italis (maxime Venetis) sine laude orationum suarum abscessit. Quanquam admirabile eius ingenium nõ sola quidem inani verborum ventositate, sed etiam sacratissimis legibus probe institutum, aliorum inuidiam sibi comparauit. Summa enim petit liuor, persiant altissima venti. Orationes & epistolas varias scripsit pro defensione Sigismundi ducis Austriæ. Et appellationem à sententia summi pontificis, & alia.

IOHANNES Simlerus Argentinensis, iureconsultus celebertimus, ingenio præstans, eloquio disertus, prudentia summus, multas scripsit elegantissimas epistolas, tum ad me, tum ad alios. Et quædam alia non aspernanda opuscula, quibus vtiax suum exercuit ingenium. Moritur sub Innocentio Papa octauo.

Habes à me nunc, candide Lector, Prosthesin, quam promisi, additionem scilicet quorundam ingenio præstantium ad Catalogum insignem reuerendi Patris Domini Iohannis Trithemij, Abbatis Spanheimensis, quo viros illustres Germaniæ nostræ maxima alacritate descripsit. Nec dubitamus restare pene innumeros, quorum nullam fecimus mentionem: eo quod nobis eorum & nomina & opuscula penitus sunt incognita. Sed vnusquisque post nos addat quos inuenerit, & gloria Alemanorum semper aucta omnibus exteris nota fiet. Nos enim quantum nobis licuit, pro laude nationis nostræ animo promptissimo laborauimus.

INDEX

INDEX RERVM HVIVS OPERIS NOTABILIVM; VBI PRIOR NVMERVS FACTI PAGINAM, ALTER LINEARVM CONSEQVENTIAM DENOTAT.

Achacius Cæsariensis Episcop. quid scripserit, & quando 205.4
Adã abbas de Persema, quid scripserit & quando 267.6
Adam VVernerus Themarensis, quid scripserit, & quando 180.7.398.15
Adamannus presbyter, quid scripserit & quando 147.8
Adelbero Episcop. VVirtzburg 22. quot annis præfuerit 81.23
Adelbertus Marchio Bambergensis, Conradum ducem Lotharingiæ, interficit 104.4 & 10
Adelboldus Episcopus Traiectensis, quid scripserit, & quando mortuus 130.40.261.55
Adelbertus Dux Bauariæ, quando regnarit 100.26
Adelheidis Abbatissa in Quidlinburg, quibus parentibus nata 103.22
Adelmannus, Episcopus Brixinensis, quid scripserit, & quando claruerit 131.1.262.56
Adelmus Episcopus, quid scripserit & quando 247.22
Adelphus Abbas, quid scripserit & quando 276.14
Aleuinus presbyter cæcus visum recipit 62.32
Alfredus Abbas quid scripserit & quando
Alinaldus monachus Floriacensis, quid scripserit & quando 258.6
Adrianus papa Tassilonem Ducem excõmunicat 101.5
Adrianus papa primus, quid scripserit & quãdo 250.56
Adrianus papa, Carolum Magnum aduersus Longobardos excitat 97.8
Aduerinum à Rege in filio proprio, morte punitum 7.45.65.45
Ægidius Fabri de Bruxellis, quid scripserit & quãdo 178.40
Ægidius Romanus Rex Franciæ 38.22. & 35. sanguinem principum Francorum sitiens, regno deponitur ibid.40
Agilulfus fit Rex Longobardorum 47.52
Agilulfus suasu uxoris, cum Romanis fœdus amicitiæ facit 48.3
Agilwardus Episcopus VVirtzburg 5. quot annis regnarit 80.42
Agnes imperatrix, in Italiam proficiscitur 106.50
Agneta & Beatrix Regis Vngariæ filiæ in Castello Schyrern baptizatæ 103.6
Alanus de Insulis, Magister Parisiensis, quid scripserit 4.9.305.1
Alanus de Rupe monachus fratr. prædicatorum ordinis, quid scripserit, & quando mortuus 164.13
Alaricus Rex Gothorum a Clodoueo interemptus 86.4
Alaricus VVisogothorũ Rex in bello interfectus 40.30
Alaricus Rex VVisogothorum Italiam deuastat 33.56. Galliam pro gente sua, habitandi locum a Cæsare Honorio impetrat 34.1. Stiliconem vincit ibid. 10. orbem Romam capit, & subuertit ibid. 16. naufragium facit ibid. 18. subita morte perit ibid. 19
Albanus apud Nogrutiam pro fide Christi mortem patitur 35.32
Albericus Roxiatus, quid scripserit & quando 320.31
Albertus Patauinus, quid scripserit & quãdo 305.46
Albertus Brixianus, quid scripserit & quando 317.48
Albertus monachus Lobiensis, quid scripserit & quando 261.17
Albertus monachus Metensis, quid scripserit & quando 264.27
Albertus de Prusa, Polonus, quid scripserit & quando 396.38
Albertus Munchen Dux Bauariæ, quam uxorem, & quos filios habuerit 118.17. eius concubina submergitur ibid.22
Albertus Magnus, Episcopus Ecclesiæ Ratisponensis, quos libros scripserit 140.20. Quando mortuus 141.9:292.1
Albertus de Hoenlo, Episcop. VVirtzburg 52. quot annis præfuerit 82.50
Albertus de Homburg epis. Wirtzburg. 51. quot annis præfuerit 82.50
Albertus, Alberti Ducis Bauariæ in Strubingen filius, sine prole moritur 116.10
Albertus Dux Bauariæ de Strubingen, quot filios reliquerit 114.34 vbi mortuus sit ibid.48
Albertus de Eybe, Canonicus Bambergensis, quid scripserit, & quando 161.42:368.51
Albertus de Rickmersdorp, Episcopus Halberstatensis, quid scripserit, & quando claruerit 147.5
Albo Floriacensis monasterii abbas, quid scripserit & quando 260.23
Alcuinus monachus, quid scripserit & quando 250.9
Alboinus cum quibusdam Saxonib. Italiam inuadit 46.12
Alboinus Longobardorum Rex ab armigero qua occasione peremptus 47.4
Alemania ab initio conuersionis suæ, semper claris effulsit scriptoribus 123.15
Alemanni Galliam & Italiam vastant 22.45
Alemani a Carolo Pippini filio superantur 60.42
Alemanni Francorum serui perpetui 40.50
Alemanni bello superantur & Francis tributarii fiunt 39.13
Alemannorum 480. millia à Saxonibus bello interfecti 88.53
Alemanorum quindecim millia in bello occisi 23.8
Alexander Cæsar Romanorum Augustus apud Moguntiam perimitur 22.24
Alexander dictus de Villa Dei, quid scripserit & quãdo 290.46
Alexander Episcopus Cappadociæ: quid scripserit & quando 197.49
Alexander de Ales, quid scripserit & quando 290.3
Alexander de Alexandria, quid scripserit & quando 306.35
Alexander Tartagin de Imola, quid scripserit & quãdo 372.30
Alexandria Romanis quando subiecta 23.21
Alexius in Britannia interfectus 73.21
Algerus monachus Corbriensis, quid scripserit 132.36: 264.19
Almannus monachus, quid scripserit & quãdo 256.29
Alphanus Archiepiscop. Salernitanus, quid scripserit, & quando 263.38

Alphõsus Rex Castellæ, quid scripserit & quãdo 295.16
Alpharius minor quid scripserit, & quando
Alphonsius Episcopus quid scripserit
Altah superius & inferius, monasteria duo in Bauaria a quo fundata 61.23
Altenmunster monasterium à quo fundatum 107.4
Altorff monasterium à quo constructum 107.40
Ambrosius Episcopus Mediolanensis 208.16
Ambrosius Florentinus, quid scripserit, & quãdo 352.32
Ambrosius Origenis auditor, quid scripserit & quando 197.1
Ambrosius Ansbertus monachus, quid scripserit & quando 257.21
Ambrosius Cœlesin. Bergomẽsis, quid scripserit 402.46
Ambrosius presbyter Alexandrinus, quid scripserit, & quando 209.54
Ambrosius Choriolan. quid scripserit & quãdo 269.10
Amelberga Ermenfridi Regis Thuringiæ vxor bellum inter maritum & fratrem suum excitat 87.36. interficitur cum viro & filio ibi.46
Amerodacus Sicambrorum Philosophus 9.11
Ammonius monachus, quid scripserit & quãdo 260.50
Ammonius Alexandrinus, quid scripserit & quando 196.49
Amphilogius Episcopus Iconii, quid scripserit, & quãdo 211.17
Anastasius sit martyr 80.10
Anastasius papa II. quid scripserit & quãdo 237.18
Anastasius Bibliothecarius, quid scripserit, & quando 255.27
Anatholius Alexandrinus, quid scripserit, & quando 200.14
Andoenus Episcopus Rothomagensis, quid scripserit & quando 246.38
Andouera Hilperici Regis vxor, filium proprium de baptismo leuat 45.20
Andouera vt commater repudiata, & monasterio inclusa 45.24
Andreas de Gundelfingen Episcop. VVirtzburg. 47. quot annis præfuerit 82.40
Andreas de Traiecto monachus Spanheimensis, quid scripserit, & quando mortuus 156.52.358.44
Angelus in aere cum gladio stricto visus 48.24
Angelus de Brunsuico, quid scripserit, & quando mortuus 164.47
Angelus Policianus, quid scripserit & quando 387.5
Angelus Perusinus, quid scripserit & quando 341.46
Angelonius monachus quid scripserit, & quãdo 253.12
Angli ad fidem Christi per quos conuersi 20.30
Anglia Romanis tributaria facta 16.35
Anglia varie nuncupata 30.37
Angliæ Reges, Chorea & Opho, Romam profecti, monachi fiunt 58.14
Anhaltinus Comes Albertus sit Dux Saxoniæ & princeps Elector 108.30
Ansegisus Episcopi filius, Comes Namurcensis 91.10
Ansegisus Abbas Lobiensis, quid scripserit & quando 254.54
Anselmus Laudiniẽsis scholasticus, quid scripserit & quando 271.34
Anselmus monachus Remensis, quid scripserit & quãdo 265.1
Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis, quid scripserit & quando 258.17
Anselmus Episcopus Lucensis, quid scripserit & quãdo 267.13
Antiochus Episcopus quid scripserit, & quando 211.45
Antonius de Butrio Italus, quid scripserit & quando 343.58
Antonius Archiepiscopus Florentinus, quid scripserit & quando 359.8
Antonius Ianuensis, quid scripserit & quando 345.53
Antonius de Parma, quid scripserit, & quãdo 346.12
Antonius Cornazanus Ferrariensis, quid scripserit & quando 401.8
Antonius monachus, quid scripserit & quãdo 203.24
Antonius Sylluiolus Parisiensis, quid scripserit & quãdo 405.1
Antonius Gaynerus Papiensis, quid scripserit & quando 317.35
Antonius Roselus Tuscus, quid scripserit, & quando 371.33
Antonius Abbas Eremita quando mortuus 28.17
Antoninus Pius Imperator Rom. exercitum in Germaniam mittit 20.20
Antenor rex à Gothis perimitur 2.17
Antenor quando & quibus populis regnarit 2.36
Antenor Marcomiri filius quot annis regnarit 5.5
Antenor Francorum Rex quando mortuus 5.41
Antenor Francorum Rex 22. quot annis regnarit 17 quando mortuus ibid.
Antenor Francorum Rex Duodecimus, quot annis regnarit 11.42
Antenor Rex cum nouem ducibus & 63. nobilibus in flumine submersus periit 17.21
Apollinaris Laodicenus Episcop. quid & quando scripserit 208.8
Apollinaris Hieropolitanus, in Asia Episcopus quid scripserit, & quando 136.7
Apollonius, quid scripserit & quando 104.38
Apollonius Romanæ vrbis senator, quid scripserit & quando 194.14
Aprigius Episcopus, quid scripserit & quando 21.8
Aquila qualem Marcomiro gentem designat 5.36
Aquinus monachus, quid scripserit & quando 336.23
Aquis Grani therma Colonienses diœcesis, vnde dictæ 87.56
Aquitania à Francis recuperatur 9.6
Arator subdiaconus Rom. quid scripserit & quando 241.39
Arbogastus populos Francis subiectos, vastat 78.15
Arbogastus apud Coloniam Agrippinam Francicum lum infert 32.58. In fugam conijcitur, interfectis duodecim millibus Gallorum 33.2 seipsum interfecit ibid.
Arbogastus Valentinianum Imperatorem, laqueo interficit 78.52. seipsum proprio gladio interficit 79.8
Arcadius & Honorius Theodosij filij Imperatores 33.12
Archilaus Episcopus quid scripserit, & quando 200.28
Arthurus Vtherpendragonis filius, Rex Britannie seu Angliæ 39.15. Rex pius & in Ecclesiasticos super modum liberalis ib.20. Saxones & Pictos Britannia eiicit ibi.22
Arebaldus Francorum Pontifex & historiograph. 17. 43. moritur ibid.43
Arelatensis vrbs à Saracenis & VVandalis capta, recuperatur 93.35
Argentina Romanis erepta 39.48
Aribo, Archiepiscopus Moguntinensis, quid scripserit, & quando mortuus 130.10.261.25
Aristides Philosophus Atheniensis, quid scripserit & quando 192.31
Arlotus monachus quid scripserit, & quando 300.19
Arno Episcopus VVirizburg. 9. quot annis regnauit 80.51
Arnobius presbyter quid scripserit & quando 200.32
Arnoldus Abb. Bonenallis, quid scrip. & quãdo 278.58

Arnoldi Noricorum Ducis liberi 104.48
Arnoldus Comes de Schreyern partem suam de Castro Schreyern Diabolo offert 110.21
Arnoldus de Austria, monachus, quid scripserit, 150.36
Arnoldus de Busco, monachus August. quid scripserit, & quando 163.17
Arnoldus Arnulphi Imperatoris filius, Ducatum Noricum obtinet 103.8
Arnoldus Dux Bauariæ cum vxore & liberis fugit in Vngariam 104.14. *Reuertitur in Bauariam ibid.* 21. *confirmatur in Ducatu Bauarico* ibid.29
Arnoldus Bostius monachus Carmelitensis ordinis, quid scripserit, & quando 177.3. 392.29
Arnulphus Imperator moritur, a pediculis consumptus 103.50
Arnulfus Episcopus Metensis quando mortuus 53.9
Arnulphus Dux Bauariæ, Imperator factus, quot annis regnarit 103.2
Arviragus Britanniæ Rex Claudium persequitur 16.39
Asclepiadotus Britanniæ Rex potens 23.32
Asclepiadotus Britanniæ Rex a Duce occiditur 23.45. 73.32
Asclepius Aser, Episcop. quid scripserit, & quando 231.48
Athanasius Episcopus, quid scripserit, & quãdo 203 51
Atticus Episcopus Constantinopol. quid scripserit & quando 223.24
Attila cum Hunnis Italiam deuastat 37.21
Attila Rex tur Pontificis precibus locum dederit 37. 24. *Eius interitus* ibid.27
Audentius Episcopus quid scripserit 212.48
Augia monasterium a quo fundatum 61.32
Augustinus de Anchona, qd scripserit, & quãdo 311.27
Augustinus Episcop. Hipponensis, quid scripserit, & quando 218.41
Augustinus de Roma, quid scripserit, & quando 341. 29
Augustus Octauianus Cæsar cur sub natiuitatẽ Christi vniuersum orbem descripserit 13.40
Aurelianus Clericus, quid scripserit, & quãdo 258.47
Aurelius Clemens Prudentius, quid scripserit, & quando 210.18
Ausonius præsul Burdegalensis 30.58.218.32
Austrasia regnum quæ loca & quas regiones habeat 88.19
Austrasia Theodorico Clodouei filio, in diuisione regni, cessit 43.9. *quot annis super Austrasios regnarit ibi.* 11. *Eius filii quot annis regnarint* ibid.12
Austrian' Ducatum sublimatur 109.34
Austrigildis regina crudelis & nefaria 45.34.88.8
Austrasiorum regnum ad Lotharium recidit 43.15
Autores ex quibus Tythemius continuationem historiæ post Heibaldum, desumpsit 24.34
Auitus Romanorum imperator, amore senatoris cuiusdam Treuirensis vxoris languet 35. *vxorem Lucii stuprat. ibid.* 37. *autor est Treuirorum vrbis amissæ* ibid.42
Auitus Episcopus Viennensis, quid scripserit & quando 238.3

B

Bachomius Abbas quid scripserit 20.10
Baldewinus Comes Flandriæ rebellis debellatur 106.28
Baldus Perusius, quid scripserit, & quando 341.29
Bambergensis Episcopatus a quo institutus 105.46
Baptista Mantuanus, quid scripserit & quando 387.12
Baptista de sancto Blasio, quid scripserit & quãdo 384. 15
Baptista Guarius Veronensis, quid scripserit & quando 386.43
Baptista de Salis, quid scripserit & quando 391.41
Bartherius Francorum Rex 31. *quot annis regnarit,* 22.31. *quando mortuus* ibid.58
Bartholomæus, monachus Carthusiensis ordinis, quid scripserit, & quando mortuus 157.13.358.25
Bartholomæus de Colonia Agrippina quid scripserit 179.51
Bartholomæus Brixianus, quid scripserit & quando 288.26 *Pisanus, quid scripserit & quando* 317.39
Bartholomæus de Osa, quid scripserit & quãdo 317.33
Bartholomæus Cepolla Veronensis, quid scripserit & quando 371.54
Bartholomæus monachus, quid scripserit & quando 325.50
Bartholomæus de Saliceto, quid scripserit & quando 335.44
Bartholomæus de Vrbino. quid scripserit & quando 339.9
Bartholomæus Colonienſis, quid scripserit & quando 397.1
Bartholus de Saxo Ferrato, quid scripserit & quando 325.26
Basan Rex & pontifex sacra Fancorum renouat 8.24
Basan Rex restem & gladium sibi præferri subet 65.40
Basan Rex vxorem pulcherrimam ob necem filii sui irascentem repudiat 65.56
Basani Regis in Deos vanos religio 66.21
Basanburg Castellum a quo extructum 8.20
Basanum vrbs inter Agrippinam & Mosam, a quo extructa 66.8
Basanus Francorum Rex, Philosopus & pontifex summus 7.40 *Septimus quot annis regnarit* 7.35
Basanus R. Theobasan id est Basangoth, propter iustitiam appellatus 7.59
Basanus Rex natalem suum splendide celebrat 9.3
Basanus Rex iustitiæ obseruator 7.45
Basanus Rex subito in concione disparuit, amplius visus non est 9.7
Basanus Rex quo peruenerit in præsentem diem ignoratur 66.49. *Euanuit in consilio publico* ibid.50
Basina Thuringorum Regina adultera 86.47
Basina regis Doringorum vxor, deserto viro suo, Hilderico Francorum regi nubit 38.46
Basina ante concubitum cum Hilderico rege monstra futurorum carminibus suscitat 38.52. *Regi Hilderico triplicem regni statum futurum predicit* 39.1
Basilius Cæsariensis Episcop. quid scripserit & quando 206.35
Bathildis ex Saxonica gẽte illustris fœmina, vxor Clodouei, quot filios pepererit 91.4
Bauari Francis tributum soluere recusantes coercentur a Caroli Pippinifilio 60.39
Bauaria lata pluribus principibus interdum subiecta 100.44
Bauari ab Vngaris vincuntur 103.58
Bauaria duplex, Superior & inferior 111.4
Bauaria per Carolum Magnum tribus cingitur exercitibus 101.10
Bauaria vnde Norica dicta 100.18
Bauaria vnde nomen habeat 100.10
Bauariæ Reges Francis tributum soluunt 90.2
Bauariæ inferioris inter tres Duces diuisio 112.40. & 50
Bauariæ Ducatus inter duos filios diuiditur 111.3
Bauariæ ducatus ad Marchionem Austriæ translatio 108.37
Bauariæ Rex vltimus quis 202.31
Bauariæ Ducatus ad legitimos Hæredes restituitur

109.30 inter Ludouici Imp. tres filios quando, & vbi diuisus 115.14. aliquanto tempore ad Saxones peruenit 103.12 & 105.2
Bauariæ Ducum successio 100.5 hodierni duces ex stirpe Caroli M. descenderunt 101.55 qua occasione ad Comites de Schyern translatus sit 109.50 Comitatus multi 105.36
Bechitildis Regina duo fundauit monasteria 55.53
Beda presbyter & monachus in Anglia moritur 61.39
Beda monachus & presbyter, quid scripserit, & quando 247.52
Bellator, presbyter, quid scripserit & quando 254.25
Belgici maior pars, in diuisione regni Francici, adiudicata est Germaniæ 99.17
Bellum inter fratres, matris ad Deum precibus impeditum 44.27 inter Saxones & Suenos 46.32 Francorum cum Alemannis 39.11 Francorū cum Longobardis 47.31 inter Pippinū & Giselmarū 57.13 inter fratres Franciæ Reges, atrociss̄mum 48.23 inter Carolum Pippini filium, & Hilpericum, atq; Regenfredum 58.50
Belli inter Theodericum Francorum, & Ermenfridum Thuringorum Reges, causa 87.55
Bellum apud Altissiodorum inter Imperatorem Lotharium & fratres eius grauissimum 102.24 inter Christianos & Vngaros infideles grauissimum 104.34. inter Ludouicum Ducem Bauariæ Regem Romanorum, & Fridericum Ducem Austriæ, vbi factum 113.19 Francorum cum Gallis atrox 9.54 inter Gothos & Saxones atrocissimum committitur 13.53
Bellum Francorum cum Orchadibus 10.57 contra Gothos 10.50
Bellum nauale infeliciter gestum 10.59
Bellum & victoria Sicambrorum contra Gallos 8.14
Bellum inter Francos & Gallicanos cruentum 6.30
Bellum Romanorum cum Alemannis prope lacum Benaco 23.8
Bellum inter Francos & Romanos non procul ab vrbe Colonia 4 annis durans 28 46 inter Ludouicum superioris Bauariæ Ducem, & Ducem Austriæ atrox. quãdo & vbi commissum 112.18. Conradum Imperatorem, & Welffonē, Bauariæ Ducem grauissimum 109.5
S. Benedictus, occidentalium monachorum pater, quãdo vixerit 43.51 quot ordines ab eo descenderint. ibid. 56
Bernardus monachus Carthusiensis, quid scripserit, & quando 178.19
Benedictus Stendel, quid scripserit, & quando 161. 52. 369.22
Benedictus papa 12. Heidelbergensem Academiam confirmat 114.15
Benedictus Abbas Cassinensis, quid scripserit & quãdo 238.34 in Britannia, quid scripserit & quando 247.15
Bernardus abbas Clareuallensis, quid scripserit & quãdo 270.53
Berengarius Epis. quid scripserit, & quando 302.37
Berillus Epis. quid scripserit & quando 197.24
Bernardus monachus Cluniacensis, quid scripserit & quando 267.39 Paretinus, quid scripserit, & quãdo 218.1 presbyter Compostellanus, quid scripserit & quãdo 288.10 abbas Cassinensis, quid scripserit & quando 319.27
Bernardus Iustinian. Venetus, quid scripserit & quando 370.17
Bernardinus monachus Italus, quid scripserit & quãdo 357.21
Bernardin' Gadolus Brixianus, quid scripserit 401.24
Bernardus monachus Corbeiensis, quid scripserit & quando 134.39 267.41
Bernhardus Caroli M. ex filio nepos, fit rex Italiæ 32. 33
Bernherus Comes de Schyern, ab Vngaris occiditur 104.45
Berno, Abbas Augiensis quid scripserit, & quando claruerit 130.30.261.41
Bernoldus presbyter Ecclesiæ Constantiensis, quando claruerit 133.17.266.18
Berthanius & Baldanius Doringorum reges necantur 43.39
Berthanius maior domus, cum Theodorico rege, bellum indicit Pippino 57.18
Bertrada Caroli Magni mater, pietatis nomine in Italiam proficiscitur 96.41
Bertrammus episcopus Thefelicensis, quid scripserit & quando moritur 148.5
Bertholdus de Sternberg, Episcop. Wirtzburg. 41. quot annis præfuerit 82.36
Berthorius abbas, quid scripserit & quando 264.6
Bertramus presbyter & monachus, quid scripserit & quãdo 255.14 Epis. quid scripserit & quãdo 338.21
Bertrandus monachus quid scripserit & quãdo 318.43
Berthulfus Dux Saxonum occiditur a Francis 50.25
Berinwardus Episcopus Wirtzburg. 17. quot annis regnarit 81.12
Bernwolfus Episcopus Wirtzburgensis, 3. quot annis regnarit 81.18
Bessarion Cardinalis, quid scripserit & quãdo 396.28
Blasius Andernarius, quid scripserit & quando 355.38
Blondus Flauius, quid scripserit & quando 355.32
Brand filius Marcomiri, ciuitatem Brandeburgum construit 70.1
Brandenburg ciuitas à quo constructa & ferromanca 18.30
S. Brigida virgo in Scotia moritur 43.46
Britanni quando ad fidem Christi conuersi 73.11.20 28. Romanorum iugum excutiunt 71.10
Britannia nouæ Francis subiicitur 51.18 siue maior, olim Armorica dicta 19.15
Britannia primo Gigantum insula nominata, a Brutorege, primo nomen sortita est 30.37 nunc Anglia, a Romanis occupatur 71.1
Britanniæ regni mutatio varia 28.17
Brunia Regina Francis exosa, 10. Regum interfectrix 45.46
Brubach datur Comiti de Catzenellenbogen in feudum 110.53
Brunichildis decē Regum interfectrix horrendo mortis supplicio afficitur 49.5 auia credelis duos nepotes propria manu interficit 48.46 Regis Sigeberti uxor cum filiis in exilium pellitur 47.16
Bruno Episcop. Wirtzburg. 21. quot annis præfuit 81.21 Herbipolensis, quid scripserit & quãdo mortuus 130.51.262.28
Bruno Archiepiscop. Ruthenorum, quid scripserit & quando 265.17
Brunsuicenses Duces oēs à Bauaris descenderūt 104.37
Brunsuicensis & Luneburgensis ducatus inter duos fratres diuiditur 108.27
Brunsuicensium & Luneburgensium Ducum origo 108.17
Boamundus & Ingramus Bauariæ Duces 109.29
Bodilo Francus Regem Hildericum cum vxore pregnante, venatione interficit 56.30
Boetius Consul Romanus vir doctissimus occiditur 45.48

Boetius Manlius Seuerinus, Consul Romanus, quid scripserit, & quando 238.58
Boemi Francis subiiciuntur & tributarij sunt 51.20
Bohemia per quem Francorum Regno subiecta 98.26
Bohemie Ducatus a quo in regnum erectus 109.40
Bogen Comitatus, quando ad Duces Bauarie peruenerit 111.22
Bonarus Dux Bauarie primus, quando & vnde in hac regionem venerit 100.10
Boleslaus Dux Polonie debellatur, & ad fidem Christi conuertitur 106.28
Bonauentura Patauinus, quid scripserit, & quando 312.46
Bonifacius papa Octauus, quid scripserit & quando 302.15 primus. quid scripserit, & quando 229.28
Bonifacius Ferrarius de Valentia, quid scripserit, & quando 350.6
Bonifacius Archiep. Moguntinus à papa mandatum accipit, de Pippino in Regem Francorum vngendo 95.45 in Parisia martyrium patitur 96.23
Bonifacius primus Ecclesie Moguntinensis Archiepis. quid scripserit & quando claruerit 124.3.249.8
Bonifacius Archiep. Mogunt. Doringos cõuertit 62.14
Bononius Permonẽsis, quid scripsit. & quãdo 325.8
Borbista Rex Gothorum Saxones deuastat 12.46. in fugam vertitur ibid. 52
Bouilau de Hassenstein, quid scripserit & quando 178. 32.396.10
Bufo qualem populum Marcomiro denotarit 3.36
Burdegala ciuitas a Wasconibus expugnata 92.57
Burghardus Episc. Wormacienſis, quid scripserit & quando claruerit 130.20 quando Episc. Wirtzburgensis factus 95.26 I. Episc. Wirtzburgensis quando ordinatus 62.38. II. Episc. Wirtzburg. 13. quot annis regnarit 81.2 Dux 22. & Episcop. primus Francorum Orientalium, quot annis regnarit 80.30
Burgundiones in prouincia Lugdunensi habitãt 36.19 ad Rhenum venientes, in finibus Alsatiorum sedem figunt 76.50

C

CÆsarius Episc. Arelatensis, quid scripserit & quando 246.25
Cæsarius monachus in Heisterbach, quid scripserit & quando 139.1
Caietanus Patauinus Canonicus, quid scripserit & quando 352.50
Calixtus papa secundus, qd scripserit, & quãdo 270.34
Cambra mulier sexu, Rex & sacerdos animo 5.18. Eius prudentia prouerbio locum dedit ibid. 20 Anneris vxor 5.10. Eius pulchritudo & prudentia ibid. 11. Mores gentis Francorum componit, & ius ipsi dicit ibid. 16 post mortẽ inter Deas relata 5.24
Cameracensis vrbs a Francis expugnata 28.24.36.27
Campanus Lombardus, qd scripserit, & quãdo 263.46
Caradocus Lancarbanensis scriptor Francorũ 20.46
Carausius & filius eius fraude necati 41.50
Carlomannus Pippini Regis filius, quot annis regnarit 96.38. quando mortuus ibid. 54 Caroli Martelli filius, fit monachus 62.6 Caroli Maioris domus filius, Rome fit monachus 93.50. 95.14 ducatum, qui antea duodecim Regibus suffecerat fratri Pippino committit 95.4
Carlspurg & Carlestat Ecclesie donata 96.12
Carocus Rex Wandalorum Galliam transmisso Rheno vastat 33.33 impie matris vsus consilio multas vrbes delet 33.36 vnde venerit ibid. 33 capitur a milite quodam, & cum ludibrio per ciuitates quas vastarat ductus, occiditur ibid. 51
Caroli M. & ducum Brabantie, Bauariaque simul generationis linea 49.45 linea in Imperio vbi defecerit 104.10 Imp. origo 101.56
Carolus, Caroli M. Imperatoris filius moritur 98.29
Carolus M. ab vniuerso populo, Imperator Augustus salutatur 98.18
Caroli M. Genealogia 90.13
Carolus Pippini filius, cognomento Martellus, maior domus, Hilpericum regem Neustria vincit 60.25 obtinet principatum totius regni Francorum ibid. 30 Saxones rebelles coherce ibid. 34 Bauaros ad subiectionem reuocat 39. Alemannos rebelles vincit 42
Carolus maior domus, Wasconiam sue ditioni subiicit 93.7 principatum Pippini patris, obtinet 92.30 Regnum Francorum pene desolatum, restaurat ib. 40 Pippini filius cognomento fortis à nouerca custodie mancipatur 92.13 quos populos perdomuerit 93.13 Pippini filius ducatus Orientalium Francorum procurator, ad decennium 80.26 III. Imperator, quot annis imperarit 102.55 heredem non relinquit ibi. 58 Bohemie Rex, & postea Imperator factus, quam vxore, & quos liberos habuerit 114.2 Martellus maior Domus, Regis Francorum, quando mortuus 61.53
Carolus M. quando Imperator Romanorũ factus 98. 11
Carolus Pippini filius, à patre moriturο hæres principatus designatur 58.28 incarceratur a nouerca ibid. 31 liberatus ex carcere principatum recuperat ibid. 46
Carolus Caluus Imperator quot annis regnarit 102.48
Carolus M. Imp. quam doctus fuerit, quid scripserit, & quando mortuus sit 124.56
Carolus Caluus Imperat. quos parẽtes habuerit 102.20
Carolus Iunior Rex Germanie & Imperator Romanorum quot annis regnarit 99.45
Carolus M. Pippini Regis filius, quot annis regnarit 96.37 Aquitaniam recuperat ibid. 40 Wasconiam sibi obtemperare facit ibid. 42 Conuentum Principum Wormacia celebrat 96. ibid. 44 septies in Saxoniam exercitum ducit 97.2.24.30 36.56 pag. 98.5.22. Longobardos vincit 97.10. Fit Imperator Romanorum 98. 12 Bohemiam Regno subiicit 98.26 Ludouicum filium suum, in consortem Imperii assumit 98. 31 Moritur Aquisgrani ibid. 40
Carolus Phernãdus, quid scripserit & quando 393.26
Carolus Bouillus Beromandus, quid scripserit, & quãdo 405.51
Cassiodorus monachus, quid scripserit & quãdo 241.16
Celestinus papa primus, quid scripserit 221.56
Cerealis Episc. Africanus, quid scripserit & quando 235.14
Cassander Francorum Rex decimus quintus, quot annis regnarit 12.41
Cellensis monasterii fundatio 56.1
Ceransius Rex Britannie, infimo genere natus 73.17
Christi auxilio inuocato Franci Alemannos superant 40.47
Christianorum persecutio in oriente & occidente publicata 23.18
Christianus Masseeu presbyter, quid scripserit & quando 182.38
Christianos non inquirendos Traianus præcipit 71.9
Christianorum Eccles. a Clodoueo spoliantur 85.38
Christianus Archiepisc. Moguntin. quid scripserit & quando 137.27
Christianus Druthmarus monachus & presbyter, quid

scripserit & quando claruerit 127.35
Christianam fidem Clodoueus à Remigio suscipit 40.53
Christianus monachus & presbyter, quid scripserit & quando 256.10
Christophorus Longolius Parisiensis, quid scripserit, & quando 406.32
Christophorus Comes Palatinus Rheni, sine liberis mortuus 119.12
Christus Saluator noster in Bethleem nascitur 69.50
Chuntibertus Cancellarius regni in Austrasia 53.42
Claudius epis. Viennen. quid scripserit & quãdo 234.17 monachus, quid scripserit & quando 251.54
Claudius Cæsar dat filiam suam Arviraco Britanniæ Regi 16.40 Romanor. Cæsar Francos grauiter affligit 70.13
Clemens papa I. quid scripserit & quando 189.10 V. quid scripserit & quando 312.9 Eccles. Alexandrine presb. quid scripsi. & quando 194.18
Cleofridus abbas, quid scripsi. & quando 247.35
Clodius X. Dux Francor. Orientalium quot annis regnarit, & quando mortuus 79.51 Rex XI. in bello a Gallis perimitur 11.35 quando mortuus ib.39 Francor. Rex XI. quot annis regnarit 11.28 quam valde regni terminos dilatarit 36.39 Rex Francor. XXXII. quot annis regnarit 21.5 quãdo mortuus ib.13 Romanor. Cæsar Britanniam & Orchadum Insulas Romanis subiicit 16.34 Francor. rex XLIV. quot annis regnarit 35.37. Francis Comas nutrire mandat ibid. 42. dictus est crinitus ibid. 45. Exercitum in Doringiam mouet. ibid. 57. Doringos superatos, tributarios facit 36.9. Tungrorum regionem denastat. ibid. 12 Exploratores in Galliam mittit. ibid. 17. Cameracensem urbem expugnat. ibid. 27 Tornacensem urbem sibi subiicit. ibid. 33 magnam Galliæ partem ad mare vsque in suam potestatem recipit. ibid. 35 quando mortuus ibid. 44
Clodoaldus Regis Clodomiri filius fit clericus 43.25
Clodomer Dux Orientalium Francorum II. quot annis regnarit, & quando mortuus 79.53 Regis frater, interfecto Rege, eius armis indutus Romanos & Gallos vincit 24.8
Clodomiri R. epistola ad Principes Gallicanos 9.39 ad Doringos oratio 25.22
Clodomer R. Francor. XXI. quot annis regnarit 16.45 quando mortuus ibid. 56
Clodomerus Franc. Rex XXVII. quot annis regnarit 19.48 quando mortuus fit ibid. 56
Clodomirus, Clodouei F. Aurelianis regnat annis 7. 43.17 eius filii à quibus interfecti ibid. 24 Dux Francor. Orientalium XVI. quot annis regnarit, & quando mortuus 80.9 Franc. Rex XXXVI. quot annis regnarit 24.21 quando mortuus 27.26 Franc. R. octauus, quot annis regnarit 9.20
Clodomirus Basani F. a patre Rex constituitur 9.5 Francor. R. XIII. quot annis regnarit 11.56
Clodoueus Franc. rex LVIII. quot annis regnarit 58.37 Moritur ibid. 54 LVI. quot annis regnarit 57.38 moritur ibid. 48 Clodoueus ex Basina nascitur Anno Christi 463. 39.8 quid adorare & incendere, cum baptizaretur, iussus sit 69.10 Francorum Rex LII. quot annis regnarit 53.28 demens & amens moritur 55.37 de cognatis suis interfectis cõqueritur 42.7 Rex baptizatur a S. Remigio 41.2 se Christianũ fore vouet 40.40 primus Francorum Rex Christianus, in adulterio natus 86.44 qua occasione ad Christianam fidem conuersus fuerit 86.7 Dux Francorum Orientalium 18. quot annis regnarit 80.13
Clodouei Regis Francorum filii 42.20
Clodoueus Francorum Rex 47. quot annis regnarit 40.9 Ecclesias Christianorũ spoliat ibid. 15 vxorem ducit Clotildem Christianam ibi. 19 Doringorum regionem igne & ferro vastat ibid. 28 Alaricum Wesogothorum regem superat 30 Qua occasione Christianus factus sit ibid. 40 Alemanos bello vincit 45 Baptizatur a Remigio Episcopo 41.2 Nobilissimos quosque Francorum interfici iubet 42.15 Regnum Sigeberti, cum omnibus thesaurris in suam potestatem accipit ibid. 47 Caracium regem cum filio interficit ibid. 50 Riuachar ium, cum fratre manu propria interficit 53 Cognatos fere omnes trucidat 42.3 Burgundiã tributo & subiectione Francorum adscripsit ibid. 14 quando mortuus sit ibid. 18
Clodulfus Epis. Metensis 53.10
Clogio Francor. R. XXXIX. quot annis regnavit 28.15 vrbem Cameracensem expugnat ib. 24. Galliam vsq; ad Soanam fluuium suo regno subiicit ib. 26. quando mortuus ib. 34 XXXV. quot annis regnarit 24.2 perimitur in bello ib. 14 XVIII. quot annis regnarit 15.26
Clotildis Burgundionum regis filia, vxor Clodouei, Christiana 40.20 ad fidem Christi maritum hortatur ib. 22 & 53 Clodouei Regis vxor, quando mortua 44.38
Cœlus Britanniæ R. pacem impetrat a Constantio Romano 23.49 moritur ibid. 52
Colonia Agrippina Francis subiicitur, Romanis erepta 39.44
Colonienses Clodoueũ regem super se constituunt 41.45
Regi suo proprio caput computarunt, & per murum suas proiecerunt 48. 36.89.11 Domino suo caput amputant 89.11
Columbanus Abbas moritur 48.12.244.17
Comam cur Franci & cuius iussu nutrierint 35.43
Comites Regni constituti 49.12
Comitibus a Lothario Rege prouinciæ commendatur 89.31
Comites de Habspurg à quo originem traxerint 89.19
Comitum de Habspurg genealogia ex Rege Lutario 88.15
Comitatus Bauariæ plures 105.46
Comites de Castello & Sultzbach, vnde originem habeant 106.5
Conanus Brito donatione Maximi Imperatoris, suus Marmoricorum 77.33 Rex in Armoricanis stitutus 29.27 vxores pro se & vniuersa supellectile ex Britannia petit 30.1 multa bella sustinet 29.39 consilium capit de vxoribus & liberis ex Britannia adducendis ibid. 42 quantam traduxerit copiam ex Britannia in Armoricam ibid. 46
Concordia Francorum cum Theutonibus & Germanis displicet Romanis 20.10
Conon Romæ papa creatur 56.58 Conon papa Episcopos mittit ad Francos Orientales, prædicare fidem Christi 27.1
Corbeia & Calemonasteria à quo & quando fundata 55.55
Conradus Comes Bauariæ quos filios habuerit 105.16 Epis. Wirtzburg. 39. quot annis præfuerit 81.21 monachus, ordinis Cisterciensis, quid scripserit, & quãdo 148.32 de Zutphania Gelrensis, quid scripserit, & quando 148.51 de Alitzeia, quid scripserit, & quando 147.52.329.58 Conradus de Deck. in domo sua interfectus 115.19 peregrinus, monachus Hirsaugiensis, quid scripserit, & quando 136.57.276.39 de Zabernia, quid scripserit & quãdo 164.23 monachus Brunwilerensis, quid scripsi. & quan-

quãdo 135.24 *Dux Bauaria quãdo mortuus* 106. 46 *de monte puellarum, Canonicus Ratisponensis,* & quando claruerit 144.32.331.32 *de Media cumtate, Halberstat monachus, quid scripserit* 142. 21.300.50 *de Saxonia, ordinis fratrum minorum, quid scripserit* 143.37
Conradus Rex in obsidione Mersburgensi, superatur 104.16 *Moriturus Coronam Henrico Saxonũ Duci mittit* ibid.19
Conradus Dux Sueuiæ in Regem Romanorũ eligitur 108.24
Conradus Bauariæ, Dalmatiæ & Croatiæ Dux quando mortuus 110.27 *III. non dux sed inuasor Frãciæ orientalis, ducatum Eccles. restituit* 27.22
Conradus III. Imperator natione Sueuus, ducatum Francie Orientalis sibi vsurpat 27.20
Conradus Leontorius monachus Cisterciensis ordinis, quid scripserit, & quando 178.55.398.53
Conradus Sumenhart, quid scripserit & quãdo 173.55
Conradus Celtis Protucius, quid scripserit & quando 1749.390.5
Conradus Hensel Pastor & Rector scholæ Francofordensis, quid scripserit & quando 169.45
Constantinus cum Gallis bellum gerit 73.45
Constantius Senator Romanus, Constantini Imperatoris pater 23.55
Constantius Cæsar quando & vbi mortuus 73.50
Constans filius Constantini Magni, Francos bello superare non potest 76.18 *cum Frãcis pacẽ facit ib.* 24
Constantinus Imperator Richimerũ Francorũ Regem in bello perimit 76.3
Constatius monachus, quid scripserit, & quãdo 257.9
Cornelius papa, quid scripserit & quando 198.17
Corpora S. Kiliani & sociorum eius, inuentio & trãslatio 95.58
Crõnberg, Abbas Rinckaugiensis, quid scripserit & quando 164.55
Crõnus Italus, quid scripserit, & quando 307.53
Cuno Dux Noricorum fœdus cum Vngaris facit 106. 39. *moritur in exilio* ibid.43
Cyprianus Carthaginensis Epis. quid scripserit & quãdo 198.27
Cyrillus Epis. Alexandrinus, quid scripserit & quando 222.30
Cyrus Alexandrinus, quid scripserit & quãdo 233.37

D

Dachunensis Comites numero 18. *omnes Conradi nomine vocantur* 105.42
Dacie & Norwegie Reges, Britanniæ regno se subiiciũt 19.23 *Dagobertus Saxones omnes, longitudinẽ gladii sui excedentes interficit* 90.37 *Francorum Rex* 14 *quot annis regnarit* 23.40 *Iusticiam colit ibi.* 43 *moritur ibid.* 57 *interrex siue Dux Francorum* 41 *quot annis regnarit* 31.48 *moritur* 33.13 *filius Regis Lotharii, fit rex Austrasiæ* 50.10 *vulneratur a Berthulfo Saxonum duce ib.* 21 *Francorum rex* 51. *quot annis regnarit* 50.39. *Monasterium S. Dionysii in Gallia fundauit ibid.* 48 *Gertrudem vxorem repudiat propter sterilitatem ibid.* 57 *Nimis est luxuriosus* 51.1 *Sclaues siue Boemos, Francis tributarios facit* 51.20 *Fundator est monasterii Wyssenburgensis ibid.* 23 *Sigebertum filium 7 annorũ facit regem Austrasiæ* 53.5 *Windas vincit & tributarios facit ibid.* 17 *Saxonibus tributum remittit ibid.* 20 *moritur ibid.* 22
Damasius papa, quid scripserit, & quando 205.56
Daniel presbyter quidam a Francis constituitur Rex in Neustria 58.52 *Abiecto nomine Danielis vsurpat nomen Hilperici* 60.21 *superatur a Carolo ibid.* 25
Dani Sicambris contra Romanos opem ferunt 12.26
Dantes Aligerus, quid scripserit & quando 308.25
Danid ordinis fratrum minorũ, quid scripserit 140.8
Decius Cæsar, Christianorum persecutor in palude submersus 22.36
Desiderius Longobardorum Rex à Carolo Magno captus 97.14
Didymus Alexandrinus, quid scripserit 206.14
Dietlebach castrum à quo constructum 79.54
Diuus Mugelanus, quid scripserit & quando 302.54
Diuus de Grabo, quid scripserit, & quando 306.1
Diocles Quintus Francorum Rex quot annis regnarit 6.40
Diocletianus se vt Deum adorari præcipit 23.21 *quot annis Romæ regnarit* 73.9
Dionotus multa millia puellarum Armoricum ex Britannia mittit 30.8 *Cornubiæ princeps pater S. Vrsulæ* 29.54 *Rex Cornubiæ virgines in Anglia collectas mari committit* 77.40
Dionysius Rikel de Lebis, ordinis Carthusiensis, quid scripserit & quando 159.40.371.5
Dionysius Abbas Romanus, quid scripserit & quando 240.35 *Areopagita Athenicnsis, quid scripserit & quando* 189.25 *Corinthiorum Epis. quid scripserit & quando* 193.15 *Episc. Alexandriæ, quid scripserit & quando* 199.8
Dionysii Areopagitæ corpus Ratisponam transfertur 103.43
Disibotus monachus & presbyter, monasterium sui nominis construxit 54.41
Dispartum in Tungrorum regione castrum Francorũ Regum sedes 76.6
Doda monialis apud Treuerim 53.12
Domicianus Cæsar persecutionem Christianorum excitat 18.33
Domicianus se Deum appellari præcipit 18.35
Dominicus monachus Carthusiensis ordinis, quid scripserit, & quando mortuus 157.1
Dominicus de S. Geminiano, quid scripserit & quando 350.22
Domicius Calderinus Veronensis, quid scripserit & quando 370.56
Doracus Francorum consiliarius in magna apud Frãcos authoritate 19.34
Doringi ad tributorũ solutionem compelluntur 40.28
Doringi Francorum subditi & tributarii sunt 36.9
Doringi Francis mansiones offerunt 25.45
Doringi cum Sueuis seditiosè confligunt 24.54
Doringi Francorum auxilium implorant contra Sueuos 25.15 *Francis cedunt, & annonam in annũ integrum relinquunt* 26.36
Doringi & Sueui nascuntur inimici 25.10
Doringia finale excidium cur factum & regium nomen quare extinctum 43.45
Doringi & Saxones cum Germanis & Theutonibus à societate Francorum recedunt 36.4
Doringi & Sueui militis concertatio vehemẽs 24.36
Doringos inter & Sueuos pax Francorum interuentu reformatur 25.36
Doringorum vltimum excidium quando factum 44. 9 *a quo descriptum ibid.* 14 *in Sueuum quendam conspiratio* 24.30
Doringus ob furtum duello superatus 24.45
Dracolfus Episcopus Wirtzburg. II. quot annis regnarit 80.56
Ducatus Francorum Orientalium quomodo & quãdo ad Ecclesiam Wirtzburgensem peruenerit 80.26
Ducum Franciæ Orientalis genealogia 26.43

Dudechinus, presbyter Ecclesiæ in Logēstein quid scripserit, & quando 137.19
Duellum inter Suenum & Thuringum 74.17

E

Ebervvinus maior Domus, tyrannus impius 55.41 *detruditur in monasterium* 56.15
Ebervvinus ex monasterio egreditur 56.37 *Regi Theodorico bellum infert ibid.* 38 *Regnum Francorum turbat ibid.* 42 *Gerinum, Leodegarii Episcopi fratrem lapidibus obruit ibid.* 44 *Recipitur a Theodorico in gratiam ibid.* 46 *Leodegariū trucidat ibid.* 53 *Occiditur tandem a quodam nobili Ermenfrido* 57.10
Ecclesia Christianorum à Francis incenduntur & spoliantur 40.15
Ecclesiæ multæ à Regibus & proceribus Francorum constructæ 41.11
Ecius Romanum exercitum in Galliam ducit 83.40
Eckebertus clericus Ecclesiæ Leodiensis, quid scripserit & quando vixerit 132.43.264.34
Eckebertus abbas monasterii Schonaugiensis, quid scripserit & quando 137.36
Eckardus Comes Schyrrensis in Bauaria 103.25
Eckardus ordinis prædicatorū, quid scripserit & quando 143.20.306.32
Eckhardus abbas S. Laurentii martyris, quid scripserit & quando 136.41.275.32
Edulo princeps Wasconum, Francorum fines denastat 92.55
Effrem monachus quid scripserit & quando 206.52
Egelnotus Archiepiscop. Cantuariensis, quid scripserit & quando 262.48
Egesippus Iudæus, quid scripserit & quando 192.5
Egidius de Roma, quid scripserit 298.27
Egidius monachus, quid scripserit, & quando 247.43
Egidius Nettelet, quid scripserit 395.36
Egilla Lotharii Imperatoris vxor 102.26
Einhardus Caroli Magni Imperatoris Cancellarius, quid scripserit & quando claruerit 125.29 252.25
Eytelwolffius de Lapide, vir nobilis, quid scripserit, & quando 181.23.392.54
Eleutherius papa Romanus, Episcopos duos in Angliā mittit 20.30
Eligius aurifaber & Episcopus 52.55
Elisabeth Abbatissa Schonaugiensis Cœnobii, quid scripserit, & quando claruerit 137.49
Embricho Episcop. Wirtzburg. 30. quot annis præfuerit 81.58
Emehardus Episc. Wirtzburg. 24. quot annis regnarit 81.30
Emicho abbas Schonaugiensis, quid scripserit, & quando 142.12
Emondus monachus Cantuariensis, quid scripserit, & quando 274.8
Engelbertus abbas monasterii Admontensis 136.50. 275.43
Engelhardus Funck alias Scintilla, quid scripserit & quando 179.9
Epiphanius Episcopus quid scripserit, & quādo 211.23
Episcopi & Archiepiscopi in Britannia quot constituti 20.40
Eremita plures in diœcesi Treuirensi 54.22
Erhardus monachus Corbeiensis, quid scripserit 134. 21.266.9
Ericus monachus, quid scripserit & quando 257.37
Eringus de Reinstein, Episc. Wirtzburg. 44. quot annis præfuerit 82.34
Erlungus Episcop. Wirtzburg. 25. quot annis regnarit 81.33 *moritur* ibi.44
Ermenfridus Rex Thuringorum duos fratres interficit 87.28
Ernestus Dux Bauariæ à paludibus Mœotidis in Bauariam venit 105.18
Ernestus iunior linguas, Latinam, Græcam & Italicā addiscit 106.12
Ernestus ad terram sanctam proficiscitur 106.20. *Asseri ex peregrinis locis homines variarū formarum. ibid.* 24. *Fit curiæ imperialis princeps* ibid. 25
Estius presbyter quid scripserit, & quando 208.7
Euagrius monachus, quid scripserit 209.34
Eucherius Episcopus Lugdunensis, quid scripserit, & quando 228.17
Eudoxia Theodosii iunioris vxor, quid scripserit, & quando 229.14
Eugenius Francorum & Saxonum auxilium imporat, sed frustra 33.5
Eugenius in Gallia Imperium triennio vsurpat 32.32 *perimitur à Theodosio* ibid. 53. & 332
Eugenius Epis. Carthaginensis, quid scripserit, & quādo 235.37
Eugipius presbyter, quid scripserit, & quando 238.21
Enodius Episcopus, quid scripserit, & quando 212.24
Euodius Episcopus Ticinensis, quid scripserit, & quādo 239.48
Eusebius Episcopus Mediolanensis, quid scripserit & quando 231.41 *Emisenus, quid scripserit & quando* 204.43 *quid scripserit & quando* 202.17
Eusebius Cremonensis monachus, quando & quid scripserit 221.36
Eustachius Antiochenus Episcopus, quid scripserit & quando 201.43
Eustachius Epis. Albanensis, quid scripserit, & quādo 250.18
Eutrandus Diaconus, quid scripserit & quādo 281.22
Eutropius monachus & presbyter, quid scripserit & quando 207.18
Eutropius Episcopus Valentinæ Ecclesiæ, quid scripserit & quando 244.49
Ewaldi monachi duo in Saxonia martyrium patiuntur 17.59

F

Faganus & Diuianus Episcopi, Britannos ad fidem Christi conuertunt 20.34
Fames in Europa ingens 161.1
Farabertus Francorum Rex 28. quot annis regnarit ibid.16 *20.5 quando mortuus*
Faramundus sit dux Francie Orientalis Wirtzburg 33.27
Fastidius Epis. quid scripserit & quando 221.10
Faustinus presbyter, quid scripserit & quando 211.9
Faustus Epis. quid scripserit & quando 236.19 *Monachus, quid scripserit & quando* 240.5
Facundus Epis. quid scripserit & quando 240.48
Felinus Sandeus, quid scripserit & quando 400.21
Felix pa. 3. quid scripserit & quando 231.46
Flauius Epis. quid scripserit & quando 232.18
Flaualdus Monachus, quid scripserit & quādo 281.3
Florianus Bononien. quid scripserit & quādo 356.20
Fortunatus Epis. quid scripserit & quando 243.27
Franco scholasticus, quid scripserit & quando 267.32
Franco Abbas, quid scripserit & quando 273.18
Fraciscus Acursius. qd scripserit & quādo 305.32 *Maronis, qd scripserit & quādo* 312.34 *Zabarella qd scripsi. & quādo* 344.15 *Barbar. qd scripserit & quādo* 351.45 *Mataracius, qd scripsi. & quādo* 397.28
Franci de Hollandia ad Wirtziburgum quando, quā occasione, & quanta copia venerint 74.4
Franci annis 20 sine Rege viuunt & tributum Re-

manis soluunt 76.40
Franci exploratores in Galliam mittunt 36.17
Franci cum Thuringis contra Sueuos non venerunt auxilio 74.47
Francia siue Gallia Aquilonaris quas ciuitates principales habeat 83.40
Franci Gallis commixti, uxores de eorum filiabus accipiunt 84.31
Franci Orientales, lingua utuntur germanica, & solis differunt idiomatibus 84.34
Franci populus ex Troianis profugus 1.35
Franci a quo nominati. 1.39. Romanos cum Italia & Gallia sibi subiecerunt ibid.42
Francinomen sæpe cum sedibus mutauerunt 1.37
Franci de transmigratione sua responsum Iouis per sacerdotes petunt 2.50
Franci Germani dicti 1.44
Franci Romanis & Gallis bellum inferunt non longe ab urbe Basana 18.38
Franci cum Gallis inducias faciunt 18.51
Franci pro nomine suo eandem quam pro regno curam habent 21.21
Franci a quo sic dicti 13.21. Quo anno sic dicti 14.25
Franci mittuntur in Marchiam Brandeburg 18.9
Franci pacem habent & potentia diuitiisque multum crescunt 19.37
Franci Regis admonitio ad Francos suos 14.40 eius indignatio aduersus Gallos ibid.49
Franci fabricato ponte super Mosam, Galliam deuastant 14.58
Franci anno 930. contra Gallos pugnarunt 10.31
Franci a Gallis affliguntur 11.31
Franci quos populos sibi subiugarint 4.44
Franci cum 220000. Italiam deuastant 12.17
Franci cum Gallis quot annis pugnarint 4.41
Franci quid historicos crebrius Germanorum quã alio nomine vocantur 10.40
Franci ex variis nominibus & vnde nominati 10.35
Franci a Franco Rege suo sic dicti 5.27 mores linguam & vocabulum cum sedibus suis sæpe mutarunt ibid.31
Franci Romanos superaturi dicuntur 3.43
Franci a Romanis scriptoribus semper Germani dicũtur 21.17
Franci Suenis contra Romanos auxilium ferunt 24.23
Francie Orientalis Duces 26.43
Franci præter Armoricam in Gallia omnia à Maximino erepta recuperant 31.13
Francie Orientalis Duces quot fuerint 27.10
Franci Orientales Rhenum transeunt. Galliam cis Rhenum igne & ferro vastant 28.7
Francie Orientalis ducatum præter Episc. nemo sibi vendicare potest 27.16
Francie Orientalis ducatus primo Wirciburgensi episcopo in perpetuam proprietatem traditus 27.14
Franci & Saxones propace inter Doringos & Sueuos facienda laborant 25.4
Franci Romanis tributum promittunt 31.30
Franci annis 26. sine Rege sub ducibus viuunt 31.44
Franci gens libera, nulla vnquam tributa soluerunt 31.16
Franci Valentiniano tributum denegant 31.54 à Valentiniano feroces nominantur 32.2
Franci missos a Valentiniano ad exigendum tributum in contemptum Romanorum interimũt 32.6. Colonienſibus metũ incutiunt ibid.13. ceduntur a Treuirorum militibus ibid.33
Franci in Treuirorum regione hyemantes omnia vastant 32.35
Franci magnam interioris Galliæ partem integro septennio inhabitant 23.12
Franci moribus ædificiis, cultiores esse incipiunt 22.12
Franci cum exercitu vsque in Hispaniam perueniunt 22.56
Franci pro Rege faciendo consultant 34.31
Franci quomodo Galli facti, & quomodo linguam vel sermonem mutarint 38.8
Franci Galliam in præsentem vsque diem possident 36.37
Franci Hunnos pugnando in campis Cathalaunicis vincunt 37.15
Franci omnes tam Gallicani, quam Germanici semper liberi 35.53
Francici regni incrementa 37.50
Franciæ Orientalis ducatus vacat annis duodecim 27.7
Franci Gallia expelluntur 72.57
Franci amissam libertatem annis vindicant 78.19
Franci Orientales cum Alemãnis vel Sueuis & Duringis faciunt fœdus 75.40
Franci à ferocitate dicti 69.26
Franci pacem a Romanis sub dura conditione impetrãt 76.34
Franci omnes pene fidem Christi suscipiunt 41.6
Franci quando & vnde primum venerint ad Menigauium Peapolitanum 25.57
Francia Orientalis olim Meningau dicta 26.40
Franci a Doringis ad Wirciburgum inuitantur 25.46
Franciscus Wyler monachus, quid scripserit, & quãdo 180.28
Franckenberg mons sepultura aliquot Regum & Ducum Francorum 79.13
Franckenfurt vrbs iuxta Mœnum à quo extructa & appellata 19.27
Franckenfurt oppidum cis Oderam à quo fundatum & appellatum 18.24
Francorum Orientalium Duces sub regibus dominantes, & eorum genealogia 75.45
Francorum principatus diuiditur 77.2
Francorum quindecim millia, vna cum duce suo trucidati 77.24
Francofurtum ad Oderam vnde dictum 70.50
Francorum Orientalium Duces a Marcomiro Duce Franciæ Orientalis, vsque ad Laurentium de Bibera 79.40
Francorum Regnum in quatuor partes diuisum 87.1
Franco Episcopus Leodiensis, quid scripserit & quando claruerit 128.10
Francorum tria millia vno die baptizati 86.20
Franco Abbas Hasſligemensis, quid scripserit & quãdo 136.33
Francorum in Galliam irruptio prima 4.34
Francorum consilium de transmigratione in Germaniã 2.48
Francorum historia ab Hunibaldo quot libris comprehensa 2.12
Francones in que loca à Saxonibus collocati 4.25
Francorum & Saxonum fœdus renouatur 17.38
Francorum & Germanorum trecenta millia cõtra Gallos in bellum proficiscuntur 14.48
Francorum cum Germanis Saxonibus & Doringis fœdus perpetuum 13.28
Francorum nomen vbi primum cœperit 13.58
Francorum nomen, decreto Regis confirmatum 14.6
Francorum nomen Romanis & Gallis odiosum 14
Francorum ad excitationem iuuentutis institutum laudabile 11.16

Francorum cum Gallis non procul a Mosa flumine bellum atrox 9.55
Francorum cupido regnandi 10.24
Francorum Regis residentia vbi 6.10
Francorum legatio ad Saxones de concedenda ipsis aliqua sede 3.47
Francorum regni mutatio predicta 3.27
Francorum victoria a Marcomiro predicta 3.40
Francorum in fines Saxonicæ primus introitus 3.54
Francorum in Germaniam venientium ad bellum paratorum numerus 4.6.15 *priscorum insignia sive arma quæ fuerint* 21.48
Francorum insignia vetera quando & quare defecerint 22.5
Francorum Rex a Romanis in bello occisus 27.49
Francorum fines dilatantur 28.1
Francorum in Germania sedes prima vbi 4.26
Francorum in Doringiam aduentus Suenis ingratus 26.22
Francorum nomen à Germanis deficiens cum Gallia Regibus Gallia mansit 99.49
Francorum sub Marcomiro Duces 4.10
Francorum prima sedes in Germania 32.25 *eorum fines* ibid.27
Francorum & Trevirensium odium vnde 32.34
Francorum regnum in duo Germanicum, & Gallicanum diuiditur 99.7
Francorum Reges solo nomine regnant 55.46
Francorum simplicitas prisca 72.23
Francofurtenses dicuntur Mœnipolitæ 79.31
Francorum Duces, proceres & nobiles conueniunt ad eligendum Regem 79.26
Francorum procerum tria millia eodem die baptizati 41.6
Francorum Orientalium Ducatus, quando cœperit 26.2
Francorum contra Hilpericum Regem conspiratio 47.21
Francofurti ad Mœnum autor 49.21
Francus Rex stragem in Gallia inauditam facit 14.58
Francus Rex Francorum 17. *quot annis regnarit* 13.22
Francus Rex, patris sui necem in Francis vlciscitur 13.46
Francus Saxonibus sociis auxilium mittit aduersus Romanos 15.15
Francus Rex quando mortuus 15.18
Freculphus Episcopus Lexouiensis, quid scripserit & quando claruerit 125.40
Freculphus Episcopus, quid scripserit & quãdo 252.4
Fredegundis Regina deceptrix 45.21
Fredegundis Regina, regem suum interfici curat. 47. 36.88.40
Fredericus Comes Palatinus Rheni filius Stephani de Zuueybruck quam vxorem & quos filios habuerit 119.13. *quando mortuus* ibid.19
Fridburg Castrum & Ciuitas, quando & à quo constructum 111.14
Fridericus bellicosus, Comes Palatinus Rheni Dux Bauariæ legitimos non reliquit heredes 118.52
Frisiæ regnum quale Francis tributum soluerit 69.46
Frisones bello superãtur à Pippino maiore domus 57.42
Fontanella monasterium in finibus Normanniæ à quo fundatum 57.30
Fulda monasterium à quo fundatum 26.19
Fulgentius episcopus quid scripserit & quãdo 236.31
Fulpertus episcopus, quid scripserit & quando 262.18
Fursius abbas peregrinus, & fratres eius Foillanus & Vltanus monachi 551

G

Gabriel Byel, quid scripserit & quando 169.3
Galli superantur a Sicambris 12.5
Galli & Romani mutuis colliduntur seditionib. 63.9
Galli Francis bellum mouent, Rege eorum procul absente 6.56
Galli absente rege Franco. eius regionem igne & ferro vastant. 14.38
Galli à Sicambris superantur astutia & virtute 7.6
Galli in seruitutem Francorum veniunt 36.55
Galli finitis inducijs Sicambris rursus bellum inferunt 11.58
Galli Francos insecuti in flumen transilire cogunt 17.19
Galli à Sicambris regionem repetunt 9.25
Gallia a Romanorum dominio liberata 39.42
Gallia a Francis infeliciter vastata 17.7
Gallia triplex, Celtica, Aquinatica, Belgica in Clodouei Francorum Regis potestate 86.33
Gallorum regio fructifera in solitudinẽ redacta 13.12
Gallorum multa millia interfecti 10.3
Gallorum plusquam ducenta millia interfecti 15.8
Gallorum in Mosam Sicambrorum incursus 16.4
Galtherus de Castellione, quid scripserit 141.22
Galtherus Episcopus Magolesis, quid scripserit 140.14
Garibaldus Rex Bauariæ moritur 47.14
Garsias Hispanus, quid scripserit, & quando 301.58
Gebehardus Episcop. VVirtzburg. 27. *quot annis regnarit* 8.46
Gebehardus II. Episcop. VVirtzburg. 32. *quot annis præfuerit* 8.5
Gebhardus Dux Bauariæ quando mortuus 110.25
Gelasius papa primus, quid scripserit, & quando 236.7
Genebaldus Dux Moguntinus constituitur 49.13
Genebaldus ad Menigauium profectus anno fere 30. principatum tenet 26.11
Genebaldus qua conditione Orientalis Francie Dux constitutus 26.12
Genebaldus Francorum Interrex 42. *quot annos regnarit* 33.18: *quando mortuus* 34.28
Genebaldus Dux Francorum Orientalium 15. *quot annis regnarit, & quando mortuus* 80.7
Genebaldus Dux Francorum, Orientalium vltimus, quot annis regnarit, & quando mortuus 79.47
Generationes à Marcomiro primo, vsque ad Carolum Magnum 30.1
Gennadius episc. quid scripserit & quando 234.1
Gennadius presbyter, quid scripserit & quãdo 235.11
Gentil. Medicus, quid scripserit & quando 308.17
Georgius Burbachius quid scripserit & quãdo 370.47
Gepidarum Rex Chunimundus occiditur, & exinde capitis eius fit poculum 47.6
Gerardus Monachus qd scripserit & quando 355.43
Gerardus Bononiens. quid scripserit & quando 308.57
Gerardus Odonis, quid scripserit & quando 309.14
Gerardus Senen. quid scripserit & quando 320.47
Gerardus Carthusien. quid scripserit & quando 357.46
Gerardus de Marbays, quid scripserit, & quando 181.16
Gerardus de Eltен, monachus frat. predicatorũ, quid scripserit, & quando 163.52.372.20
Gerardus Groyt, Dauantriensis, quid scripserit, & quando mortuus 147.44
Gerardus monachus S. Quintini, quid scripserit, & quando 141.41
Gerardus, lector Conuen. Leodien. qd scripserit 142.42

Gerar-

Gerardus de Stredam, monachus Carthusiensis, quid scripserit, & quando 156.15
Gerardus de Zutphania, quid scripserit, & quando 149.10
Gerhardus de Svvartzburg, Episcop. VVirtzburgen. sis 53. quot annis præfuerit 83.1
Germani & Saxones Francis subiiciuntur 36.9
Germani Franci a nulla natione superati 35.47
Germania quos populos habeat 99.26
Germania ad Sarmatas vsq; Francorum dominio subiacuit 93.42
Germanicum Regnum quas provincias & regiones habeat 99.20
Germaniæ Civitates, vt Colonia, Treueris, & aliæ, an recte dicantur, Civitates Imperiales 99.39
Germanorum decē & octo millia a Romanis trucidati 16.13
Germanorum Reges quinque cum exercitu 260000. virorum Gothis insistunt 6.45
Georgius Burbach Astronomus, quid scripserit, & quando claruerit 162.49
Georgius ex monacho papa primus, quando factus 47.48
Georgius de Gemmyngen præpositus Spirēsis, quid scripserit, & quando 173.19
Georgius Molitoris Nuenburgensis, quid scripserit, & quando mortuus 165.11
Gerebaldus rex Bavariæ Christianissimus quando regnavit 100.30
Gertrudis abbatissa, filia senioris Pippini moritur 56.3
Gilbertus Pictavien. quid scripserit, & quando 273.26
Gisla Ludouici II. Imperatoris filia, nobili cuidam in matrimonium datur 102.46
Gildas & Gotfredus Monemutensis Britonum historiographi 20.41
Gilemarus in patrem impius, repentina morte perit 52.5
Gisleberti Abbas, quid scripserit, & quando 269.19
Glanis & Nahus fluuii 54.43
Gisdascalcus Gresemūdus de Meschede, quid scripserit & quando 162.13.369.45
Gisdelbertus presbyter, quid scripserit & quādo 238.13
Gisdgisilo VVandalorum Rex Francis bellum infert 84.10
Gisdgisilo VVandalorum Rex à Francis interemptus 54.25
Gisdefridus Candelarii, quid scripserit, & quādo 180.55
Gisleberus monachus, quid scripserit, & quando claruerit 131.54
Gisdoaldus Rex Bavariæ, quando regnavit 100. 35. Expellitur per Francorum Regem Childebertum ibid. 43
Gisbertus Dux Francorum Orientalium 19. quot annis regnarit 80.15
Gisfwaldus Episcopus VVirtzburg. 8. quot annis regnarit 80.48
Gisfwinus de Hox Brabantinus, quid scripserit, & quando 149.6
Gisefridus IV. de Limpurg, Episcop. VVirtzburg. 57. quot annis præfuerit 83.10
Gisefridus de Hoenlo, Episcopus VVirtzburg. 38. quot annis præfuerit 82.19
Gisefridus de Pistzberg, Episcop. VVirtzburg. 36. quot annis præfuerit 82.13
Gisefridus Dux Francorum Orientalium 14. quot annis regnarit, & quando mortuus 80.3. & 5
Gisefridus III. de Hoenlo, Episc. VVirtzburg. 48. quot annis præfuerit 82.42
Gisles, Romanorum impulsu fines Saxonum occupant. decennio 13.43
Gothi muneribus à Romanis inuitantur ad bellum Saxonibus inferendum 12.23
Gothi Saxoniam effusi, magna copia cæduntur 17.56
Gothi quomodo a finibus Saxoniæ prohibendi consultatio 18.1
Gothi Saxoniam vsque ad Istulam deuastant 12.54
Gothi a Germanis cæsi & fugati 6.53
Gothorum cum Germanis pugna atrox & cruēta 6.50
Gothi fines Saxoniæ incursantes a Francis repressi & victi 10.50
Gothi Saxonum fines deuastant 6.43
Gothi quando Sicambriæ Regem Antenorem bellō superarint 63.20
Grammatica Theutonici sive Alemannici sermonis, à Carolo Magno Imperatore scripta 125.20
Granus filius Lotharii Regis, rebellis a patri cum vxore & duobus liberis crematur 87.56
Gratianus contra Maximum in Galliam venit 29.32. a Maximo per proditionem superatur ibid. 35. occiditur Lugduni ibid. 36
Gratianus Monachus, quid scripserit, & quādo 274.16
Gregorius Nazāzenus quid scripserit, & quādo 207.26
Gregorius papa prim', quid scripserit & quādo 242.14
Gregorius Turon. quid scripserit & quādo 243.42
Gregorius papa secūdus quid scripserit & quādo 248.8
Gregorius papa tertius, quid scripserit & quādo 249.35
Gregorius Ariminc. quid scripserit & quando 198.10
Gregorius Trapezuntius, quid scripserit & quādo 355.58
Grifo Carlo Martelli capitur & custodiæ mancipatur 62.12
Grifo, Caroli Martelli filius Dux Bavariæ, à fratre Pippino deponitur 102.3
Grifo duodecim civitates in Francia more comitum accipit 102.5
Griphofratribus bellum inferens, ab eis capitur 93.53
Groningen oppidum Frisiæ quādo & a quo extructum 5.40
Grunus Dux Frisiæ frater Regis Francorum 5.44
Grunvvaldus maior domus, a Pippino substitutus, Leodii ante altare interficitur 58.21
Grunvvaldus Pippini Senioris filius, patri in principatu domus regiæ succedit 54.50
Grunvvaldus, Regis Sigeberti filium in Scotiam mittit, & proprium filium Regem Austrasiæ facit 55. 30. Morte multatur a Clodoneo Parisius ibid. 34
Guarinus Veronen. quid scripserit & quando 288.18
Guarnerius sive VVernher, maior domus, Francorum, moritur 49.41
Guericus Abbas, quid scripserit, & quando 317.8
Guiderius Britanniæ Rex interfectus 16.37
Gundericus Rex Burgūdia quot filios habuerit 85.44
Guido Aretin. Abbas, quid scripserit & quādo 262.38
Guido de Suzaria, quid scripserit, & quando 288.18
Guido Ferrarien. quid scripserit & quando 307.36
Guido Perpinianus, quid scripserit & quando 311.12
Guido prior Carthusiæ, quid scripserit, & quando 275. 13
Guilhelmus Hirsaugien. quid scripserit, & quando 263.31
Guilhelmus monachus Hasligemens. quid scripserit 305.24
Guilhelmus de monte Laudinio, quid scripserit & quando 307.28
Guilhelmus Forlean, quid scripserit & quando 368.38
Guilhelmus Mādagoti archidiaconus, quid scripserit, & quando 302.26
Guilhelmus de Cumo, quid scripserit, & quando 306.

Guilhelmus de Kayotho, quid scripserit & quando 318. 28
Guilhelmus Ockam, quid scripserit & quãdo 312.57
Guilelmus Peralt, quid scripserit, & quando 301.49
Guilhelmus abbas S. Theodorici, quid scripserit & quando 276.22
Gundebaldus fratrem Hildericum interficit, & vxorem eius submergit 85.45
Gunthramus Aurelianis 33. *annos regnauit* 45.32. *moritur* ibid.43
Gunthramus rex Francorum, Aurelianis moritur 48.6
Gunthramus Comes in Homburg 89.53

H

H Absburgensis Comitatus principium 89.51
Hamularius Fortunatus, Treuirorum Archiepiscopus, quid scripserit, & quando claruerit 125. 51:353.2
Hamulus Episcop. Lugdunensis in Gallia, quid scripserit, & quando 255.6
Harpo Comes Burgundiæ constituitur 49.14
Hartmannus Schedel Nurenbergensis, Med. D. quid scripserit, & quando 178.4
Hartmundus monachus S. Galli, quid scripserit, & quando claruerit 128.30
Haryng' Sifridi Sinuama de Hagyi, quid scripserit, & quando 178.47
Hastila Francorum Regina, à Romanis comprehensa, capite truncatur 28.10
Haymo, Halberstatensis Ecclesiæ Episcopus, quid scripserit, & quando claruerit 124.34:251.24
Heidelberg Comitatus Palatinus Rheni, duci Bauariæ in possessionem datur 110.52
Heidelbergensis Academia, à quo fundata 114.15
Heimericus de Campo, quid scripserit, & quando 155.5
Helena filia Cœli, fit vxor Constantii, & mater Constantini Magni 23.54
Helenæ Constantini Imperatoris, matris encomium 73.38
Helenus Rex Francorum quot annis regnauerit 6.24
Helenus propter inertiam a Regno deponitur 7.30
Helenus Dux Francorum Orientalium 13. *quot annis regnarit* 79.58
Helenus Francorum Rex sextus, quot annis regnarit 7.23
Helenopolis vrbs vetus à quo Franckenfurt dicta sit 19.27.71.29
Heligastus Sicambrorum scriptor clarus 8.28
Heligasti autoritas apud Sicambros magna 8.38. *Eius nomen hostibus terribile* ibid.42
Heligastus in templo, inter Sacerdotes stans subito disparuit, nec iterum est inuentus 8.47
Heligastus arcana & secreta hostium consilia aperit 8. 35
Heliodorus presbyter quid scripserit & quando 217.30
Helpericus monachus S. Galli, quid scripserit, & quando claruerit 132.23
Henricus de Langenstein, quid scripserit, & quando 149.25
Henricus de Cuta siue Oyta, D. Parisiensis, quid scripserit, & quando claruerit 149.54
Henricus de Andernacho monachus, quid scripserit 150.5
Henricus Dolendorp, prior prouincialis, inferioris Alemaniæ, quid scripserit, & quando mortuus 145. 50
Henricus de Erfordia, quid scripserit, & quando 145. 58
Henricus de Hassia iunior, monachus Carthusiens. quid scripserit, & quando 153.33
Henricus de Gulpen, Abbas Nurenbergensis, quid scripserit, & quando claruerit 154.9.353.8
Henricus de Ganda, quid scripserit, & quando 154. 27:353.41
Henricus de Kalkar, monachus Carthusiensis, quid scripserit, & quando 148.17
Henricus de Eymbeck D. Theologiæ, quid scripserit, & quando mortuus 155.17
Henricus de VVerlis monachus Francisc anus, quid scripserit, & quando 156.21
Henricus de Colonia, monachus Carthusiensis, quid scripserit, & quando 162.30
Henricus Episcop. VVirtzburg. 18. *quot annis præfuerit* 81.14
Henricus de Biebelrith III. Episcop. VVirtzburg 37. *quot annis præfuerit* 82.16
Henricus Imperator & vxor eius Cunegunda sanctorum Catalogo inserti 105.34
Henricus II. Episcop. VVirtzburg 33. *quot annis regnarit* 82.7
Henricus IV. Doctor Parisiensis, Episco. VVirtzburg 40 *quot annis præfuerit* 82.21
Henricus Niger Dux Bauariæ, quam vxorem & quos liberos habuerit 107.51
Henricus superbus, Dux Bauariæ, pater Henrici Leonis 108.11
Henricus Leo Bauariæ & Saxoniæ Dux, mutationes varias facit 108.19
Henricus Imperator Bauarus, in Italia capitis liberatur 109.13
Henricus Comes Palatinus Rheni, ab Ernesto Noricorum Duce, in latere Imperatoris interficitur 16. 19
Henricus S. Imperator, quos bello superauit 109.27 *ibi sepultus* ibid.32
Henricus Saxo filius Henrici Imperatoris primus ducatum Bauariæ suscipit 101.1
Henricus dux Saxonum fit Imperator 104.23
Henricus Henrici I. Imperatoris filius, quos liberos habuerit 105.12
Henricus de Cosueldia monachus Carthusiens. quid scripserit, & quando mortuus 151.45
Heinricus de Gandauo, quid scripserit, & quãdo mortuus 142.1
Heinricus de Bruxellis, monachus Hasligemensis, quid scripserit 143.14:366.23
Henricus de Vrimaria, ordinis S. Augustini quid scripserit, & quando 144.44
Henricus, de Hacheuburg, monachus quid scripserit 152.1
Henricus dux in Lansshut pauper, & diues 117.15
Hericus dux Bauariæ, in Lansshuta, quos filios habuerit 111.20 & 50
Henricus cognomento probus Dux Bauariæ, quam vxorem, & quos filios habuerit 112.21
Henricus Notterberger Dux Bauariæ filius Ottonis Vngariæ Regis, quando mortuus 112.38
Henrici superbi filius, Dux Bauariæ restitutus, iniuriam colit 109.45
Henricus Bauariæ Dux cognomento superbus, excommunicatur, & a ducatu Bauariæ deponitur 109.12
Henricus Lupoldi frater Marchio Austriæ fit Dux Bauariæ 109.21
Henricus de Goricken Theologiæ D. quid scripserit, & quando 158.17:362.7
Henricus de Geilnhausen, monachus in Spaheim, quid scripserit, & quando 166.35
Henricus Arnoldi, monachus Carthusiensis, quid scripserit,

pserit, & quando 166.8
Henricus prudens monachus Carthusiensis, quid scripserit, & quando 165.28
Henricus rex Northeim, quid scripserit, & quando 179.35
Henricus Euticus Franc. quid scripſ. & quando 173.9
Henricus Kaltysen, quid scripserit & quãdo mortuus 158.7.560.53
Henricus de Herp. ordinis fratr. minorũ quid scripserit, & quando 159.23.370.26
Henricus de Werlis, quid scripserit & quãdo 358.36
Henricus de Vrimaria, quid scripserit & quãdo 317.18
Henricus de Piro quid scripſ. & quãdo 370.26
Heraclides monachus quid scripserit & quãdo 211.9
Heracleus legionis Romanæ tribunus interfectus 32.46.78.47
Herbipolim quot Franci primum profecti sint 26.5
Herebertus Dux Francorum Orientalium 17. quot annis regnarit 80.11
Herebertus Hilperici frater moritur Parisiis 47.2
Herbert. Lotharii filius Parisiis regnat annis 9.45.28
Herebertus in Aquitania regnans 50.42
Hergerus Abbas, quid scripserit & quando 260.57
Herimannus Thuringiæ Rex à Gothis in bello interfectus 64.58
Herimerus rex Francorum 19. quot annis regnarit 16.2
Herimerus Francorum rex à Gallis in bello occisus. 16.19.
Hermannus de Lodenburg. Episcop. Wirtzburg. 43. quot annis præfuerit 82.32
Hermannus contractus monachus S. Galli, quid scripserit, & quando claruerit 132.4
Hermannus monachus Campensis, quid scripserit, & quando 155.55.263.8
Hermãnus Petra de Stutdorp, monachus Carthusiensis, quid scripserit, & quãdo mortuus 153.24.356.55.
Hermannus de Schildis, quid scripserit & quando 318.7
Heroldus Episcop. Wirtzburg. 34. quot annis regnari 82.9
Hetanus Dux Francorum Orientalium 21. quot annis regnarit 80.23
Hetzelinus Episcop. Wirtzburg. 29. quot annis præfuerit 81.56.
Heimericus de Campo quid scripserit & quando 355.44
Hieronymus presbyter asthmatica passione, anno ætatis 91. in Bethleem moritur 35.25.212.6
Hierusalem à Christianis recuperata 107.47
Hilarius papa quid scripserit & quando 231.20
Hilarius Episcop. Arelatensis, quid scripserit & quando 229.9
Hilarius Pictauiensis Episcop. quid scripserit, & quando 205.13
Hildefonsus Episcop. quid scripserit & quando 201.25
Hildebertus Episcopus Cenomannensis, quid scripserit & quando 268.2
Hildebertus vbi & quamdiu regnarit 43.27.
Hildebertus Francorum rex 57. quot annis regnarit 57.53. Quando mortuus sit 58.33
Hildebertus rex, ex sententia Papæ depositus, monachus factus est 95.55
Hildebertus rex Francorum Aurelianensis moritur 48
Hildebertus Grunwaldi filius, à Sigeberto Frãcorum in Austrasia rege in filium adoptatur 55.25
Hildeburgum Castellum non longe à Neoco, à quo extructum 72.5
Hildericus Francorum rex 46. quot annis regnarit 38.20. Regno deiectus in Doringiam fugit. ibid. 21. reuocatur in Franciam ibid. 23. moritur 40.4
Hildericus Francorum rex 61. quot annis regnarit. 61.45. A regno deponitur & in monasterio includitur 62.44
Hildericus Francorum rex 55. quot annis regnarit 56.23. interficitur cum vxore prægnante ibid. 30
Hildericus Francorum rex 30. quot annis regnarit 21.8 quando mortuus sit 22.27
Hildericus regis Doringorum, hospitis sui coniugem accipit. 38.50. Futurorum diuersa monstra videt. ibid. 55. Alemannos vincit & Francis tributarios facit 39.13. Odoacarum Saxonem in fugam vertit. ibid. 32. Omnem sibi Galliam subiicit. ibid. 41. Coloniam Agrippinam, Moguntiam, Wormatiam, Spiram Argentinam, &c. sibi subiicit ibid. 45. quando mortuus 40.4
Hildegardis, Abbatissa monasterii S. Ruperti, ex opposito Bingensis oppidi, femina sanctissima, quid scripserit, & quando claruerit 138.5. quando mortua. ibid. 43
Hildegardis Caroli Magni vxor, cum marito Romam proficiscitur 98.9
Hildegarius Francorum Episcopus occiditur 96.20
Hildegastus nobilium Francorum doctor in omni scientia 22.10
Hildegastus Francorum historiographus 21.2. Eius autoritas summa ibid.25
Hildouinus Episcopus Landocensis, quid scripserit & quando 259.4
Hilduinus Abbas, quid scripserit & quando 252.44
Hilpericus monachus quid scripserit & quãdo 263.56
Hilpericus Francorum rex 49. quot annis regnarit. 45.11. vxorem repudiat ibid. 24. Fratris Sigeberti regnum vastat. 46.5. bellum cum eo crudele gerit. 47.18. Brunihildem vxorem Sigeberti fratris, una cum filiis in exilium mittit ibid. 26. dolo vxoris propriæ occiditur ibid. 36
Hincmarus Archiepiscop. Remensis, quid scripserit & quando 252.51
Hippolytus Episcopus, quid scripserit & quãdo 197.30
Hipponensis ciuitas à Wandalis occupata 83.51
Hireneus Lugdunen. quid scripserit & quando 193.51
Hirsfeldia monasterium à quo fundatum 62.19
Hispania à Gothis vastatur 76.22
Hispania à Wandalis & Alanis occupatur 83.24
Hispania trifariã diuisa desolatur & affligitur 35.20
Hogel filius Ludouici ducis Bauariæ, in Sportula à Parisiis in Bauariam portatur. 116.55. Quam vxorem duxerit 117.13. item 118.11
Hollandia & fines Geldriæ, primæ Francorum sedes. 78.33
Hollandia, Selandia, Frisia, &c. quãdo ad Duces Bauariæ peruenerint 111.46.
Hollandiam Franci deuastantes capiunt 4.30
Hollandia & Selandia &c. ducatus, quando à domo Bauariæ ablati, & Burgundis accesserint 116.30
Honorius Augustinensis presbyter quid scripserit, & quando 269.49
Hormisda papa, Campanus natione, quid scripserit, & quando 239.38.
Horreum monasterium Treuirense à quo cõstructum, & fundatum 53.48
Hugbaldus 12. Dux Orientalium Francorum quot annis regnarit, & quando mortuus 79.55
Hubertinus de Casali, quid scripſ. & quando 304.35

Hugbaldus monachus quid scripſ. & quando 256.45
Hugbertus Traiecti superioris Episcopus 58.11
Hugo presbyter & monachus quid scripserit & quando 271.41
Hugo Senensis, quid scripserit & quando 353.33
Hugo monachus Corbeiensis, quid scripserit & quando 274.24
Hugo de Argentina, Doctor Parisiensis, quid scripserit 142.36
Hugo Episcopus Wirtzburg.16. quot annis regnarit. 81.9
Hugo Sletstatinus monachus Franciscanus quid scripserit 155.32
Humbertus monachus Tullensis, quid scripserit, & quando clarnerit 133.1.464.49
Humbertus Episcop. Wirtzburg.7. quot annis regnarit 80.46
Hunni sunt Vngari 101.31
Hunni Doringiam vastates eduntur à Francis 46.1
Hunibaldus Francorum Historiographus 2.7
Hunibaldus quousque historiam Francorum perduxerit 4.57
Hunni per vniuersam Galliam seuiunt 37.9
Hunnorum centum & octoginta millia à Francis trucidantur 84.28

I

Iacobus Zenus patricius Venetus, quid scripserit & quando 368.30
Iacobus Forliuiensis, quid scripserit & quando 353.13
Iacobus Sapiens, Episcopus, quid scripserit & quando 202.47
Iacobus de Gruytrode monachus Carthusiensis, quid scripserit & quando mortuus 161.25.368.4
Iacobus de Alta villa, Abbas Eberbacensis quid scripserit & quando 146.25
Iacoba Wilhelmi Ducis Bauariæ filia, hereditatem paternam sibi vendicare satagit 114.53.&115.1
Iacoba Wilhelmi Ducis Bauariæ filia quot viros habuerit 116.4
Iacobus de Stralen presbyter Coloniensis, quid scripserit, & quando 168.42
Iacobus Iunterbuck, monachus Carthusiensis quid scripserit & quando mortuus 158.39.362.31
Iacobus Vimpfelingus Sletstatinus, quid scripserit, & quando 175.16
Iacobus Sprenger, quid scripserit & quando 177.45
Iacobus Philippi, quid scripserit, & quando 178.11
Iacobus de Arena Parmensis, quid scripserit & quando 303.58
Iacobus de Rauenna, quid scripserit, & quando 304.50
Iacobus de Viterbio, quid scripserit & quando 306.18
Ida vxor Pippini monasterium Nivellense in Brabantia construxit 90.23
Idacius Episcopus, quid scripserit, & quando 225.32
Idolum Saxonicum Ermensul, a Carolo Magno destructum 97.4
Iesus Christus Dominus & saluator noster quando natus 15.43
Iesu Christi passio sub Pontio Pilato, quando facta 16.27
Ignatius Ecclesiæ Antiochenæ Episcopus, quid scripserit & quando 191.39
Imagines Christi, Mariæ & Apostolorum ex Gallia in Bauariam asportantur 116.58
Inducia inter Sueuos & Doringos triennales 25.8.74.36
Infans 40. dierum cum baptizaretur, respondit Amen 51.10.90.45
Ingelnheim Imperiare Castrum, vbi Carolus Magnus natus 124.17
Innocentius Papa curregem Conradum coronare noluerit 108.52
Innocentius Papa primus, quid scripserit & quando 221.20
Ioannes de Lutra villula, quid scripserit & quando mortuus 164.3
Ioannes Abbas S. Bauonis in Gandauo quid scripserit, & quando 150.12
Ioannes Gluel de Aquisgrani, quid scripserit & quando 149.47
Ioannes de Duren monachus, quid scripserit, 150.28
Ioannes de Schonhouen, prior Mechlinensis, quid scripserit, 148.41.356.30
Ioannes de Regiomonte, Astronomus & Mathematicus insignis, quid scripserit & quando mortuus sit 163.37.372.6
Ioannes de Dorstein, monachus Augustini ordinis, quid scripserit & quando 164.32
Ioannes de Saxonia monachus ordinis minorum, quid scripserit, & quando 145.17.320.41
Ioannes Eligerus de Gondersleben, quid scripserit & quando 145.24
Ioannes de Erfordia monachus, ordinis minorum quid scripserit 146.8
Ioannes de Beka clericus Traiectensis, quid scripserit, & quando 145.33
Iannes de Ymenhusen Doctor Parisiensis, quid scripserit, & quando 146.33
Ioannes de Tambacho, monachus ordinis predicatorum, quid scripserit, & quando 146.46
Ioannes Plaeth D. Heydelbergensis, quid scripserit, & quando 153.43.351.7
Ioannes de Diepurgo D. Heidelbergensis, quid scripsit & quando clarnerit 153.54.351.18.
Ioannes Nider, ordinis fratr. predicatorum quid scripserit, & quando 154.53.354.29
Ioannes de Hildesheim, lector & prior Casselensis, quid scripserit & quando 146.48
Ioannes Gritsch. Basiliensis, quid scripserit, & quando 154.45.354.19
Ioannes de Schonhouia, monachus S. Augustini ordinis, quid scripserit & quando 155.23
Ioannes Gawer monachus, quid scripserit & quando 156.7.357.8
Ioannes Ernesti, Rector Heidelbergensis, quid scripsit & quando 156.43.358.12
Ioannes de Eglofstein, Episcopus Wirtzburg.54 quot annis præfuerit 83.4
Ioannes Rusbrock, prior monasterii viridis vallis in Brabantia, quid scripserit, & quando 148.24
Ioannes Dencock Doctor Pragensis, quid scripserit, & quando 147.26
Ioannes Fust, prior Argentinensis, quid scripserit & quando 147.34
Ioannes Tinctoris de Colonia Agripp. quid scripserit, & quando 162.56.371.10
Ioannes de Grumbach. Episcop. Wirtzburg.58. quot annis præfuerit 83.12
Ioannes de Brun. Episcop. Wirtzburg. 45. quot annis præfuerit 83.6
Ioannes de Blomendal, ordinis fratr. minorum quid scripserit, & quando 145.53
Ioannes Brammart Doctor Parisiensis, quid scripserit, & quando 150.50
Iohannes Episcopus Lombanensis quid scripserit & quando 152.24
Ioannes Zacharias de Erfordia quid scripserit & quando

de claruerit 152.41
Ioannes, monachus ordinis S. Benedicti, quid scripserit & quando claruerit 152.31
Iohannes Theutonicus, Episc. Argentinensis & Bossinensis, quid scripserit, & quando 139.45
Iohannes Danckonis, quid scripserit & quando claruerit 144.3
Iohannes Episcopus Ratisponensis, quot annis Ecclesiæ præfuerit 117.3
Iohannes 23. papa in Manheim in custodia tenetur tribus annis 117.41
Iohannes Comes Palatinus Rheni, Neuenburger dictus, quas uxores & quos filios habuerit 117.47
Iohannes Leodiensis Episcopus, a Leodiis obsidetur 116.23
Iohannes Alberti Ducis Bauariæ filius, Episcopus Leodiensis, ducit uxorem. 114.39. moritur sine hærede, intoxicatus à magistro curiæ suæ ibi. 57. & 116.29
Iohannes de Werdena, ordinis S. Francisci quid scripsit & quando 150.20
Iohannes de Witlich, quid scripsit, & quando 149.17
Iohannes Kesseler Gyslingensis, presbyter quid scripserit & quando 182.45
Iohannes Pheffer Francus, quid scripserit, & quando 167.48
Ioannes Gotfridi de Odernheim, quid scripsit & quando 170.7
Ioannes Frytag de Duſseldorp, quid scripserit & quando 168.9
Ioannes de Lapide monachus Carthusiensis ordinis, quid scripserit & quando 169.14
Ioannes de Aurbarch Canonicus Bambergensis, quid scripserit, & quando 159.15
Ioannes de Mylbach, quid scripserit & quando 167.51
Ioannes de Veteri aqua, alias de Gauda, quid scripserit & quando 174.26
Ioannes Kesersberg presbyter Argentinensis, quid scripserit & quando 170.48
Ioannes Rode, Abbas monasterii S. Matthiæ, prope Treuerim, quid scripserit & quando 157.23.560.17
Ioannes de Mechlinia, quid scripserit & quando 159.31
Ioannes Tinctoris Brabantinus, quid scripserit & quãdo 181.43
Ioannes de Hagen, monachus Carthusiensis, quid scripserit & quando 160.48.366.41
Ioannes Gerbrandi de Leydis, quid scripserit & quando 178.25
Ioannes Camerarius Dalburgius, Episcopus Wormatiensis, quid scripserit & quando 171.20
Ioannes Langer de Bolckenhan, quid scripserit & quando 179.19
Ioannes Tolasius, Canonicus Ratisponensis quid scripserit & quando 177.54
Ioannes de Arundine, Episcopus Vibitensis, quid scripserit, & quando 171.33
Ioannes Wyrici de Nussia oppido, quid scripserit, & quando 171.10
Ioannes Capnion, alias Reuchlinus, quid scripserit & quando claruerit 171.43
Ioannes Kanneman, ordinis frat. minorum, quid scripserit, & quando 158.27
Ioannes Bertram Numburgensis, quid scripserit, & quando 172.42
Ioannes Trithemius Abbas Spanhemensis, quid scripserit, & quando 182.53
Ioannes de Bruxellis, quid scripserit & quando claruerit 181.34
Ioannes de Lamsheim, quid scripserit, & quando 180.19
Iohannes Berthaclinus de Firmo, quid scripserit, & quando 361.7
Ioannes Abbas Niuicellensis, quid scripserit & quando 367.53
Ioannes Konneman, quid scripserit & quando 362.19
Ioannes Duns, Scotus, quid scripserit, & quando 303.6
Ioannes monachus & presbyter Damascenus, quid scripserit 210.50
Ioannes Parisiensis, quid scripserit & quando 301.25
Ioannes de Sancto Geminiano, quid scripserit & quando 304.10
Ioannes de Mechilinia, quid scripserit & quando 370.54
Ioannes de Turre Cremata, quid scripserit & quando 370.39
Ioannes Diaconus, quid scripserit & quando 255.44
Ioannes de Capistrano, quid scripserit & quando 359.26
Ioannes de Deo, quid scripserit & quando 288.33
Ioannes Estuidi, quid scripserit & quando 319.18
Ioannes de Rupe scissa, quid scripserit & quando 320.56
Ioannes Soreth, quid scripserit & quando 372.40
Ioannes Bretz, quid scripserit & quando 371.42
Ioannes de Mardiano, quid scripserit & quando 354.11
Ioannes Chymachus, quid scripserit, & quando 201.6
Ioannes de Columna, quid scripserit & quando 309.12
Ioannes Noblet quid scripserit & quando 355.13
Ioannes Episc. & patriarcha Hierosolymitanus, quid scripserit, & quando 224.31
Ioannes de Ragusio monachus, quid scripserit & quando 355.23
Iohannes Scotus monachus, quid scripserit & quando 252.35
Ioannes Antiochenæ Ecclesiæ presbyter, quid scripserit, & quando 235.21
Ioannes Erigena, monachus, quid scripserit & quando 254.48
Ioannes Episcopus Constantinopolitanus, quid scripserit 215.17
Ioannes Episcop. Constantinop quid scripserit, & quando 244.25
Ioannes Cassianus quid scripserit & quando 217.49
Ioannes Episcopus Genunderisis, quid scripserit & quãdo 244.57
Ioannes monachus & presbyter quid scripserit & quando 249.45
Iodocus Eichman de Calwe, quid scripserit, & quando 166.26
Iodocus Regis Brittanniæ filius, Eremita, moritur 55.26
Iodocus Badius Ascensius, quid scripserit, & quando 177.32
Iodocus Beysselius patricius Aquensis, quid scripserit, & quando 177.16
Iodocus Gallus Rubiacensis, quid scripserit & quando 181.7
Ionas monachus, quid scripserit & quando 245.17
Iordanus Episcopus, quid scripserit & quando 239.56

Iordanus ordinis fratrum predicatorum, quid scripserit, & quando 139.21
Iordanus ordinis S. Augustini monachus, quid scripserit, & quando 152.7
Iosephus Iudaus Hierosolymitanus, quid scripserit & quando 191.23
Iouis responsum de transmigratione Francorum 2.56
Irmina prima Abbatissa in Horreo Treuerensi, Regis Dagoberti filia 53.46
Irmina caput, in abbatia Spanheimensi 53.52
Isaac presbyter, quid scripserit, & quando 228.35
Isidorus Iunior, quid scripserit, & quando 245.31
Isidorus Senior, Episc. Cordubensis, quid scripserit, & quando 224.8
Iuuardus monachus, quid scripserit & quando 250.32
Italia vniuersa ad Regnum Francorum Germania olim pertinuit 99.30
Italia Odoacaro regi, annis 14 subiecta 39.37
Italia ab Odoacaro subingatur 85.20
Iubalchus dux Francorum in Armorica cum 15. millibus Francorum occiditur 29.20
Iudith, Welfi Comitis Bauariae filia, vxor Ludouici Imperatoris, Caroli Magni filii 102.13
Iulianus apostata cum Alemannis pugnat non procul a Rheno in finibus Argentinensium 28.20
Iuo Episc. Carnotensis, quid scripserit & quando 267.1
Iulianus Episcop. Campanus, quid scripserit & quando 221.9
Iunilius Epis. quid scripserit & quando 230.15
Iulianus Epis. quid scripserit & quando 233.6
Iulius Aphricanus, quid scripserit 197.57
Iuppiter Sacerdotibus visibilis exhibitus 8.34
Iuppiter in aere cunctis visibilis supra templum apparet 9.4
Iustinus Philosophus & martyr, quid scripserit & quãdo 192.12
Iustinianus Imperator Magnus, quid scripserit, & quando 240.15
Iustinianus Epis. Valentinus, quid scripserit, & quando 240.54
Iustus Orgelitana Ecclesiæ Epis. quid scripserit & quãdo 241.3
Iutta Angliæ Regis vidua, à Welfo Bauariæ Duce, in vxorem ducitur 107.19
Iuuencus presbyter, quid scripserit 203.34

K

Kylianus monachus, in Episcopum ordinatus mittitur in Franciam orientalem ad prædicandum Euangelium Christi 27.2. 57.1 *Eius martyrium ibid.* 6

L

Lambertus à fratre pellicis Pippinii interfectus 58.10
Lambertus ab Episcopatu suo Traiactensi remouetur 56.49 *restituitur a Pippino* 57.23 *martyrio coronatur* 58.10
Lampertinus de Ramponibus, quid scripserit & quãdo 307.20
Lampertus de Legia, monachus, quid scripserit & quando 133.34
Lampertus Epis. Leodiensis quando occisus 91.55
Lampertus monachus Leodiensis, quid scripserit, & quando 133.22
Landelinus, quatuor in Francia Gallicana monasteria instituit 55.15
Lanfrancus de Oriano, quid scripserit & quando 361.52
Lanfrancus Archiepiscopus Cantuariensis, quid scripserit, & quando 264.12
Lanfridus, Walramus Hellandus princeps Bauariæ 101.45
Lanshutensis Ducis Henrici stirps deficit 113.13
Laurentius de Bibera, Epis. Wirtzburg. 60 quot annis præfuerit 83.18
Lauresham monasterium vbi & à quo constructum 101.27
Leander Episc. Hispalensis, quid scripserit & quando 242.43
Lecho Bohemiæ Dux à Carolo, Caroli Magni Imperatoris filio, interfectus 98.27
Legislatores Francorum quatuor 35.10
Leo papa pontificalibus indutus Attilam exorat ne vrbi pareat, & Italia discedat 37.22
Leo papa I. quid scripserit & quando 230.45
Leo papa II. quid scripserit, & quando 246.55
Leo papa III. quid scripserit & quando 251.18
Leo papa 9. quid scripserit & quando 132.50.264.40
Leo qualem populum Marcomiro designarit 5.34
Leo papa tertius, Romæ Carolum Magnum Imperatorem facit, coronat & vngit 98.16
Leodegarius Episcopus sede sua pulsus 56.27 *reuocatur ibid.* 33
Leodegarius Episc. post multa tormenta crudeliter interficitur 56.53
Leodegario Pontifici eruuntur oculi 60
Leodiensium plus quam 25 millia interfecti 116.16
Leonardus de Vtino monachus, quid scripserit & quãdo 459.7
Leontius Episc. Neopolitan. quid scripserit & quando 245.24
Leporius presbyter, quid scripserit & quando 221.38
Lerrandus Diaconus Carthusiensis, quid scripserit & quando 237.16
Lendesius filius Erchenwaldi, maior domus bello peremptus 56.39
Lex Sicambrorum de libris principum 5.37
Lex Francorum de anno ætatis, quo filius succedere patri in regno debeat 24.17
Lex Saliga Francorum, vnde dicta 35.17
Lex Francorum de negligentia ducum 16.9
Licinianus Episc. quid scripserit & quando 244.12
Lilia à quo & quare, insignium loco assumpta 22.1
Linus I. papa quid scripserit & quando 192.46
Lipsensis Gymnasii fundator quis 132.35
Longobardi a Francis victi 47.14
Longobardi Rugios occupant 40.1
Longobardia in Italia vnde vocata 46.15
Longobardis tributariis, remittitur tributum 49.37
Longobardos Carolus Magnus expugnat 97.12
Lotharingia vnde appellata 102.27
Lotharius Rex Francorum 48 *quot annis regnarit* 43.4 *Monarchiam totius regni Francorum obtinet ibid.* 31 *Radegundem sibi matrimonio sociat.* 44.13 *Burgundionum prouinciam sibi subiicit ib.* 18 *magnam Hispaniarum partem bello acquirit ibid* 34 *Saxones bello premit ibid.* 49 *filium suum Granum, rebellem, capit, & igne concremat ibi.* 58 *moritur relictis filiis quatuor* 41.2
Lotharius Francorum Rex 59 *quot annis regnarit* 60. *ibid.* 44 19 *moritur*
Lotharius Francorum Rex 53 *quot annis regnarit* 55. 56.8 40 *Moritur*
Lotharius rex, Granum filium proprium cum vxore & filiabus igne consumit 44.58
Lotharius Imperator fit monachus 102.42
Lotharius monarcha regnũ comitibus cõmittit 49.10

Lucha-

Lotharius Francorum Rex 50. quot annis regnarit. 47.42. Monarcha totius regni Franciæ factus est. 49.3. pronuncias Comitibus committit ibid.10.
Longobardis tributum annuum duodecim millium florenorum remittit ib.37. Dagobertum filiū suum regem facit Austrasiæ.50.10.moritur ibid.32
Ludmilla Regina, Sacerdos & Pontifex Palladis 15.10
Lucæ abbas Montis S.Cornelii, quid scripserit & quando 273.39
Lucianus presbyter quid scripserit & quando 218.8. 200.28
Lucius Annæus Seneca Cordubensis Philosophus, quid scripserit & quando 189.53
Lucius Anglia Rex primus ad fidem Christi conuersus 20.34
Lucius Senator Treuirorum vrbem Francis tradit 37.42
Lucii Senatoris Treuirensis vxor ab Imperatore Antio stuprata 37.37
Ludericus Epis. Wirtzburg. 4 quot annis regnarit 80.40
Ludmilla Ducissa Bauariæ monasterium in Bauaria construxit 110.43
Ludolphus de Saxonia.monachus Carthusiensis, quid scripserit 144.57.317.55
Ludouicus Pontanus de Roma, quid scripserit & quando 355.5
Ludouicus Caroli Magni filius à patre in consortem Imperii assumitur 98.31
Ludouicus Marchio Brandenburgensis, eius vxor & filius 114.20
Ludouicus patricida regius punitur 41.36
Ludouicus Comes Palatini Rheni, Dux Bauariæ, Mariam vxorem, ipse necat 111.8
Ludouicus II. Lotharii filius, Imperator Rom. quot annis regnarit 102.42 fit monachus ibid.47
Ludouicus Imperator veneno extinguitur, in venatione constitutus 113.37
Ludouicus Imperator à papa Iohanne 22 excommunicatur 113.24
Ludouicus Rex Francorum Orientalium, Ludouici Imperatoris filius, moritur Francofordiæ ad Mœnum 102.37
Ludouicus Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, quando Imperator factus 3.40 quam vxorem, & quot filios habuerit ibid.43
Ludouicus Romanꝰ, dux Bauariæ, cur sic dictus 115.9
Ludouicus Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, princeps elector, quam vxorem & quem filium habuerit 118.38 Quando mortuus & vbi sepultus ibid.49
Ludouicus Gibbosus seu Hogel, dictus, Dux Bauariæ, prolem non habet 118.12
Ludouicus Palatinus Rheni princeps Elector, cur Barbarus, & cæcus dictus fuerit 117.30 eius duæ filiæ moniales fiunt ib.37 constituitur aduocatus Synodi Constantiensis ibid.40 deponitur ab administratione, & moritur ibid.44
Ludouicus Dux Bauariæ, filius Steffani Ducis in Ingelstat, quam vxorem habuerit 116.52
Ludouicus III. Imperator, vtroque parente Bauarus extitit 103.55
Ludouicus, Germaniæ Rex, Ludouici Imperatoris filius, non fuit Imperator sed tantum Rex Germaniæ 30 annis 99.43
Ludouicus Dines, Dux Bauariæ, quā vxorem & quos liberos habuerit 118.26
Ludouici Rex & Imperator, Caroli Magni filius, quot annis regnarit 98.46 Lotharium primogenitum suum filium imperii consortem facit ibid.57 Moritur 99.3 pius, Lotharium filium, Bauariæ præficit 402.19 Dux Bauariæ cum Imperatore, Friderico II. Honorio papa, & Lupoldo Austriæ Duce, ad terram Sanctam proficiscitur 110.45 interficitur infidiis Imperatoris ibid.46
Luitburgis Tassilonis Ducis vxor, maritum cōtra Carolum Magnum Imperatorem incitat 100.57
Lupoldus Marchio Austriæ, ducatum Bauariæ accipit 109.16 de Bebenburg, Episcop. Bambergensis, quid scripserit & quando 144.24
Lupus Seruatus presbyter, quid scripserit & quando clarnerit 126.49.254.42
Lupus de Olitueto, quid scripserit, & quando 350.14
Luthernus dux Francorum filius Marbodi Regis in Saxonia 22.54

M

Macharius monachus Aegyptius, quid scripserit, & quando 211.52
Macrobius presbyter, quid scripserit, & quando 217.23
Magdeburgensis Archiepiscopus, ex Cancellario Imperatoris 105.50
Magicarum incantationum vis magna 15.32
Maior domus, qualis dignitas 93.19
Maioris domus potentia & autoritas magna 61.52
Malchion presbyter, quid scripserit & quando 199.44
Manegoldus Episc. Wirtzburg. 46 quot annis regnarit 82.38
Mapheus Vegius, quid scripserit & quando 350.51
Marbodus Episc. Redonensis, quid scripserit, & quando 266.25
Marcellus Marci vrbis Romæ præfecti filius, quid scripserit & quando 190.36
Marcoburgum vrbs à quo condita 19.25
Marchionatus Brandenburgicus ex variis populis cōstitutus 18.13
Marchionitæ à quo sic dicti 18.29
Marchionatus Brandenburgensis situs 18.15
Marcomirus dux Franciæ Orientalis mortuus in mōte Franckenberg sepelitur 33.24
Marcomirus Francorum Rex, nec Maximini nec Gratiani partes sequitur 30.40
Marcomirus Gallicanis formidabilis 4.39
Marcomirus Francorum Rex 40 quot annis regnarit 28.42 Bellum cum Romanis & Gallis non procul ab vrbe Colonia quatuor annis gerit ibid.47 Duces aliquot in Galliam mittit 31.10 perimitur à Valentiniano in pugna ibid.21
Marcomiro quæ terra ad habitandum monstrata 3.38
Marcomirus rex decimus quando mortuus 11.25
Marcomirus quando mortuus 4.50 Quot filios & filias reliquerit ibid.52 Francorum rex decimus, quot annis regnarit 11.9 Rex 20 quando mortuus 16.43 Francorum rex 20 quot annis regnarit 16.23
Marcomirus Francorum rex 26 quot annis regnarit 19.20 quando mortuus sit ibid.44
Marcomiro numen monstrosum triceps apparet 3.7
Marcomirus rex per incantationem numen inuocat 3.3
Marcomirus de sede mutanda consiliū suscipit 2.46
Marcomirus filius Antenoris quamdiu regnarit 2.43
Marcus monachus, quid scripserit & quando 243.11
Marius Princeps Romanus cum Gallis, Sicambris bellum infert 12.29
Marianus Scotus monachus Fuldensis, quid scripserit & quando mortuus 133.43.266.35

Mars Deus belli à Francis & Saxonib. colitur 18.58
Martinus de Fano, quid scripserit & quando 305.39
Martinus monachus, quid scripserit & quando 309.19
Martinus episc. Dumiensis, quid scripserit & quando 243.56
Martinus episc. Turonensis multis miraculis clarus 30.57
Mastricht traiectum superius 58.4
Matthæus de Cracouia Doctor Pragens. episc. Wormacien. quid scripserit & quando mortuus 147.14
Matthæus Palmerius, Italus, quid scripserit & quãdo 357.58
Matthæus de Aquasponta, quid scripserit & quãdo 301.41
Matthæus Herbenus, quid scripserit & quando 182.4
Matthias Mynnecomius, ordinis Cruciferorum, qd scripserit, & quando 182.29
Maximilianus an recte dicatur, Rex Romanorum 99.37
Maximus Epis. Thaurinensis, quid scripserit, & quando 224.39
Maximus Cesaraugustana vrbis Epis. quid scripserit & quando 245.11
Maximus, Episcop. Constantinopolitanus, quid scripserit & quando 209.48
Maximus septimus Ecclesia Moguntinensis Episcop. quid scripserit & quando vixerit 123.41
Maximus, Britanniæ Rex imperii Romani diadema à militibus suscipit in Anglia 28.55 *Quomodo in Britanniam primo venerit ibid.* 57
Maximus, matre Brito, patre autem Romanus 28.58
Maximus per seditionem militum Imperator factus, Francis bellum infert 77.16
Maximus magnã in Francos exercet crudelitatẽ 29.21 *Christianus fuit cũ vniuerso suo populo ib.* 25
Maximus contra Gratianum se Imperatorem constituit 29.5
Maximus Rex Britanniæ cum militia in Galliam venit 29.13
Maximus, tyrannus, cum filio suo Victore interimitur 78.1
Maximus omnem sibi Galliam subiicit 29.30
Maximus in Italiam profectus a Theodosio occiditur 31.8
Medici innocentes cãpitibus truncantur persuasione Regina 45.42
Mediolanum seu Munster vrbs in Westualia à quibus & quando extructa 46.40
Megengaldus Epis. Wirtzburgensis secũdus, quot annis regnarit 80.35
Megenhardus II. Episcop. Wirtzburg. 23. quot annis præfuerit 81.28
Meginhardus Episc. Wirtzburg. 19. quot annis præfuerit 81.17
Melciades quid scripserit & quando 194.29
Melito Asianus, Episcopus Sardensis quid scripserit, & quando 192.37
Meynhardus Comes in Tyrol, sine hæredibus moritur 114.22.115.35
Merlinus Anglorum vates 39.25
Merodacus Rex Francorum 14. quot annis regnarit 12.13
Mereueus Francorum rex 45. quot annis regnarit 36 47 *Galliam potenter in sua ditione continet ibid.* 52 *quando mortuus* 38.16
Meselinus Epis. Wirtzburg. 20. quot annis præfuerit 81.19
Mesoburgus ciuitas à Francis extructa 66.14
Methodius Olympi Lyciæ Episcopus, quid scripserit 203.10
Metensium vrbs subuersa à Wandalis 33.46
Michael Herbram de Duren, Prior Cruceniacensis, quid scripserit, & quando 151.28
Michael de Cesena quid scripserit, & quãdo 308.17
Militantium acies in aere visa 26.8
Milo monachus, quid scripserit & quando 230.27
Minutius Felix, quid scripserit, & quando 197.18
Modestus, quid scripserit, & quando 193.45
Modesta, Anastasia & Basilissa, abbatissæ 33.58
Modoaldus constructor plurimorum monasteriorum 53.56 *moritur* 54.19
Moguntia Romanis erepta 39.45
Moguntini Romanorum Coloni miserabiles efficiuntur 13.5 *ibid.* 7
Moguntia quando deleta 44.12
Moguntia vrbs Cisrhenana cum habitatoribus cunctis deleta 33.4
Moguntia destructa à Romanis reparatur 16.55
Moguntia & Wormacia regno Francorum à quo subiectæ 79.55
Monarchia Francorum 44.12
Monacum Duci Ioanni Bauariæ, vnis exceptatis Ludouici Imperatoris, in partitione hæreditatis perpetua adiudicatur 111.46
Monasterium S. Iacobi, in Suburbanis Herbipolensibus, a quo fundatum 81.18
Monasteria in Bauaria multa à Tassilone constructa 101.22
Monasterium Suartzachense à comite Megenardo constructum 56.11
Monasteria Fiscannum & Fontanella a quo fundata 57.35
Monasterium monialium in oppido Kitzingen a quo fundatum 62.21
Monasterii S. Petri Apostoli in Erfordia fundatoris confutatio 58.56
Monasterium Morsmunster a quo fundatum 61.19
Monasterium Neuwilerense a quo fundatum 61.22
Monasterium Suartzach a quo fundatum 61.15
Monasterium Gengenbach a quo fundatum 61.17
Monasterium S. Mauritii Dolingense Treuirensis diœcesis, a quo fundatum 60.17
Monasterium in oppido Amerbach a quo constructum 61.36
Monasterium Schutterense non procul ab Argentina, a quo fundatum 61.4
Monasterium Floriacense quando & à quo fundatum 55.19
Monasterium Altimontense fundatur 56.1
Monasterium Sonogense a quo fundatum 56.3
Monasterium Melbodiense a quo fundatum 56.5
Monasterium Hasbasense, a quo fundatum 56.4
Monasterii Wysenburgensis fundatio 51.25
Monasterium Resbacense fundatur 53.5
Monasteria ordinis Benedicti, duodecim fundata 55.9
Monasterium Fossense à quo fundatum 55.6
Monasterium Dologiense, a quo & quando fundatum 54.18
Monasterium Niuellense in Brabantia a quo fundatum 54.11
Monasterium Cassinense à Longobardis destructum 48.3
Monasterium Auganensium matrum à quo constructum 41.35

Monasterium S. Medardi apud Suessiones, à quo extructum 45.4
Monasterium S. Germani de Pratis a quo fundatum 45.7
Monasterium S. Symphoriani extructum 54.4
Monasterium S. Dionysii in Gallia fundatum 50.48
Monasterium Latiniacum à quo fundatum 55.2
Monasterium Celense fundatur 56.1
Monstrum triceps quid Marcomiro prædixerit 3.11
Montisbur oppidulum seu castellum a quo conditum 8.9
Mosella opus metricum de laudibus vrbis Trevirorum 51.2
Mosellani à Francis superati & translati in Franciam orientalem 84.20
Mosellani & Trevirenses, moribus & lingua sunt germani, terram vero Galliæ Belgicæ incolunt 123.28
Murbach monasterium in Alsatiæ finibus a quo fundatum 61.29

N

Nannenus & Quintin. Trevirorum principes copias contra Francos educunt 32.20
Nannenus a Quintino se separat 32.40
Nannenis exercitus a Francis fusus 78.49
Nanthildis vxor Dagoberti regis filium parit 51.8
Natan Dux Bauariæ Christianissimus 101.43
Neapolis & Neomagi vrbium, prima constructio 6.9
Nero sacrorum Romanorum Imperator primam in Christianos persecutionem mouet 17.32
Nicasius Francor. Rex IX. quot annis regnarit 10.16
Nicasius de Voerda, Brabantinus, quid scripserit, & quando mortuus 167.24
Niceus Epis. quid scripserit & quando 223.50
Nicetius Archiepiscopus Trevirorum quando claruerit 44.22
Nicetius hæresiarcha disputando confutatur 133.8
Nicolaus Donis, monachus, S. Benedicti ordinis, quid scripserit & quando 162.39.370.35
Nicolaus monachus S. Crucis, quid scripserit, & quando 153.15
Nicolaus de Susato D. Theologus quid scripserit, & quando 154.36.354.1
Nicolaus Lackman ordinis S. Francisci quid scripserit & quando 155.16.356.19
Nicolaus de Bybera, quid scripserit, & quando claruerit 142.28.301.16
Nicolaus de Dinckelspuel D. Wenensis, quid scripserit & quando 152.49
Nicolaus de Crucennach, quid scripserit & quando mortuus 167.1
Nicolaus de Wachenheim Doctor Heidelbergensis, quid scripserit, & quando 165.18
Nicolaus de Cusa, Episc. Brixiensis, quid scripserit & quando mortuus 157.39.359.37
Nicolaus Simonis ex Harlem, quid scripserit & quando 179.58
Nicolaus de Alsentia, quid scripserit & quando 179.42
Nicolaus Siculus abbas Monacensis, quid scripserit & quando 354.47
Nicolaus Dorbellus quid scripserit & quando 362.55
Nicolaus de Lyra, quid scripserit & quando 309.45
Nicolaus Peroius Epis. quid scripserit & quando 371.19
Nicolaus papa primus, quid scripserit & quando 255.16
Nicolaus de Neapoli, quid scripserit & quando 304.17
Nicolaus Gallicus, quid scripserit & quando 301.53
Nicolaus papa quartus, quid scripserit & quãdo 302.7
Normanni de Christianorum finibus electi 105.38
Norix rex Bauariæ, Herculis filius 100.18
Notgerus Episc. Leodiensis, quid scripserit & quando claruerit 127.1.255.50
Notterberg castrum munitur 115.21
Nouatianus presbyter, quid scripserit & quando 199.32
Numantini in Romanorum potestatem redacti 11.57

O

Occarius & Albertus Noricorum Duces Romam profecti, a papa multis reliquiis donantur 101.33
Offanius Britanniæ Rex, Maximo filiam vxorem dat 29.1
Odemarus Francorum Rex 25. quot annis regnarit 18.48 *quando mortuus* 19.16
Odemarsheim ciuitas a quo extructa & sic appellata 19.13
Odericus monachus, quid scripserit & quando 312.26
Odilo abbas Cluniacensis, quid scripserit & quando 262.11
Odilo Bauariæ Dux, superatur 94.46
Odo Episcopus Camnacensis, quid scripserit & quando 273.57
Odo primus Abbas Cluniacensis, quid scripserit & quando 258.14
Odoacarus Saxo Theutonicus in Galliam venit 39.27 *Andegauum per deditionem occupat ibid.* 30 *fugatur cum exercitu ibid.* 32 *deserta Gallia, pergit in Italiam ibid.* 33 *Orestem Romanorum patritium interficit ibi.* 35 *Italiam occupat, & per* 14 *annos in ea regnat ibid.* 37 *interficitur a rege Gothorum ibid.* 38
Offa rex Angliæ an monasterium Schutterense fundarit 61.7
Optatus Episcop. Milevitanus, quid scripserit & quãdo 206,29
Orcadas insulas quis Romanis tributarias fecerit 70.14
Orchadum Rex Sicambris bellum indixit sed frustra 8.7
Ordo S. Benedicti, Cistercienium monachorum, item Celestinorum & alii, instituuntur 43.57
Oriesiesis monachus quid scripserit & quando 217.43
Origenes presbyter, quid scripserit & quando 195.43
Orosius presbyter, quid scripserit & quando 224.17
Osbertus monachus Cantuariensis, quid scripserit & quando 262.5
Osbertus Anglicus quid scripserit, & quando 319.9
Osius Episcopus Cordubensis, quid scripserit & quando 225.12
Osnabrug Castellum a Carlomanno expugnatum 94.55
Osnabrugensis comes, capite truncatus 95.2
Otfridus monachus Wissenburgensis, quid scripserit, & quando claruerit 127.5.257.44
Othilo Rex Bauariæ, quando regnarit 100.46
Othmari S. Corpus post 10 a sepultura eius annos, integrum repertum & incorruptum 96.48
Otthо Dux Bauariæ, eligitur in Regem Vngariæ III. 58. *In Vngaria captus, euadit per murum dimissus* 112.5 *Ducis Poloniæ filiam, vxorem ducit ibid.* 7 *Moritur* 441. *ibid.* 112.14
Otto Wolffskell, Episc. Wirtzburg. 50. quot annis præfuerit 82.46
Otto de Lodenburg. Episcop. Wirtzburg. 41 quot annis præfuerit 82.28

Otho Dux Bauariæ, genere Saxo quomodo ad ducatum peruenerit 106.53 A ducatu pulsus, bellum Imperatori mouet 107.1
Othonis Ducis Bauariæ, & bellorum eius contra Imperatorem Henricum historia a quo descripta 107.29
Otthо Episcopus Frisingensis, quid scripserit & quando 139.57
Otthonis Comitis Palatini Rheni Ducis Bauariæ, de Mosibach filii 119.35
Otthо Comes Palatinus Rheni cognomento Mosbach quam uxorem, & quos filios habuerit 118.3
Otthо Brandenburgensis, Dux Bauariæ quando mortuus 115.11
Otthо Comes de Scheyern, quando Dux Bauariæ factus 110.8 moritur ibid.35
Otthо Dux Bauariæ, Comes Palatinus Rheni, a papa Innocentio excommunicatur 110.57 perit subitanea morte 111.1
Otthо ex Helena Regis Daniæ filia, Wilhelmi filius Brunsuicensem & Luneburgensem ducatum obtinet 108.30

P

Palladius Epis. quid scripserit, & quando 222.22
Palatinorum prosapia amplissima 120.2
Palatii regalis Comes Guarnerius constituitur 49.13
Palatinatus & Bauariæ ducatus coniungitur 49.28
Palatinorum Comitum genealogia 113.45
Palatini Rheni Comites & Bauariæ duces qui hodie sunt, vnde descenderint 110.6
Palatini Rheni á quo descenderint 111.29
Palatinorum Comitum & Bauariæ ducum origo 49.24 generatio ibid.45
Pamphilus presbyter, quid scripserit & quando 200.3
Papa Ioannes 22. hereticus declaratur 113.26
Papia Ciuitas, a Longobardis, qui & Winuli dicti, occupatur 46.57
Papias Hierosolymitanus Epis. quid scrips. & quando 191.55
Parricidium regium 41.27
Pascha a Carolo Magno in Ingelheym celebratur 101.17
Pascasius Ratbertus, Abbas Corbiensis, quid scripserit & quando 257.29
Paschasius Diaconus Roman. quid scripserit, & quãdo 237.28
Pascasius Siculiensis Epis. 230.33
Paterius, Notarius Rom. Ecclesiæ quid scripserit, & quando 244.8
Paulinus presbyter quid scripserit, & quando 223.33
Paulus presbyter, quid scripserit & quando 228.28
Paulus de Castro, quid scripserit & quando 352.18
Paulus monachus Cassinensis, quid scripserit & quando 250.39
Paulus de Sancta Maria, quid scripserit, & quando 350.30
Paulus de Perusio quid scripserit, & quando 318.48
Paulus Eremita, fit monachus, & postea Episc. Virdunensis 54.23
Paulsberg vnde nomen acceperit, cum antea Gebeunis dictus sit 54.27
Paulus Niauis, alias Schnefogel, quid scripserit & quando 179.26
Paulinus Archiepiscopus Trenerensis 28 quid scripserit & quando claruerit 123.53
Persecutio Christianorum decima 23.20
Petronius Episc. Bononiensis, quid scripserit & quando 210.2
Petrus de Dacia, quid scripserit & quando 104.17
Petrus ep. Rauennatis, quid scripserit, & quando 231.10
Petrus Edissena Ecclesiæ presbyter, quid scripserit & quando 232.40
Petrus Alphonsius, quid scripserit & quando 269.42
Petrus de Verberia, quid scripserit & quando 308.5
Petrus Paulus Vergerius, quid scripserit & quando 350.42
Petrus de Apono, quid scripserit & quando 312.45
Petrus de Colle monachus, quid scripserit & quan. 356.44
Petrus Lombardus Epis. Parisiensis, quid scripserit & quando 275.21
Petrus presbyter Trecensis, quid scripserit & quando 275.50
Petrus Dialecticus Parisiesis, quid scripserit & quando 276.4
Petrus de Casa Lemouicensis, quid scripserit & quando 318.57
Petrus Damiani, quid scripserit & quando 265.22
Petrus Raymundi de Insula grassa, quid scripserit & quando 319.41
Petrus de Perpiniano, quid scripserit & quãdo 312.18
Petrus de Vnzola, quid scripserit & quando 370.18
Petrus de bella parthica, quid scripseru & quando 303.51.
Petrus de Spira monachus Augustin. quid scripsit. 151.32
Petrus de Vineis, Friderici Imperat. II. Archicancellarius, quid scripserit, & quando claruerit 139.11
Petrus de Saxonia, ordinis fratrum minorum, quid scripserit 143.31.307.45
Petrus de Lutra, ordinis p̃monstratẽsis, quid scripsit & quando 144.11
Petrus de Rosenhein, monachus Millicensis, quid scripserit, & quando 151.4
Petrus de Colle, monachus Franciscanus, quid scripsit, & qnando 155.46
Petri Apostoli in Erfordia monasterium & a quo fundatum 59.6. & 60.10
Petrus de Riuo S. Theologiæ D. quid scripserit & quãdo 176.32
Petrus Schot Argentinensis presbyter, quid scripsit quando 167.11
Petrus Nigri, & Petrus Kyrsiaken, monachi, quid scripserint 266.45
Petrus Bolandus Laudenburgensis, quid scripserit & quando 172.17
Petrus & Paulus Romæ occisi 17.43
Pharamundus ex Duce elegitur in Regem Francorum 78.51
Pharamundus Dux Francie Orientalis Wirtenburgi, fit Rex Francorum. 34.44 Quot annis regnarit. Ibid. 53. ducatum Orientalis Francie suæ committit. ibid. 55. Leges Francorum veteres corrigit & renouat. 35.7 quando mortuus ibid. 34
Philastrius Episcop. Brixiensis, quid scripserit & quando 209.28
Phileas Episcopus quid scripserit, & quando 200.44
Philippus Episcopus Cretensis, quid scripserit & quãdo 193.57
Philippus monachus & presbyter, quid scripserit & quando 228.14
Philippus abbas Otterburgensis, quid scripserit, & quãdo 141.23
Philippus Elector Palatinus & eius filii 119.48 Phi-

Philippus Kersbeele monachus, quid scripserit 166. 52

Philippus Alberti de Nussia, quid scripserit, & quando 175.49

Philo Iudæus, quid scripserit & quando 190.57

Phrisia vnde nominata 15.50.64.19

Phrisia Rex primus quis 15.52

Phrisii duces, Francorum Regi subiecti 15.53

Phrisones à Carolo maiore domus, superati 92.52

Phrisiones in regem sublimatus quale tributum Francis pendere cogatur 69.46

Primus presbyter quid scripserit & quando 200.36

Pippinus Caroli filius Monarchiam regni obtinet, & fit rex Francie 95.21

Pippinus quando, a quo, & vbi in Regem vnctus 95. 46

Pippini Genealogia ex Regibus Francorum 95.48

Pippinus absque consensu papæ Rex declarari non vult 95.33

Pippinus de maioritate domus abiectus à Francis 92. 5 eam recuperat ibid.10

Pippinus Francorum rex, de consensu omnium Regni procerum, ciuitatem Wirtzburgensem, cum omnibus prouentibus & vtilitatibus eius Ecclesiæ, & S. Burchardo Episcopo eius primo donat 96.3

Pippinus secunda expeditione Saxones ad obedientiam & subiectionem reducit 96.27

Pippinus Francorum Rex quando mortuus 96.33

Pippini Regis vxor, & filii, qui 96.35

Pippini Regis Francorum expeditio in Saxoniam prima 96.18

Pipinus ex maiore domus, Francia orientalis ducatum Episcopo Wirciburgensi donat 27.12

Pippinus Caroli filius, patris in principatus successor 62. 2. In Regem eligitur 62.45

Pippinus Caroli filius Regem Bauariæ superat 62. 29

Pippinus maior domus in Austrasia, Regem Theodoricum capit, & certis conditionibus obligat 57.20 Totum Francorum regnum moderatur ibid. 23 bellum in Frisones mouet, & eorum ducem superat ibi. 42 legitimæ vxori suæ pellicem inducit 58.9 moritur ibid.28

Pippinus filius Ansegisi, maior domus Francorum 49. 44

Pippinus Caroli Martelli & Sanctæ Gertrudis pater 50.7 Comes Namurcensium & Brabantinorum Dux 50.14.& 51.3

Pippinus senior, Namurci Comes, & Dux Brabantiæ 53.59 moritur 54.48

Pirminius præsul & monachus 54.20

Pirminius ex monacho Episc. Meldensis plurium constructor monasteriorum 60.52

Pius papa secundus, quid scripserit, & quando 361. 15

Plectrudis legitima coniunx Pippini, principatum, mortuo marito inuadit 58.30

Poppo II. Episcopus Wirtzburg. 14 quot annis regnarit 81.7

Poppo Episcopus Wirtzburg. 14. quot annis regnarit 81.5

Pons sub transitu exercitus fractus 17.10

Pons Rheni apud Moguntiam mirabili opere per decem annos constructus, igne casuali comburitur 98. 35

Pontifices Idolatrici in Britannia plures 20.35

Ponus presbyter quid scripserit & quando 198.58

Possidonius Aser. quid scripserit & quando 221.37

Priamus Francorum rex quando mortuus 6.19

Priamus Dux Franciæ orientalis quot annis regnarit & quando mortuus 79.45

Priamus Antenoris Regis filius, quot annis regnarit 5. 49

Priamus Antenoris frater vbi ducatum tenuerit 5. 40

Primasius Episc. Africanus, quid scripserit, & quando 230.7

Princeps egregie doctus 11.12

Princeps pacis amator homines numinibus immolari prohibet 11.48

Priscianus Grammaticus, quid scripserit, & quando 243.1

Proba Adelphi proconsulis Romani vxor, quid scripserit & quando 229.36

Prosper Episcop. Reginensis, quid scripserit & quando 231.58

Proterius Episc. Alexandrinus, quid scripserit, & quando 230.23

Prouerbium, Es ist ein gut altfranckisch werck vnde originem traxerit 22.22

R

Rabanus Maurus Archiepiscopus Moguntinensis, quid scripserit, & quando claruerit 126.4. 253.21

Radegundis post defunctum Lotharium Regē fit monialis 87.49

Radegundis filia Regis Doringorum captiua abducitur, & vxor sit Lotharii regis Francorum 44.13

Rado Comes Austrasiæ constituitur 49.16

Radulphus monachus Fuldensis, quid scripserit & quando claruerit 129.58

Radulfus Doringorum Dux à Francis superatur 54. 55

Radulphus Flauiacensis, monachus, quid scripserit & quando 259.38

Ratbertus Pascasius, Abbas Corbeiensis, quid scripserit & quando claruerit 131.11

Ratbodus Episcopus Traiectensis, quid scripsit. & quando claruerit 128.49.258.20

Ratherius Episc. Veronensis, quid scripserit & quando 259.13

Ratherus Francorum rex 23 quot annis regnarit 17. 29 quando mortuus ibid.40

Ratherdama vrbs a quo constructa & nominata 17. 41

Ratisbona olim Tyberina à quo condita, & vocata 100. 19

Raymundus Sebride, quid scripserit & quando 351. 34

Regalia Imperii insignia 108.49

Regenfridus Dux Phrisonum à Carolo Martello superatus 92.28

Reges in Bauaria quando cessarunt 102.35

Reges Francorum sub potestate Maiorum Domus, seu Comitum Palatinorum 93.24

Reges Francorum quomodo, & quando ad conuentum publicum, proficisci soliti sint 93.38

Reges Francorum multi à Clodoueo occiduntur 41. 14

Regiones & Ciuitates præcipuæ Francorum potestati subiectæ, quæ 94.18

Regis Francorum Basan, metus perterruit omnes 8. 4

Regina magicis artibus dedita 15.31

Regino Abbas Prumiensis, quid scripserit & quando claruerit 129.6.258.49

Reguli Francorum multiplicantur 39.50 omnes fere interficiuntur. ibid.56

Regni Francici diuisio bipartita, in perpetuum duratura 99.14
Regnum Francorum inter Pippinum & Carlomannum, duces Brabantiæ diuiditur 93.16
Regnum Franciæ sæpe diuisum 42.22
Regnum Germanicum inter tres fratres diuiditur 99.47
Regnum Germaniæ etiã sine Imperio esse potest ib.40
Reinhardus episc. Wirtzburg. XXXV. quot annis præfuerit 82.11
Reinardus de Fronthouen, monachus, quid scripserit, & quando 151.38
Reinherus Foroliuiensis, quid scripserit, & quãdo 319.54
Reinherus Pisanus, quid scripserit & quando 303.41
Remaclus fit episc. in Traiecto 54.46
Remigius monachus, quid scripserit, & quando 256.55
Remigius abbas Cœnobii S. Luthuini Mediolacensis, quid scripserit, & quando claruerit 131.34
Remigius Hunibaldum baptizauit, & quando 2.9
Remigius Clodoueum regem ad baptismum præparat. 40.53
Remigii ad Clodoueum regem baptizandum, dictum 14.22
Respendial Rex Alanorum ex Hispania Wandalis auxilio venit 34.26
Rethicius episcopus, quid scripserit & quando 202.40
Rex Germaniæ duo habet, Regnum & Imperium 99.33
Rex Francorum diuinæ æstimationis appetens 7.43
Rex Germaniæ, confirmatione Papæ non indiget, sed Imperii ratione, a Papa confirmatur 99.34
Rex Francorum ad pacem stolidus & ad bellũ ineptus 7.28
Rex Francorum seruus seruorum, nomen regis habet sine re 94.13
Rhodon genere Asianus, quid scripserit, & quando. 194.11
Richardus, Wisogothorum rex, cum Francis fœdus facit 48.10
Richardus monachus Parisiens. quid scripserit & quãdo 274.34
Richardus de Media villa, quid scripserit & quando. 301.4
Richardus Malumbra, quid scripserit, & quãdo 307.10
Richardus de Senis, quid scripserit, & quando 302.48
Richimerus Francorum Rex XXXVII. quot annis regnarit 27.29 *quando mortuus ib.49*
Richimerus R. Francor. XXIV. quot annis regnarit 17.46 *quando mortuus* 18.43
Rinacharius rex Francia Cameracesis, cum fratre occiditur 41.53
Rodericus episc. Samorens. quid scripserit, & quando. 369.3
Rogerius monachus Corbeiensis, quid scripserit & quãdo vixerit 132.31. 264.13
Rogerius Sicilia inuasor contra Conradum regem exercitum conscribit 109.1
Rolandinus de Romanciis, quid scripserit, & quando. 288.2
Roma a Gothis capta, subuertitur 83.25
Roma capitur & subuertitur ab Alarico, rege Gothorum 34.16
Romani Francos ex Hispania finibus eiiciunt 72.50
Romani Galliam occupantes Theodomerum Regem cum matre sua Astila, capiunt 76.10
Romani triginta millia Alemannorum cædunt. 76.53
Romani imperii sedes in ciuitatem Treuirorum translata 77.30
Romani in Britannia cæsi 20.55
Romani legiones in Britanniam mittunt 16.33
Romani Germanorum & Francorum confœderatione valde terrentur 13.35
Romani Sicambris bellum indicunt 12.27
Romani a Francis victi 27.46
Romani quomodo nomen Francorũ cognouerint 14.23
Romani Gallorum vires augent 11.30
Romani a Suenorum finibus arcentur 24.14
Romani Francos astutia decipiunt 5.25
Romani Suenos grauiter affligunt 24.24
Romani ocio torpentes a Francis magnam accipiunt cladem 22.43
Romanorum in Germanos expeditio 15.3
Romanorum coloniæ a Sicambris affliguntur 12.15
Romanorum plus quam quadraginta a sex millia interfecti 7.49
Romanorum legiones in Germaniam missæ reprimuntur 20.18
Rora fluuius vnde nomen habeat 19.32
Rorich Regis filius, in flumine submersus, nomen fluminis dedit, vt Rora diceretur 7.43
Roricus Francorum Dux in Rora fluuio submersus 19.51
Rosuida Sanctimonialis virgo, monasterii Gandersemensis, quid scripserit & quãdo claruerit 129.26
Rudolphus de Bruxella, quid scripserit & quando 18.353.23
Rudolphus de Rudesheim, Episc. Vratislauiens. quid scripserit & quando claruerit 165.17
Rudolphus Episc. Wirtzburg. 10 quot annis regnauit 80.54
Rudolphus ex duce comes Bauariæ Ratisponam capit 105.12
Rudolfus II. Episc. Wirtzburg. 59. quot annis præfuerit 84.14
Rudolphus Dux Bauariæ, fit comes in Schyren 104.55
Rudolfus abbas S. Trudonis, quid scripserit & quando 136.25.273.8
Rudolphi Comitis Palatini Rheni, in Angliam fugati, filii, Comitatum Palatini Rheni recuperant 113.50
Rudolphus Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, quam vxorem & quos filios habuerit 111.26 *pulsus a Fratre, in Angliam fugit & ibi moritur* 115
Rudolphus Langius, Monasteriensis, quid scripserit & quando 168.32
Rudolphus de Enschringen Cancellarius Archiepiscopi Badensis, quid scripsit. & quando 172.55
Rudolphus Agricola, quid scripserit, & quãdo mortuus 196.50
Rufinus monachus quid scripserit 272.54
Rugerus Episcopus Wirtzburg. 28. quot annis præfuerit 81.54
Ruzgandus Episc. Metensis, quid scripserit, & quando claruerit 124.262.19
Rupertus abbas monasterii Cassinensis, quid scripserit & quando 262.32
Rupertus Rex Franciæ, quid scripserit & quando claruerit 260.30
Rupertus abbas Tuitiensis, quid scripserit, & quando 272.28
Rupertus Palatinus, Rex Romanorum, quot filios & filias

habuerit 116.36 Quando, & vbi in Regem Romanorum electus ibid. 40 moritur in Oppenheim & sepelitur Heidelbergæ ibid.47
Rupertus Comes Palatinus Rheni & Dux Bauariæ, sine prole moritur 114.13
Rupertus Episcop. Wirtzburg. 26 quot annis regnarit 81.39
Rupertus baptizat Theodonem, Ducis Bauariæ filium Ratisbonæ 100.52
Rupertus abbas Lympurgensis, vir doctus 136.8 quid scripserit ibid.18.272.52
Rupertus abbas Tuiciensis, quid scripserit & quando claruerit 135.41
Rupertus Anglicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, sine liberis mortuus 118.36
Rupertus Pipinus Dux Bauariæ, & Comes Palatinus Rheni, contra Turcam proficiscitur 117.19 vbi sepultus sit ibid.26
Rupertus Comes Palatinus Rheni, & princeps Elector, post secundum eodem die triumphum, a Saxonibus captus 115.30
Rutgerus Sicamber Gelrensis, quid scripserit, & quando 174.49
Rutwicus Francorum historiographus 18.45

S

SAcerdos Iouem consulens, insano similis 2.54
Sacerdotum apud Sicambros potestas & autoritas magna 11.50
Sacerdotes Sicambrorum quales fuerint 8.25
Sacerdotum Francicorum cibus & exercitatio 6.17
Sacrificia Iouis & Veneri a Sicambris offerūtur 65.15
Sala flumen vnde dicatur 26.39
Salagast villa iuxta Meni ripas a quo extructa 35.12
Salagelegu a Salagasto Luta 83.44
Salomon, Episc. Constantiensis, quid scripserit & quando claruerit 127.17
Salonius presbyter Massilienſis, quid scripserit & quando 233.45
Samuel presbyter, quid scripserit & quando 233.58
Sanctus de Arduinis, quid scripserit & quando 353.51
Saxones rebelles cohercentur a Francis 44.47
Saxones ex Italia ad sedes suas reuertuntur 46.26
Saxones Francis tributum negant 50.19 debellantur a Lothario 27
Saxones Pippino Francorum Regi, singulis annis 300 equos se daturos promittunt 96.30
Saxonibus tributum 500 boum a quo impositum 90.37
Saxones contra datam fidem Hassios Carolo Regi fideli demolitur 97.16
Saxones tempore Caroli Magni, cultores idolorum 97.20 Multi eorum baptizantur 98.6
Saxonum crudelis impietas 97.45
Saxones & Sclaui a Carolo Magno in ordinem redigūtur 98.7
Saxones trans Albim habitantes, a Carolo Magno, in Franciam transferuntur 98.23
Saxones Ecclesiam Fritislariæ incendere tentantes, a duobus Angelis terrentur, & in fugam vertuntur 97.20
Saxonia a Carolo Magno, septies debellata & vastata 97.5.24 30.36.56.pag.98.5.23
Saxones & Doringi a Sicambris contra Gallos in societatem expetuntur 9.32
Saxonia fines a Gothis rursus liberati 14.2
Saxonum prouerbium Ecce Camber 5.20
Saxones per leonem Marcomiro deuotati 3.34
Saxones Francorum gentem seu Scythas tanquam fratres recipiunt 3.50
Saxones ex Troianis procreati 3.48
Saxones ad subiectionem a Carolo Pippini filio compelluntur 60.33
Saxonibus tributum remittitur 53.20
Saxones a Romanis victi 28.32
Scheyrenſes Comites, multi 103.29 intra annos tres fere omnes mortui ibid.34
Scheyern castrum in monasterium quando mutatum 103.33
Scheyrensis comitatus, continet quatuor comitatus alios 105.45
Scheyern in Bauaria a quo extructum 103.8
Scheyrensis castri pars vna Diabolo oblata 110.21
Schola sub quercu 19.8
Scoti, Britanniæ regno subiiciuntur 39.22
Schutterense monasterium non fundatum ab Offone Angliæ Rege 61.7
Sebastianus Murrho Colmarienſis, quid scripserit, & quando 168.18
Sebastianus Titio alias Brant Argentinensis, quid scripserit, & quando 173.32
Sebatius Episc. quid scripserit & quando 232.49
Sedanus Regis filius propter adulterium a patre, capite truncatur 7.53
Sedulius presbyter, quid scripserit & quando 225.46
Selgenstat ciuitas in littore Mœni, olim Salagast dicta, a quo condita 83.48
Serapion Episcopus quid scripserit, & quando 204.57
Serapion Ecclesiæ Antiochenæ Episcopus quid scripserit & quando 194.44
Sertorius monachus, quid scripserit & quando 320.21
Seuerianus Episcopus Gauellensis quid scripserit & quando 216.49
Seuerus presbyter quid scripserit & quando 218.19
Seuerus Episcopus, quid scripserit, & quando 244.42
Seruus Dei, Episcopus, quid scripserit & quando 234.52
Seuerus Senator Romanus in Britannia occisus 20.55
Seuera Abbatissa prope Treuerim 54.5
Sicambrorum vigenti millia trucidantur 13.17
Sicambri magnam a Romanis accipiūt cladem 12.32
Sicambri post interfectum in pugna Regem suum Gallos superant 11.37
Sicambri Gallos donec vincerent, semper impugnarūt 10.20
Sicambri Heligastum Deum esse factum credunt 8.48
Sicambri græco sermone sacra sua peragunt 6.4
Sicambri patria lingua relicta, Germanorum vel Saxonum lingua vti incipiunt 5.52
Sicambri prius Nouimagi dicti 5.25
Sicambri vnde dicti 5.23
Sicambri amore sui Regis Francos se vocari statuerunt 68.57
Sicambri ad Rheni flumina venerunt 63.39
Sicambri Frisiam in hyeme expugnant 64.15
Sicilia Francis tributaria facta 44.44
Siciliæ regnum papa sibi adscribit 108.53
Sigebertus de Beka, quid scripserit, & quando 143.44.311.57
Sibylla de Brunia reginæ vaticinium 45.49
Sidonius Episcop. Auernorum, quid scripserit, & quando 234.25
Sifridus de Moguntia Episc. Cyrenensis, quid scripserit, & quando mortuus sit 162.4.369.33
Sigebertus Francorum apud Coloniam Regulus con-

ſtituitur 39.53
Sigebertus Lotharii filius, vbi & quamdiu regnarit 45.44
Sigeberti regnum à fratre Hilperico vaſtatur 46.7
Sigebertus Auſtraſiæ rex, filium admodum paruum Grunwaldo commendat 55.29
Sigebertus Coloniæ Agrippinæ Rex, dolo Clodonei, interficitur a filio 41.27
Sigebertus Dux Francorum in Alemãnia conſtitutus 49.32
Sigebertus tyrannidem Theodorici Regis effugiens, vbi latuerit 89.16
Sigebertus Theodoberti Regis filius in habitu Scholari in Franciam orientalem fugit 48.50 *Fit dux Alemannorum Heluettorum* ibid.52 *nomen regium non vſurpat* ibid.54
Sigebertus puer ſeptem annorum ſit rex Auſtraſiæ 53.5 *Moritur* 55.28
Sigefridus Epiſc. Wirtzburg. 31 quot annis præfuerit 82.3
Sigebertus Auſtraſiæ rex, fratrem Hilpericum oppugnat, & prælio fugat 46.48 *vxorem ducit Brunihildem, Regis Weſogothorum in Hiſpania filiam* ibid.50 *Hunnos in nomine Chriſti pugnans vincit* ibid.55. *inſidioſè occiditur* 47.24
Sigebertus monachus, Gemblacenſis, quid ſcripſerit & quando 270.13
Sigeburgum Caſtellum Saxonum, duobus à Bunna ex oppoſito Rheni diſtans milliaribus, a Carolo Magno expugnatur 97.31
Sighildis Heriberti mater, vxor Lotharii 50.34
Sigiſmundus Epiſ. Wirtzburg. 56 quot annis præfuerit 83.8
Sigiſmundus Burgundiæ rex filium ſuũ Sigericum interficit 43.33 *magnam agit pœnitentiam* ibid.36
Simon de Cremona quid ſcripſerit, & quando 319.36
Simon de Caſſia, quid ſcripſerit & quando 320.1
Simon monachus cœnobii Haſſigemenſis, quid ſcripſerit 139.29.303.20
Simon de Spira Doctor Pariſienſis, quid ſcripſerit & quando mortuus ſit 145.8.320.13
Simplicianus Mediolanenſis Epiſc. quid ſcripſerit & quando 224.1
Simplicius papa, quid ſcripſerit & quando 234.42
Siricius papa, quid ſcripſerit & quando 221.44
Siſinnius ad Francos pro exigendo tributo miſſus, cum omnibus ſuis interimitur 32.6
Sylua carbonaria, vbi Franci ſuperati 78.39
Symmachus papa, quid ſcripſerit & quando 237.38
Symmachus patricius & Conſul Rom. quid ſcripſerit & quando 237.52
Synodus Treuirenſis à Maximo, Cæſare, conuocata 30.56
Sylueſtri S. Eccleſia Romæ, à quo conſtructa 95.15
Socrates Græcus, quid ſcripſerit & quando 237.38
Soles in cœlo tres ſimul viſi 16.50
Smaragdus Abbas S. Michaelis in Saxonia, quid ſcripſerit, & quando claruerit 129.47.259.47
Solenniacum monaſterium a quo fundatum 52.57
Spira Romanis erepta 39.46
Spira a Wandalis deleta 33.43
Stein Inſula Rheni, vbi S. Othmarus mortuus eſt 96.49
Steingarden monaſterium à quo extructum 107.39
Stephanus Hoeſt Laudenburgenſis, quid ſcripſerit & quando mortuus ſit 162.21.370.7
Stephanus papa IV. Ludouicum poſt Caroli Magni obitum, Imperatorem Romanum conſecrat 98.47
Stephanus, Epiſcop. Halberſtatenſis, quid ſcripſerit, & quando mortuus 135.32.270.42
Stephanus Epiſcopus Leodinenſis, quid ſcripſerit & quando claruerit 128.40.259.19
Stephani Comitis Palatini Rheni, Ducis Bauariæ Bipontini, filii 119.1
Stephanus Bipõtinus, Comes Palatinus Rheni, quos habuerit uxores, & quot filios habuerit 117.54
Stephanus Dux Bauariæ in Ingelſtat 117.54
Stephanus Dux Bauariæ filius, Henrici Ducis in Lanſſhuta, quot filios reliquerit 119.39
Stilicon Alaricum in itinere Galliam verſus oppugnat 348 *Capite truncatur ab Honorio Imperatore* ib.14
Strabus monachus Fuldenſis, quid ſcripſerit & quando claruerit 126.39.254.31
Straubingen ab Imperatore Ludonico in propria perſona octo ſeptimanis obſidetur 113.1
Sueui in Saxonia habitant annis 14. 46.20
Sueui Saxonibus introitum denegant 46.28 *vincuntur & expelluntur à Saxonibus* ib.33
Sueui cum Francis pacem firmant 26.26
Sueuorum rebellio reprimitur 94.49
Sueui & Doringi, diſſenſionem ſuam, Francis componendam committunt 26.28
Sueui a Romanis afflicti, Francos in auxilium vocant 24.24
Sueui bellum indicunt Doringis 25.15
Sueuus Doringum in Duello perimit 24.44
Sueui a Romanis affliguntur & Francos, Thuringos, Saxoneſque in auxilium vocant 74.1
Sueui alias Alemanni dicti ibid.
Sueuorum & Thuringorum perpetua, occaſionem dediſſenſio 74.19
Sueuorum & Thuringorum diſſidium quomodo ſublatum 71.22
Sueui a Romanis non longe à lacu Banacenſi 73.3
Sunda vrbs non procul a mari, a quo conſtructa & cur ſic dicta 18.15
Sunenberg & Suntheim oppida à quo cõſtructa 79.50
Sunno Antenoris Regis patruus moritur 5.33
Sunno primus dux Marchiæ Brandenburg 18.20
Sunno Francorum Orientalium 9 quot annis regnauit & quando mortuus 79.9
Sunno Antenoris patruus eum vt Dominum veneratur 1.7
Sunonis filius in Rheno ſubmerſus 5.31
Sunno Francorum Rex 29 quot annis regnarit 20.50 *quando mortuus* 21.5
Sunnonis nepos Marcomirus, moritur 5.13
Swanhildis Griphonis mater, filium aduerſus fratrem inſtigat 93.47
Swarzachenſe monaſterium non procul à Meno flumine, à quo conſtructum 98.51

T

Tabula fluuius in Gallia 36.26
Taſſilo Dux Bauariæ quomodo ad ducatum peruenerit 100.49 *Sclauos deuincit* ibid.54 *iurat in fidem Caroli Magni* 101.5 *Excommunicatur a papa* ib.6 *oppugnatur a Carolo M.* ib.13 *deducitur in monaſterium* ibid.20
Tatianus hæreſiarcha quid ſcripſerit & quando 191.27
Tecla ex Anglia oriunda monialis 62.13
Tegarana gens a Sicambris ſuperata 8.50
Templa Idolorum in Britannia, conuertuntur in honorem veri Dei 20.39
Templa Franci ab initio non habuerunt 6.5

Templum Iouis in vrbe Neomago constructum 6.12
Templum Petri & Pauli, Parisiis a quo extructum 86.55
Terracona vrbs à Francis subuersa 72.48
Terræ motus & signatis cœlo multa 36.55
Terræ motus per totum mundum, tempore Valentiniani 76.49
Tertullianus presbyter, quid scripserit & quando 195.4
Thabor mons 8.58
Theodorinus Rex à Sicambris occisus 8.53
Theodocion Ephesinus, quid scripserit, & quãdo 194.6
Theodolus presbyter Italus, quid scripserit & quando 235.29
Theodorus Episcopus quid scripserit 204.36
Theodorus presbyter, quid scripserit & quando 217.16
Theodorus Septimus Archiepiscopus Cantuariensis, quid scripserit & quando 246.45
Theodorus Gaza Thessalonicensis, quid scripserit & quando 372.54
Theodorus Anchiranus Episc. quid scripserit & quãdo 222.42
Theodricus Episcopus, quid scripserit & quãdo 222.6
Theodulphus Episc. Aurelianensis, quid scripserit & quando 252.15
Theophilus Episc. quid scripserit & quando 211.34
Theophilus Ecclesiæ Antiochenæ Episc. quid scripserit & quando 192.56
Thomas Walden, quid scripserit & quando 351.56
Thomas de Argentina, monachus ordinis Augustini, quid scripserit, & quando 145.41
Thomas de kempis monachus, quid scripserit & quando 151.1
Thomas de Cantipatro, quid scripserit, & quando claruerit 141.29
Thomas de Haselbach, quid scripserit, & quando 150.41
Thomas de Argetina ordinis frat. prædicatorum, quid scripserit, & quando 180.39
Thassilo Rex Bauariæ, & Sorabos superat bello 47.57
Tocualus Sicambrorum pontifex & historiographus 6.1
Thodo Episcopus Wirizburg. 12 quot annis regnarit 80.58
Theodo rex Bauariæ quando regnarit 100.28
Theelindis Regina deuotissima 89.57
Theelinda Longobardorum Regina, Agilulfum sibi regem & maritum eligit 47.52
Theodomirus Francorum rex 38 quot annis regnarit 27.53 *A Romanis capite truncatur* 28.11
Theodoricus rex inertiæ deditus 91.29 *monasterio includitur* ibid.37
Theodericus rex, Theodobertum fratrem occidit 89.10
Theodericus Abbas, S. Benedicti ordinis, quid scripserit & quando 138.54.269.34
Theodericus rex fratrem Theodobertum fugientem, Coloniam vsque persequitur 48.29 *Coloniam militibus cingit* ibid.30 *Caput fratris sui à Coloniensibus petit* ib.32 *Fratre trucidato, Coloniam cum vniuerso Austrasiorum regno in deditionem accipit* ibid.39 *moritur veneno Brunihildis auiæ suæ* ib.58
Theodericus Abbas S. Trudonis, quid scripserit & quando 135.16
Theodericus monachus Cœnobii S. Matthiæ Apost. prope Treuerim, quid scripserit & quando claruerit 131.19.217.37
Theodericus monachus S. Albani apud Moguntiam, quid scripserit, & quando 134.1
Theodericus Archiepiscopus Treuerorum, quid scripserit & quando claruerit 131.26.266.56
Theodoricus Episcop. Wirizburg. 42 quot annis præfuerit 82.30
Theodoricus rex Wisogothorum interfectus 37.17
Theodericus de Herxen, quid scripserit & quando 164.40
Theodoricus Francorum rex 60 quot annis regnarit 60.50 *Quando mortuus sit* 61.41
Theodoricus Francorum rex 54 ex monasterio reuocatus in regnum restituitur 56.33 *Synodum conuocat, & episc. ab officio remouet* ib.48 *moritur* 57.37
Theodoricus Francorũ rex 54 quot annis regnarit 56.12 *detruditur in monasterium* ibid.14
Theodericus Gresmundus Moguntinus, adolescens 18 annorum, quid scripserit & quando 176.6
Theodericus de Osenbruck, quid scripserit & quando 176.42
Theodoricus Vlsenus, quid scripserit, & quãdo 176.55
Theodosius Cæsar Mediolani mortuus 33.10
Theonestus Episc. Philippensis ab hæreticis in exilium eiicitur 35.30
Thilmannus, Prior S. Christophori in Rauengisburg, quid scripserit, & quando 165.56
Thilmannus Dulmanensis Westphalus, quid scripserit, & quando 181.54
Thilmannus de Aquisgrani, Prior inferioris Alemãniæ, quid scripserit, & quando 146.16
Thuringi quam ob causam Clodoueo Francorum Regi bellum intulerint 85.52
Thuringorum plus quam duodecim millia à Suenis trucidantur 74.30
Tiberianus Romanorum præfectus à Francis bello superatus 27.37
Ticonius Afer, quid scripserit 211.1
Titus Episc. Botrenus, quid scripserit, & quando 205.49
Tornacensis vrbs expugnata 36.33
Traianus natione Hispanus, fit Cæsar Coloniæ 18.40
Traianus tertiæ & quartæ persecutionis Christianorum autor 71.8.& 10
Traiecti superioris, Episc. transfertur Leodium 58.19
Tregua inter Gallos & Sicambros ad annos 10 facta 11.43
Treuirenses, Moguntinenses & Colonienses afflicti 16.25
Treuirorum vrbs temporibus Abrahæ patriarchæ constructa, à Francis incenditur 28.9
Treuirorum multa millia à Francis cæduntur 32.44
Treuirorum vrbs sedes Imperii à Maximo facta 30.55
Treuirorum Ciuitas sub quo imperatore capta 37.33
Treuirorum vrbs à Wandalis destructa 33.44
Treuirorum vrbs à Francis capta & expugnata 37.48
Treuirorum vrbs à Francis qua occasione capta 37.29
Treuerica Ecclesia multos accipit clericos 44.25
Tributum Valentiniano à Francis denegatum 31.54
Tributum 500 boum, Saxonibus ad tempus remittitur 90.51
Tributum Romanis Franci denegant 78.15
Triphilius Episcopus, quid scripserit 204.51
Triphon Origenis auditor, quid scripserit & quando 197.11
Trithemius tria volumina scripsit annalium 1.27 *Tempus primi voluminis* ibid.44 *Secundi ibi.* 47 *Tertii* ibid.53

Trithemii annalium de monasterio Hirsaugiensi volumina duo 59.3
Trithemii compendium vel breuiarium, cuius opera conseruatum 63.2
Thrithemius quorum autorum sententiam secutus sit 42.54
Trudo Hasbaiensis cœnobii fundator 56.4
Tungrorum fines, regum Francorum sedes 27.95
Turpinus Archiepiscopus Remensis, quid scripserit, & quando 255.20
Tyberius Cæsar Romanus à Francis superatus 15.40
Tyrannis Clodouei Regis, erga cognatos suos 41.14
Tyrolis comitatus, Rudolpho Duci Austriæ subiicitur 134.24

V

VAlentinianus Cæsar, qui cum Theodosio regnauit, Francos delere conatur 31.18 *cogitur retrocedere in Italiam* ibid.24 *Francos tributarios facit* ibid.27
Valentinianus à Francis tributum exigit 31.53
Valentinianus Imperator laqueo interit 32.51
Valentinianus Rom. Imperator bellum cum Saxonibus gerit cis Oderam, non procul à mari 28.29
Vascones a Francis superantur 51.15
Vaticinium Hildegasti de armis & potentia Francorum 72.10
Vaticinium Hildegasti in die natalis Hilderici Regis Francorum 21.30
Vdalricus de Argentina monachus quid scripserit & quando 141.50
Vecht fluuius à quo nomen acceperit 19.12
Vechtanus Francorum summus pontifex vates & historiographus 19.4
Vechtanus pontifex Francorum in aqua perit 19.11
Veneris Sacerdotes virgines, certis anni temporibus iuuenes admittunt 66.27 *post primum partum templum deserere coguntur* ibid.32
Veritas duello probata 24.42
Verus Episcopus Hispalensis, quid scripserit & quando 249.21
Victor Episcopus Capuanus, quid scripserit & quando 235.5
Victor Cartennæ Episcopus, quid scripserit & quando 232.21
Victor Episc. Cummenensis, quid scripserit & quando 242.3
Victor Maximi filius, gladio perit 31.9
Victorius Afer, quid scripserit & quando 205.36
Victorinus Massiliensis Rhetor, quid scripserit & quãdo 228.6
Victorinus Episc. Pictauiensis quid scripserit 199.51
Victorinus Aquitanicus, quid scripserit, & quando 232.30
Victorianus Buconius, Episc. quid scripserit, & quando 233.16
Vigilius Diaconus & monachus quid scripserit, & quando 225.6
Vincentius presbyter quid scripserit & quãdo 233.31
Vincentius monachus & presbyter, quid scripsc. 228.21
Vincentius Ferrarius de Valentia, quid scripserit & quando 349.52
S. Vincentii tunica Francis datur 44.33 *vbi asseruata* 45.8
Vincentius ex Duce monachus & abbas 56.2
Vincentius Gruner de Zuickauia, D. Pragensis, quid scripserit, & quando 152.15
Vinum apud Mosellanos quando cœperit 84.23
Virgines 71000 *ex Brittannia Armoricum mittendæ Londoniæ congregantur* 30.10
Virgines in mari periclitantur 30.16 *magna parte. submerguntur, ibid.*20. *a barbaris capta interficiuntur* 22. & 31
Virginum in mari pereuntium historia 77.48
Vitellius Afer, quid scripserit & quando 217.7
Vitei ad Mosellam a Francis ex Fracia orientali translatæ 84.26
Vlcida Regina prægnans, in venatione, vna cum marito occiditur 91.42
Vrsinus monachus quid scripserit, & quando 232.17
Vrsula S. pater quis fuerit 77.31
Vrsula virgo speciosissima & Christo valde deuota 29. 56 *a Conano in vxorem expetitur* 30.1
Vther pendragonis Britanniæ Regis filius 39.14
Vulpi seu Welff, ducatus Bauariæ hæres legitime, ducatum acquirit 107.4

W

WAlamirus Rex Ostrogothorum, cum Hunnis imperium vastat 37.4
Walaricus monachus 54.35
Walfridus Abbas monasterii S. Galli, quid scripserit & quando claruerit 124.14.149.27
Waltherus Francorum Rex 33 *quot annis regnauit* 23.16 *quando mortuus* ibid.36
Wandali vnde originem habuerint 83.35
Wandalorum 20 *millia a Francis trucidãtur* 83.42
Wandali Rhenum transeunt 33.34
Wandalorum 20000 *vna cum Rege suo Godegisilo a Francis interempti* 34.21
Wandali in Gallia sibi Regem Godegisilum faciũt 33.37
Wandali relicta Gallia Hispaniar. partem occupant, & 30 annis fere inhabitant 34.5 *Hipponam vrbem destruunt* ibid.6
Wandali Franciam ingressi fugantur 95.10
Wandalinus monachus & eremita 34.39
Wandelbertus Diaconus & monachus Prumiensis, quid scripserit, & quãdo claruerit 127.27.136.20
Wandregisilus quis fuerit, & quãdo claruerit 37.21
Wanius & Melga Hunnorum & Pictorũ Reges Britanniam vastant 30.46 *fugantur in Hiberniam* ibid.52
Wanius rex Hunnorum, & Melga Rex Pictorum à Gratiano mercede conducti fines Germaniæ & Galliæ affligunt 30.27
Wasconum 385 *millia vno die trucidantur* 93.1
Wastbaldus quo vsq; historiam Francicam perduxerit 4.5
Welffius Dux Bauariæ Ethelinam vxorem paremeius remittit 107.16 *Remotus à Ducatu, restituitur ibid.*34 *proficiscitur ad terram Sanctam* ibid.36
Welffo, Welffi Ducis Bauariæ filius, in Italiam proficiscitur 108.5
Welffo Bauariæ Dux Conrado Regi contrarius 109.3
Wenericus, Episc. Vercellensis quid scripserit, & quando claruerit 134.10.260.45
Werenbertus monachus apud S. Gallum, quid scripserit & quando claruerit 128.20
Wernerus abbas monasterii S. Basilii, quid scripserit 138.46
Wernerus Roleuinck, monachus Carthusiensis, quid scripserit & quando 170.21
Wesel vicus, vbi Lippia Rhenum influit 97.58
Westphalorum Regio a Carolo Magno in deditionem accepta 98.2
Westualen seu occidentales Galli, cur quando & qui Saxones dicti 46.58
Wilberius episc. Carnoten. qd scripsc. & quãdo 273.48
Willibaldus episc. Eistetens. qd scripsc. & quãdo 249.52
Wilhelmus de Oppenbach Doctor Parisiensis, quid scripserit 149.3

Wilhelmus monachus Hafftigemensis 143.8
Wilhelmus Abbas Hirsaugiensis, quid scripserit & quando mortuus 134.47
Wilhelmus Holland. Dux Bauaria rationis vsum amisit 115.4
Wilhelmus Ockan ordinis minorum contra papam scribens, eum hæreticum declarat 113.26
Wilhelmus de Aquisgrani quid scripserit & quando 168.51
Wilhelmus de Velde Gelrensis, quid scripserit & quãdo 172.12
Willerammus Abbas Mersburgensis, quid scripserit, & quando claruerit 134.27.267.22
Wilebrordus monachus ex Anglia in Frãciam Gallicanam venit 57.26
Willebrordus Romæ a papa Sergio, Frisonum Episcop. factus 57.56
Willibaldus Episcopus Eystetensis, quid scripserit, & quando claruerit 124.20.249.52
Winidus de Stegapastor Bacheracensis, quid scripserit & quando 156.35
Windekindus rex Saxonum, Francorum auxilio Gothos vincit 70.47
Winda a Francis & Saxonibus superantur 53.17
Windobinus monachus Corbeiensis, quid scripserit, & quando claruerit 129.17.260.1
Wingarten monasterium a quo fundatum 107.40
Wirtzburgum olim Marcopolis dicta 49.20
Wirtzburgensium Episcoporum series, vsque ad Laurentium de Libera 80.30
Wirtziburg. Episcopatus instituitur 62.35
Wirtzburg vrbs in loco quodam olim Lunau dicto 75.30
Wittikindus ex Westphalorum primoribus Carolum Magnum metuens, ad Dania regem profugit 97 39
Wolframus de Grunbach, Episcop. Wirtzburg. 49. quot annis præfuerit 82.44
Wolfgerus Episcop. Wirtzburg. 6. quot annis regnarit 80.44
Wolffhelmus Abbas Brunwilerensis, quid scripserit, & quando mortuus 135.1
Wolffradus maior domus Francorum 56.24
Wolfrichus & Wolfilaicus, monachi 54.39
Wormatia Romanis erepta 39.45
Wormatia a Wandalis deleta 33.42
Wyndesheim vicus in Francia Oriẽtali, à quo extructus 35.13
Wysenburg. monasterium regale à quo fundatum 51. 22

Z

Zacharias papa Romanus, Pippinum declarat regem Francorum, & vt depositio Hilderico, rex fiat expetit 95.40
Zacharias papa, quid scripserit & quando 249.58
Zozimus papa, quid scripserit, & quando 229.19
Zozomenus Græcus, quid scripserit, & quãdo 222.48

FINIS.





tis IESU Paderbornæ 1697
loppenburg SJ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Trithemii

Opera
Historica

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Th
1053 a


Trithemij
Opera
Historica